re prepara vt mortē timere non possis: vt post mortē viuere incipias qui ante mortē mortūdo viuebas: vel viuēdo moriebaris. Cupis ergo o monache semp viuere: depone fletū pro terrenis: noli plorare que mūdi sunt: et que necessaria sunt euenire. Depone oīno fletum, p terrenis: et assume lamētū pro celestibus. Beati inquit qui lugēt: beati qui fletis: qr ridebitis. Diligam⁹ igit lachrymas: qr suaues sunt diligētibus deū. delectemur igitur semp in hac infirma vita fratres mei in fletu et lamēto. Sumus tā tum proni ad lamentū et fletum quātū fuimus ad culpā audaces. Qualis fuit nobis intētio ad peccandū talis sit ad pemtēdū deuotio. Grauia peccata grauissimis lamētis indigēt. Accipite fratres mei cōpunctionē: qr sanitas animarū est: remissio peccatorū est: sacrificiū spiritale est: quod deo summe placet. Holocaustū medullatuz est cor peccatoris humiliatū: et quotidianis lachrymis rigatū. O monache pūge oculum mētis: vt lachryma pdeat cōpūctionis. O cōpunctio q̄s sancta et mirabilis p̄dicaris: Tu spiritale lauacrū es: tu flagelluz dei es per qō deus mutatur: tu stimulus per quē deus ad hoiem inclinatur: tu ligamen per qō deus fortiter astringit. O cōpūctio sancta et imaculata sine qua adultis nō valet baptismus: sine qua ad iudiciū dñi corpus recipitur: sine qua infructuosa est ois confessio: sine qua ois satisfactio inanis est. O cōpunctio lachrymosa: o lachryma mentē purgans: intentionē fecūdans: p fessionem irrigās: animā sanctificās. Hec est lachryma sancte cōpunctionis soror: que mor⁹ illi citos extinguit: paradisum aperit: infernū claudit: mundūq; despicere in cūctis facit. O felix lachryma: tu carnalē cogitationez extinguis: peccatorū morbum expellis: virus culpe euomis. O felix tabula: o vitalis nauicula: per quē naufragus redire potest ad portū salutis. O aqua salutaris: p quaz omne peccatū destruitur. O via: per quam ad paradisum gradimur. O spiritale cōductum per qō de mūdo ad viā trāsitur. O felix lauacrū penitētie lachrymarū: quod totiens vales ad purgādum: quotiens purgatiōe idiget cor humanuz. Hec est fratres mei herba celestis illi⁹ fullonis: qua vestes seruorū suorum deturpatas a sorde quotidie purgat. Hoc est celeste nitrū: qō de rore diuine gratie cōfectum abstergit maculas peccatorū. Hoc est lixiuium: quo interiorīs hois caput optime abluitur. O lachryma tu cōtra ruinas hominū suaue solatiū: que passionis christi es vicaria: cōtra peccatuz ponens remediuz: vt per te totiēs cogatur christus mori, quotiēs labit hō in abyssuz peccatoruz. O monache ergo a lachrymis quis te tinere se poterit? Intremus obsecro cōscientias nostras: discutiam⁹ eas: et si risimus in iuuētute, saltem in senectute fleamus: cogitātes quid christo et quid diabolo tēpore nostre iuuētutis persolum⁹. Et si antecēs ad heremū peruenimus, visus nos incurs⁹uit per cōcupiscētiaz: si guttur per gulā: si auditus per enormitatē verbor⁹ vl spontaneā detractionis audientiaz: si lingua claudicauit in verbo: si olfact⁹ errauit in odoramēto: si tactus fefellit in suauitate: si gressus ad furtū. Si in his vel aliquo istorū te inuenerit⁹ culpabilē, ablue culpaz per lachrymā iuxta quātitatez sordis mensure lachrymarū copiaz: assumēdo penitētiā: que mater est omniū bonorum. Timor autē qui penitentiā: cōcupiscit: cōtritionez parit. Penitentia em̄ illa digna et bona est que peccata peracta deplorat: sic vt deplorata iterū non cōmittat. Quid ergo penitētia est nisi ante acta desiere, et flēda iterum non cōmittere? Nā qui sic peccata deplorat vt iterū peccata cōmittat, adhuc penitentiā agere ignorat. Nūquid et q̄ dissimulat irrisor est: et nō penitens qui adhuc agit quod penitet? Penitemini igitur fratres mei: et penitentes penitentiaz agite in fletu et lamento vt digne videre possitis in gloria beatorum. Amen.

Mat. v.

Propositio aurea ꝓfor mis huic fm mensurā delicti erit plagaꝝ modus. Exodi. xxv.

De pe. di. iij. ca pi. j. et penitentiaz quippe. iij. sen. dis. xvij. ca. j.

De supbia et hūilitate. Sermo. xij.

De pe. di. iij. in fi. A

FRatres charissimi vbi superbia fuerit, ibi discordia et cōtumelia dominabit. Non ergo decet seruos dei in heremo constitutos supbos esse sed humiles: nō elatos sed mansuetos, castos, benignos, et oīus virtutibus ornatos. Cauete em̄ fratres et vigilanter semper attendite ne superbia inflemini de bonis cōmissis: scientes q⁹ supbia ex angelis demones fecit: sed humilitas homines similes angelis cōstituit. Supbia gloriam de celis deiecit angelicā, sed humilitas ad celos ascēdere fecit infirmitatē humanā. O fratres mei cauete ne orantes vel legētes: vel stantes: vel sedentes: vel vigilantes dicatis aut vel corde habitantes in cincre et cilicio cum pharisēo. Gratias tibi ago dñe: quia nō sum sicut ceteri homines. Hec enim solitariam vitaz ducētes diabolo instigante sepe cogitant: sepe hoc dicere tentātur ab inimico seruorū dei. Poti⁹ eniz volo vos heremū exire q̄s talia dicere vel cogitare. Sed dum tentamini hoc asserere

Luce. xviij.

ꝑs. xxj. vel de vobisipsis hoc cogitare: mox clamate mox vlulate et dicite. Ego sum vermis et nō homo: opprobrium hominū et abiectio plebis. Et cū publicano dicite: quibuscūq; virtutibus sitis ornati. Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Attendat igitur charitas vestra quid dixerit veritas nostra. Qui maior est vestrū: fiat sicut minor: et qui precessor est sicut minister. O monache q̄sto maior es humilia te in omnibus: et inuenies gratiā coram deo et hominib⁹. O sancta ac mirabilisq; humilitas: tu filium dei de sinu patris descēdere fecisti in vterū sancte marie virginis. Tu euz fecisti innolui vilibus pānīculis, vt nos indueret virtutuz ornamēris. Tu circūcidisti euz in carne, vt nos circūcideret in mente. Tu cū permisisti cor poraliter flagellari, vt nos liberaret a flagello peccati. Tu cū coronasti spinis, vt et nos coronaret sine eternis rosis. Tu cum infirmari fecisti: qui medicus cūctor⁹ erat: et solo verbo sanabat vniuersa, vt nos infirmos sanaret. O sancta humilitas: q̄s dissimilis es superbie. Nam ipsa superbia fratres mei luciferū de celo deiecit: sed humilitas dei filium incarnauit. Ipsa superbia adam de paradiso expulit: sed humilitas latronē in paradisum introduxit. Superbia gigantū linguas diuisit et cōfudit: sed humilitas cunctas cōgregauit dispersas. Supbia nabuchodonosor in bestiā transmutauit: sed humilitas ioseph principem israel cōstituit. Superbia pharaonē submersit: sed humilitas moysen exaltauit. Hec est illa sancta humilitas que fecit nos solitarios: que fecit nos ꝑuatos seculo: que fecit nos in cōuentu solitarios esse, virtutibus florere perfectis. Hec est illa sancta humilitas que philosophos tradidit in reprobū sensum: excecauit iudeos: suffocauit paganos: q̄inauit christianos: perimit obstinatos deijcit potētes de sede: et exaltat humiles. Sed superbia fratres mei nō sic. Sed quid? Prelatos percutit: diuites tumorosos efficit: religiosos decipit. Hec homines cecat ne se agnoscāt quid sunt. Hec enim fructū perdit operis: mentē hominis ligat: qr ab ea pāditur omne malum.

Luce. xviij. Lu. xxij

Ihic ponūt creatura ef fectū supbie hūilitatis.

Gen. iij. Lu. xxiij Gene. xj Actu. ij. Dañ. iiij Gen. xlj Exodi. xiij. Exo. iiij

Hiere. j. Hec est illa feruēs olla quaz hieremias vidit: in qua decoquūtur omnes principes et pastores tenebraruz: sectatores bonorum temporaliū venatores diuinarum qui primas cathedras appetūt in synagogis: et salutari in foro: et vocari rabbi. Hāc ollam succendit diabolus duz corda patrum inflat ad altiora. Isti sunt quattuor vēti qui totū orbem perflant arrogantia sibi ascribens, quod nō habet, insollertia sibi approprians quod alteri debetur superbia multa de se credens vltra q̄s verum sit, contumacia se erigens in prelatū. Isti sunt quatuor fabri qui totum mundū concutiunt et corda filiorū dei diffipant. A quibus nos custodiat deus. Amen.

Matth. xxiij Da. vij.

zacha. j.

De fortitudine tenenda. Ser. xliij.

A



VIa in hac vasta solitudine dei gratia sum⁹ in vnū congregati: vt vnanimes habitemus in domo: et sint nobis omnia cōmunia: propterea inter ceteras virtutes fortitudinez oportet nos rapere, sequi et imitari. Nam si hanc virtutē ampleri fuerimus fratres: iacula fortune nō timebimus: deridebim⁹ diaboli blādimenta: et spernemus illata. O fratres mei ligate hec in cordibus vestris quoniā qui fortis est, liber est. Non enim seruit fortune: nō vanitati mūdane. O fratres mei et leticia cordis mei considerate quāta fuerit in martyribus fortitudo qui velut impassibiles tormēta despiciūt: tyrānos cōfundunt: cuncta que mūdi sunt despiciunt: qui licet decoriati: licet cōbusti: licet in cunctis mēbris afflicti: licet in omnibus corpore sint piecti: non tamē legim⁹ eos esse mēte mutatos. Sed scire debetis fratres mei q⁹ multis modis dicit fortitudo: hypocritarū videlicet et philosophoruz et bonorū fidelium. Hypocrita deniq; multa sustinet: multa portat: et fortis in cūctis apparet. Sed ve hypocrite: quia venando mundi gloriā eternam penā meretur. Hic sic tralxit gloriā q⁹ non habeat gloriā. Hec enim fortitudo nō virtus est sed vitiū: non magnanimitas sed infirmitas: nō bonitas sed imbecillitas appellat. Hanc pretendūt heretici: hāc rapiunt falsi fratres: de quorū numero dei gratia vos nunq̄s ec cognouit. Quedā eriaz fortitudo est philosophoz: qui calcauerūt diuitias: honores: pompas dignitates: et aliquādo mēbra propriorum corporū: sed hec fortitudo insufficiens erat ad eterne vite meritum. Quare? Quia carebāt charitate et timore dei. Ipsa deniq; charitas est forma ois bone actōis. O q̄s rigor fortitudinis fuit in platone. O quot et quāta patiebatur cōtraria: sed qr fundamento fidei carut: ppterea spes eam fortitudinē non erexit. Et quia charitate nō profecit: ideo virtutis meritu oīno amisit. Sed est et alia fortitudo qua boni quotidie certāt vsq; ad mortē. Tales sunt fundati in deo: ideo vt supra diximus fratres: nec verba nec impiorum verbera tunent.

Diuisio fortitudinis in ꝛtuosaz et vitiosam.

B

Hec est illa mirabilis fortitudo: qua moyses asperitatē vie deserti vicit: hec est panis celestis qui heliā in deserto pauit. Hec est fortitudo que mortē spernit: hec est clauis qua dom⁹ dei patescit ⁊ aperiť. Hec est que habenas voluptatis sub freno rationis tacere cogit. Hec est qua iohānes in deserto decorať. Hec est qua paulus heremitā ꝛ forma beatificať. Hec antonij aliorūq; sanctorū patrum lorica est ⁊ zona qua precincti ⁊ armati in excelsis indefessa voce quotidie clamare nō cessant. O fortitudo: heremitarū baculus: cenobitarū cingulus: monachorūq; oium sacrim: tu cōtra pauptatē vales: vt nō frāgatur anim⁹ paupertatem amātis: sed amplior sit interius ⁊ magis vires cat in mente. Quāto minus abundat in reb⁹ fortune: tanto plus valet fortitudo cōtra mundi insultū. O fortitudo si dolorē pateris: tu in oib⁹ gratias agis. tu in tribulatione diuitias spirituales ⁊ delitias inuenis: vt potius morbi cedāt in mētis cōmodum ꝯ corporis detrimentū. O fortitudo oēm crudelitatē euacuas: carcerē respuis. crucē non metuis: eculeū amplecteris: optas vincula spōtanea: semp curris ad mortē. O monache nihil valet cursus tui brauij: nihil tua operatio nisi colūna fortitudinis roboreť. Nihil valet edificiū boni operis nisi colūnaꝫ fortitudinis amplexeris.

ij. reg. xi Iuð. xvi iij. re. xj.

Sed si colūna fortitudinis fracta fuerit totum edificiū bonorū operum ruit. Hanc si dauid tenuisset: homicidiū ⁊ adulterium non cōmisisset. Si sanson hāc seruasset: femina cum inimicis nō tradidisset. Si salomon hāc dilexisset: idola nō adorasset. Si petrus hāc tenuisset: ad vocē ancille fidem nō negasset. Si filij israel hāc habuissent: minime in deserto murmurassent. Eia igitur fratres estote fortes in bello tentationum: tribulationū: infirmitatum: iniuriarum: ⁊ pugnate cum antiquo serpēte: ⁊ accipietis regnum eternum. Amen.

Matth. xxvj. Exo. xv.

De iustitia ⁊ correctione fr̄na: cui misericordia ānectitur. Sermo. xiiij.

A



T bene nostis frēs charissimi: tria monasteria apud hipponā dei gratia merui laudabiľ ad honorem sancte trinitatis construere. Quoꝝ primū hoc est: in quo iam annis multis modico pabulo cōtenti hilariter cōmoramini bestijs associati: anib⁹ ministrati: cibozūq; spernētes delitias ⁊ visus hominū fugientes. Et ideo nō ego miser sed vos sepe angelorū assueti estis colloquijs. Aliud quoq; monasteriū in horto: quē sanctus noster pater Ualerius mihi dedit: edificatuz est. Et qm̄ postq̄ presbyter ep̄s fact⁹ sum: nec semp hic vobiscum habitare potui: nec cū fratribus qui in p̄dicto monasterio posti sunt: ꝓpterea infra domū ep̄i mecum habere volui monasteriū clericorū: ⁊ cum eisdem pariter viuere cepi sc̄m regulam et apostolicā traditionē. Ad vos ergo tantū q̄ in heremo laudabiliter viuere voluistis: pertinet verbuz istud audire ⁊ intelligere. atq; operib⁹ adimplere: quo dr̄. Diligite iu stitiā. Ad fratres autē nostros ⁊ clericos qui in vrbe habitāt quibus etiam expedit predicare quotidie verbū dei: pertinet non solū diligere iustitiā quo ad scipsos/ꝫ etiā iudicare: reprehēderc: obsecrare: increpare in oi patientia ⁊ doctrina populū electum dei. Et ꝫ fratres nostri qui collocati sunt in horto sancti ep̄i valerij satis dilect abvtbe: q; eorū tamē fama diuinitus diuulgata est: ordinauit vt verbū dei pop̄lo salubriter predicarēt: animeq; fidelium suā vitaz doctrinaz ⁊ exempla audiendo ⁊ videndo sponte redirēt ad illū qui ex nihilo cuncta creauit. Ecce qūo terram iudicāt: ligant/ ⁊ soluūt que volunt: semper deo fauēte. Uos vero qui segregati estis a seculo: qui etiā vitam tutiorez eligere voluistis: audite ꝙ in cūctis maxime iustitiā diligere debeatis. O fratres mei ⁊ letitia cordis mei: vultis scire qūo vos solitarij iustitiā diligere debeatis? Cauete ne sic ab alteri⁹ oculo festuca cūjciatis: vt in oculo vestro trabē nō videatis. Nec sic alterius velitis reuelare ipsum. vt vestrū non videatis casum. Nec sic alterius curare debetis morbum: vt et vosipsos postponatis egrotos: ne cuilibet vestrum dicať. Medice cura primo teipm. Cura ergo p̄mo teipsum o monache: vt curatus alterius vulnera curare possis. Audite fratres mei: audite quid dr̄ min⁹ dixerit phariseis adulterā accusantibus. Qui sine peccato est vestrū primus in illā lapidez mittat. O monache in quo alium iudicas: teipsum condēnas. Qua fronte fratres mei poterim⁹ arguere alios de eo qō in nobis grauius inuenimus. Ad nos igitur fratres pertinet mūdos esse ⁊ sanctos: ⁊ si tunc fratrem nostrū deuiare videmus: reprehēdere eum cū omni māsuetudine sine moza debemus: ne per nostrā negligentiam pereat. Charitas em̄ non odij: non rancoris: sed zelo iustitie gladiū correctionis exuaginare debet. Tamē semp misericordia ligata sit in cordibus vestris: ne velut iudas ille qui peccauit desperat⁹ ad suspendiū pergat. Hoc autē ad vos maxime

Sapi. j.

Luc. iiij

Jo. viij. Rom. ij.

Matth. xxvij.

pertinet fratres. Sed q̄d ad fratres in vrbe habitātes pertineat audiam⁹. Certe nō solum hoc. sed etiā spectat ne iudiciū odio exasperent: ne crudelitate inflamment: ne amore pecunie emolliāt: q; paupes vere sumus: ⁊ spectaculū facti sumus angelis et hoibus: ne timore iustitiā relinquāt: ne eos moueat res purpurea: nec diuitis munera sed magis saccus pauperis: orphani ⁊ pupilli eos mouere debet dei iustitiā cum labore exercere. Regia via qui terraz iudicāt incidere debēt: nec declinare ad dexteram molliēdo iudiciū: nec ad sinistrā exasperando supplicū. Non em̄ crudelitas est puni re reatū sed iustitia: non tyrānicum sed diuine rectitudinis iudiciū. Non tamē volumus nec consiliū damus vt mox iudicent: sed cū omni maturitate incedāt: ⁊ inuenta discussaq; rei causa in christi noie iudicent delinquētes: ⁊ si publice peccauerint publice puniāt̄ vt ⁊ ceteri iustitiaz diligentes fortius diligant: ⁊ iustitiā odientes metuāt ⁊ caueāt ne delinquat. O sancta laudabilisq; iustitia: sub te ⁊ p̄ te pudicitia regnat: par per te triūphat ⁊ securitas: dignitas per te floret: ⁊ fructū affert in patientia. O iustitia qui te amauerit: qui te strinxerit cū moyse mare mūdi vitiorū sanguine rubricatū: ficco vestigio pertrāsibit. Hec est virga qua petra percussa manat influenta: q; lapidea subditorū corda iudicio iustitie tacta: in virtutū eruberant flumina. Hec est virga aaron: que frōduit: floruit ⁊ fructum peperit: quia iustitia quasi frōdet dū mente cōcipitur: floret dum viriliter exercetur: fructificat dū subditus corrigitur. Hec est ventilabrū: quo granū diuiditur a palea: sanies a morbo ejcitur: q; cōtra morbum peccati opponēduz est morduz emplastrū: ne in maius vitium tabes eruberet incurata: ⁊ in augmentū facinoris redūdet iniquitas impūnita. Hec est mēsura: qua debemus metiri penas: ⁊ merita ponderare. Attendite tamē fratres: attendite pastores qui terrā iudicare debetis q; aliquando iustitia est relaxāda ꝓpter scandalum multorū: aliquādo exagitanda vt sit cautela reliquorum. Tunc vere iustitia dr̄ gladius ex vtraq; parte acutus: q; hominis defendit corpus ab exterioribus iniurijs: ⁊ animā a spiritalibus molestijs. Hec est medicina vitiorū: antidotum peccatorum. Hec est pugio: quo phinees transfixit coēm cū mad̄iamitide iudeum ⁊ cessauit ꝑstatio. Hec est lapis quo dauid percussit philisteū: ⁊ a seruitute israel liberauit. Hec autem sine discretiōe gladius est in manu furiosi. Hec sine pudētia: est mors ⁊ bonorum persecutio. Hec sine misericordia: gladius est in manu tyrāni. Cum summa enim discretione fratres mei tenēda est iustitia: cū summa deliberatiōe inferēda est pena: non iudicādo ex suspitione: sed ex omni certitudine veritatis. Attēdite fratres mei ⁊ ante ꝓbate: postea recte iudicate: non scōz faciem sed recto iudicio. O ꝙ facile est iudicare/ sed o ꝙ amaruz est q̄ō iudicatum est retrahere. Ideo nō puer: non insensat⁹ vobis preesse debet: sed annosus: prudēs: castus: sobrius: vt in progressu ⁊ statu sal terre ⁊ lux mundi cūctis appareat. Talis iustitiam nō poterit ignorare. Tunc enim regnum romanorū pacifice tādiu perseuerauit/ q̄diu sapientes resere permiserunt. Sed dū iuuenes ⁊ inexpertos regere permiserūt: tanq̄z iustitiaz ignorātes: acceptores personarū facti sunt: ⁊ sic iustitiaz perdentes dominiū orbis terrarū perdiderūt. Iuuenes ergo imprudētes: duces vel ecclesiarū pastores non cōstituendi sunt: ne ipsi simul cū populo pereāt. Tales enim si presunt: nō solum preterita ⁊ futura non cogitant sed audire quod bonū est ⁊ verum aures suas obturāt. Taliter etiā non solū iuuenes: sed etiā antiquos in diebus malis hoc facere frequēter minime dubitamus. Uita enim pastoris oibus prodesse debet. Et quomō hoc quis facere poterit: si iustitiam ignorauerit: ⁊ regnare in eternū crediderit? Isti memorari nouissima sua non possunt: q; in eternū viuere credūt. O fratres (sicut frequēter diximus) pastores et principes romanorū scientiā de preteritis habebāt: in quibus ⁊ certificari optime poterant: ⁊ de futuris aliquid scire semp procurabāt. In hoc autem exercitiū eorū consistebat: q̄ iustitiā vsq; ad mortē sequebantur: ⁊ p̄ ea moriēdo felices se esse putabāt. Tu vero o monache qui preces: obsecro me morare quid es: quid fuisti: ⁊ quid eris: tūc iustus reputaberis a deo: ⁊ in eternū non peccabis. Hec autē fratres mei sit semper nostra exercitatio: ⁊ si hec fecerimus: vere fideles ⁊ iusti erimus. Sed sunt aliqui: licet dei gratia nō inter nos qui spiritū libertatis viuere volūt: vt superbi: auari: discholi: gulosi: adulteri: qui si ab aliquo rep̄hendūtur: latrant vt canes: mordent vt serpētes: deuorant vt leones: dolent vt parturientes: dicentes malum bonū: ⁊ bonū malum. Tales aperta facie: viuoq; sermone: negare iustitiā presumūt dicentes. Ecce quomō me perseqūtur hypocrita/ qui iustitiā tenere videť. Talis deniq; fratres oibus peior est: ⁊ melius illi fuisset si in seculo remāsisset. Et ideo si in nostra cōgregatiōe aliquez

C

f. cor. iiij

D

f. tim. v.

Mat. iij.

nu. xxv.

f. re. xvij

Joā. vij.

Not. q̄s institui dēat prelatus.

Mat. v.

Contra illos q̄ ponunt pueros i platurſ.

Eccl. vij

talē inuenerimus (quod deus auertat) qui sic iustitiā calcare voluerit: non tenendus est sed expellēdus: tanq̄ viuere volens in spiritu libertatis sue. A quibus tñ nos liberet deus sicut hactenus fecit per gratiā suam: vt nostra sancta ⁊ inmaculata religio de bono in melius semper augmētetur per iesum christum saluatorem nr̄m. Amen.

De fide trinitatis a simplicib⁹ non inuestigāda. Et septē donis spūssancti contra septem vitia. Sermo. xv.

A

SCriptum est fratres charissimi: q̄ nō debemus loqui sublimia: tanq̄ sapientes mundi gloriātes. Ait enim ꝓpheta: Nolite multiplicare loqui sublimia. Hoc autē verbum ad vos marime dirigitur qui rusticani estis in filiis habitantes: licet ciues sanctorū ⁊ domesticos dei vos nullatenus dubitare debeamus. Nolite igit̄ multiplicare loqui sublimia. Que sunt ista sublimia de q̄b⁹ nō licet multum loqui: nisi de dei oīpotentia: de vnigeniti eius coeternitate: de sancti spūs magnificentia? O fratres mei ⁊ leticia cordis mei: si volumus scire quātum pater imensus sit apprehēdere non valemus. Si imaginari cupimus quomō filius coetern⁹ sit ⁊ cōsubstantialis: mens humana ois naturalis succūbit. Si scire desideramus qualiter spiritussanctus oia cōtinet ⁊ non cōtinet: omnis humana ratio deficit. Ideo hec omnis discutere nō curemus. Quare non: nisi quia nullo modo valemus. Propterea fratres mei sciatis: q̄ vbicūq̄ queritur de vnitate trinitatis: magna ē adhibēda cautela: q̄ nec periculosius alicubi errāt: neq̄ laboriosius aliquid querit: nec fructuosius aliquid inuenit. Uemat igitur cōtra volentes scire vltra id q̄ necesse est: sanctus ille salomon: ⁊ reprehendēdo atq̄ docendo dicat. Altiora te ne quesieris: ⁊ fortiora te ne scruteris. Surgat etiā paulus colūna fidelium ⁊ lumē orbis terre: ⁊ sua voce cōfundat oēs philosophātes: nomē christi portātes volētes sapere plus q̄ oportet sapere.

j. reg. ij.

Ephe. ij

Ecclē. iij

Ro. xij.

Non tamē dico fratres q̄ oino non quaratis: sed questiōes in diuinis vos qui grossi estis multiplicare nō debetis. Querite tantum vos qui spirituales estis quomō ꝓcepta dei seruare possitis: quomō diabolum in heremo superare debeatis quomodo patientiā quā christus docuit amplecti valeatis. Hec enim scrimus dei semp legere ⁊ adimplere debet. Natura deniq̄ nostra fragilis est: ⁊ ea ratione cōprehendi non pōt. Philosophus etiā aristodemus ānis multis insudauit naturā apis inuestigare: nec finaliter potuit. Quomodo ergo nos trinitatē capere valemus. Cur miramur o fratres qui lutei sumus: ⁊ ventrē stercoribus plenum portātes: si nescire possim⁹ dei naturam? Nūquid ⁊ angeli ipsam in celo inuestigare possunt? Certum est q̄ nō. Quid enim sciunt: nisi q̄ deus trinus ⁊ vnus est: ⁊ omnia sine labore ⁊ pena creauit ⁊ gubernat? Nolite ergo fratres loqui sublimia: nolite sapere plus q̄ oportet sapere. In die enim iudicij non dānabūtur christiani: nec rationē reddent quia philosophiā vel dialecticā astrologiā vel musicā ignorauerūt: nec de hoc q̄ naturā dei scire nō potuerūt: sed ideo dānabūtur: q̄ deo obedire neglexerūt. Ideo scitote fratres q̄ meli⁹ est pie cōfiteri ignorātiam: q̄ temere scientiā vendicare: q̄ temeritas pēnā habet: sed ignorātia ꝓmeretur veniaz. Sufficiat nobis scire de misterio trinitatis tñ quātum dominus discipulis suis exposuit. Nemo enim nouit sic de natura sua dicere sicut ipse qui ait. Baptizate gētes in noie patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Tres aperte ꝓnūciat personas: sed vnitatē ostendit dicēs: in noie: non enim dixit in noibus. Trinitas enim dicitur indiuisibiliter: ⁊ cōiūgitur diuisibiliter. Singulariter eñ vnaquēq̄ persona de⁹ est ⁊ vita vel deitas indiuisa in ope: cōcors in volūtate: par in potentia: equalis in gloria nec minorat̄ in singulis: nec auget̄ in trib⁹. Sancta ergo trinitas vnus de⁹ est: ex quo oia: per quez omnia in quo oia sunt. Et ne tres deos putaremus esse: ait ap̄lus. Ipsi gloria: nō ipsis. Ipsi quidē gloria semp sit: qui est. Faciamus hominē ad imaginez et similitudinē nostrā. Cuz enim singulariter dicit: imaginē: ostendit vnā esse naturā ei⁹ ad cuius similitudinē homo fieret. Cūvero pluraliter dixit: nostrā: demōstrat deū non vnaz esse personā: ad cuius imaginē homo fiebat. Si enim essentia patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti vna esset persona. nō ditisset nostrā: sed meaz: nec faciamus: sed faciaz. Si vero in illis trib⁹ personis tres essent essentie: nō ditisset nostrā sed nostras. Et iō cuz dicit ad imaginez nostrā: indicat trinitatez vnitatis: ad cuius imaginē factus est homo noster interior: qui similitudinē sancte trinitatis retinet. Sicut enim: p̄ deus: filj⁹ deus: spiritussanctus deus: non tres deos credim⁹ sed vnū deuz tres personas habētem: ita anima intellectus: aia voluntas: ⁊ aia memoria: non tamē tres aie in vno corpore sunt sed vna aia: que hz vnius sit substātie ⁊ nature tres tamē hz dignitates: intellectū: voluntatē ⁊ memoriaz. Et sicut ex

C Rom. xij

B

Psalmo xxxvj.

Ro. vij.

Matth. xxviij.

Rom. xj

Gene. j.

D

No. 9ca thenatō nē cōnectōez mutāq̄ de pēdētā et cāltatē peccatorū.

patre generat̄ filius: ⁊ ex patre filioq̄ procedit spūssanctus: ita per intellectū generatur voluntas: ⁊ ex his duobus ꝓcedit memoria. Sine his tribus aia perfecta ee nō potest: nec horū trium vnū sine alijs duob⁹ aliquid integrū conficit. Nec soluz sufficit itellectus: nisi sit volūtas in amore: nec hec duo: nisi addat memoria: que semp in mente intelligētis ⁊ diligentis manet eligens. Uniuersitatis eñ conditor deus oēs mot⁹ aīe ad bonuz facit: Intellectū vt intelligamus quod iubet: voluntatē vt sit in amore eius: memoriaz ne obliuiscamur q̄ō imperat. Eia ergo fratres mei ⁊ corona matris mee nolite discutere nisi quātum vobis necesse est ad salutē. Nolite sape nisi quātuz oportet sapere. Quid enim oportet sapere nisi q̄ deus trin⁹ ⁊ vnus est? Quid aliud ne cesse est nobis: nisi declinare a malo ⁊ facere q̄ō bonum est? Quid aliud necesse est nobis nisi vt bona cognoscamus ⁊ mala? Bona vt sciam⁹ ea rape: mala vt sciamus ea deuitare. Non est igit̄ malū scire maluz: q̄ nisi cognoueris q̄o vitare poteris? Per legem nāq̄ peccatū nō cognoui: ait ap̄ls: q̄ ante legem peccatū nō cognoui: sed post legez datā quid tenēdum quid vitandū erat cognoui. Malū ergo scire nō est malū: sed malum operari malū esse quis paganoꝝ vnq̄ dubitauit? Necesse est ergo scire q̄ superbia mater est ⁊ caput omniū vitiorū. Ab ea eñ descēdit inanis gloria: inuidia: ira: tristitia auaricia: voluptas carnis: in qua continet gula atq̄ luxuria. Ascēdit q̄s fratres mei ad sapientiā huius mūdi: ⁊ duz considerat honores sibi a discipulis exhibitos: extendit alas suas vsq̄ ad terminos orbis terre ⁊ de se presumēs gloriatur: ⁊ sic superbiendo ⁊ presumēdo mox inanis gloria ꝓsumentem aggredit: duz ab alijs querit gloriosus videri. Et dū sic querit: a quibusdā conside rat ⁊ videt se despici: dicētibus. Non est q̄d a multis credit. Plures nāq̄ sunt eo actiores: ⁊ plures eo meliores nō dubitam⁹. Inflatus vero ille qui se putat oia scire vel singula possidere: videns quosdaz altiores se: mox eū inuidia aggreditur: cui⁹ vestigiū ira imitatur: ⁊ nō valens irā opere ꝓficere: tristatur. ⁊ querēs ꝓsolationē tristicie: auaricia tāgitur vt habeat vnde trāscēdere valeat omnes. Et ecce dū diuitias congregat ⁊ acquisierit: statim in gule ⁊ luxurie foueā cadit. Sed o grādis misericordia saluatoris. Spūs enim pietatis per cōtemptū mūdi ordinauit vt expelleret auariciam. Sed q̄ abiecta auaricia: sepe mala cōprimit tristicia: datur spūs scientie: qui ostendit que sit bona vel mala tristicia. Si ergo scia bonam tristiciā adducit: que surgit ex dolore peccatorū: expellit tristicia seculi: que mortem operat̄. Sed q̄ multi sunt istis oib⁹ carentes: sicut sunt iracūdi: ideo dat spiritus fortitudinis: qui per tēperantiam refrenat iracūdiam. Talis fortis est: imo fortior qui vincit animū q̄ qui capit vrbez. Sed quia adhuc inuidet fortius imperāti datur spiritus cōsilij: qui per amore ꝓximi ejcit inuidiaz. Sed q̄ ꝓ tātis meritis sepi⁹ vult laudari: ideo dat spiritus intellectus: per quē intelligit quid sit. Sed q̄ inuenit se nihil esse: ideo ante deū humiliatur: ⁊ sic per humilitatē spūs intellectus ejcit inanem gloriā. Sed q̄ aliquādo non curat extrinsecus: solet tamē sepe de se interius gloriari: ideo datur spūs sapientie: per quez incipit deū cognoscere. Cuius autē bonitatez et misericordiā quis cognoscens: ipsum toto cordis affectu diligit: ⁊ sic sapiētia p charitatē expellit superbiam: qua expulsa per gratiam efficimur templum dei ⁊ habitaculum spiritussancti. Amen.

ij. corin. vij.

Prouer. xvj.

De inobedientia: negligentia: patientia ⁊ castitate. Sermo. xvj.



FRatres mei dilectissimi: in oibus operib⁹ vestris semper memētote q̄ omnes stabimus ante tribunal christi: vt referat vnus quisq̄ ꝓut gessit in corpore. Cauendum est ergo ne ante illud terribile tribunal vacui vel denudati appareamus. Non enim tunc sancti nobis subueniēt: quia tempus non erit misērēdi ⁊ misericordiā impetrādi etiā fugiet a ianus paradisi maria. Oēs eñ contra nos tunc erūt: abraaz cōtra inobedientes: ⁊ isaac cōtra impatientes: ⁊ iacob ꝫ negligētes: ⁊ ioseph ꝫ incōtinentes. O q̄s dure rephēdent inobedientes frēs mei per venerabilē patrez obediētie abraā: q̄s fortiter q̄s turpiter. Jō fratres mei attēdite: ⁊ parati semp̄ estote ad obediētiā mādator̄ dei: paratas semp̄ hītes aures auditui: ⁊ linguā voci. Pedes ituros festinate: man⁹ ad operam sine mora parāte corde iocūdo: serena facie: ore risorio ⁊ oculo ornato sanctitatis splēdore: nō tñ amore fūili vel mercēdi: ꝫ ot charitatis affectu: sanctā obediētiā fuare vos opto. Tūc enim ante tribunal iudicis abraā nō vos ꝺēnabit sed cōmēdabit nō vos a se expellet sed ꝺuocabit: nō vos maledicet sed sublimabit in eterna pria. Negligentiā etiā oēm deponere vos deprecor fratres: ne abraam vos cōmēdante ꝫ vos surgat ille sanctus iacob in die nouissimo.

ij. cor. v.

B

Fugite fratres: fugite negligẽtiaz: nã sicut in vnoquoq; opere bono mater est diligentia: ita vniuerse doctrine ⁊ disciplie nouerca est negligẽtia. Sed ⁊ si habuerim⁹ obedientiã ⁊ negligẽtia oino carebim⁹: adhuc nõ sufficit nisi ⁊ cũ isaac patientiã habeamus. Nã sicut per ipatientiaz oia destruũtur bona oiaq; suffocãtur optima: sic ⁊ per pationtiã omnia generãtur bona: oẽs iniq tates demergũtur in profundũz. Qui vero fratres mei patiens nõ est: monachus non est. Sed ⁊ si habuerim⁹ obedientiam cum abstinãtia: patientiã; cum isaac: diligẽtiaz cum iacob: ⁊ castitatẽ nõ seruauerim⁹ cũ ioseph quid hec oia nobis pderunt: Amare ergo debemus summe castitatẽ: sine qua nostra opera nihil valẽt. O castitas ornamẽtũ nobiliũ: exaltratio humiliũ: nobilitas ignobiliũ: pulchritudo vilium: solamẽ merentiuz: augmẽtuz pulchitudinis: decus sancte nostre religiõis: minoratio criminũ: multiplicatio meritoz: vei amica: angeloz cognata: patriarcharũ vita: ꝓphetaruz corona: aplos cingulũ: martyrũ aurilium: confessoz vehiculũ: virginũ speculum: viduarũ refugium: ⁊ cũctorum bonoz gaudiũ ⁊ solamẽ. Sed quidã sunt fratres mei qui in iuuẽtu te sua luxuriose viuere volunt: ⁊ si ad senectutẽ peruenerint gloriãtur dicẽtes se continẽtes esse. Tunc em eligunt seruire castitati: qñ libido eos seruos habere contẽnit. Nũquid tales continentes dicendi sunt: Absit. Tales enim premiũ non habebunt: qz laboris certamen non habuerunt. Sed illos ꝑ expectat sempiterna glia q̃ fortes fuerũt gliosa certamina supportare. Amẽ.

Propõnãda ꝫ monachos in patiẽtes

Attẽde nobilitatẽz castitatis et ei⁹ excellentias.

Uide q̃s debes laudare ex jobser uãtia ⁊ castitatis ⁊c.

De vigilatione ⁊ ociositate vitanda. Sermo. xvij.

A



Postolus petrus fratres dilectissimi de nostra salute sollicitus: nos dulciter admonet: ⁊ ad vigilandũ nos exhortat inter cetera dicens. Vigilate fratres qz aduersarius vester diabolus querit quẽ deuozet: cui resistere debemus per fidẽ. Sed fides querit oꝺonem: oratio autẽ optat prudentiam. Quid ergo nisi q̃ prudẽtes simus in fide fundati ⁊ vigilemus in oratiõibus: Quare in vigiliꝫ fratres orare debemus: nisi qz si nõ: vigilauerimus ⁊ ocioli permãserimus: q̃d aliud ꝫ tepidi in hac solitudine apparebimus: Et si tepidi fuerimus: incipiet nos cuomere saluator de ore suo: de consortio suo: de plebe sancta sua: eo q̃ nec calidi nec frigidi fumus. Uigilate ergo fratres ociosita tem deponẽtes in cũctis. Quid em ociumi est nisi vini hois sepultura: vt ait paganus ille sanctissimi apli amicus charissimus: Per ociositatẽ fratres rigorẽ sancte solitarie religionis fastidimus: per hanc heremũ sepe exire tẽtamur: per hanc accendimur frequẽter ad luxuriã: per hãc animamur ad supbiã: per hanc ducimur ad munꝺi gloriã: per hanc tẽtamur delicate pasci: per hãc suffocamur pcciose vestiri: ꝓ hanc ad superfluã domitionẽ trahimur: ꝓ hãc ad verba secularia ducimur libẽter audire. Hec est illa ociositas pessima q̃ frequenter sanctoz cõmentus destruit: pariens in eis luxuriã: nutriens in eis gulaz: seminãs inter eos zizaniã: generãs inter eos homicidia: ⁊ oia que sunt opera carnis. Quid ergo dicis o frater: Quid ociose agere potes nisi opera carnis: Nunq̃ quis ciuis celorũ erit si ociositatẽ amauerit: Ergo frater qui in heremo habitas: si vis perfect⁹ esse fuge ociositatẽ: qz in seruis dei nihil peius reperit. Surge ergo si dormis o rusticane mi chare. Surge tu q̃ in heremo habitas si clausos mẽtis oculos habes. Surge tu qui nec ad alta virtutũ oculos mẽtis ꝓtendis: nec ad videndũ que necessaria tibi sunt oculos mẽtis aperire vales: fuge ocium: ⁊ semp aliquid facere memento. O frẽs mei semp occupatos vos esse desidero: vt beatuũ salutis per gratiã dei recipere mereamini. Hãc fugere cupiẽs sanct⁹ monachoz pater Antonius clamauit ad dominuz in heremo ⁊ dixit. O samaritane domine deꝰ meus: o animarũ ⁊ corporum vere custos: suscita in me gratiã tuã: ⁊ infunde fuo tuo miseꝛ ordiã: vt in heremo collocat⁹ in tuo cõspectu ociosus nõ maneã. Et audiuit antonius. Antoni cupis deo placere: Ora: et dum orare nõ poteris: manibus labora et semper aliquid facito. Fac q̃ in te est: age quod potes: ⁊ nõ deficiet tibi auxilium de sctõ. Quid ergo diffidis o monache: Nũquid idem deus est: Nũquid ⁊ pro te idez crucifixus est: Age igitur qõ bonum est. Fuge ocium: qõ mors est: ⁊ aperi oculos mẽtis ⁊ corporis: videbisꝫ singulas creaturas ad officia singula deputatas. Ecce enim sol cursum anni perficit: luna etiam mensibus vt, vicissitudinib⁹ discurrit: ⁊ cetere stelle. Oia enim sibi deputata officia sine quiete exercẽt. Nũquid etiaz animalia bruta ad sue nature industriam ocium fugiunt: Nũquid etiam semper laborant vt conseruẽtur in esse: Nunquid in suis necessitatibus deficere ⁊ pigrescere ea videmus: Absit. Omnia enim sub obedientia sunt: omnia agunt quod agere debent.

ꝓuer. vj

Mala q̃ facit accidia sine ociositas.

Apo. iij.

Solus aũt miser hõ accidia sopozat⁹ a suo officio frequẽter recedit: ⁊ dei imaginẽz in se deturpãs in accidia pseuerat. Erubesce o chrisliane: ⁊ absconde te a facie saluatoris tui: qm̃ insipientio: iumẽtis ⁊ formicis hodie factus esse cõprobaris. Uade em ad formicã ⁊ cõsidera semitas eius: ⁊ discе ab ea miser qui capite elevato pambulas: ⁊ super astra celorũ iam ascendere credis. Cõsidera semitas eius: qz cũ preceptorem non habeat: tanꝫ de salute sua sollicita: in estate grana colligere nõ desistit quib⁹ viuere possit in hyeme. Nõ enim solũ secula res hoc attẽdere debent: sed ⁊ nos qui dei gratia in heremo sum⁹: ⁊ in hac vasta solitudine habitamus: formicarũ cõditiones debemus attẽdere: ⁊ eas sumopere imitari. Laborare em sine intermissiõe debem⁹: vt fructum bonorũ operum acq̃ramus in estate presentis vite tã sollicite ⁊ sedule vt tpe hyemali: tẽpore frigoris ⁊ iudicij nõ fame pereamus: sed bonis cũctis ornati eternaliter reficiamur in patria. Eia ergo fratres mei dilectissimi: corona mea ⁊ gaudiũ meũ quod estis: oẽm ociositatem expellite: semp aliqd boni facite: ⁊ quez tedet orare: vt ꝑ fallere: laborare manib⁹ nõ differat: cogitãtes q̃ ꝑ diu dauid exercitauit se in militia: nõ insultauit sibi luxuria: sed postꝫ in domo ociosus remãsit: laborauit adulterio: ⁊ homicidiũ cõmisit. Sanson duz cum philisteis pugnauit: nõ potuit capi ab hostibus: sed postꝫ dormiuit in sinu femine ⁊ ociose cũ ea remãsit: mox capit ⁊ cecatur ab hostibus. Salomon dum occupat⁹ esset in edificatiõe templi: nõ sensit luxuria: sed mox recedẽs ab ope persensit insultũ luxurie: ⁊ perficiẽs femina instigante ad idola: adorauit in thalamo vitulũ aureum. Uigilate ergo fratres mei: vigilate ⁊ nolite desicere: qz nec sanctiores dauid: nec fortiores sansone: nec ꝓptiores salomone vos eẽ cognosco. Deponatis oẽm accidiã: que semonẽ nudum reddit: bonis oibus vos priuat: virtutũ vestimẽtis vos expoliat. O fratres mei honesto opere semper occupatos vos esse desidero: ⁊ qõ perdidistis in seculo per ꝓteritũ recuperetis laborando in heremo i futuro. Et si aliqui sunt ex vobis qui per annos octoginta ⁊ amplio⁹ in heremo sunt sanctissime cõuersati: iugo scẽ obedientie/pauptatis/et castitatis decorati/ iam gaudeãt expectãtes beatã spem ⁊ aduentũ dñi. Isti enim vt videm⁹ qui amplius ieiuniꝫ/⁊ oratiõibus/⁊ operibus monaste riꝫ insistere nõ possunt: fecerunt enim dum potuerũt. Propterea filioli mei si modo nõ faciunt ea que facere cõsueverant: non sit vobis molestũ. Si quiescũt non miremini. Si venerãtur a me vt patres/nõ tristemini: qz i ꝑsi digni sumt. Nõ enim dolere debetis/qz charitas nõ cogitat malũ: sed gaudet de alterius bono. Ideo volum⁹ ⁊ i cristi noie ordinamus vt ⁊ ipsi qui centũ annorũ ⁊ amplius sumt pater nr̃ sedendo in le ctulo dicãt: ⁊ diligenter eis sine murmure seruiatur: vt ⁊ ipsi ꝓ nobis intercedant in celis/quorũ habitatio iam ibi ẽ. Quã obtinere faciat nos ille q̃ ẽ bñdict⁹ i scla. Amẽ.

Senes sunt honorãdi. j. cor. xvj

Mat. vj

De cauẽda inuidia. Sermo. xvij. In quo Augustinus que prodeũt ex inuidia scelera: quam ⁊ fugiendam: ⁊ inuidum cognoscere docet ⁊c.

A



Fratres mei desideratissimi: nolite inuicẽ inuidere sed studeat vnusq̃sq; deo i cũctis placere. Inuidia enim oẽs virtutes cõcremat: oia bõa dissipat/omnia mala generat. Sz dicetis. Nos quidẽ grossi sumus/peccare oportime scimus: sed vitare peccata vel⁹ peccatis rcsurgere ignoratẽs ⁊ fragiles sum⁹. Qũo ergo inuidiã habentẽ: vel nos ipsam habẽtes cognoscere poterimus: O fratres mei cupitis vosipsos si inuidi estis cognoscere: cupitis ⁊ fratrẽ vestrũ inuidiam habentẽ cognoscere: Attẽdite q̃ ille inuidus est: qui alienũ bonũ suũ facit: ⁊ si facere nõ pot/clamat per vicos ⁊ plateas/⁊ velut canis latrat ⁊ arder. Sed ꝓmo seipsum more phenicis occidit. Quid em agit fenix nisi qz dũ senescit/ad partes calidissimas volat/ligna siccissima cõgregat/⁊ lignis congregatis/alis ligna percutit/⁊ sic ignẽ accendit/⁊ in eodẽ se cõburi permittit: Ex q̃bus cinerib⁹ vermiculus nascit ⁊ postmodũ fenix alia efficitur. Sic ⁊ hypocrita facit: sic ⁊ inuidus agit cunctis diebus vite sue/intus ⁊ extra seipsum cõburens/seipsum primo infestãs/primo seipsum vulnerãs ⁊ verans. O inuide q̃s pancos habes amicos/⁊ fortitan neminẽ habes/de cuius bono nõ doleas/⁊ de cuius malo non gaudeas. Merito oi amico priuari debes: eo q̃ de nullo amicoz bono gaudere ꝓbaris. O inuidia oi vitio peioz: ⁊ oi peste deterior. O inuide qui nunq̃ quiescere potes: an ignoras q̃ ois malicia habet aliquã felicitatis vmbrã: Sed tu ipsa inuidia neꝯssima pestis: tormentũ sine refrigerio: morbum sine remedio/labore sine rcspiratiõe/penã sine intermissiõe famẽ sine saturitate semp habere videris. O inuide verius mortifere: q̃ in hedera ione quotidie nascer̃. O igneus

Cui assimiletur inuidus

B

Joñ. iij

Nu.xxi ps.cxl. Exo.xvi

serpens/quo populus israel pūgit. Hic est cīn fratres bruchus:quo fructꝰ terrarū depascitur. Legimꝰ enim dilectissimi fratres mei q̄ filijs israel manna celitus data est: quo reseruato scaturiebat multitudo veniū. Sic ex celesti gra fideli collata: occaseruata scaturiebāt vermes sic de gra alicui dimittus collata i corde superbi,peredit inuidia.

Sicut ō māna reseruata scaturiebāt vermes sic de gra alicui dimittus collata i corde superbi,peredit inuidia.

magis celestis gra fidelis solidat:tāto magis superbi mēs in inuidie vermē resoluit. Legimus etiā vermē ex hedera natū:cuꝰ vmbra ionas a calore defendebat/tandez hedera corruit/z funditus denastatur per vermē inuidie. ¶ Filios etiā israel in egypto peregrinātes legimꝰ igneos serpentes pupugisse. Sic z vos heremi sacri cultores veri filij israel/oū inuidos vestros de vobis susurrātes audit:exultate q̄m filij dei z sanctorū patrum effici meruistis. Exulta te orātes pro eis:vt eos socios hȳe in sanctorū collegio mereamini:reprehendentes z ostēdentes eis/q̄ ipsa inuidia est illa pessima tinea que purpuramēta virtutū demolit/erugo que thesaurū sapiētie depredat/ bruchus qui terrarū virentia cōburit:qui a quicūq̄ boni opis viresc̄it in hoīe/pene pestis inuidie pdit. Hec est que angelū de celo piecit:que hoiez de paradiso exulauit/ō filios israel in deserto peussit/que Ꝟ ioseph fratres armauit/que danielē in lacū leonū misit:que caput nr̄m cruci affixit:q̄ iudam suspēdi fecit. Scitote frēs mei atq̄ discite: z sup tecta p̄dicate:q̄ inuidia est illa fera pessima/que fidē tollit/cōcordiaz dissipat/ tertiā linguā multiplicat/iustitiaz disperdit:z oia mala generat. Hec est q̄ abel occidit/adā oneraut vel exulauit/patriarchaz fu spēdit/petrū iugulauit dum xp̄m negauit/ paulū decollauit z iohānem/stephanū lapidauit/golīā pstrauit/dauid decepit/muros hierūm euertit/romā depopulauit/cartaginē destruxit/troiā denastauit:z multa mala per hāc ferā pessimā in orbe terrarū facta esse legimꝰ. O frater mi dilecte/o rusticane amāde/o dimidiū aie mee:cur inuidiā nō deponis/Cur eaz diligis/ Nūquid mortē diligis/nunqd ad suspendiuz pgis/ nunqd in lacū te,pycis/ O inuide qui nūq̄ quiescis sed semp cū saulo seruos dei persequeris eos ligatos ducēs ad principes sacerdotū. Ecce eīn alios laboras tenere:sed tu teneris ab illis/alios ligare,pcuras sed ecce tu cadēs in terrā audis cū saulo. Cur me pſequeris/ Alios tenere sollicitas: sed ecce cecat⁹ teneris a cūctis. Alios defraudare,pcuras/z ecce nequiter defraudatus mox deportaris ad tartara. Eia ergo fratres deponite inuidiā:z si quos inuidos inter vos habere videtis:orate pro eis/q̄ totiens moriunt quotiens vident vos bonis operib⁹ refulgere. Cupitis ergo eos torqueri/ Nunqȝ cīn melius inuidos torqueri poteritis q̄ȝ virtutib⁹ z gloie seruiēdo. Tunc eīn latrant vt canes/deuorāt vt leones/facie pallescūt/capite minātur/oculis scintillant vt sidera/manꝰ cancellatas astringūt dentib⁹ stridentꝰ/z sic alia z corpore monuntur. Vos autē bene facite/non tamē vt eos ad furorē accēdatis/sed vt deo placeatis. Orate pro persequētibus z calūniantibus vos/dolētes de malo corporis:sed fortius de anime perditiōe. Concedat ergo nobis xp̄s peccatoꝝ cōtritionē z ,primi amorem infundat:qui ℰ bñdict⁹ in secula. Amen.

Ds

No. gestꝰ z maneries inuidoꝝ galice leurs cōtenāces Luce.vj

¶ De vigilia natiuitatis christi:z genitricis marie laudes:humilitati nascentis:parua descripta preparatione coniungit. Sermo.xix.

A



Ecce eīn filij potentes z estote parati:q̄ die crastina delebitur iniquitas terre:z regnabit sup vos saluator mundi. Crastina die tenebraruz caligo minuet. Crastina die lux oculis fideliū z credentib⁹ reddetur. Crastina die mūdus suā reparationē amplectetur. Crastina die cōditor sideruū redēptoraz omnū penditurus est ad vbera sancte marie virginis. Crastina die ille qui eternaliter precedit volubilitatē seculorū:ingerere se inciet cursib⁹ annoꝝ. Crastina die solutis nature legib⁹ ex solius diuinitatis potētia virginis marie viscera fecundanꝫ z ex riuulo suo fluuius magnꝰ oriet̄:z fructus apparebit optimꝰ:z ex virgulto suo radix perfector̄ procedet tanq̄ sponsus de thalamo suo. Crastina die o monache suscipies ifantulū iesuz:qui tamē ante oia secula factus est. Para igit̄ te:qz ipse dignet̄ r videre te/osculari te/astringere te z nunqȝ dimittere te nisi tu primo eū dimiseris. Aspicite ergo fratres oculis mētis z corporis:z videbitis dei potentiā venientē:z procedentem a patre tanq̄ sponsum de thalamo suo:quem aspicietis/quē tenebitis:quem adorabitis pura mēte z mundo corde. Ipsum fortiter tenete:totū in mundo z totū in celo:totū in mūdo ad iustificationē:totuz in celo ad glorificationē. Totū in mūdo vt educat pegrinātes:totū in celo vt recipiat puenientes. Totū in solio patris:totū in gremio gloiose matris. Sic eīn crastina die patebūt signacula figuraꝝ:fulgebūt oracula,pphetaruz: apparebūt miracula naturaꝝ,stillabūt spiracula grāꝝ qz nascet̄ iesus xp̄s filius dei

Exo. iij. Nume. xvij. eze.xliij Dañ.ij. B

Exo.xvj

Gen.xlj iij.reg. xix.

Jo.vj

ps.xviij

Luce.ij.

vitui in bethleē inde. Dum eīn venerit videbimus rubū ardere sed nō cōsumi:virgam aaron frondēt̄ z fructū faciente. Accingimini ergo filij potētes z estote parati:vt videre possim⁹ cū ezechiele portaz sacratissimā ppetuo clausaz. Crastina eīn die videbim⁹ et cū daniele puero sctō lapidē angularē. Crastina die videbim⁹ regē regū mētali b⁹ oculꝰ z hūanis sub forma panis visibil panē inuisibilē/alimoniā celestē/refectionē beatā/cibū eterne vite/pignꝰ nr̄e redēptionis hostiā salutarē quā die crastina toto affectu māducare debem⁹. Iste ē ille panis z cib⁹ datus israelitico populo māna dulcissimū habēs in se oē delectamētū z saporis suauitatē. Iste ē ille cib⁹ quē vidit pharao. in quo spice pulchre z formose erāt. Iste est ille panis dat⁹ helye/in cuius fortitudine ambulauit q̄draginta diebus z quadraginta noctibus:z puenit vsq̄ ad montem dei. Iste est ille panis quo cibant angeli quo saginātur aplī/quo reficiunt martyres/quo pascūtur cōfessores/quo nutriūtur v̄gines z satiātur electi oēs. Panez aūt hunc si q̄s digne māducauerit nō morietꝫ in eternum q̄m spūs vite z ipsa vita est. Hic est panis qui de celo descēdit quē virgo nobis crastinabit:quē in gremio portabit quē inuenire bainlauit sine grauamine:quez z peperit sine corruptiōe. Cuius mr̄ inuēta est virgo ante partū:virgo in partu/v̄go post partuz. Ipsa quē genuit adorauit/sed pr̄ mente v̄ȝ vētre:z prius v̄ȝ filiꝰ in vtero ꝟciperetur. Leuate ergo fratres mei:leuate in hac vasta solitudine capita vestra. Ecce eīn iaz est in porta redemptio vestra. O v̄ȝ magna magnalia deus,pter nos opat:ecce enim qūo nos amauit. Ipse eīn deus factꝰ est hō creatoꝝ creatura/diuitissimꝰ paup cōditoꝝ legis destructoꝝ legis,pter nos appellatur. Amauit eīn nos vt recipet nos/ hūiliauit se vt exaltaret nos i se. Inclinauit se:vt eriget nos ad se. Ecce eīn qūo nos amauit/q̄ descēdit vt nos exaltaret:exinaniuit se vt nobis potestatē donaret. Accigimini ergo o filij potētes z estote parati:q̄ die crastina videbim⁹ irrenerberata acie fidei in vno cōdēt̄ deo z hoie diuinitatē incarnatam/maiestatē subiugatā/libertatem captiuatam/virtutē infirmatā/eternitatem terminatā/virginitatē fecūdatam/vitam infirmatā. Accingimini ergo z estote parati/mēte pura/fide integra/charitate sincera:vt dum venerit ille sanctus sanctoꝝ z pulsauerit cōfestim aperiatis ei. Non igit̄ tedeat vos modico tēpore carnem vestraz domare iciunijs z abstinētia esce z potus/ quia ecce remunerator aducuiet:reddens vnicuiq̄ fm opera sua. Saluatoreꝫ igitur expectātes:sobrie iuste z caste viuamus in hoc seculo:expectātes beatam spem z aduentum domini vt digne cum eo gloriari possimus in celis. Amen.

Rom. ij.

¶ De natiuitate domini:z ad q̄d homo factus sit et verbum/caro panis ꝛc. Sermo.xx.

A



Fratres dilectissimi homo non solū per sapientiā dei factus erat vt esset:ſz eriā ad sapientiā dei factꝰ erat vt beatus esset/vt illa videlz frueret eo sensu quo percipi sapiētia poterat. Sed quia peccādo sensum amisit quo sapientia frui debuisset:qz oblitus est comedere panem sui:z refectionē illaz q̄ viuunt aie:in corporalē cōmutauit delectationez. Terrenis igit̄ z corporalib⁹ sensu z affectu imersus:nō potuit se ad spiritaliū cognitionez siue amorē erigere:sed sola ea q̄ carnis sunt agnoscēs/spiritaliū iocūditatem non agnouit. Jō ipsa dei sapiētia cū sursuz esset deorsuz hodie venit vbi hō erat:vt eū reuocaret vnde ceciderat. Et ecce verbum caro factū est:vt deus z hō inter hoies esset:z sic ꝟsus est panis ille in lac:vt a parulis hoib⁹ sumi posset. Sapiētia ipsa sursuz panis erat:z cadē ipsa sapiētia deorsum lacerat. In diuinitate ipsa sapiētia panis erat z in humanitate panis de celo descendens hodie lac factū est/vt tanq̄ infantes p lac nutriti hoies roborati ad panē deitatis accedere possent/vt idem ipse reficeret/z reficiēdo lāguidos ad incorruptionē repararet. Dedit ergo reparādis ad incorruptionē alimentū incorruptiōis:parulis q̄dem imaculataz carnem quā sumpserat de virgine matre:perfectis ꝟo incorruptibilē diuinitatē quā habuit de eterno patre. Jstis ne interī deficerēt in via:sed illis vt reficerent z perficerētur in patria. Jstis ad cōsolationē:sed illis ad glorificationē. Propter hoc q̄ dei filiꝰ,p redēptione hoīuz hō hodie factꝰ est:vt caro p carnē liberaret:z hūano generi de suo sumeret p̄ciū redemptiōis:vt ide remediū fieret/vñ vitiuz Ꝟctum fuerat/ z in eodē mōstraret z peritia medici/z iustitia redēpti:q̄ de suo z fanādo inuenit remediū z p̄ciū redimēdo. Qz ꝟo a corruptōe liberādū erat/qz remediū idcirco p̄cium redēptōis incorruptū esse debuerat/,ppterea maria mr̄ electa est:z sup oēs creaturas p̄ electa/oīb⁹ gratijs fecūdata:omni virtute z sanctitate in vtero repleta:vt de mūdissima matre mūdissimus filius naſceretur.

Psal.cx.

Joan.j.

B

E tudine sumus/ elongati sumus a seculo: z longo tpe iam mansimus in solitudine: vt fin aplicam formā quietius viuere valeamus. Locus em̄ nō facit sanctos: sed operatio bona locū sanctificabit z nos. Peccauit em̄ angelus in celo: peccauit adā in paradiso/ z tñ nullus loc⁹ sanctior illis erat. Si em̄ loca habitatoꝝ beare possent: nec hō nec angelus a dignitate sua corruissent Pēsate ergo fratres quid vestis nigra/ qd zona pellicea/ quid corona capitis persuadeāt. Nigra em̄ vestis que vilis est: mundi contēptuz nobis denūciat z memoriā mortis. zona pellicea lūboꝝ refrenationem declarat. Capitis/ qui de vertice/ superfluitatez criminū significant ablatam de mēte. Sic em̄ mihi sanctus pater Ambrosius qñ me regenerauit in xpo anno etatis mee tricesimo mihi petenti rndit. Cogitate ergo fratres q̄ reprehensibile est si sub tali habitu superbia lateat: vt luxuria. Sūme necessaria est igitur nobis in heremo demortib⁹ ipsa humilitas que designatur per vestē. Castitas que denotatur per lūboꝝ precinctionē. Obedientia que intelligit per fibiectionem. Portamus etiā baculos: per quos intelligitur disciplina sub qua semper parati esse debemus. Deus autē qui nos de tenebris gentium reuocauit ad gratiā/ confirmet etiaz in omni bono: vt abundemus in spe z virtute spiritussancti. Amen.

Ef. xiiij. Beñ. iij.

Quid ꝫ signet p hituz p̄dicatoꝝ

No. erra tē Aug. cuz fuit 2uersus ad fidē.

s. Pet. ij.

Sermo. xxviij.

¶ In cena domini. In quo buccelle panis acceptio: vite nostre pfectio: multiplex pditoris retractio: peduz lotio: multiplex christi celsitudo: ad humilitatez z dilectionem exhortatio: perditiois iude doloriosa conquestio: apostoloꝝ interrogatio: pditoris panis exhibitio: eiusqz fathana possessio declaratur. Bonū malūqz non nunq̄ prodesse: quādoqz etiā obesse: in iudam seua exclamatio: tempus exitus eiusdem z hominum quadruplex generatio describitur. Ad dilectionem (cuius ordo describitur) inuitatio rigoris abstinentie temperamentum: pacis commendatio: ad quam habēdam exemplis z similitudinibus fratrum premittitur exhortatio z demū simpliciani fletus: que insuper vita piculosior existat: aperitur.

A

Joā. xiij



Audiuimus fratres charissimi/ q̄ cū dominus intinxisset panē vt daret in de q̄ post buccellaz intrauit in eum sathanas. Et ait iesus. Quod facis: fac citius. Cū ergo accepisset ille buccellā exiuit continuo. Erat aūt nox. Cū ergo exisset: ait dominꝰ discipulis suis. Surgite. Et postea ait. Filioli adhuc modicū vobiscum sum. Anteq̄s tamē a vobis recedam: mādatum nouū do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Satis em̄ nouit charitas vestra q̄ tota perfectio nostre vite z edificatiōis ex euangelio accipitur. Eius verba a summo nostro magro nobis data sunt: nō preciosiora sint: z sat; nos hoz tant; nosq; edificant quotidie. Et ea vobis modo pñtamus: ad memoriā vobis reducimus: nō q; non bñ intelligatis lz in heremo pmanentes z segregati gētib⁹ sitis: etiā corpalr anteq̄s esset; pbyter eps pariter videre potuistis: sed iō vobis ad memoriam reduco: nō vt doceamus sed vt z me z vos frēs moneamus. In euāgelio quo dr/ quod ad pñtez diē pertinet: de patientia z dilectione z humilitate instruimur. Jō fratres vt z ego plenius valeā vna vobiscum corrigi z doceri: relinquere volui pbyteros meos: quoz vita apostolica vestra z eoz vna est. Et sanctū senem valerium etiā cozpore hodierna die relinqre non curaui: cupiēs vos docere z a vobis doceri: vt fructū aliquem deo in die tāte solēnitatis offerre digne pa
B riter possimus. Jō fratres ad expositionez sancti euāgelij accedētes: primo audire z scire vos volo q̄ dñs iesus discipuluz iudam multis modis: minis/ sacris/ z exemplis z plāctu volens eū corrigere: z predictis modis ad correctionē inuitare: ad vltimū eum manifestauit in dānationē z ruinam iā esse paratū: duz ipsa dixit. Qui intīgit mecū
Matth. xxvj. manū in paraplide: hic me tradet. Cuz em̄ iudas prauam suā vitaz nulli patere putauisset: magistrū audiendo erubuit: sed non penituit. Multo em̄ ante passionem dixit.
Joan. vj Jo. xiij. Nōne duodeci elegi sed vnus ex vobis diabolus est? Et post cenā ait. Uos mūdi estis sed non oēs. Hoc aūt magister dicebat: volens discipuluz verbo corrigere. Ecce qūo verbis timoris eū correxit. Sed videō dominus q̄ verbis eū corrigere: ipso nolente nō poterat: studuit eum corrigere: z sibi timorē eternum incutere duz ait. Ue hoi illi
Matth. xxvj. per quē tradar ego: melius ei fuisset si natus nō fuisset. Sed dñs eoz discipuli nequiter induratum: ad dilectionem sacramenti dulciter inuitauit dicēs sibi post petruz z ceteris. Accipite z comedite: hoc ē corpus meū. Sacramētum enim illud ideo hominibus datur: vt corpus in terris capiti coadunetur. Sicut enim multa grana vnum panē conficiunt: z ex multis racemis vnuz vinum extrahitur: sic ex multis hominib⁹ christi corpus cōficitur. Obtulit aūtez dominus discipulo sacramētum vnitatis: vt eū muitaret ad humilitatē dilectionis. Li
C cet etiam pter alios discipulos humilitatis exemplū prebuerit: tamē omem perditā recuperare valde cupiebat. Sed videō euz Jo. xiij. nequiter obstinatū: surgit a cena z vestimēta deponit: linteo se precinxit: z ad principem apłoz primo (vt arbitroz) fratres pueniat. Ante eū se genuflexit diuinitas⁹ incarnata: deus ante hominē: creator ante creaturā: magister ante discipulu: rex ante piscatorē: doct⁹ ante indoctu: sapientia ante ignorantiā: pulchritudo ante deformitatē. Ideo petrus diuinitatē incarnatā videns ante se incuruari: expauit: exhoruit: z per cenaculuz velut insensatus cucurrit z clamauit. Nō lauabis mihi pedes in eternū.
Nam inquit petrus. Domine iā dixi q̄ tu Matth. xvj. es christus filius dei vui: z tu mihi lauas pedes? Sed notare debetis fratres qui in heremo habitatis: cur inquā cena facta dicitur cū post ablutionem pedūm dicatur huc cellam panis iude dominū porrexisse. Nō debemus intelligere cenam finitā: cum dicatur panis esse adhuc sup mēsaz. Adhuc enim cenabatur quādo dominus a mensa surrexit: z tamē cena iam facta dicit. Intelligere hoc nāqz debetis q̄ non facta erat: sed parata: z ad cōuiuantiū mense vsuz producta. Ideo iohānes aquila grandis vtaz dicit cenam: omnia diligenter attendens: prius nostri saluatoris celsitudinez voluit cōmēdare: duz ait. Sciens iesus q; omnia Joā. xiij dedit ei pater in manus: z qz a deo exiuit: z ad deū vadit. Magnaz christi potentiam exprimit iohannes: cum omnia patrem ei dedisse affirmat. Magnaz celsitudinē christi predicat: cū eum a deo exisse asserit. Et tñ hodie audiuimus: q̄ ille q̄ hz oia in manu: vestimēta etiā deponit. Sed qd miruz: si p discipulis vestimēta deponit qui etiaz Phil. ij. carnē p inimicis suis? Et qd miruz si more famuli pcinxit se linteo: qui formā serui accipiens: habitu inuēt⁹ est vt hō? Quid miz. si fudit aquā in peluim: q̄ dignat⁹ ē fundere sanguinē p nra redēptiōe? Et ait iohānes. D
Uenit ḡ ad simonez petrū. Uf deniqz dubitaz: sicut fuit martyr ille scissim⁹ z doctor cyprian⁹ añ petrū iudaz lauasse: volēs dñs pdictuz discipulū reuocare. Sed non vī rō pderosa. Ex q̄ cū petrū iaz cūctoꝝ caput

fecerat: ad quē accessit primo in honore: vt ceteri postea similiter facerēt. Ideo sic intelligēdum est: cum summā rei bene transcripsisset dicēdo. Cepit lauare pedes: et linteo tergere: redit postea ad ordinem rei ostendēdo dicēs. Venit ergo ad simonez.

Jo. xiij. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet: sed est mūdus totus: Si mundus est totus: ḡre necesse est vt pedes lauet: Ideo fratres attēdere debetis: q̄ hanc mētionē facit dominꝰ de ablutiōe baptismatis: qui ergo lotus est in baptismate totus: non est necesse vt pedes venialiuz peccatorum lauet: quibus humana mēs obstare non potest: nec infans cuius vnius diei vita regnat super terrā. Peractis demuz et cōsummatis sacre cene sacramētis: factis et ordinatis in eadē cena apostolis sacerdotibus cōmunicatis et lotis eorū pedibus: iterum intrauit mēsam et ait. Scitis quid fecerim vobis. Si ergo ego dominꝰ et magister laui pedes vestros: et vos debetis alter alteriꝰ lauare pedes. Si suz magister: discite a magistro. Si domin⁹: erubescat hec despicere seruus. Si iam peperci ꝓditori et vos parcere studeatis. Si ante eū genuflexeri: humiles ante aduersarios estote. Si me ab eo permisi oscularī: et vos marillā prebere digneminī. Si proditorē amicum vocauī: et vos inimicū amicuz vocare corde et opere nō dedigneminī: q̄ nō est seruus maior domino suo. Et post pauca de filio perditōis dolorē ostendēs et dolens: turbatus in spiritu et cōtristatus ait. Unus vestrū me tradet. O q̄s doluit dñs discipulo ꝑdito. O q̄s studuit eū ad se reuocare. Doluit q̄ nō potuit eū corrigere. Doluit q̄ obstinatū iam eū esse cuz diabolo cognoscebat. Doluit q̄ super eū sentēciam eterne dānationis daturus erat. Et videtes discipuli faciē quā angeli aspicere desiderāt esse turbatuz: di xerūt: quis esset ille: querētes quis eorum esset maior. Sed quare hoc: nisi q̄ arbitrati sunt vt hoies ille qui maior est vt dominari possit: magistrū prodere ꝑcurat. Aliqui ramē de petro forte suspicabātur: quia plus et pluriua sc̄ facturū iam ꝓmiserat ꝑ magistro: suspicantes q̄ ficto corde sic totiēs loqueretur. Tu es filiꝰ dei. Sed quia petrus innocētem se sciebat: inuit iohannī vt peteret. Cui dñs. Cui panē intinctū porrexero: ille est: sed caue ne petro dicas. Et cū intinxisset iesus panē: dedit iude. Non est ergo credēdum q̄ dominꝰ alta voce dixerit: q̄ si petrus hoc sciuisset: dentibꝰ proditorē dilacerasset. Nec etiā est putādum: q̄ iudas tunc christi corpus sumpsisset: q̄ iam dominꝰ omnes discipulos cōmunicauerat et iudam (sicut lucas euidēter ostendit) panē intinctum tamē dominus discipulo porrigere voluit: vt cor intinctum veneno significaret. Et post buccellā intrauit in eū sathanas. Nūquid sathanas tamen ante cor eius intrauerat: Omnino fratres ante buccellā cor iude intrauerat: sed affectu et voluntate tātum: sed post buccellam intrauit sathanas effectu et opere. Tamē bona fuit buccella quā christus discipulo dedit. Bonum etiam sacramētum quod ei tribuit: sed aliquādo bona obsunt: et mala quādoq̄ prosunt. Corpus enim dñi quod bonū est: malis malum est. Et carnis stimulus malus est: et tamē paulo bonus est: et quod malū est sibi ꝑfuisse cognoscim⁹. Sicut supra diximus fratres: panis iste porrectus a christo et indigne receptus a iuda: fecit ex merito christus: vt maior esset licētia super eū diabolo post manifestationem: ideo grauiorē vindictaz in eum fecit. Subtracta enim gratia eū dominꝰ ad malum dimisit: et dimisit euz fm̄ desideria cordis sui: et iuit in adinuētionibus suis. Et permittēs eum in ꝓpria voluntate et arbitrio: ait discipulo. Quod facis fac citius Quasi dicat dominꝰ. Quia nō possum te reuocare timore verecūdie: nec mortis eterne: nec amore: do tibi potestatē vt agas facto quod iam volūtate fecisti. O iuda quid facis: Attende anteq̄s facias. Nam post factum forte gratiam penitēdi habere nō poteris: quid cupis tradere qui tibi multa peccata pepercit: Nunquid a morte te sepe liberauit: Nūquid tui amore patrem tuum sanauit a lepra: et matrem cum qua cōcubueras a paralysi etiā liberauit: Nū quid te discipulū cōstituit: Nūquid te bursariū fecit: Nūquid in furto te sepe ꝓuenit et semper tibi pepercit. Nūquid te post petrum vt plurimū honorauit: Nunquid semper christus iuxta se te habere voluit: Nūquid ad pacez postq̄s te ꝑditurum cognouit sepe reuocauit: Nūquid tibi suū sacrum corpus donauit: Nūquid ante te genuflexit: Nūquid pedes lauit: Nunq̄d te osculatus est: Tur ergo prodere vis magistrum: a quo tot bona recepisti: Sed hec omnia non considerans: recepta buccella exiit cōtinuo. Et bene exiit: quia vere a deo et a consortio discipulorum dei exiuit. Et erat (iquit euāgelista) nox. Merito nox discipulo prodituri data erat: quia cecitas mentem eius caligauerat. Qui discipulus postquā ab eis recessit nocte: mox magister vndecim congregauit: et ait. Filioli modicum tempus adhuc vobiscum sum.

Joh. xv. Joā. xiij. Joā. xiij Mat. v. et xxvj. Joā. xiij Matth. xvj. Joā. xiij

Ideo mandatū nouū do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Nouꝰ enim erat homo: q̄ quattuor modis generanꝰ homines: aut sine patre vt eua: aut sine patre et matre vt adam: aut ex patre et mr̄e vt homines: aut sine pr̄e ex matre tantū vt xp̄s. Bene ergo nouꝰ erat: q̄ deus et homo erat. Nouū etiaz regnuz ꝓmittebat quod nemo vnq̄ ꝓmittere ausus erat. Ideo nouū mandatū dedit. In lege aūt veteri dictum erat. Diliges amicū tuū: et odio habebis inimicū tuū. Sed christus nouū mandatum dedit: q̄ vt amicos inimicos diligere mādat. Cetere nāq̄ virtutes: fides scz: oratio: elemosyna: virginitas: et cetere ꝑfectiones corporis et fidelibꝰ et infidelibus cōes esse ꝑnt: ꝑ inimicū diligere tantū christianoꝝ virtus est. Et ideo magister veritat̄ dixit. In hoc cognoscēt homes q̄ mei estis discipuli: si dilectionē admiscē habueritis. Scitote tamē fratres q̄ talis ordo in diligendo seruādus est. Primo sup nos et super oia deuz diligere debemus: deinde animā nostrā que nostra ꝓprima est: deinde corpus: q̄ factura dei est. Ideo apls dicebat. Nemo carnē suā odio habeat. Ideo nutrire debemꝰ corpus: nec ipsuz occidere sed sustētare debemus cibo et potu: quātum valitudo ꝑmittit. Sic eñ vult deus: sic vult apostolus: sic et vobis fratres mei ꝓcepi. Ideo fratres horto: vos et moneo atq̄ fieri ꝓcipio: vt tantū carnē dometis: quātuz natura portare potest. Nam cū videaz iter vos quosdam seragenarios: quosdā septuagenarios: quosdā cētenarios: vidēs eos dei amore seruēres: corpora eorū crucifigētes: vinū etiā non bibentes: timeo ne potius defendāt ꝑ placant. Talib⁹ in christi nole ꝓcipio: vt saltē diebus dñicis et solēnibus vinū vel ceruisiā bibant. Iuuenes aūt qui fortes sunt: et iam triūphare de inimico ceperūt: in christi fide penitentiā agant ne deuincātur ab hoste. Sic eñ volo: sic sepe ꝓcepi seruari. Sic nō occidemus corpora nostra: sed seruiēt creatori suo. Deinde diligere debemꝰ ꝓprimuz sicut fratrē nostruz: amicuz nostrū vel inimicū. Ideo attēde q̄ si inimicū videris esurire: ciba illuz: da illi potū cooperias euz. Et carnē tuam ne desperes. Dilectio eñ spiritalis bonoꝝ est: quia omnis habēs caz bonus est. Nūquid etiaz cū odio aliquādo paradisum quis itrauit: Ad infernū ire odium habentē sepe me legisse memoror: sed ad celū nunq̄s volare cōcedā. Cupimus ergo fratres esse ciues celestis ciuitatis: seruemus nouū mādatum nouę ciuitatis. Illa inq̄s ciuitas hz pacez: precipit pacē: et diligit diligētes pacez. Sequamur ergo pacē sine qua deū nemo videre potest. Queramus pacē: et postea seq̄mur pacē. In ipsa deus habitat: in ipsa q̄escit et pausat: q̄ factꝰ est in pace locus eiꝰ. Nō ergo habeamus cor intinctuz odio: ne filij iude ꝓditoris simus: ne cū eo fuispēdamur: et a diabolo pariter cuz eo trahamur ad tartara. Qui odiū in corde portat secūdus diabolus est: et qui pacē impedit antichristus est. Et qui pacē ordinat inter fratres reuera filius dei est. Attēdite fratres mariā: quoniā multuz dilexit: dimissa sunt ei peccata multa. Quid etiā petro dixit dominus: misi petre amas me: Et q̄ amauit: meruit et amari: meruit audire/pasce oues meas/pasce agnos meos. Quid etiā discipulo ait qui diligebat christū: et quem christus diligebat: Dilecte mi veni ad me/ q̄ tēpus est vt epuleris. Pacē ergo habeamꝰ fratres: si pacē cuz christo habere volumꝰ. Si vis amari a christo: ama inimicū propter christū. Si vis ergo amari/ama. Hāc amplectimini/hāc diligite/hāc pacē et concordiā vsq̄ ad mortē seruate: si vultis cum deo pacē habere. Par eñ omniū custodia et cura virtutū est. Hanc pacē annūciari in suo ortu angelis ꝓcepit. Pacem annūcia uit sepe apostolis. Pacez predicare ꝓcepit holibus: pacē pro testamēto apostolis reliquit: pacē in cruce pendēs postulauit: pacem in sacrificio totiēs in populo pnūciari voluit. Nulla deniq̄ dabit venia: misi pacifico viro. Pellite ergo a vobis hoc odij mortiferū venenuz: et pacē inter vos habete/ q̄ estis fratres: q̄ in hac vasta solitudine simul in vnū estis cōgregati. Uno eñ pane/vno indumento/vno nigro colore: vna aqua oēs simul participam⁹. Reducamus igitur fratres ad nostrā memoriaz q̄ dominus ab inimico osculat⁹ est: et tamē amicuz vocat illū proditorē. Amice (inq̄t) ad quid venisti: Date igit recōciliationis pacē sed nō osculum ꝓditionis. Qui eñ ficte inimicū osculatur: vel verbo blāditur: iude ꝓditoris fratrē et socium et simlē sibi esse quis dubitare poterit: Sed qui amore xp̄i: verꝰ filius est. Uos eñ fratres quorum vita lux mūdi est: licet mūdus vos nō videat: tamē mūdi lucem vos appello et sal terre. Ideo q̄ lux estis: luceāt opera vestra bona. Nos qui videmur gerere in corporis nostri habitu figurā crucis: et nomē religionis sancte habemus: nigrā etiaz vestē humilitatis portamus: zonis etiā pellicis precincti aparemus: caueam⁹ ne simus sepulchra dealbata: que foris pulchra et speciosa a; parēt: sed intus plena sunt ossib⁹ mortuoꝝ occultis. Prouideamus ne nobis dicatur.

Jo. xiij. Nor. ordinēcharitatis et q̄ sunt diligēda p eā et quo ordine. Ephe. v Precipiendū est senibus, q̄s ꝓximis, diuersis ꝑsonis. Ef. lviij Heb. xiij Ps. lxxx. Jo. xiij. Ꝑ iude fuit leprosus et mr̄ paralitica. Matth. xxvj. Luce. vj. Ps. lxxv Jo. xxj. Luce. vj. lu. xxiij Mat. x Jo. xiij. lu. xxiij. Matth. xxvj. R Mat. v. Matth. xxiij.

Ue vobis qui clauditis celorū regnū ante homines. Timeo cñ satis ne paradisū introitis: nec alios introire permittat⁹. Hoc autem quare dico fratres: nō quia credaz vos malos ēsse: sed qz doleo de fratre nostro perdito simplicio: qui ad hūc locum et ad hanc sanctā cōgregationem cum tanto feruore peruenit: et audito patrē interfectū
1.cor.x. ēsse a nobis recessit et mundū intrauit: vt patris vindictā vindicare posset. Qui ergo se existimat stare: vigilāter attendat et videat ne cadat: et sic homines videtes illos qui colūne sanctitatis esse videbantur tam nequiter cadere: nō solum ipsis regnū celorum claudūt: sed et in seculo demorantibus. Nobis demiqz fratres qui nomen et habitum sancte religionis portamus vita mala periculosior ostēditur ēs in seculo demorātibus. Proponamus ergo fratres peccata nostra et fratris nostri amissi. Diligam⁹
1.Jo.iiij. lu. xxiij. et nos inuicē: quia charitas ex deo est. Nō erubescat alter alteri veniā postulare: quia non erubuit christus inimicos ad pacē in cruce reuocare. Non erubescat facere fr̄s
ps.lxvij Ephe.ij unus quod primū fecit et domin⁹. Dominus autem qui habitare facit nos vnius moris in domo: qui est vera pax: qui fecit vtraqz vnum nos in vera pace ꝑseuerare faciat.

De ligua dolosa. Sermo. xxix. In quo que sit lingua dolosa: cōtra quā asperrime inuehit Augustinus: prebens patientie remedium et oppositum: quo nam modo etiā alterius debeam⁹ portare onera nos instruit et c.

A

Quiovos scire frēs charissimi que sit lingua dolosa: a qua eximius propheta rum dauid postulabat a domino liberari dum dicebat. Domine libera ani
ps.cxix. mā meaz a labijs iniquis et a ligua dolosa. Et ideo scitote fratres q̄ nō soluz est lingua dolosa illa que seminat inter fratres discordias: que suscitat lites que incitat furores: que etiam cōuent⁹ conturbat: sed etiā illam dolosam linguaz dicimus: que te laudare adulādo procurat: dicens in facie te esse quod nō es. A tal-
Adulatores mlt̄a mala faciūt et eisdē mlt̄a ꝑdicta attribuūtur. bus autez deū deprecari debemus: vt nos liberet et liberemur. Quare ab his liberari debemus petere. Quare eos vt mortē fugere debemus. Nisi quia adulatores sunt: quia mēdacia diligunt et faciunt: quia falsitatis sunt inuentores: qz diaboli fratres: qz ſitatis destructores: qz puritat⁹ demiatores: quia odiorū inuētores: quia diaboli ioculatores: qz sathane mediatores: qz dei persecutores: quia animarū inuectores: et omniū malorum inuētores: mel in ore portantes: et venenū aspidum insanabile i cor da hominū cōspuentes. Ecce propter qō a domino liberari postulare debem⁹. O iniqua lingua et dolosa. O iniqua proditio. O pessima diaboli astutia. O grandis malitia: nō solum per amara verba: sed etiā per dulcia homines illaqueare ꝓcurat: vt secū eos perducat ad tartara. Naz si homo ab homine leditur: opprobria/cōtumelias et iniurias patitur: inimicus reputatur ab eo: credo q̄ me non diligit: oīno oportet me custodire ab eo. dicet homo: sed si deo placere volo: me oportet alterā maxillariz ibi prebere: et totum portare in patiētia: vel malū pro malo non reddere. Ecce quomo-
Mat. v. do ad talia remedū est. Sed si homo beatum me predicet et verba adulationis non cognouero: quod remediū habere potero. Ideo fratres non solū lingua dolosa est il-
B Jaco. iij Gal. vj. la: que mala inter fratres cōmittit/sed et illa que adulatur. Si quis verbo tamē non offendit: hic perfectus est vir. Sed quia nemo perfectus in via: ideo necesse est vt alter alterius onera portemus. Nemo tamē alteri⁹ onera portare potest nisi qui habet charitatē. Sed qui charitatem nō habet: non solū onera proximi portare nō valet: sed nec etiaz sua. Quid enim facere debet
Matth. vij. qui charitatē non habet? Ecce statim de festuca trabē facit: verbū pro facto reputans factum fuisse putat. Et sic dolet/clamat: tristatur: minatur vitā proximo dilacerare: et sic cōsumitur ille qui charitatem nō habet: et onera alterius portare nescit: mo. etiā frequenter desiderans: sed mori nō potest. Nos vero fratres non sic: sed si
ps.cxix. verberamini a lingua dolosa: non turbato animo: nō corde inflato: sed humili et tranquillo dicite. Domine liber. animā meam a labijs iniquis et a lingua dolosa. Sic in hoie charitatē habente excitatur frequētius amor charitatis. Inflāmat eteni cor et ardet: reuniscūt viscera pietat⁹: et sic clamare nō cessant q̄ tāgūt a ligua dolosa. De
ps. cxx. ficit i doloreivita mea: et āni mei i gemitib⁹.

De confessione peccatorum. In quo confitēdum esse et deum id velle etiam homini (precedēte tamē conscientie examinatione: hinc satisfactione subsequēte) ostendit: tenendum esse ordinem etiam in incessu: confessionem quoqz non esse procrastinandam: nec timore/aut terrore/reliquendam: cuius cōfessionis scilicet et latronis pendētis cōmendatio nem exprimit. Hortaturqz sacerdotes prudenter vt habeant in sacramento penitentie quatinus fideles et corde et ore confiteant. Ser. xxx.

A

Jcere solent homines fratres charissimi. Deus cūcta nouit: apud eum nec preteritus nec futurū est: omnia videt: et omnia ponderat: omnia nuda et aperta sunt eis. Quare igitur vult vt cōfiteamur hominibus peccata nostra que nequiter gessimus? Nūquid non melius est cūcta mala tacere: ēs ea predicare in tectis? Ecce enī quis dicet: peccaim super omnes homines? Sed si cūcta hominibus predicauero: omnibus hominibus peior reputabor a cūctis: exemploqz meo multi multa mala cōmittent. Quomodo ergo cōfiteri debet homo alterutrū peccata sua? O homo an ignoras q̄ omnes peccatores sumus? Et si dixerimus q̄ pecca-
1.Joā.j. tum nō habemus: nosipsos seducimus: et veritas in nobis nō est. Omnes peccam⁹: omnes cū peccato nascimur: omnes in peccatis demergimur: etiam infans cuius est
Job.xv. vnius diei vita super terraz. Cur ergo timemus peccata confiteri? Tamē oportet confiteri deo: quoniam bonus est: et in eternuz misericordia eius. Vult enim deus q̄ confiteamur: nō q̄ ignoret peccata nostra sed vt diabolus audiat quoniaz confitemur et penitet nos peccasse: et peccatis cōfessis cum dolore et lachrymis: non habet amplius vnde nos incuset. Ecce enim fratres diabolus vult vt taceam⁹: deus vult vt confiteamur: et cui magis obediēduz sit: certe constat deo qui salutaria precepit. Non enim sufficit cessare a malo: ni i pec-
B Ecclc. v cata que fecimus cōfiteamur cum dolore. Nec soli deo sufficit cōfiteri: sed alterutrū peccata nostra cōfiteri debemus. Nō igitur tardes cōfiteri deo. Non tardes cōuerti ad deū: nec differas de die in diē. Subito enim veniet ira dei: et tempore destruet te. O fratres mei qui vsqz nunc dormistis.
Joh.xij. Cōuertimini ad deuz in toto corde vestro in ieiunio plāctu et fletu. Ecce enim qz dicit: in toto corde: nos docet ꝓpheta: q̄ in corde est fons penitētie: fletus vero ad oculum: planctus autē ad os: sed ieiuniz ad totuz corpus refertur. O homo ne tardes cōuerti ad deum: discute mentē tuaz: prospice singula secreta cordis: cōsidera ante ēs ad cōfessionem accedas q̄ cor peccauit mala appetēdo: oculus vanitatem videndo: os falsitatē dicendo: auris mēdacia audiendo: manus verbera et homicidia perpetrādo: et si non opere saltem voluntate. Quis se excusare poterit pedes etiam veloces ad maluz? Igitur o fratres mei sicut exhibuistis membra vestra seruire imun-
Rom. vj dicie et iniquitati ad iniquitatē: illa et nunc exhibete membra vestra seruire deo in sanctificatiōe. Primo enim cor quod mala cogitauit et ꝓcupiuit: poeniteat et doleat: et oculus fleat: os sine intermissiōe oret: aures audiant verbum dei: manus elemosynaz porrigant: peregrinos suscipiāt: infirmos foueant: nudos induāt: pedes vadant ad ecclesiam: genua flectātur et laborent: quia si cui nullum fuit membruz quod peccando deo nō displicuerit: ita nullum sit mēbrum quod penā non patiatur cōdignaz. Dedit enim nobis deus mēbra vt sibi seruiamus non mūdo. Sed heu fratres: celorū cives et domestici dei: facti sunt amatores mūdi fortius diligentes terrena ēs celestia: transitoria plus ēs eterna: res suas plus ēs ipsos. Nō sic fratres mei nō sic: quia ecce iam tempus ꝓpe est: ecce iam nobis minatur. Surgite ergo qui panē doloris comeditis: et ad ecclesiam pergere festinemus/et flentes peccata nostra cū dolore confiteamur. Sed primo talis ordo tenēdus est: vt peccata ꝓmeditētur: vt proferēdo talē modum et circūstantiam peccatoruz deo et sacerdotibus cōfiteamur vt a pedibus suis non onerati sed alleuiati discedere valeamus. Et nolite fratres mei differre ꝓfiteri peccata vestra: nā qui vsqz ad vltimū diez q̄dragesime vel vite sue distulerit cōfiteri: dat signuz q̄ hoc libēter nō facit. Non gratiose nō puro corde: sed coact⁹ hoc facere videt: sed coacta seruitia ēs tuz deo vel hominib⁹ placeant ꝓsiderate. Nō ergo de die in diez differamus pādere cordis nr̄i secreta. Promisit enī deus veniā penitenti: sed non promisit vsqz in crastinū differenti. Igit non differam⁹: sed cum ad ꝓfessionez accesseris tu hō vel femina: caue ne rideas vl' ornate incedas: ne fabulas prio. proferas: sed cū humiliato capite et dorso cinere et cilicio infuse: ꝓfiteamini alterutrum peccata vestra. Sed deprecor te o homo vt cōfiteri nō pa-
Quid facere qd̄ vel caue re deat̄q̄ accedat ad ꝓfessionē ut ne hō sinefamia
Jaco. v. neas. Frequēter enī diabolus cor tuū astringit: ne ꝓfitearis dicens. Quo cōfitebor: hec et illa? O hō qñcuqz hoc ꝓsenseris: diaboli tētationez esse nō dubites: q̄ cupit te astringere neqter: vt in peccatis posit⁹ sine magna tentatiōe semp agas que placita sunt ei. Nolite ergo timere peccata ꝓfiteri o fra

Nota ꝙ tres: nisi illud qđ per cõfessionez scio minus reuelato scio ꝙ illud qđ nescio. Cur confiteri times res ꝓfessionis cut & tu & fortitã maior. Hõ est nihil differt ꝙ timentes cõfiteri.

tres: nisi illud qđ per cõfessionez scio minus reuelato scio ꝙ illud qđ nescio. Cur confiteri times peccata: Peccator est qui audit peccata sicut & tu & fortitã maior. Hõ est nihil differt a me: nihil alienũ habet a me. Cur ergo times o hõ peccator homini peccatori confiteri: Elige qđ vis: si nõ confessus lates incõfessus dãnaberis. Ad hoc em deus exigit cõfessionẽ vt liberet humilẽ. Ad hoc dãnat non cõfitentẽ: vt superbũ puniat i eternũ. Cõfitemini o fratres mei & nolite differre: ad sacrã messem cõfessionis accedere festinate. Hec est em salus aiarũ: diffipatrix vitiorũ: restauratrix virtutũ: oppugnatrix demonũ: pauor: inferni: obstaculũ diaboli: angelorũ tunica: ecclesiarũ fiducia: salus: dux: baculus: lumẽ & spes oĩum fidelium. O sancta atq; admirabilis cõfessio: tu obstruis os inferni & aperis paradisi portas. O cõfessio sine te iustus iudicaꝛ ingratus: & peccator mortuꝰ reputabitur. O cõfessio vita iustorũ: peccatorũ gloria: tu sola necessaria es peccatori. & nihilominus iustus si quis reputabiꝛ te astringere & frequentare debet. Nihil deniq; remanebit in iudicio qđ fuerit per cõfessionem purgatũ. O confessio illibata tãto pondere appẽsum est: tã tũq; valuit apud deũ: q homo nouit appẽdere latroni qui in cruce cõfessus est domini crucifixũ quãtum si fuisset ꝑ dño crucifixus. Ecce quãtum, pfuit brems ꝓfessio peccatoris. Sed nos qui sacerdotes sumus: & vtinã boni simus: caute nobis vigilare necesse est & sollicite quatenꝰ sic delinquẽtibus cordibus tãto moderamine verbũ tumoris & cõtritionis infigamus: vt eos nequaq; a verbo ꝓfessionis exterreamus: vt sic corda aperiãt q ora nõ obstruamus. Sed nec absoluere debemus etiã cõpunctum nisi viderimus ꝓfessuꝫ. Qm̃ quidẽ corde creditur ad iustitiã: ore aũt fit confessio ad salutem. Qui ergo verbũ ꝓfessionis in ore hz & i corde nõ hz: aut dolosus est aut vanꝰ. Qui ẽ in corde & nõ in ore: aut supbus est aut timidus. Decet igiꝛ sacerdotes esse tales vt cognoscãt & sciant quã: qualem & quãtam infirmãtibus exhibere debeant medicinã. Adiuuante domino deo nostro: qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

D No. excellẽtias & p̃dicata ꝓfessionis.

Luce. xxiij.

Rom. x.

Quales debẽt eẽ sacerdotes q̃ audiũt confessiões.

De fallacia mũdi & ꝺetestatõe ꝑp tria p̃cipue mala q̃ i eo sũt. Ser. xxxj.

A j. Joã. ij.



Criptum est fratres charissimi q mũdũ non ꝺiligamus: qm̃ mũdus transit & concupiscẽtia eius. O mũde imunde qui hoies illaqueare non desinis: quiescere nõ permittis: rapere oẽs appetis: occidere oẽs queris. Ue qui tibi credit: beatꝰ qui tibi resistit sed beatior qui a te illesus recedit. O munde, pditor: cũcta bona, pmittis: sed cuncta mala pferes. Promittis vitaz sed donas mortẽ: promittis gaudiũ sed largiris meroꝛez: pmittis quietẽ sed ecce turbatio. pmittis florẽ sed cito vanescit: pmittis stare sed cito recedis. Nõ ergo es diligẽdus: qm̃ omnino trãsis: & cõcupiscẽtia tua velut fumꝰ euanescit. Alloquãtur oẽs amatores tui o munde imunde: quibꝰ aliquãdo florem serenissime iuuẽtutis prestare voluisti: vitaz duturnã diuitiarum copiaz: familiarium abũdantiaz: pceis amenitatẽ: dicant oẽs: loquãtur cũcti: surgat venerabilis pr̃ adaz cum oĩbus filijs suis: & vno ore loquantur: vtrũ in hac vita gaudiũ habuerint sine dolore: pacẽ sine discordia: quietez sine metu: sanitatẽ sine infirmitate: lumẽ sine tenebris: panẽ sine dolore: risus sine fletu. Nolite igiꝛ fratres mundũ diligere: qm̃ trãsit & cõcupiscẽtia eius. O mũde imunde: fallax et pditor. Nunqd nõ periculosior es blãdus ꝙ molestus: Nũquid nõ magis timendus es dũ allicis ꝙ dum sperniꝭ: Nunqd non magis odiẽdus duz diligere dissimulas ꝙ dũ odire te ostẽdis: O munde imunde: in te habitare & nõ dolere impossibile est. In te sperare & nõ timere vanuz est. In te tuta amare & nõ periclitari ipossibile est. O fratres mei nolite ergo cũ diligere: qm̃ transit & cõcupiscentia eius. Sed ecce mũdus trãsit & nos turbat & amaꝛ: fallit & fidelis reputaꝛ: occidit & velut vita desideraꝛ: flectit & amplectiꝛ. O munde imũde: & si floreres quid facerẽt amatores tui: Sed vere non floꝛes: & stabilitatẽ nullaz habes: sed mella tua & dulcedo tua asperitatẽ habẽt locumditatẽ falsam: certũ dolorem, incertã letitiã: durum laborẽ, tiuidaz quietẽ, rem plenã miserie: & spez beatitudinis inanẽ. Nolite ergo diligere mundũ, qz omne qđ est in mũdo aut est cõcupiscentia carnis: aut cõcupiscẽtia oculorũ: aut superbia vite. Agamus fratres si possumꝰ hodierna die de singulis. Voluptas em carnis dicit quaz per modũ illicitum misera caro appetit: vt gulositas: ebrietas, luxuria: nimia dormitio, & vanꝰ risus. Et qz caro vicinior est: per vicia eius primum nos aggreditur. Mũdus enim quato familiarior est, tãto periculosior est: & multi per vitia eius corruũt. Ecce adam per gulã: loth per ebrietatez: salomõ per luxuriã. Jõ fratres gulositati p abstinẽtiaz occurrere festinãter debemꝰ. Considerate q nõ ꝓpter potum sed ꝓpter pomũ homo pmutꝰ mortẽ inuenit. Esau nõ ꝓpter gallinam sed ꝓpter lenticulã primatũ suũ perꝺidit. Scio em Noe omne genus carnis qđ cibo esset visum: mãducare ꝛcessuꝝ esse. Heliam cibo carnis refectuꝫ legimus. Johannis mirabilẽ abstinẽtiam predicamus. Sic nos facere debemus, sed non sicut esau lẽticule cõcupiscentia deceptus. Nõ sicut dauid, ꝓpter aque desideriuꝫ repreheñsus: sed sicut rex noster qui nõ de carne sed de pane tẽtatus: tentatorez supauit teterrimũ. O magna & admirabilis abstinẽtie virtus: per quã hoies filij dei excelsi efficiũtur: per quã vitia expelluntꝰ & demones: per quã non solũ aiaꝝ salus agitꝰ, sed etiã corporũ sanitas possidet. Ecce em fratres: cõcupiscẽtia carnis qualis & quanta est. Ipsa em fomẽtum & mater aliariuz voluptatũ est: qz qui bene comedit: libidines carnis frequẽter sentit: dormire querit: inde verbositas & rixe que sunt opa carnis: inde cõsumptio pecunie. Nolite ergo fratres diligere mundũ: qz in eo sũma concupiscẽtia est carnis. Sed qđ aliud nisi cõcupiscẽtia oculorꝫ: O fratres mei: fecit enim deus nobis oculos vidẽtes: qui fecit magnalia: vt toto corde eũ laudemus, ploꝛantes si qua mala fecimꝰ. Ecce in miseria sumus: & in miseriꝭ nõ ridere sed flere debemus. Cũ enim nascit puer nõ ridet ꝭ ploꝛat. Quare ploꝛat: nisi qz voce testaꝛ & confiteꝛ ploꝛãdo se ad miseriã deuenisse: Nascũtur em filij adam ad laborẽ & dolorem: qz iugũ graue positum est super filios adã a die exitus de vẽtre matris eorum vsq; in diem sepulture eorũ. Non igiꝛ ridere sed flere debemus: attẽdentes & sciẽtes q dominũ nunq̃ risisse sed fleuisse legimꝰ. Sed qũo fleamus peccata: qu omnẽ eleuemꝰ oculos ad montẽ vnde veniat auxiliũ: audiamus iohãnem. Quid em dicit: nisi q omne qđ est in mũdo est cõcupiscentia oculorꝫ: Concupiscẽtia oculorꝫ dicitur: qz per oculos desideria auri & argẽti: possessionum & cũctorũ terrenorũ intrinsecus asse intimãtur. Jdeo summe custodiendus est oculus: qz tanta cordis est & nũcius. Nam claude oculũ: & voluntas habẽdi nõ erit: cesset voluntas & ecce infernus claudit. Ecce enim fratres quot mala per oculos fluũt: & quot bona per eosdẽ possunt adipisci. Si enim dauid oculos clausisset: feminã nõ vidisset ad ulteriũ nõ cõmisisset. Si iudas pecuniã nõ vidisset: magꝭ minime tradidisset. Et si sodomite oculos clausissent: iuuenes nõ vidissent nec perussent. Claudamus igiꝛ oculos ne videãt vanitatẽ: custodiam̃ tantaz cordis nostri ne latro qui quotidie, pcurat intrare veniat & cũcta bona valeat depredari. Claude enim oculũ & amittis vitiuz: claude ianuã & latronem occides: claude oculũ & voluntas nõ eri. habendi: claude oculũ & infernũ clauseris in eternũ. Licet tamẽ multi ceci mali sint: sed peiores eos fore nõ dubitamus si hec que mũdi sunt viderẽt. Ipsa em visio causa cupiditatis est & principiũ appetitus. Claudam̃ ergo iamuaz: ne mors intrare possit per fenestras nostras. Quid em aliud in mũdo esse legimus nisi superbiã vite? O supbia cũctaruꝫ virtutũ nouerca: quis te creauit quis te ad nos misit: quis te ad cõuentus diuitũ & pauperũ tam mirabiliter introduxit: Scio qꝛ deus te nõ fecit: nec te ad nos misit: nec ad conuẽtum monachorꝫ pauperũ vel diuitũ introduxit: nec te ꝺum carnẽ assumpsit assumere voluit: sed tua inimica humilitate dignatus est habitare inter bouẽ & asinuz & subditꝰ esse voluit marie & Ioseph. Quid ergo agis inter nos: Nã te natura nõ ostẽdit qua vno modo generant: vno mõ viuũt & moriũtur oẽs. Quid ergo agis inter seruos dei: Quid ostẽdis eis: Cur eos iflas: Cur inflare eos demonstras: Nosti q eis eternã vitaz prestare nõ poteris. Quid eis demõstras, ꝓpter quod eleuẽtur sup astra celoꝝ: cupientes esse sicut deus: & super ea ascendere vellẽt si possent: O supbia nouerca virtutũ: mater vitiorũ: porta inferni: magistra erroris: caput diaboli: vitiorum principiũ: quid inter hoies facis: quid eis ꝓmittis q̃ te tantũ diligere demõstrant: Ecce amatores tui tam cito de altitudine cadũt. Ecce em nabuchodonosoꝛ qđ tãtuz diligere videbaris: & tantũ te diligebat: tã fortiter te astrinxit: vt credere ei faceres qz nullus eo maiꝛ esset in orbe: & ecce mor de flectitur & cadit: & demergiꝭ in profundũ: & quasi bos fenũ comedit. Ecce quid accidit te diligẽtibus: Sed te nõ amantes de stercore penitus eleuãtur, & collocantur cum principibus populi dñi: solum gloꝛie honoris & dignitatis tenentes in scia. Eia ergo fratres discite humilitatez habere: discite superbiã cõculcare: discite & eam deuitare velut mortẽ eaz cõculcare. O ꝙ difficile diuitibus: o ꝙ penosuz: o ꝙ meritoriũ. Estote ergo paupes si vere humiles esse cupitis. Nã destructis diuitijs & cõculcatis facilius sancta pfectaq; humilitas acquiritur, cũ quibꝰ vere poterũt habitare. O diuitie dulcissime & suauissime hoibus insipiẽtibꝰ apparetis: sed oi veneno mortaliores estis oi no. Uenenũ enim quis sumere poterit, nisi fuerit aliqua dulcedine copulatũ: Sed cõ mirrã dulcedini faciliter sumit. Sic enim qui recipit mozit. Sic qui diuitias amat

Gen. ix. iij. regũ. xvij. Mat. iij. Ge. xxv ij. regũ. xxiij. mat. iij.

C

Eccle. xl

B j. Joã. ij.

ps. cxx.

ij. reg. xj

Matth. xxvi. Gen. xix

Gen. iij. Gen. xix iij. re. xi. Gen. iij. Ge. xxv

Claudẽ di sũt ac custodiẽ di oculi, p pt mala q facũt. Ysiere. ix

D

Luce. ij.

Ef. xiiij. No. pdicata & titulos su perbie.

Da. iiij.

D

dulcedinē videt gustare. Sed ecce mors inter diuitias latēs holem superbū ⁊ elatū: diuitē inflatum aggredit: ⁊ aggressus occidit. Nō quātum pſunt nobis diuitie mundi huius per quas occidimur: per ꝙs mutamur quotidie: per quas inſidiamur frequenter: per quas eleuamur in vanitatē: per quas veneramur mēdaciter: per quas anima supbam ad infernū diabolus semper expectat ꝺducere. Tollite ergo fratres mei diuitias vt facilius tollatis superbiā: tollite diuitias ⁊ infernus nō erit. Date elemoſynas ⁊ oia munda dabūtur vobis. O fratres mei an ignoratis q̄ pauperib⁹ non dare tuliſſe eſt: Et merito quādo quis poteſt esurientibus subuenire ſi nō paſcit: merito vitā extinguit ⁊ eos mori permittit. Pudeat ⁊ erubescat chriſtianus tollere paup'bus quibus inbemur ſemp offerre. Ultra omnem iniquitatē eſt diuitem velle fieri de extinctare pauperū vel vidnarum. Itaq; fratres amāda ſunt honeſta lucra: ſed horreantur dānoſa compēdia. Nullus audeat ide tollere vbi debeat collecta diſpergere. Addēdo perdit qui retinēdo collegerit paupertatē potius ad ſe trahit qui paupertatem ſe exigentiū pecunia nō repellit. O fratres mei veniet dies illa: veniet ⁊ nō tardabit: quādo nobis dicet. Exurim ⁊ non dediſtis mihi māducare: ⁊ vltimo dicetur illis. Ite maledicti in ignē eternum. O fratres ſi in ignē mittētur illi qui nō ſunt elargiti: nec que cū laboze lucrati ſunt pauperibus donauerūt: quid dicetur illis qui aliena rapere nō timuerunt: Cū diabolo ardēt: qui nudū non induerūt: vbi putamus arſuros qui viduas ⁊ orphanos ſpoliauerūt: Non ergo ſpoliare debemus paupes vt denudati abūdemus in ſuperbia vite: ſed elemoſynas dare vt pauperes ⁊ humles ſim⁹ non differamus. Sed hec nō ſolum facere nobis ſufficit: ſed ⁊ proximū ctiam ad hec inducere feſtinemus: dicētes poteſtatē habētibus ⁊ terrarū rectoribus q̄ nō ſolum elemoſynā porrigant: ſed ⁊ q̄ regna ſua in pace cuſtodiant: ſciētes q̄ remota iuſtitia regna latrocinia efficiūtur. Multi em̄ ſunt rectores: ſed pauci iuſtitie amatores inueniūtur. Nam cū queſitū fuiſſet a ſocrate ridente: cur ſic fortiter rideret. Reſpōdit. Video magnos latrones ad ſuſpēdium duci face re paruos. Et alta voce clamaſſe refertur. O ꝙs digniores eſtis ſuſpēdi qui in cathedris ⁊ domib⁹ habitatis latrocinia maiora cōmittentes: ꝙs qui in ſiluis cū tremore quotidie demorari videm̄. Quapropt frēs nolite rapere: nolite fenerari vt abundetis in ſuperbia vite. Sed diuitie ſi affluāt nolite eis apponere: ſed diſpergite eas vt humiles ſitis: ⁊ mirari valeatis illum qui ſequētibus ſe dicet. Venite benedicti patris mei poſſidete regnum quod vobis paratū eſt ab origine mundi. Amen.

Diū quo diuitie nocent.

Luce. xij

Nota ꝙ ſpoliatores pauperum.

mat. xxv

Notare hoc hñt iudices ⁊ aduocati.

ps. lxx.

Watth. xxv.

¶ Ad leproſos vt patientiā teneāt: exemplo ꝯ chriſti leproſos hortat ⁊c. Sermo. xxriij.

Eph. iij.

Atres mei dilectiſſimi ſcio q̄ percuſſit vos deus et leproſi facti eſtis vſq; ad diē mortis vestre. Ideo obſecro vos in dño noſtro ieſu chriſto cuius pretioſo ſanguine redēpti eſtis: vt nō deficiatis in tribulatiōibus que ſunt p gloria veſtra: ſciētes q̄ per carnis afflictionē mentis infirmitatē occidimus. Spiritus em̄ deficit: dū miſera caro gaudendo quiſcit. Ergo ſi paupras vigeat: ſi luctus meſtificat: ſi ſtomachus dolcat: ſi pect⁹ vel venter inflet: ſi totius corporis dolor vos inget at: ſi calamitas vos vndiq; verat: ſp vos letificet in oībus laboribus ⁊ periculis vite hui⁹ amor veſter in deū ⁊ pia patiētia ⁊ certa ſpes ſupernor. Deſpiciamus ergo diuitias corde: ⁊ erimus locupletes. Deſpiciamus inimicor. ſupplicia ⁊ erimus ſemp victoioſi. Deſpiciam⁹ corporis ſanitatē ⁊ eternā quietem ⁊ ſanitatē recipiem⁹. Igitur vobis infirmātibus ⁊ lāguentibus patiētia ſumme neceſſaria eſt. Nullus enim beat⁹ eſſe poterit: nullus celoꝝ ciuis efficitur: nullus amicus dei cōſtituitur/qui iter malū, atiēs nō inuētus fuerit. O patiētia tu oīa vicis aduerſa: nō colluctādo ſed ſuffere do: nō murmurādo ſed in oib⁹ gratias agendo. Ipſa em̄ patientia eſt que fecē totius voluptatis abſtergit: ipſe, que lumpidas aias deo reddit: ipa nauis que ad portum cūctos ſuos amatores ꝺducit. Ipa eſt per quā infern⁹ clauditur: ⁊ paradiſus aperit ſuis amatoibus. Ipſa eſt per quā ois ⁊ ſine qua nullus iuſtificabit. O ſi graue vobis eſt q̄ leproſi eſtis: patientiā in cunctis habete. Eluate capita veſtra: ⁊ corde aſpicite vulnera ſaluatoris nr̄i in ligno pendētis: penas morietis: preciū redimētis: cicatrices reſurgētis: quid aliud videre poteri mus niſi caput inclinatū ad vocandum et parcendū: cor apertū ad diligēdū: brachia extēſa ad amplexandū: totū corpus expoſituz ad redimendū. Hec quāta ſunt cogitare vos q̄ doletis: hec in ſtatera p̄i cordis appēdite vt totus vobis figat in corde/q̄ pro vobis tot⁹ fixus fuit in cruce. Et q̄d plura

B

Watth. xxvij.

ſaluator noſter p nobis ſuſtinuit: q̄d plura patiēter portauit: Tota em̄ vita ſua plena fuit doloze: ⁊ tādem ad crucē peruenies p paſſionē ludibꝝ exponit: qui eſt ꝺe palma victorie. Spinis coronatur: qui ſpinas peccator. vemit cōfringere. Ligat qui ſine laboze ⁊ pena ſoluit cōpeditos. Ligno ſuſpēditur: q̄ erigit eliſos. Aceto potat fons eternevite: diſciplina cedit: vulnerat ſalus vita mozit. Occidit ad tps vitā mors: vt in ppetuū ad vitā occideret mors. Ecce frēs chriſti patiētia: ecce xpi bonitas ⁊ clementia. Et ſi placet etiā plura audire: poſſum⁹ ⁊ adhuc plura de chriſto ꝓdicare. Nō igit tedeat vos audire. Nam ⁊ ſi fatigaremini: vobis nō amplius predicarē. Cupio enim ꝰſolari vos ⁊ nō triſtari. Nā ſi tediū eſt dicite: ſi vero gauditz audite. Ecce em̄ venit ſaluator regēs ſideraꝝ ſugere voluit vbera. Ipſe q̄ panis eſt: eſurire voluit: ipe fons ſitire: ipſe lux dormire: ipſe ꝺes fatigari: ipſe veritas occultari: ipſe iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ a mortali iudice cōdēnari: ipſe iuſtitia ab iniuſtis iudicari: ipſe vnitas mutari. Nihil em̄ tam ſalutiferū nobis eſt ꝙ quotidie cogitare quanta p nobis pertulit deus ⁊ hō. Ecce em̄ ſaluator paſſus eſt: leproſus in cruce fact⁹ eſt: patiens factus eſt nobis relinquēs exemplū vt ſequamini veſtigia eius. Nō ſi feceritis: nō ſoluz infirmitatē non moleſte portabitis/ſed cum, pphe

ps. xxx. C

Querimonia quā face re p̄ſt leproſi et eoꝝ ꝰſolatio.

ta clamare voce ⁊ ope nō deſiſtetis. Deficiat in doloze vita mea: ⁊ anni mei in gemitib⁹. Sed dicetis. O ꝙs graue: o ꝙs inhumanū: o ꝙs forte eſt inter hoies habitare non poſſe. Ecce em̄ ſeparati ſum⁹ ab vrbibus: gētes nos ſpernūt: parentes nos [illegible]iūr: cō ſanguinei fugiunt: amici nos deſerūt: ſeparati ſum⁹ a caſtris ac ſi ex hominibus nati nō eſſemus. O fratres mei attēdite patiēter ⁊ nolite turbari: nā verum eſt q̄ dicitis/ſed nolo vos ignorare q̄ legitis. Ait enim dñs moyſi. Habitabit in domo mea plenus lepra. Cur ergo turbamini ſi inter hoies habitare nō poteſtis: Nunq̄d mūdi cines hoc p̄ſtare nobis potuerūt: Nūquid domū deiv obis aperire potuerūt: Nunq̄d per eorū cōuerſationem efficiemini meliores: An ignoratis quid dictū fuerit ſancto viro antonio. Si cupis ſaluari fuge homines: fuge mundū ⁊ pompas eius: Cur ergo turbamini ſi inter hoies cōuerſari non poteſtis: Ecce em̄ ſanctus iob iuſtus: ſapiēs: diues: rectus ⁊ timēs deū: ⁊ tamē leproſius efficitur: tamē non conquerit: extra caſtra proiicit: ab hoibus deſpicit ⁊ deſeritur. Ab vxore blaſphemat: tamē non conquerit: nec labijs ſuis ꝑtra deū mortaliter

Job. j. Job fuit leproſ⁹.

locutus eſt: cōſiderans aliā vitam cito eſſe venturā. Non ergo turbemini: ſed conſiderate q̄ppter peccata veſtra pculſit vos de⁹: vel vt examinet vos. Ecce em̄ maria quia murmurauit inſ fratrē ſuū moyſen: leproſa eſt facta. Azarias rex q̄ preſumpſit: leproſus factus eſt: ⁊ giezi q̄ ſimoniā cōmiſit: ⁊ naamā q̄ ſe gloriſicauit. Vos etiā quocūq; modo pcuſſi eſtis: patientes eſtote: ⁊ gratulanti alo ſuſcipite illā: ne pariter hic ⁊ in futuro eterna tormēta patiamini. Confortamini ergo ⁊ nolite timere. Ego vobiſcū eſſe credidi tertia die paſche: ſed q̄ valētin⁹ noſter migrauit a ſeculo: ꝓptere a vobiſcū eſſe non potui. Sed nūc fractis argenteis vaſis de bonis eccleſie hipponenſis: vobis in neceſſitatibus ⁊ pro captiuis ꝓuidere volui. Conſoletur autem nos deus qui ſuos conſolatur in omni tribulatione. Amen.

Nu. xij. iij. regū xv. iiij. reg. xv.

¶ De deteſtatione ebrietatis: cuz terribilis caſus enarratiōe. Ser. xxriij.

A

On miremini fratres charissimi ſi hodie ter ſermonē deo auxiliante perfecero. Accidit hodie terribilis caſus vt oēs audiſtis: ꝓpter quē non ſolū ad eccleſiam hipponēſem omnes antiquiores habere volui: ſed etiā omnes feminas ⁊ infantes in vnū congregari precepi. Quib⁹ congregatis cū doloze ⁊ anxietate vobis enarrare intēdo tanq̄ p̄ in plebe: q̄d accidit preclariſſimo ciui nr̄o hipponēſi cyrillo. Ecce enim (vt ſcitis) potens erat inter nos ope ⁊ ſermone: ⁊ fere dilect⁹ ab oībus. Filiū vt ſcitis habebat ⁊ eū vnicum poſſidebat ⁊ q̄ vnicus erat eū ſuperflue diligebat ⁊ ſupra deū. Ideo ſuperfluo amore inebriat⁹: filiū corrigere negligebat: dans etiā poteſtatē faciendi oia que placita eſſent illi. O doloſa libertas. O grandis filioꝝ perditio: o patern⁹ amor: mortiferus. Ecce filios ſe dicūt diligere: quos iugulari ꝓcurant. Dicūt eos amare: q̄bus iaz ſuſpēdia parāt. Dicūt p̄res filios ſe nutrire: ſed ecce iam p̄ ⁊ filius ambo in foueā cadunt. Quare p̄ cū filio cadit in foueā: niſi q̄ pater cecus eſt: q̄ malus: ⁊ q̄ ſalutē ſuam et filioꝝ ſuorum videt negligere: Quo ⁊ q̄o pater hec neglexerit: niſi quādo filio libertatē donauit: quādo eum corrigere neglexit: quādo virge pepercit: quando ei ſemper ſerenā faciem demonſtrauit: Cupitis audire nūc quomō pater ⁊ filius in foueaz cadūt: Licet enim ſciatis tamē q̄ neceſſe eſt vt vos quādiu viuitis timeatis: nō que hodie facta ſunt iterū dicere nō erubeſco.

mat. xv.

puer. xij.

Ecce ecclesia vester filium habebat/ vt scitis/ quē corrigere negligebat: & luxurioſe viuendo cōſumpſit partē bonorū ſuoꝝ: ſed ecce hodie ebrietatē ppeſſus matrē prēgnantē nequiter oppreſſit/ſororem violare volnit/patrē occidit/& duas ſorores vulnerauit ad mortē. O magna diaboli dñatio patrē quē poſt deū reuereri debebat occidit/matrē aqua portabatur prēgnātez oppreſſit: ſorores quas tenerrime diligere debebat voluit violaſſe/& duas vulneranit ad mortē. O doloroſa ebrietas omniū malorū mater: ois luxurie ſoror: ois ſuperbie pater. O ebrietas tu mentē cecas/iudicio recto cares/conſiliū nullum habes/blādus demon es/venenū dulce es/peccatū ſuaue es. O ebrietas nūquid nō per te ſtatur ſto machus? Nūquid nō per te putreſcit anhelitus? Nūquid non oculos cecas? Nūquid nō cuncta mēbra debilitas? Nunqd non mortē acceleras? Nūquid non burſaz euacuas? Nūquid nō dominiū recipis ab hoie? Nūquid beſtialem & irrationabilem te diligentē tecū ducis? O ebrietas/diſcāt te diligētes agnoſcere: diſcant te deuitare/ iterū diſcāt te deuitare: diſcāt te velut mortem effugere/quoniā qui te dilexerit. regnū dei non cōſequetur. Ergo o fideles abſtinete & nolite inebriari vino. Nō enim ſufficit abſtinere/ſed abſtinentes alios abſtinere doceatis. Docentes quoniō loth inebriatꝰ cū filiabus iacuit. Sanſon etiā vino repletus per meretricē inimicis i radit. Audite fideles: audite eſaiā dicentē. Ue qui cōſurgitis mane ad ebrietatē ſectandā & potandum vſq; ad veſperaz vt in vino eſtuetis. In veteri etiā lege preceptū erat q̄ ſacerdotes cū ingrederētur templuz miniſtrare dño/vino non vinū biberent. Si ergo hoc erat dū templū tantū ingrederētur/ quid nos miſeri facere debemus? O q̄ſ plures ſunt ex vobis qui prius tabernā viſitāt q̄ſ templū: prius corpus reficiunt q̄ſ animaz: prius demonē ſequūtur q̄ſ deuz. O fideles nō fideles: quid vobis cū vino? Nunqd vinū factum eſt: vt deficiatis maledicentes nomen dñi? Abſtinete ergo a ſuperfluo potu ne rebelles efficiamini. Quādiu eñ adā abſtinuit: tādiu obediens fuit: tādiu bonꝰ ſanctus & inſtus permanſit. Sic & helias tādiu miracula fecit: quādiu pane & aqua refectus eſt/ſed poſtq̄ carnes comedit: et vinum bibit in ſaturitate/miracula nō legitur feciſſe. Eia ergo fideles: caſum ſuperius aſſignatum inter cetera conſiderantes deum timete: & timentes euz feruenter rogate: vt ab his & ab omnibus malis liberet nos ſemper. Amen.

No. titulos & effectus ebrietatis.

Ephe. v

Geñ. xix
Iud. xvj

Eſa. v.

Leui. x.

Gene. iij
iij. regnz xvij.

¶ De duob⁹ generibus hominū mūdum derelinquentium: qui in ſancto Loth & vroze ſua deſignantur. Sermo. xxxiiij.

A Ge. xix.

Egitur in lr̄is diuinit⁹ inspiratis dictū. Fili ne tardes cōuerti ad dñm: quia nescis q̄d futura pariat dies. Qui tardat cōuerti: periculum facit aīe sue: q̄ mors non tardat: q̄ si tardātez cōuerti inuenerit: ad tormēta deducit eum. Dissoluta ⁊ paralytica cogitatio ē de crastina cogitare cōuersione ⁊ hodiernam neglig̃ere. Quid tu peccator cōuerti dissimulas: ⁊ nō metuis ne mors repētina subripiat diē cōuersiōis? Nōne hoies subito moriūtur? Si bonū est peccata dimittere ⁊ ad deū se cōuert⁹ recito fiat. De⁹ tibi ꝓmittit remissionē cōuertendo a peccatis: sceritatē tibi nō ꝓmisit diuiuēdi. Jō cuertat se vnusq̄sq̄ citius ad dñm ⁊ derelinquat impi⁹ viaz suā. Si subito itrat dies extremus perit dilatio ⁊ restat damnatio. Perire nō vis: redi ad deū ⁊ viues. Noli de venia peccatoꝝ nec de vita lōgiore cōfidere. Cōuertere ergo ⁊ penitentiā age. Cras inq̄s me cōuertaz. Quare nō hodie? Quid male dicaz: si cras dicā? Quid male: si hodie? Forte dicis. Lōge erit vita mea. Dico. Si lōga erit bona sit: si breuis ⁊ ipsa bona sit. Prandiū ⁊ si lōgum nō tñ vis hr̄e malū: ⁊ vitam longā vis habere malā? Ullā emis/bonā desideras: vtrōbi vis ducere/ bonā queris: filios tibi nasci bonos optas. Et vt etiā de reb⁹ vilissimis loquar. Caligas emis ⁊ non vis malas. Quid ergo vitā amas malaz: si vitā vis malā: inter oīa bona tua eris malus. Ne tardes cōuerti ad dñm: ⁊ ne differas de die in diē. Uerba dñi sunt non mea: nō a me hec audisti: sz ego tecū audio a domino. Forte rīdes: cras cras. O vox comuna. Cotuus non redijt ad arcā: colūba redijt. Si tūc vis penitentiā agere qn̄ peccare nō potes: peccata te dimiserūt: non tu illa. Sanꝰ alien⁹ est a fide qui ad agēdaz penitētiā in tps senectutis expectat. Metuendum est ne duz sperat misericordiā incidat in iudiciū. Non em̄ tūc veniā meminet qui modo aptū venie tps ꝓdidit. Ibi a deo nō pōt mereri q̄d petit qui hic noluit audire q̄ iussit. Qui tēpus penitentie datū negligit: frustra ante tribunal christi p̄ces effundit. Festinare debet ad deum cōuertendo dum potest vnusquisq̄: ne si dum potest nō luerit: omnino cum voluerit non possit.

Ps. xlix.

Ecclī. v.

Ge. viij.

De morte. Quare etiam christiani crucē in fronte deferūt. Cur florēt in hoc mundo impij ꝛc. Sermo.lxxij.

A

Ois aūt vera quaz timēt hoies est separatio aīe a deo. Et plerūq̄ cū timent hoies mortē istaz que separat aīam a corpe: incidunt in illā vbi aīa separ̄ a deo. Hec est mors de q̄ dr̄. Et mors depascet eos. Cuius pastor est diabolus. Habem⁹ aūt multis locis in scriptura: q̄ vita est ipse: mors aūt diabolus: non q̄ ipse mors est: sed q̄ ꝑ ipm̄ mors introiuit in hūc mundū. Sue em̄ illa in qua lapsus est adā ipsi⁹ psuasione hoi ꝓpinata est: siue ista vbi aīa separat a corpore: ipsiz habet auctorē qui primū per supbiam cadēs inuidit stanti ⁊ morte inuisibili deiecit stantē. Nos ergo q̄d de futura imortalitate cogitam⁹: non sine cā in frōte signū crucis portamus: ⁊ nō habebim⁹ pastorē nisi vitā. Fideliū em̄ pastor vita ⁊ infidelium autem pastor mors ē. Si ergo in dñō sumus oues

Psalmo xlviij.

quibus pastor mors est: et in celo sunt oues quibus pastor vita est. Quid igitur dicā: Jam in celo sumus: In celo sōm fidem. Si ēn non in celo: vbi sursum corda: Si non in celo: vnde apostolus paulus dicit. phil. iiij Nostra enim conuersatio in celis est: Cor pore ambulemus in terra: corde habitem⁹ in celo. Habitamus ibi: si illuc aliquid mit tamus quod ibi nos teneat. Nemo enim habitat corde nisi vnde cogitat. Inde autem cogitat vbi thesaurizat. Thesaurizauit in terra: cor ipsius a terra non recedit. Thesaurizauit in celo: cor ipsi⁹ de celo nō B descendit dño aperte dicente. Ubi est the- mat. xvj saurus tuus: ibi est et cor tuū. Ipi ergo q̄b⁹ mors pastor est: videtur ad tempus florere et iusti laborare. Sed quare: Quia nor est adhuc. Quid est nor est: Non apparent merita iust oru: et quasi nominatur felic i tas impiorum. Tādiu videtur herba letior ꝺ̄diu hyems est. Herba ēn p hyemem vi get: arbor aūt per hyemes quasi arida est: cum sol crierit fernentior et status tempore: arbor que per hyemem arida videt: exp'e tur folijs: pferi fructus: herba autem are scit: videbis honores arboribus: herba au tem arida est. Sic et modo iusti laborāt an teq̄ veniat estas: vita in radice est: nondū apparuit in ramis. Radix autem nr̄a cha Col. iij. ritas est. Et quid ait apls. Ut sursum ha beamus cor et vitaz in radice: vt pastor no ster sit christus: quia habitatio nostra non debet recedere de celo: et in hac terra debe mus sicut mortui ambulare: vt sub vmbra viuentes infra mortui simus: non vt supra mortui infra viuamus. Quia ergo non de bet recedere vita nostra et cor nostrum de- Col. iij. super: quid ait apostol⁹: Mortui ēn estis et vita vestra abscōdita est cum xp̄o in deo ecce vbi est radix nostra. Cū apparebit ho nor noster tunc in folijs et fructibus: sec- tur et dicit. Cum xp̄s apparuerit vita vr̄a: tunc et vos apparebitis cum illo in gl'a. Et erit mane. Naz modo non mane. Tu meant modo superbi aut diuites huius se culi. Impij bonis insultēt: infideles fidelibus: et dicāt: quid vobis ꝓdest q̄ creditis: Respondeāt fideles et dicāt si vere fideles sunt. Nor est nondum videtur quod tene mus: non quiescant manus bonis operi- bus laborare. Unde alibi dicitur. In die Psalmo lxxvj. tribulationis mee deum quesiui manibus meis nocte coram eo et nō sum decept⁹. Ap parebit labor noster mane et erit fructus mane: vt illi q̄ modo laborāt: postea domi nent: et illi q̄ modo se iactant et supbi sunt: Psalmo xlviij. postea subtiçiant. Quid ēn sequit. Sicut oues in inferno positi sunt: mors pastoriz est eis: et dñabūtur eis recti mane. Puto C iā planū esse illud verbū: q̄ locuti sum⁹ dominabuntur eis recti mane: ne putes q̄ nor hz vitā et mane nō hz vitā. Ergo q̄ dor mit viuit: et q̄ surgit non viuit: Nonne qui Somn⁹ dormit morte mortuus est: Et qui sunt q̄ peccati. dormiunt: Quos excitat apostol⁹ paulus. Si tamen velint euigilare. Quibusdā ēn dicit: Surge qui dormis et exurge a mor- Ephe. v tuis: et illuminabit te xp̄s. Qui ergo illumi nantur a xp̄o iam vigilāt: sed nondum ap paret fructus vigiliarū. Mane apparebit id est cuz seculi huius incerta transierint. Ipsa: est ēn nor: non titubet: videtur enim quāsi tenebre sunt. In radi Arbor ce aūt viget fructus opulentia: vita nondū bonī et est in ramis. Sed radix non aruit: similis mali. est quidem aresceti. sed xp̄s venit: vestit ho nore suo: fecundat fructibus suis. Tūc illi (de quibus dictum est) vt non eos zelem⁹: Psalmo quid ēn addet illis psalmus: Cūn sicut fe xxxvj. num cito arescēt: et sicut olera prati cito ca dent: cum viderint ad dexteram maiesta- tis iustos: quibus laborātibus insultabāt Sap. v. stare et dicēt inter se penitentiā agētes. Hi sunt quos aliqn in risum habuimus et in si militudinem improperij. Sed tunc iam pe nitentiam infructuosam agunt. Dicentes enim nos insensati vitam illorum estima- bamus insaniam. Quia cum ceperit quis deo vinere: mundū contēnere: iniurias nol le vlcisci: nolle hic diuitias: non hic quere re felicitatem terrenam: omnia contēnere: deum solum cogitare: viam xp̄i non desere re. Non solum ei a paganis ꝺr insanit: sz q̄ magis dolendum est: q̄ et intus multi dor miunt et euigilare nolūt: a suis xp̄ianis au diunt. Quid patemini fratres mei. Nomi ne inuenti sm viam xp̄i: q̄ dicit: quid pa teris putamus quod dicit. Nō remus iu deos: qui direrunt dño ie su xp̄o. Demoniū Joh. vij habes. Et q̄n audiuimus recitari euange- lium: tundimus pectora dicentes: scelera- tam rem direrūt iudei xp̄o. Demoniū ha- bes. Age tu xp̄iane quando videris de cor D de hominis expulsum diabolum et inhabi tare in eo xp̄m: ne dicas quid pateris. Di- ctuz est quidē et de ipso dño q̄ insaniret q̄n loquebatur verba q̄ illi non capiebant. Et Et fio ēn aliq̄ euigilabant a somno dicentes. Nō dei boni sunt ista ꝺ̄ba demoniū habētis. Sic et mo edificā do fratres mei ꝺ̄diu ista verba audiūt et et mali gentes et qui habitant ordem et terrigene fi scandali lij hominum dines et pauper: id est et qui p zantur. tinet ad adam et qui pertinet ad xp̄m. Alij dicunt

dicūt demoniū habes. Alij dicūt. Nō sunt ista ꝺ̄ba demoniū habētis. Alij ēn viā se culi: et ista ad tps audiunt. Alij frustra au diunt: sed faciūt q̄ dictū est. Auribꝰ pcipi Joh. x. te q̄ habitatis orbē. Et cum agūt ista: incer tus est fruct⁹. Sz q̄ male agūt et viaz seculi eligūt: mors pastor est eis. Qui aūt eligunt viā dñi vita pastor est eis. Veniet ipa vita indicatura et dānatura (cum pastore suo) mat. xxv cos q̄bus dicitur. Jte in ignē eternū: q̄ ꝑpa ratus est diabolo et angelis ei⁹. Illis aūt quibus insultatum est et q̄ irrisi sunt q̄ cre debant: audient ab ipsa vita quem habēt pastorē. Uenite benedicti patris mei: pcipi te regnum q̄ vobis paratū est ab origine mundi. Dñabūtur eis recti mane. Nemo dicat q̄ suz xp̄ianus: q̄re nō imperē iniqs. ꝓspitas Noli festinare ꝺ̄haberis sz mane: q̄ auri impiorū liū illoz veterascet in inferno a gl'a eoz: veteras- auriliū de pecunia: aurilū de amicis: au- cet. rilū de ꝓtute sua. Sz cū mortu⁹ hō fuerit: pś. cxlv in illa die pibūt oēs cogitatōes ei⁹. Quātā visus est gloriā habere inter hoies cū viue ret: tantā vetustā et corruptiōez supplicio- habebit in inferno.

De illo q̄ irā diu in pectore retinet et non vult humiliari. Sermo. lxxiij.

A



Omis hō qui vult de inimico suo vindicari ꝓuocat in se vindictā dei. Sz hoc facite fratres quod dicit apostolus. Nulli malum ꝓ malo reddentes. rom. xij. Hoc est enim vinci de bono malum. Cūn ei vindiciari vis sine dubio Uindicta ē fugienda. vincere vis: vide ne dū vis hominem vin cere: ab ira vicaris. Qz lesit: vis et tu lędere q̄ nocuit: vis et tu nocere/et vt tu vincas amplius magis cū ille nocuit: quomodo vincis maluz in malo: Non hoc dixit apo stolus: non hoc audistis. Ego nolo vinci a malo audistis: Et forsitan respondebis. Hoc et ego volo. Sz nemo me vincit. Dixit enim apostolus. Uince in bono malū. Hoc est enim: vt qui te lesit sua iracundia: tu illū Ulce in vince tua patientia. Qui te lesit sua auā bono malum. ricia: vince illū tua mīa. Ecce q̄ te sua auā rom. xij. ricia expoliauit: ecce eget: ecce esurit: ecce sitit: ecce mędicat: inimicus tuus est. Sz si esurit ciba illuz: sitit potū da illi. Hoc enim faciēs carbones ignis cōgeres sup caput ei⁹. Si hoc cogitas/quasi ad malicia nos hortatus est: tanq̄ dixerit vt plus eis no ceas carbones congeras super caput ei⁹.

B Si hoc cogitas in malo/vis vincere malū et ipaz elem: synā vt facias: amore vindicte vis facere. Sz dico q̄d est carbones ignis congeres sup caput ei⁹: Carbones ignis sunt illi quibus vraturvt peniteat illum cō tra te inimicitias habuisse. Homo es: ho mo est: ledere voluit: ledere vis. Ecce duo mali estis. Quomō ergo dicis: et ego odio malum qui auges numer⁹ molorum: Uis vincere inimicū tuum attende intrinsecos tuos ne ibi habeas q̄d vincere debeas. Et dū ista considerareris dicis tibi. Homo est q̄d me lesit: Rogē p illo dñm vt peniteat eū. Et si lesit ex malo factus fueris bonus Nec defendit ante dñm serui inuerecūdia festinatione properemus vt cum dies ille vindicte aduenerit non cum impijs et pec catoribus puniamur/sed cum iustis et deū timētibus honoremur in scla sclor̄. amen.

De futura vita diligenter cogitāda. Sermo. lxxiiij.

A

Ratres charissimi quod audiuim⁹ dici. Ut sursum cor habeamus: spes sit vt de illa futura vita cogite- mus. Hic sic agamus vt il lic semp viuam⁹. Ecce ēn ꝺ̄ta dignatio dñi nr̄i q̄ fe cit nos: ipse descendit ad nos. Si ergo de scendit ad nos: leuauit nos iam in corpore suo leuauit nos. Caput nostrum ibi est: se quanꝺ̄ et mēbra. Ille est in celo: nos in terra quasi longe sit a nobis. Si interroges lōge charitatem interroga et nobiscum est. Si enim ille non esset nobiscum non clamaret de celo saulo persequenti. Non ipsum: sed seruos eius. Et vt familiarius dicā: mem- bra eius. Saule saule q̄d me persequeris? Actuz. ix. Ecce ego hic sum in celo et in terra pseque- ris me. Quare dixit me: q̄r q̄si de membris suis dicebat. Nōne si aliqs calcet plātam tuā: nō clamat lingua tua: Ille ē p quē fa B ctū est celū et terra: ꝓpter eū q̄ fecit de ter ra: sine terra descēdit in terrā: et in celo le uauit terrā. i. carnē quā ꝓpter nos digna- tus est assumere. Deꝰ factꝰ est hō: vt hō pos sit esse q̄d deꝰ est: nā q̄ ꝓmisit dabit nobis. Securi ēn sum⁹ qz cautionem nobis fecit: Cautio- q̄uā cautionē enāgeliū scripsit: et iō reddi nē nobis scripsit dit nobis. Quid putatis frēs nō eū nobis xps de redditur⁹ vitā suā q̄ ꝓ nobis dedit mortē beatitu- suā: hūilitatē: iurias ꝓtumelias: passionē i ne. terra suscepit ꝓ nobis. Ergo regnū: felicita tē: eternitatē nō dabit nobis q̄. ꝓpter nos ma la ptulit: Ergo bōa sua nobis negabit: Ad hāc spē frēs: qz ꝓmissor verax ē securi ābu lem⁹: Sz sic viuam⁹ vt semp viuam⁹: vt cū añ ipm veneri⁹ bona frōte dicam⁹. Red- de q̄ ꝓmiūsti: qz fecim⁹ q̄ iussisti: et viue re cū illo valeam⁹ in scla sclorum. Amen.

¶ De diuite. Sermo. lxxv. In quo diuitias nos debere aspernari exemplo demonstrat.

A



Udite itaq; ō est⁹ in pplo: ⁊ stulti aliq̄n sapitet. Accedite ad sepultrā mortuorum ⁊ videte exempla viuētium. Jacent ossa ⁊ perit caro: ⁊ rn̄ causa ei⁹ seruat in iudicio xp̄i. Fuit ⁊ ipse similis nobis viuēs in vanitate repletus diuitijs multis: multiplicauit agros: plantauit vineas implēs horrea in thecis multis letat⁹ est in abūdātia sua: ⁊ ecce subito ablata sunt ab oculis ei⁹. plaudebat sibi p̄ scemata multa: ꝓciosis vestib⁹ erat indut⁹: pōpas ⁊ luxurias sibi adhibens: epulat⁹ diuitias exercebat: saltatiōes ⁊ iocos in ebrietatib⁹ exhibebat: prādia sua cū cena miscebat ⁊ leticie sue vir dabat finem. Et ecce ablata sunt omnia ab oculis eius Ubi ergo abierūt illa oia: Ubi pompa: vbi scemata: vbi exq̄sita cōmixa: Ubi nā sunt illi q̄ cū in foro lōgus ab hoib⁹ cōspiciebāt Ubi ornatus domoꝝ ⁊ vestis pretiose luxuria: Ubi gēmaꝝ ambitio ⁊ argēti pondus immensum: Ubi postremū ipsa cupiditas q̄ cū oia quotidie q̄ agit nescit q̄n totū possit amittere: Ubi sapiētia illa ⁊ fotis excogitata diserto: Ubi applausus laudum et adulatio amicorum assidua: Ubi seruoꝝ subditi greges ⁊ lāpadaꝝ radiantia lumnis: Ubi antecedentium turba clientum: Transierunt oia ab oculis eius: ⁊ vltra non erit mēoria ei⁹. Jacet in sepulchro redact⁹ in puluere: defluerūt carnes ei⁹ q̄s delitie nutriebāt: separati sunt nerui a ꝑpagimbus suis: sola remanserunt ossa q̄ fuant in exēpla viuētiū: vt cognoscaūt reliq̄e mortuoꝝ putāt reqescere corp⁹: abijt aūt aia ei⁹ in infernū ⁊ nō videbit lumē. Circūdāt eā cū tenebre multe: meror ⁊ afflictio aꝑhēdēt eā: vermes ⁊ ignis ꝓsumēt cū: et sic⁹ non desinit ab oculis eius: stridor dētiū frequētat ei eo q̄ pessimi dolores pursūt eū ⁊ nō desinūt pene ab aia ei⁹. Tūc se penitet male vixisse in sclo: ⁊ hec sibimet ipsi reputās dicit se pietatē ⁊ miam nō fecisse ⁊ rat eā ⁊ nō inueniat: multas diuitias se possedisse ⁊ non eas paupibus erogasse: perdidisse se tempus penitētie ⁊ nō se correxisse ab oib⁹ malis: dies suos negligēdo trāsisse in db⁹ habuit spaciū bn̄ faciēdi vt nō incideret in talib⁹ penis. Expectat eā enim resurrectio magna vt tradatur peiori iudicio seōm que vt gessit. Jbi enim cum conturbant multitudo angelorꝝ: qui super penas sunt constituti: ⁊ qō taliter egerit ⁊ elemosynā nō amauerit: ideo mia ei denegatur. Gehēna ardens cū expectat: quia pauperem ⁊ egenū nō amauit: vētrē ei⁹ ꝑpetuus penetrat vermis q̄ esuriētē pauperē nō saturabit. O q̄tūvalet apd dn̄z mia q̄ in hoc seculo exhibet. Sicut dn̄s noster iesus xp̄s in euangelio dicit. Beati misericordes: q̄n ipsi miam consequentur. Fratres mei dilectissimi exhibete mi am dum lucem huius vite habetis ne tenebre mortis vos comprehendant. Elemosina enim emūdat petā ⁊ ipa interpellat ꝑ nobis dn̄m: q̄ qō habemus relictā⁹ ⁊ qō pauperib⁹ dedim⁹ ipz integre possidet⁹: Dies enim domini fenus aduenit: et misericordes misericordiā cōsequent̄ a domino nostro iesu christo: qui est bñdictus in secula sclorꝝ. Amē.

matt. v.

¶ De cogitationibus peruersis que a diabolo inmittūtur: ⁊ quō eisciendē sunt a nobis. Sermo. lxxvj.

A



Rimuz q̄dē cogitationib⁹ malis repugnandum est. vt cū aliquid carnale aut sordidum susurrauerit ad uersarius p̄i⁹ q̄s fauciet mētē sagitta delear ⁊ exterminetur. Solet enim tristitiam afferre et dubitationes de proposito et desperationem bonorum aspirare: et varias cupiditates ingerere: ⁊ omnes omnino sagittas aduerse: vt sicut in. x. psal. scriptum est. Ut sagittēt in obscuro rectos corde. Tu ergo mox cōsenseris ista: moliri geminato suspirio ad dominū mente conuersa ne pmittas accedere ꝓsiliū qō sensū possit inquinare. Sicut enim vestimētū candidum si fuerit sanguine aspersū: si mox fuerit lotū cādore suum recipit: si aūt inscderit et maculauerit macula vix lauat: sic ⁊ mēs hūana: si surgētē cogitationē mox deleuerit: poterit suū retinere candorē: si aūt diuti⁹ residere pmiserit: vix cuz magno labore purgatur. Hec est aūt ꝑna victoria secreti certaminis nostri qō dominus expectat ⁊ angel⁹: cum cogitationib⁹ maligni mēs humana fideliter occurrit: ⁊ bōis opib⁹ malos supat cogitatus. Hinc laus nascitur: hinc crescit ēlia: sicut apostolus ait. Cum venerit inq̄t dn̄s ⁊ illuminabit occulta tenebraꝝ ⁊ manifestabit consilia cordis: tūc laus erit vni cuiq; a deo. Manifestum est enim apud fideliores: q; non solum de factis: sed etiam de cogitat̄ aut laus aut vituperatio a deo iudice tribuat. Item quod inuitti patimur cogitationes frequenter: non nos lateat fratres: quod maligni frequenter cogita-

f. Co. iij

B

rosii. vij. tiōes sustinem⁹: q̄n autem cōtingit: de apostolo dicamus. Nō qō volo hoc ago: sz qō odi illō facio. Et video aliā legē in mēbris meis repugnātē legi mentis mee: et captiuātē me in lege peti. Et reuera, vnū ꝑpriū q̄z studiū est sathane: hūanā mentē prauis grauare ꝓsilijs. Si q̄dē hāc iniuriā ab exordio sortiti sum⁹ vt nos serpēris caput obseruem⁹: ille aūt nr̄m calcaneū vtiq; nō nr̄i pedū calcaneū: sz mētis finē obseruat: vt si quō possit currētem ad celestia aīaz morsu suo ad terrestria retinere. Aduersus has ḡ obscuritates maloꝝ vt lincer⁊ mētib⁹ viuere possim⁹ cordis oculi bn̄ curādi sunt. Et vt vincamus: arma nobis sunt valde necessaria. Arma inq̄t militie nr̄e non carnalia: sed potentia deo ad destructionē munitionum: maloꝝ ꝓsilia destruentes. Amen.

ij. cor. x

¶ Sermones diui aurelij augustini ad frēs suos in heremo cōmorātes ⁊ quosdā alios feliciter expliciunt.

¶ Sequuntur quedam ex diuersis collecta et ad gloriam beati augustini hic subiuncta.

¶ De vita/conuersatione/ac morte sancte Monice matris beati Augustini. Narratio. j.



Onica mater sancti Augustini: cuius historia trahitur ex sentētia sancti augustini ex. ix. confessionum: et ex duab⁹ epistolis ḡs augustin⁹ scripsit sue sorori perpetue virgini. Horror te inc augustinus dilecta sponsa christi: vt deo studeas in omnib⁹ placere: sicut et charam matrem nouilli perfeciss Nam dum ꝑt puella ad ecclesiam fugiebat diu in angulo permanens: ⁊ virginales orationes ad christum fundebat. Dum autem domū tarde rediret ab auia siaver berabat: eo q̄ extra domū sine pedisequa recessisset: ⁊ totū ipsa puella patiēter portabat. In tota autem puericia sua numq̄s cuz puellis ludentibus se miscuit: sed frequenter in nocte adhuc in puericia de lecto surgebat: et genibus sternis orationes quas a matre nomine facundia didicerat: domino offerebat. Ab infantia autez cum ea creuit miseratio: et naturali affectione paupes diligebat. Sepe panē de mensa in sinu collocabat: et ō paterna domo fugiēs pauperib⁹ tribuebat: hospites et infirmos visitabat: vicinas litigātes reprehēdebat: pedes infirmoꝝ sepe lauabat: ⁊ eis vt puella poterat seruiebat. Cū aūt parētes ei⁹ more secularium vestib⁹ delicatis eam ornare voluissent: ipsa cōtristata respuebat. Et cum esset annoꝝ tredecim: eā nobili patrio carthaginensi tradiderunt. Quāto aūt timore ⁊ honestate: quanta etiam summa pulchritudine dn̄s eā dotauerit: q̄ta etiā pudicitia eaz dn̄s magnificauerit: certe in breui dici nullatenus posset. Mimonū tñ optime conseruauit: filios in oi timore dn̄i sufficienter eruditit: thorum immaculatū custodiunt: ⁊ maritum ferocissimū cum magno labore in fine lucrata est. Cū aūt virisset cū viro suo fere annis duodecim: respexit dn̄s humilitatē ancille sue: ⁊ exaudiuit lachrymas eius: nam inspirauit dn̄s maritum vt deinceps ꝓrē pudicā ⁊ castā seruaret. O mira res: q̄ cum esset ferocissim⁹ q̄to affectu carnali ab ea diuisus est tāto magis matrimonio spiritali ꝑ dilectionē iūct⁹ est. Cūkm vir ei⁹ esset annoꝝ septuaginta duoꝝ: obijt in pace. Quātis aūt salutaribus monitis ⁊ icinnijs q̄tisq; lachrymis ⁊ oronib⁹ illā viduā sctāz/castā/sobriā ⁊ piā dn̄s dotauit: mirū est. Oia tamē post mortem viri contēpsit: omne regnū mundi ⁊ omnem ornatuz eius respuit ꝑpter deū: intantū vt non solū mater pauperū vocaretur: sz ancilla. Et q̄ dū vir eius viuebat potestatē ꝑpriq corporis nō habebat: iō elemosynas non ita largiter tribuebat. Sed postea ita virit: vt non solum elemosynas largiter tribueret: sed etiā cicatrices pauperum liniret. Propter qō ei dn̄s cētuplū reddidit: dū crucē ei⁹ in corde eius infixit et passionem. Dum autem quadam die ꝑuenta ⁊ visitata a te dn̄e: beneficia tua que tu in carne humano generi clemens exhibuisti ancilla tua cōsideraret: tantā grām: tantāq; lachrymarū copiam torculari tue crucis exp̄ssam in passione tua admouit: q̄ vestigia ei⁹ per ecclesiā lachrymis desup paumētū defluentes ostendebat. Et q̄to plus ab exhuētia lachrymarū horrabatur defluere: tāto plus fluuiꝰ lachrymarū orie batur. Tanta aūt gra ancilla xp̄i iciuitando alios ꝓcellebat: q̄ diebus quibus ad cenam vocabat: tanq̄s ad amarā medicinaz accedebat. Erat aūt ei timor castus in corde tanq̄s fascia pectoralis: quo cogitatiōes cōstringeret: in ore tanq̄s frenū quo linguā reprimeret: in ope tanq̄s stimulus ne pigricia torperet: in cunctis tanq̄s regula ne modum excederet. Timor aūt ille tanq̄s scopa purgabat cor vidue ab oi duplicitate: os a falsitate opa ab oīi vanitate. Nunq̄ vū seculare ab ore eius recordor me audiuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed in oibus ꝟbis suis et factis semp xpm primo nominabat. Tantū timor dñi mētē eius occupauerat/q̄ non solum ab oi specie mali sibi caueb at/ſz spiritu pietatis ad omne bonū ꝓna erat. Satagebat mirabiliter opa pietatis ꝓ posse cordialiter implere:ſup oia infirmis seruire:sepulturam mortuis prebere:orphanos custodire vt filios viduas ⁊ maritatas cōsolari:quapropter multa de arcanis celestibus dñe reuelante ꝓcepit. Unde tanta ebrietate spūssancti sepe rapiebatur:q̄ in ea fere per totum diem quiescens:dum esset rex in accubitu sui cordis::neq̄ vox neq̄ sensus in ea audiebatur. Neq̄ mirū:q̄ illa pax que exuperat oēm sensum:sepeliebat vidue sensus corporales intantū vt vir matrone nostre ⁊ ctiā vicine eam pungētes excitare valerēt. In die aūt beati cypriani duz hec xpi ancilla mereret⁊ accipere sacra:duz esset in domo fere a terra p cubitum eleuata fuit:clamādo q̄ quietissima esse ꝓsueuerat dicēs. Uolem⁹ ad celū:volem⁹ ad celū fideles. Quā cum post interrogarentur quid sibi accidera t:non respondebat:sed tanto gaudio replebatur q̄ oēs ad festum ꝓcedebant cantātes cum ꝓpheta. Cor meum ⁊ caro mea exultauerunt in deū viuū. Dū etiā in die pēthecostes esset refecta refectiōe illi⁹ panis qui de celo descendit:post sumptionez sacramēti tāta satietate repleta fuit/q̄ p diem ⁊ noctem absq̄ corporali cibo pseuerauit. Cum apud ostia tyberina infirmaretur ⁊ sacramētum a nobis fideliter peteret:nec dolore stomachi vexata valeret retinere:visibiliter infantulus nocte media ad lectum dei famule venit:cāq̄ in pectore amplectēs:aīa illa sancta ad celū evolauit. Ergo die nono egritudinis sue quinquagesimo sexto anno etatis:tricesimo tertio anno etatis nec:aīa illa pia ⁊ religiosa carne soluta est die quarto maij. Flebā ⁊ effundebam tibi dñe preces ꝓ illa famula tua: vt nō intrares cum ea in iudiciū. Gratulabar tñ testimonio ei⁹:quia appellabat me pium ⁊ cōmemorabat grandē deuotionis affectu:commemorans nūq̄ se audisse ex ore meo ꝟbum durū aut cōtumeliosum sermonem. Illa famula tua dñe continue satagebat virum suū lucrari tibi:quē amabilem ⁊ reuerentē faciebat sibi. Expectabat ēn ipsa mi am tuam super eum vt in te credens castigaretur. Erat ēm iracundus:sed illa famula tua non tñ facto sed nec verbo viro tribulato rōdebat:sed ꝙto rōnem facti reddebat:quē tibi dñe in extrema vita corpali lucrata est. Erat ēm seruus seruorū tuō:⁊ oēs qui eā videbāt laudabāt te dñe: sciētes ⁊ credētes pñtiam tuā esse in corde ei⁹. Fuerat ēm vn⁹ vir ꝟxor:⁊ filios totiēs parturiebat quotiēs a te dñe demare cernebat. Imminēte aūt die quo ex hac vita erat exitura:nobis ignorantib⁹ dñe:ipsa ⁊ ego soli stabam⁹ incūbentes ad quāda3 fenestram ⁊ terrena obliuiscētes:loqbamur soli valde dulciter qualis esset sctō3 vita: quā nec oculus vidit:nec auris audiuit:⁊ inhiabamus ore cordis pariter in supna fluēta fontis vite:vilescebat3 mūdus iste inter verba cum delectatiōib⁹ suis. Tunc ait illa. Filij vnū esset ꝓpter qō in hac vita aliq̄tulum morari cupiebā:vt te catholicū ꝓsidere pri⁹q̄ morerer:et ecce cumulati⁹ mihi de⁹ pstitit:vt te cōtēpta ēt felicitate terrena videā dei seruū. Quid iā amplius hic faciā nescio. Quid sibi nūc rōderim:nō satis recolo:ſz post dies q̄nq̄ decubuit febrib⁹:⁊ subtracta a pñtib⁹:cucurrimus:⁊ post modicū reddita est sensui:⁊ in tuēs nos ait. Ponetis hic mē3 vā3. Ego flebā:ſz fletū finiebā:ſr aūt me⁹ let⁹:q̄ non pegre cōmoriſz in pria cū viro sepelirī debebat. Quo audito:vultu turbato reuerberā3 cū oclis q̄ talia dixisset:ait. Ponite hic cor⁹ meū:nihilq̄ cura ei⁹ vos ꝟturbet Rogo tñ vos:vt ad altare dñi memineritis. mei vbi fueritis. Dñs aūt illā rsuscitabit vbicūq̄ sepultū fuerit in nouissimo die.

¶ Relatio Talixti de conuersione pseuerantia:⁊ quibusdam dictis sancti Augustini.ij.narratio.



Augus ille doctor⁊ egregius augustin⁹:q̄ vere fuit norma ⁊ speculuz in natura: dū esset annoz. xxx. maternis oīonibus et ambrosij ꝑdicationibus mediantibus ⁊ fama antonij audita:ab oi hereſi purgat⁹ est apud liguriaz italie aduenietib⁹ dieb⁹ paschalib⁹ bapt⁹zat⁹ est. Et tūc exultat liguriēlis eccla:pia ei⁹ mater gaudet:ābrosi⁹ deū laudat:augustin⁹ iā ꝓfitet⁊ fideles oēs sibi tāq̄ ciui fidelissimo de babilonica seruitute redēpto: vna voce oēs applaudūt. protin⁹ in fide catholica ꝓfirmat⁹:spē oēm quā habebat in sclo derelīq̄t:⁊ romanoz⁊ liguriensiū scholas:⁊ cū euodio⁊ alipio socijs:viro pclarissimo solitario simpliciano se ꝓmisertūt:ubiq̄ cū pdicto famosissimo viro aplicaz vitā tenere ceperunt:et simul cum multis erāt habitantes in placito sancto. In diebus autem illis dum fama augustini crebresceret apud omnes:cōgregatis fratribus ait:dum in hac valle miserie sumus:consti-

tuti:vtrū boni sūt mali simus de nobis p̄ sumēdū non est etiā q̄busq̄ virtutib⁹ cognoscamus dei gra nos esse ornatos. Nā si qs nām bñ operat⁹ beatus tñ dicendus nec p̄ decādus est:cū similes simus nauibus ofīlib⁹ bonis oneratis:de q̄bus tñ incertū est vtrū ad portum salutis puentāt. Nūquid iudas in apostolatu optime incepit et pessime finiuit:. Nūq̄d etiaz paulus male incepit:⁊ tñ vas electiōis digne vocatus est:. Nolite obsecro laudare me:ſz orate vt valeam⁹ vſq̄ ad mortem pseuerare: qm̄ finē nostrum deus attendit.

¶ Ex sigeberto in epistola ad macedoniuz de ortu cōuersione ⁊ vita scti Augustini.iij.narratio.



Empore theodosij senioris:augustin⁹ vir acutissimus nobilib⁹ carthaginēsib⁹ ort⁹ natalibus:venit rom ā:ibiq̄ scholas liberaliū artiū ānis fere sex gloriose rexit. Deniq̄ mediolanū venit:⁊ dū esset annoz triginta:filiusq̄ ei⁹ annoz octo:aduenientib⁹ diebus paschalibus:meritis matris et p̄dicatiōe ambrosij:mater ei⁹ regenerauit augustinū cum filio deodato/⁊ multis alijs fere.xlij. Qui baptiz at⁹ augustin⁹ mox ad virū simpliciānū ptexit:cui⁹ nomē celeberrimū apō fideles erat:q̄ etiā habebat manseolum se motū ⁊ a gētib⁹ sepatū. Cū quo augustin⁹ fere p annum cū dimidio pmānisse vidi:et oculata fide ꝓbaui. Et qm̄ erant in liberta te quasi viuentes:ſz ꝓbatissimi viri essent atq̄ perfecti:rādē ex precepto tāti pa is simpliciani. Augustinus post inter eos instituit:vt vitā apostolicam oēs pariter tenerēt⁊ nihil inter eos ꝓpriū diceret. Cōpletovero ann⁹:matre augustini instigāte ad ꝓpria reuertit:⁊ mozit mater augustini apud ostia tyberiana. Filius aūt apud carthaginem anno etatis sue.xxix. Cū aūt esset augustinus cū amicis in affrica:meditabat in lege dñi die ac nocte:scribēs libros:⁊ docebat indoctos. Hoc aūt valeri⁹ hipponēsis audiēs p̄ gaudio lach:imabat⁊ statim eū ad se accersiri fecit:⁊ hortū secretū ⁊ remotū a ciuitate augustino donauit. Ibiq̄ pi⁹ pater augustinus cum ceteris amicis et fratribus in despecto habitu:et cum incredibili humilitate annis tribus mansit. Deinde cum inquietudinem venientium ferre non posset:duobus fere miliaribus a predicto loco secessit:et ad mont ē quēdā altissimū abijt:. ad quē ꝓ viā valde aridā ⁊ penosam adiri potest. Ibiq̄ augustin⁹ habitationē ex lapidib⁹ cunctis cōstrui fecit:⁊ sic hoies fugiēs habitabat. Ibiq̄ composuit libros de medicina aie:⁊ de vita monastica:de innocētia iohānis baptiste ⁊ helie. Multi quidē ex fratrib⁹ infra saxa ⁊ fixuras mōtiū receptacula sibi fecerāt:⁊ ibi ꝓpe patrē augustinū ꝓ iactū bal iste in oi sanctitate habitabāt. Erāt aūt fere. cxxij. qui sub obedientia augustini concorditer viuebant:oia reputātes esse communia. Unū nemo nouerat:nisi qñ infirmitas cogeret:aut valerius episcopus sctūs ad eos visitandos venisset. Cū aūt appropinquaret festū pēthecostes:sanct⁹ eps valerius misit ꝓ augustino ⁊ inuitū presbiterū ordinauit. Factus presbyter monasteriū clericoz instituit in domo epi: et infra annū ibidē viuere cepit sm regulā aplicā: vt hactenus fecerat. Hoc aūt valeri⁹ eps fecit:q̄ ipse grec⁹ erat et indoctus maxime in respōdēdo hereticis in eoz errorib⁹. Ideo augustino epo ptātē plenā dedit predicādi q̄biens necessariū fuisset. Nā multi iā heretici surrexerant ꝺ quos dñs augustinum instituit⁊ ordinauit.

¶ De obitu atq̄ cōmendatione scti augustini.iiij.narratio.



Nno dñi. cccxxxvij. fer⁹ sedit annis octo ⁊ diebus xxx. eo tempore valla rex gothoz vuandalos odio insectans etiam in affrica eos persequi disposuit: sed morte ꝓuentus obijt: eiq̄ in regnum theodoricus successit. Unā dali africe nauibus irruentes prouinciam vniuersam deuastant rapinis:cede:incendijs:nulli sexui parcentes:etati vel ordini. Sub hoc turbine tribulationis btissimus augustinus amarissimam et lugubrem pre ceteris diebus sue senectutis iam pene extremam durit vitam:videns tantam semeiam vbiq̄ crassari:videns alios hostili nece extinctos:alios effugatos ecclesias sacerdotibus viduatas: ciuitates cum acolis dissipatas. Accreuit deniq̄ causa meroris eius q̄ sub ipsius tempore hyponensem vrbem:cui pontifex preerat barbari obsederunt. Sed ecce tertio obsidionis mense febribus incubuit:sibiq̄ septem penitentiales psalmos scribi iussit:ipsos quoq̄ quaterniones tacens in lecto circa parietem positos dieb⁹ infirmitatis sue intuebatur ac legebat:⁊ vberrime ac iugiter flebat. Et ne a quoq̄ impediretur eius intentio ante ferme decem dies migrationis sue:petijt ad se nullus ingredi: nisi his

tãtum horis quib⁹ medici ad inspiciendu3 ingrediebantur vel eius refectio offerebatur. Obsidionis deniq3 mense.xiij. cotã postris fratrib⁹ migrauit ad dominu3: anno etatis sue.lxxvj. episcopat⁹ vero sui.xl. hispanie lumẽ prefulgidũ: ppugnaculũ veritatis: errorũ excidiũ: fidei tutamentũ. Omnes eccle doctores tam ingenio ꝙ sciẽtia vestri insuperabiliter: florẽs taz ex eplis virtutũ ꝙ affluentia doctrinarũ. Et tẽ tanta scripsit vt non solum ab aliquo toto vite sue tempore scribi: sed nec quidẽ possint lectione percurri. Obijt autem anno domini. cccc.lvj. Premissa habentur ex chronica Bede.

¶ De trãslatione corpis sancti Augustini de sardinia ad papiam. q̃nta narratio.



Nno leõis quarto Limbãdus longobardorum rex audiens q̃ sarraceni depopulata sardinia: illa etiã loca fedassent: vbi ossa bti augustini ob vastationẽ barbarorũ olim ab hippona translata ꝛ recondita fuerãt: legatos suos illuc direxit: qui dato magno auro preciosas illas reliq̃as secũ detulerũt: ꝛ ad vbẽ ianuẽsem regressi sunt: vbi prefatus rex occurrẽs cũ gaudio corpus almificum deuote adorauit ꝛ reuerẽter accepit. Sane rex ꝛ sui inde ꝓgressi cũ ꝓciosissimo illo thesauro veniũt ad quandã villam interdonensi cpatu sitam: ꝛ cũ ibi corpus sanctissimũ tollere voluissent: ita stetit immobile vt nulla vis humana posset illud monere. Quod videns rex vouit q̃ si beat⁹ cõfessor ex loco illo se tolli pmitteret ꝛ tradu ei papiam villam cum oibus appendicijs suis cõcederet sibi seruiẽtibus ꝓpetuo possidendaz. Voto facto atq3 firmato: corpus sanctissimum inestimabili facilitate sustulitur: ꝛ titinum vsq3 transuectum: clero ac pariter populo concurrente honorifice ac gaudẽter suscipit: ꝛ in basilica beati petri in qua ꝑfatus rex cõstruẽs celumaureũ digniss̃ime collocatur. Facta est aũt ista trãslatio anno dñi. dccxxj. annis ab eiusdẽ confessoris trãsitu iam decursis. cclxxv. Quod autem in predicta ecclesia corporis eius p̃ciosius thesaurus sit reconditus stupẽdo ꝛ euidenter miraculo eluscescit. Si quidem in supradicta ecclesia in qua iacet: puteus est qui aliquot annis in die festi eius supabundãs: totã septã peresiluit in signũ qua ficut aq̃ illa sordes diluit: sic sordes hereticoz ab ecclia effluẽs/ei⁹ doctrina abstersit.

¶ Ex antonio archiepiscopo florentino de habitu et cõuersiõe scti Augustini. vj. narratio.



Otãdũ etiã q̃ beatus augustinus habitu religioso in triplici suo statu indutus est. Nã primo post cõuersiõez suã ꝛ bptismũ dicit ambrosius in sermone de baptismo ꝛ connersione augustini. Hunc scz augustinũ in xpo genuit: ꝛ postq̃ baptizauit eum indui cucullam nigram: ꝛ ipe ad differentiã monachorũ se supercinxit zona pellicea pergens ad simplicianũ qui ei bonus apparebat seruus dei: ꝛ vere sic erat: vt scz de modo viuendi cum eo conferret. Et ipse augustin⁹ in quodã suo sermone sic ait. Duodecim fuimus fratres qui induim⁹ cucullã nigrã: calciamenta ꝛ zonam nigram desuper cinctam ad differentiã monachoz. Nota autez istorum duodecim sunt Augustin⁹ ipse primus: secundus nebridius: tertius euodius: quartus alipius: quintus pontianus: sextus adeodatus: septimus simplicianus: octauus fastinus grec⁹: nonus cordulius: decimus valerius: vndecimus iustus: duodecimus paulus. ¶ Remeans igit ad africam post mortẽ matris in ostijs tyberinis relictis ꝓpijs bonis ꝛ pauperibus erogãdo: monasterium in nemore apud hipponez ciuitatem ꝓmũ construxit: vbi cũ amicis ie iunijs ꝛ oronibus vacans scribebat libros et docebat indoctos. Et alios per nemora heremi quesiuit religiosos siue heremitas ꝛ eos secum in ipso monasterio collocauit. Et cũ esset in itinere: reuertens ad africa: visitauit heremitas qui erant in monte pisano: aliquibus diebus cum eis moraz trahens: ꝛ alios heremitas qui erant centũcellis prope romam.

¶ Oratio de passiõe dñi nr̃i Iesu xp̃i quam sanctus augustin⁹ fertur edidisse: p̃ qua diligẽtius dicẽda. Boni factus octau⁹ speciales indulgẽtias dedisse narratur. vij. narratio.



Eus q̃ ꝓ redẽptiõe mũdi voluit nasci: circũcidi: a iudeis improbari: a iuda traditore osculo tradi: vinculis alligari: ꝛ sicut agn⁹ innocẽs ad victimam duci: atq3 ad cõspectus anne: cayphe/pylati/ꝛ herodis indecẽter offerri: a falsis testibus accusari: flagellis et opprobrijs vexari: sputis cõspui: spinis co-

ronari: colaphis cedi: arũdine percuti: facie velari: vestibus spoliari: cruci clauis affigi: in cruce lenari: inter latrones deputari: felle ꝛ aceto potari: ꝛ lancea vulnerari. Tu dñe ꝙ has sacratissimas penas tuas quas ego indignus recolo: ꝛ ꝙ scrãz crucẽ ac mortẽ tuã libera me a penis inferni ꝛ p ducere me digneris: quo perduxisti latronem tecum crucifixum. Qui cum patre et spiritu sancto vivis ꝛ regnas deus: ꝙ omnia secula seculorum. Amen.

¶ Expliciunt collecta quedam ex diversis et ad gloziam beati augustini sermonib⁹ ad fratres in heremo iuncta: feliciter.

¶ Diui Aurelij Augustini Hyponẽsis episcopi: tractatuũ de xp̃is dñi saluatoris ꝛm formã sermonũ editorũ: ordinata breuisq3 annotatio.

¶ De verbis dñi in euangeliũ ꝛm Mattheum.

¶ De eo quod scriptum est in euangelio ꝛm Mattheum.

Mat.iij Agitte penitẽtiaz. Appropinquabit enim regnũ celoz tractatus ac sermo. j.

De eo qõ scriptũ est in euangelio ꝛm eũdem

Mat.v. Sic luceat lux vestra coram hoib⁹: vt videãt opera vestra bona ꝛ glorificẽt patrem vestrũ qui in celis est.

Matt.v. Et econtra. Attendite ne iusticiaz vestrã faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Sermo. ij.

De eo qõ scriptũ est in euangelio ꝛm eũdem

Mat.v. Qui fecerit ꝛ docuerit sic: maxim⁹ vocabitur in regno celoz. iij.

De eo qõ scriptũ est in euangelio ꝛm eundẽ

Ubi.s. Qui dixerit fratri suo fatue: reus erit gehenne ignis. iiij.

De eo qõ scriptũ est in euangelio ꝛm eũdem

Mat.vij Petite ꝛ dabitur vobis: querite et invenietis ꝛc. v.

mat.viij De puero Centurionis ꝛ verbis eius indignum se presentia domini iudicantis: in euangelio ꝛm eundem. vj.

mat.viij Luce.ix. De tribus: quoruz vnus dixit. Domine sequar te quocunq3 ieris: ꝛ reprobatus est. Alius non audebat: ꝛ excitatus est. Tertius differebat: ꝛ culpatus est. vij.

De eo quod scriptum est in euangelio ꝛm Mattheum.

Mat.xj. Confitebor tibi pater domine celi ꝛ terre. Et cetera que sequuntur. viij.

De eo qõ scriptũ est in euangelio ꝛm eũdem

Venite ad me oẽs qui laboratis ꝛ onerati estis: ꝛ ego reficiam vos ꝛc. ix. Ubi.s.

De eo de q̃ supra. Venite ad me oẽs ꝛc. x. Mat.xj.

De eo qõ scriptũ est in euangelio ꝛm eũdẽ

Qui blasphemauerit in spiritusctõ: non remittetur ei: neq3 in hoc seculo neq3 in futuro. xj. Mat.xij

De eo qõ scriptũ est in euangelio ꝛm eũdẽ

Aut facite arborem bonã ꝛ fructum eius bonũ: aut ꝛc. xij. Ubi.s.

De dño xp̃o ãbulãte sup aq̃s mar: ꝛ petro titubãte. In euãgelio ꝛm eũdẽ. xiij. Matth. xiij.

De eo de q̃ supra. xiij. Matth. xiij.

De eo qõ scriptũ est in euangelio ꝛm eũdẽ

Si peccauerit in te frater tuus: corripe eũ inter te ꝛ ipsum solum. xv. Matth. xviij.

De eo de q̃ supra. Si peccauerit i te fr tuus ꝛc. Et de xp̃is salomonis. Annues oculis cũ dolo: cõgerit hoib⁹ mesticiã. Qui aũt arguit palã pacẽ facit. xvj. Ubi.s.

De eo qõ scriptũ est in euãgelio ꝛm eũdem

Si vis ingredi ad vitã: serua mãdata. xvij mat.xix.

De duob⁹ cecis sedentibus secus viã ꝛ clamantib⁹. Dñe miserere nr̃i fili dauid: in euangelio ꝛm eũdem. xviij. mat.xx.

De eo qõ scriptũ est in euãgelio ꝛm eũdez

Reddite q̃ sunt dei deo: ꝛ q̃ sunt cesaris cesari. Et de stipendijs militantiũ. xix. mat.xxij

De eo qõ scriptũ est in euãgelio ꝛm eũdez

Ue pregnãtibus ꝛ nutrientib⁹. xx. Matth. xxiij.

De eo qõ scriptũ est in euãgelio ꝛm eũdez

De die illo ꝛ hora nemo scit: neq3 angeli celorum ꝛc. xxi. Ubi.s.

De decẽ virginib⁹. In euãgelio sz eũdẽ. xxij Matth. xxv.

De eisdem. de quibus supra. xxiij. Ubi.s.

¶ De verbis dñi in euangelio ꝛm Lucam.

De eo qõ scriptũ est in euãgelio ꝛm Lucã.

Quis vos spernit me spernit. xxiij. Luce. x.

De divite ꝛ lazaro. In euangelio scõm eũdem. xxv. Lu. xvj.

De Martha ꝛ maria. In euangelio ꝛm eũdem. xxvj. Luce. x.

De eisdem. de quibus supra. xxvij. Ubi.s.

De eo qõ scriptũ est in euãgelio ꝛm eundẽ.

Domine doce nos orare. xxviij. Luce. xj

De eo qõ scriptũ est in euãgelio ꝛm eundẽ.

Quis vestrum habet amicum ꝛ ibit ad illum media nocte ꝛc. xxix. Ubi.s.

De eo qõ scriptũ est in euãgelio ꝛm eũdẽ.

Nunc vos pharisei qõ foris est parapsidis lauatis ꝛc. xxx. Luce. xj.

De arbore ficulnea que per triennium fructum non afferebat. Lu. xiij.

In euangelio ꝛm eundem. xxxj.

De eo quod scriptum est in euangelio ꝛm eundem. Ubi.s.

Domine si pauci sunt qui salnantur. Et quomodo per angustam portam pauci intrant. xxxij.
Lu. xiij De eo qđ scriptuz est in euãgelio fm eũdẽ. Homo qđã fecit cenã magnã ꝛc. xxxiij.
Luc. xv. De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eundẽ. Hõ quidã habuit duos filios ꝛc. xxxiij.
Lu. xvj. De eo qđ scriptũ est in euãgilio fm eundẽ. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. xxxv.
lu. xviij. De iudice iniquo qui nec deum timebat: nec hominem reuerebatur. In euangelio fm eundem. xxxvj.
Luce. x. De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. Homo quidã descendit ab hierlm in hierico ꝛ incidit in latrones. xxxvij.

De verbis domini in euãgelio fm Johannem.

Johã. j. De eo qđ scriptũ est i euãgelio fz Johãnẽ. In principio erat verbũ: ꝛ verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Et reprehensione arrianoz. xxxviij.
Ubi. ꝛ. De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. In mundo erat ꝛ mundus per ipsum factus est et mũd⁹ eũ nõ cognouit. xxxix.
Johã. jj. De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eundẽ. De Nathanaele. Cum esses sub arbore fici vidi te. xl.
Joh. ij. De conuersiõe aque in vinum. In euangelio fm eundem. xlj.
Johã. v. De infirmo iacẽte ad piscinã. In euãgelio fm eundem. xlij.
Ubi. ꝛ. De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. Si ego testimoniũ phibeo de me ꝛc. xliij.
Mat. ix. De trib⁹ mortuis qs, dñs suscitauit. xliij.
Luc. vij. De eo qđ scriptũ est i euãgelio fz Johãnẽ.
Joh. j. Scrutamini scripturas. xlv.
Johã. v. De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. Qui manducat carnem meã ꝛ bibit sanguinem meum ꝛc. xlvj.
Joh. vj. De muliere depheńsa in adulterio. In euãgelio fm eundem. xlvij.
Jo. viij. De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ.

Si manseris in verbo meo vere discipuli mei estis. xlviij. Ubi. ꝛ.
De pastore et mercennario et fure. In euãgelio fm eundem. xlix. Joh. x.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. Ego sum pastor bonus ꝛc. l. Ubi. ꝛ.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eundẽ. Ego ꝛ pater vnum sumus. lj. Johã. x.
De resuscitatiõe Lazari quatriduani. In euangelio fm eundem. lij. Joh. xj.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdez. Qui credit in me: credit in eum qui me misit. liij. Joh. xij.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. Ego sum vi⁹ veritas, ꝛ vita. liiij. Jo. xiij.
De eo de quo supra. Ego sum via, veritas, et vita. lv. Ubi. ꝛ.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. Que ego loquor vobis a meipso non loquor. lvj. Jo. xiij.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eundẽ. Pacem meam do vobis: pacem meã relinquo vobis. lvij. Ubi. ꝛ.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. Nõ turbeť cor vm neq; formidet. lvij. Jo. xiij.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. Ego sum vitis: vos estis sarmenta: pater meus agricola. lix. Joh. xv.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. Ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. lx. Jo. xvj.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eundẽ. Ipse arguet mundum de peccato: de iustitia: ꝛ de iudicio. lxj. Ubi. ꝛ.
De trina interrogatione domini si petrus se deligeret: ꝛ trina petri respõsione. lxij. Joh. xxj
De manifesta ostensione trinitatis in deo patre ex euãgelio de baptismo dñi apũd flumen iordanem. lxiij. Mat. iij. Luc. iij.
De eo qđ scriptũ est in euãgelio fm eũdẽ. Amen amen dico vobis: quia venit hora ꝛ nunc est quando mor⁹ audiẽt vocẽ filij dei: ꝛ qui audierint viuent. lxiiij. Johã. v. Joh. v.

¶ Finis.

¶ Diui aurelij Augustini hipponensis episcopi liber de verbis dñi saluatoris feliciter incipit.

De verbis domini in euangelio fm Mattheum.

¶ De eo quod scriptum est in euãgelio fm Mattheum. Agite penitentiam: appropinquabit enim regnum celorum: vbi sanctus augustinus singularia de penitẽtia declarat. mat. iij.

Sermo primus.



Auangeliuz audiuimus: ꝛ in eo dñm eos arguentẽ q̃ facie celi volunt probare: ꝛ tẽp⁹ fidei regni celoruz appropinquantis nesciũt inuenire. Judeis aũt hoc dicebant: sed etiã ad nos sermo peruenit. Dñs autem ipe iesus xp̃s euangelij sui predicationem ita cepit. [Agite penitentiam: appropinquabit enim regnum celorum.] Et iohannes euangelista apls eius: similiter ꝛ iohãnes baptista precursor ipsius cepit. Agite penitentiam: appropinquabit enim regnũ celoruz. Et mõ corripit dñs qui nolunt agere penitentiaz appropinquante regno celorum. Regnum celorum sicut ipse ait: non veniet cum obseruatione. Et iterum ipse ait. Regnum celorũ intra vos est. Prudẽter ergo accipiat vnusquisq; monita preceptoris: nõ perdat tẽp⁹ misericordie saluatoris: que modo impenditur hũdi generi humano parcẽ. Ad hoc enim parcitur homini vt conuertatur: ꝛ non sit qui damnetur. Uiderit deus quando venerit finis seculi. Est tamen modo tempus fidei. Finis seculi vtrũ hic aliquem nostruz inueniatur nescio: ꝛ fortasse non inueniet. Tempus cuiq; nostrum proximum est: quia mortales sumus. Inter casus ambulamus. Si vitrei essemus: minus casus timeremus. Quid fragilius vase vitreo: ꝛ tamen seruatur ꝛ durat per seculaEt si enim casus vitro timentur: senectus ei ꝛ febris non timetur. Nos ergo fragiliores et infirmiores sumus: quia et casus omnes qui non cessant in rebus humanis fragilitate vtiq; nostra quotidie formidamus: ꝛ si ipsi casus nõ accedãt. Tps ambulat: vitat hõ ictũ: mundũ vitat exitiũ. Uitat q̃ extrinsecus eueniũt. mundũ qđ intus nascitur pellit. Deniq; nũc lubricos gignũt interiora: nunc morbi⁹ quilibet subito occupat. Postremo quantũus hoc parcatur: nouissime senectus cũ venerit, non est quo differat. Proide audiam⁹ dñz in nobilibus: agamus qđ ꝑcepit. Uideam⁹ qs est ille aduersari⁹: de quo nos terruit dicẽs. Si vadis cũ aduersario tuo ad principẽ: da operã in via liberari ab illo: ne forte tradat te principi: ꝛ princeps ministro: ꝛ mitteris in carcerẽ: inde nõ exies donec soluas nouissimũ q̃drãtẽ. Quis est iste aduersari⁹ nisi diabol⁹. Jã liberati sum⁹ ab illo. Quale ꝑciuz ꝓ nobis datũ est: vt ab illo redimeremur: De quo dicit apls de ipa redẽptiõe nostra. Qui eruit nos de potestate tenebrarum: et trãstulit in regnũ filij claritatis sue. Redẽpti sumus: diabolo renunciam⁹. Quõ dubitamus operã liberari ab illo: ne nos iterũ captiuos faciat peccatores? Sz nõ est ipe aduersari⁹: de quo nos dñs cõmonet. Alio eñ loco idẽ ali⁹ euãgelista sic illud posuit: vt si vtraq; verba iungam⁹: et vtraq; euãgeliorum duoz cõparem⁹: aduersariũ illũ cito intelligem⁹. Ecce eñ hic qđ dixit: Cuz vadis ad principẽ cũ aduersario tuo: da operã in via liberari ab eo. Ali⁹ aũt euãgelista hocipm sic dixit. Esto cõsentiẽs aduersario tuo cito cũ es cũ illo in via. Cetera similia sunt: ne forte aduersari⁹ tradat te iudici: iudex ministro: minister in carcerẽ. Ambo euãgeliste simili hoc explicauerũt. Un⁹ dixit. Da operã in via liberari ab illo: alter dixit. Cõsenti illi. Nõ eñ poteris liberari ab illo nisi ei ꝯsenseris. Uis liberari ab illo? ꝯsenti illi. Nunqđ diabolus est cui debet cõsentire xp̃ian⁹. Queramus ergo illũ aduersariũ cui debemus cõsentire: ne tradat nos iudici: iudex ministro. Queram⁹ illũ ꝛ cõsentiam⁹ illi. Si peccas: aduersari⁹ tu⁹ sermo dei est. Uerbi cã. Fortsitã delectat te inebriari: dixit tibi. Noli. Delectat te spectare ꝛ nugari: ille dicit tibi. Noli. Delectat te adulterari: dicit tibi fmo dei. Noli. In qbuscũq; pctis volueris facere volũtatẽ tuã: dicit tibi. Noli. Aduersari⁹ est volũtatis tue. O q̃ bon⁹ aduersari⁹: q̃ vtilis aduersari⁹ nõ q̃rit nr̃az volũtatẽ, sz vtilitatẽ. luce. xij. Col. j. mat. v. luc. xvij.

Aduersarius est nobis quãdiu sum⁹ ⁊ ipsi nobis. Quãdiu tu tibi inimicus es: inimicũ habes sermonẽ dei. Esto tibi amicus et ꝯcordas cum illo. Non homicidiũ feceris: audi ⁊ cõcordasti. Non falsum testimoniũ dicas: audi ⁊ cõcordasti. Non cõcupisces rem primi tui: audi ⁊ cõcordasti. Nõ concupisces vxorẽ primi tui: audi ⁊ concordasti. In his oibus cũ tuo isto aduersario concordasti: dic mihi quid perdidisti? Nõ solum mihil perdidisti: sed ⁊ teipsum q̃ reperas inuenisti. Via: vita ista est. Si ꝯcordauerimus cũ illo: si consenserimus illi: finita est via: nõ timebimus iudicez ministrum carcerem. Quãdo finitur via: non olb⁹ vna hora finitur. Unusquisq; habet horã q̃ finiatur via. Uia vita ista dicta est. Finisti istam viã: finisti vitam. Ambulam⁹ ⁊ ipm viuere accedere est. Nisi forte putatis: q̃ tps accedit ⁊ nos stamus. Non potest fieri. Quo accedit tempus: accedimus ⁊ nos. Et nõ anni nobis accedũt: sed magis decedunt. Ualde errãt homines quãdo dicunt. Puer iste minus sapit: accedũt illi ãni: puer erit. Attẽde quid dicas. Accedũt dixisti. Ego ostẽdo: q̃ decidum cum tu dicis accedũt. Et audi quod facile pbo. Putem⁹ nos scisse annos ipsi⁹ ex quo nat⁹ est. Uerbi gratia: vt bñ illi optemus: octoginta ãnos victurus est: peruẽturus est ad senectutez. Scribe octoginta annos. Uixit vnũ annũ. Quot habes in sũma? Quot tenes? Octoginta. Deduc vnũ. Uixit decẽ: septuaginta resiterunt. Uixit viginti: sexaginta resistere runt. Certe accedebant. Quid est hoc? Uenunt vt abeant. Anni nostri veniũt inquã vt eant. Nõ enim veniunt vt stent nobiscũ: sed cum transeũt per nos: terũt nos: ⁊ minus minusq; valere non faciunt. Talis est via in qua venim⁹. Quid facturi sum⁹ cum aduersario illo: id est cũ sermone dei? Concorda cũ illo. Nescis enim quando via finiatur. Cum via finita fuerit: iudex restat ⁊ minister ⁊ carcer: vt si seruaueris aduersario tuo bonam voluntatẽ ⁊ cum eo ꝯsenseris: pro iudice inuenias patrẽ: pro ministro seruo angelũ tollẽtem in sinũ abrae: pro carcere paradisum. Excito in via efficta mutasti: quia tuo aduersario consensisti.

¶ De eo q̃ scriptum est in euãgelio ſm eũdem. Sic luceat lux vestra coram hoib⁹: vt videant opera vestra bona ⁊ glorificẽ patrem vestruz qui in celis est. Et ecõtra. Attendite ne iustitiã vestrã faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Sermo. ij.

A



Olet multos mouere charissimi q̃ dñs noster ihesus xp̃s in sermone euãgelico cuz p̃i⁹ diuisset. [Luceat lumẽ vestrũ coram hominib⁹ vt videãt bona opera vestra ⁊ glorificẽt patrez vestrũ q̃ in celis est.] Mat. v.

Postea dixit. [Attẽdite ne iustitiã vestram faciatis coram hoib⁹: vt videamini ab eis,] mat. vj.

cio vbi non possum:non facio vbi cōquere=
tur dñs rei. Ubi autem vult fieri ⁊ gratias
agit:reus ero si non fecero.

¶ De trib⁹ quorū vnus dixit. Domi
ne sequar te quocunq; ieris ⁊ repro=
batus est. Ut⁹ non audebat ⁊ excita
tus est. Tertius differebat ⁊ culpat⁹
est. Sermo. vij.



Et hoc capitulo euangelij A
quod dñs donauit audire
Lectum est eñ dominū ie
sum differenter egisse: cuz
obtulit se vnus vt cum se
queretur ⁊ reprobatus est
alius non audebat ⁊ excl
tatus est:tertius differebat ⁊ culpat⁹ est.
Qō eñ dixit [Dñe seqr te quocunq; ieris] mat.viij
Quid tam promptū:qd tam impigrum:qd Luce.ix.
tam paratum:et quid ad tantū bonū aptis
simum:sequi dominum quocunq; ieris? Mi=
raris hodie quid est hoc:q, magistro bono
dño iesu christo inuitante discipulos dbus
daret regnum celoz:displicuit tam para=
tuz. Sed qr talis magister erat qui futura
prenderit intelligimus fratres istum ho=
minez si sequeretur xp̄m:sua q̄sturū fuisse phil.iij.
nō que iesu xp̄i. Ipse eñ dixit. Nō ois q̄ di mat.vij.
cit mihi dñe dñe:intrabit in regnū celoruz.
Et ipse de ipis fuit:nec sic ipe nouerat quo
modo inspiciebat. Nam si iaz se factū esse
sperabat:si iā dolosum et insidiosum se no=
nerat:cui loqueretur non nouerat. Ipse est Joh.ij.
eñ de quo euangelista ait. Non opus ha=
bebat vt quisq; ei testimoniū phiberet de
hole. Ipe eñ sciebat q̄d esset in hole. Quid mat.vij
ergo respōdit? [Vulpes foueas habent et
volatilia celi nidos filij aūt hois nō hz vbi
caput reclinet]. Sed vbi nō hz? In fide tua
Vulpes enim foueas habēt in corde tuo:
quis dolosus es. Volatilia celi habent ni=
dos in corde tuo:elatus es. Dolosus ⁊ ela
tus:nō me seqris. Quō dolosus sequiſ sim
plicitatem? Et alterū cōrinuo tacentem ⁊
nihil dicentē:nihil promittentem. [Seque
re me]. Quantum mali in illo:tantū boni
videbat in isto. Sequere me dicis nolenti.
Ecce habes hominem paratum. Sequar
te quocunq; ieris:et tu dicis nolenti. Se=
quere me? Istum inquit declino: q̄ video si
di foueas:video nidos. Quid ergo molest⁹
es huic:quem prouocas et excusat? Ecce
iam compellis ⁊ non venit:hortaris et nō
sequitur. Quid enim dicit. [Ibo prius se=
pelire patrē meū]. Fides cordis eius dño
se ostēdebat:sed pietas differebat. Dñs aūt
xp̄s quādo parat hoies euangelio:nullam
excusationē vult interponi carnalis huius
temporalisq; pietatis. Est quidem: et lex
dei habet:et ipse dominus arguit iudeos:
qr distribuebant ipsum mandatum dei. Et
paulus apostolus in epistola sua posuit et
dixit. Hoc est mandatum primū in repro=
missione. Honora patrem tuum et matrem ephe.vj.
tuam:deus vtiq; dixit. Volebat enim iste
inuenis obtemperare deo sepelire patrem
suum:sed est locus⁹ est temp⁹ et est res:qm

huic rei:huic tēpori:huic loco seruiat. Honorandus est pater:sed obediendū deo est. Amandus est generator:sed preponendus est creator. Ego inquit ad euangeliū te voco:ad aliud opus mihi necessariꝰ es. Marius est hoc:q̄ quod vis facere. [Sine mortuos sepelire mortuos suos]. Pater tuus mortuus est:sunt alij mortui qui sepeliant mortuos. Mortui sepeliētes mortuos q̄ sūt Potest ne mortuꝰ a mortuis sepeliri:Quo modo inuoluunt si mortui sunt:Quō plangūt si mortui sunt:Et involuūt ⁊ plangūt: ⁊ mortui sunt:q; infideles sūt. Docuit nos quod scriptum est in cantico canticoꝝ dicente ecclesia. Ordinate in me charitatez. Quid est ordinate in me charitatē:Facite gradus:⁊ cuicūq; debetur restituite. Nolite anteriora posterioribus subdere. Amate parentes sed preponite deuꝫ parentibꝰ Attendite matrem machabeorum. Filij inquit:nescio quomodo apparuistis in ventre. Cōcipere vos potui:parere potui: formare vos non potui. Illum ergo audite:illum mihi preponite. Nolite attendere: ne sine vobis remaneam. Precepit: et secuti sunt. Quod docuit mater filios hoc docebat dñs iesus xps istum cui dicebat:sequere me. Quia nunc alius discipulus missit se In medio cui nemo aliq̄d dixit. [Prosequar te dñe] ait [sed vado primum renunciare his q̄ in domo sunt]. Credo hic sensus est. Nuncie meis me forte quomodo fieri solet querent me. [Et dñs. Nemo ponens manum super aratrū ⁊ respiciens retro: aptꝰ est regno celoꝝ.] Uocat te oriēs:⁊ tu attēdis ad occidentē. In hoc capitulo hoc discimꝰ:qm̄ quos voluit dñs:hos elegit. Elegit aūt sicut dicit apostolus:⁊ fm̄ suā gratiam:⁊ fm̄ illoꝝ iusticiam. Talia em̄ sunt verba apli. Attendite inquit quid dicit helias. Dñe:prophetas tuos occiderūt:altaria tua euerterūt:⁊ ego relictus sum solus: ⁊ querunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum:Reliqui mihi septē milia virorum qui nō incurnauerūt genu ante baal. Solum te putas esse seruum bene laborantem:sunt ⁊ alij me timentes:⁊ non pauci. Nam septem milia habeo. Et adiūxit. Sic ergo ⁊ in hoc tempore. Crediderūt ergo aliqui inde ei:⁊ multi fuerant reprobati:sicut ⁊ ille qui vulpium foueas gestabat in animo. Sic ergo inquit ⁊ in hoc tempore reliquie p electionem gratie israel salue facte sunt. id est idem xps elt nunc qui tūc: ⁊ modo qui ⁊ illic tunc helie dixit. Reliqui mihi. Quid est reliqui mihi:Ego illos elegi:qui vbi mentes eorum de me presumentes nō de se:nec de baal. Nō sūt mutati:sic sunt vt a me facti sunt:⁊ tu q̄ loqueris nisi de me presumeres vbi esses:Nisi gratia mea plenus esses:nonne ante baal etiā ipe genu flecteres:Gratia autem mea plenus es:quia nihil de tua virtute:sed totum de mea gra pſumpsisti. Noli ergo in hoc gloriari vt putes te in seruitio tuo non habere ꝫseruos:sunt quos elegt sicut ⁊ te:de me scilicet presumentes. Sicut ait apostolus. Et nunc reliquie per electionem gratie salue facte sunt. Caue o christiane:caue superbiam. Licet em̄ imitator sanctoꝝ sis:totuz gratie semper reputa:quia vt esset aliquid reliquum:gratia in te dei non tuuz meritū fecit. De ipſo deniqz reliquijs dixerat ꝓpheta Esaias commemorās. Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semen:sicut sodoma facti essemus:et sicut gomorra similes fuissemus. Sic ergo inquit ⁊ in hoc tempore reliquie per electionem gratie salue facte sunt. Si autem gratia inquit:iam non ex operibus:id est iam non de tuo merito extollaris. Alioquin gratia iam nō est gratia. Si enim̄z de tua opa presumis ergo merces tibi redditur: non gratia condonatur. Si autem gratia est:gratis datur. Interrogo nunc. Credis o peccator christo:Dicis Credo. Quid credis:Gratis vniuersa peccata per ipsuz tibi posse remitti. Habes q̄ credidisti. O gratia gratis data. Quid tu iuste credis:Te sine deo non posse seruare iusticiam ipsius. Ergo totum reputa q̄ iustus es pietati. Quod autem peccator es tue iniquitati ascribe. Esto accusator tuus et ille erit indultor tuus. Omne enim crimen:facinus vel peccatum nostre est negligentie:⁊ omnis virtꝰ ⁊ sanctitas dei est indulgentia. Conuersi ad dominum.

¶ De eo quod scriptum est in euangelio scōm Mattheum. Confiteor tibi pater domine celi et terre. Et cetera que sequuntur.

Sermo octauus.



Anctum euangelium cū legeret:audiuimus exultasse dominum iesum in spiritu ⁊ dixisse. [Confiteor tibi pater domine celi et terre quia absconditi hec a sapientibus ⁊ prudentibus et reuelasti ea parvulis]. Hucusq; interim verba domini:si digne:si diligenter: si quod primum est pie consideremus: inuenimus primitus non semper eum in scripturis legimus confessionem: debere nos intelligere vocem peccatoris. Maxime autem hoc dicēdū sunt:⁊ hinc ad-

monenda charitas vestra: q; mox vt hoc verbum sonuit lectoris: secutus est etiā sonus tōsionis pectoris vestri:audito scilicet q̄ dominꝰ ait. Cōfiteor tibi pater. In hoc ipso q; sonuit. Cōfiteor:pectora tutudistis. Tundere aūt pectus quid est nisi arguere quod latet in pectore:et euidenti pulsu occultum castigare peccatū:Quare hoc fecistis:nisi q; audistis. Confiteor tibi pater:Confiteor audistis:qui ꝫfitē non attendistis. Nūc ergo aduertite. Si ꝫfiteor xps di xit a q̄ est lōge omne peccatū:non solius est peccatoris:sed etiā laudatoris. Cōfitemur ergo:sive laudātes deum: sive accusantes nosipsos. Pia est vtraq; cōfessio: sive cuz te reprehendis q̄ non es sine pctō:sive cū illū laudas q̄ nō potest habere peccatū. Si aūt bene cogitemus:reprehensio tua laus ipsiꝰ est. Quare em̄ iam ꝫfiteris in accusatione ipsiꝰ tui:Quare ꝫfiteris:nisi q; ex mortuis viuꝰ factꝰ es. Scriptura ꝺppe ait. A mortuo quasi q̄ nō sit perit cōfessio. Si perit a mortuo cōfessio:qui confitē viuit. Et si peccatum cōfitē:vtiqz a morte reuixit. Si peccati confessor reuixit a morte:quis eum sustcauit:Nullus mortuꝰ est suipsiꝰ suscitator. Ille se potuit suscitare/q̄ mortua carne non mortuus est. Etenim hoc suscitauit q̄ mortuum fuerat. Ille suscitauit qui viuebat in se: in carne autem suscitāda mortuꝰ erat. Nō em̄ pater solus filium; suscitauit: de quo dictum est ab apostolo. Propter q̄ eum deus exaltauit:sed etiā dominꝰ seipm id est corpus suum. Unde dicit. Soluite tē plū hoc et in triduo suscitabo illud. Mortuus autem est peccator maxime ille quem moles consuetudinis premit:quasi sepultꝰ est lazarus. Parū enim erat quia mortuus etiam sepultus. Quisquis igitur male consuetudinis:male vite: terrenarum scilicet cupiditatum mole premitur:ita in illo iaz factum sit/quod in quodam psalmo mirabiliter dicitur. Dixit stultus in corde suo: non est deus. Fit talis de quali dictum est A mortuo velut qui non sit perit confessio Quis eum resuscitauit:nisi qui remoto lapide clamauit dicens. Lazare prodi foras Quid est autem foras prodire:nisi quod occultum erat foras prodire:Qui cōfitetur: foras prodit. Foras prodire non posset nisi viueret. Uiuere non posset nisi resuscitatus esset. Ergo in confessione sui accusatio dei laudatio est. Dicit ergo aliquis. Quid prodest ecclesia si iam confessor voce domnica resuscitatus prodit:Quid prodest ecclesia cōfitenti:cui dñs ait:Que solueritis in terra soluta erunt in celo:Ipsum Lazarum attende. Cum vinculis prodit. Jam vinculis irretitꝰ. Quid ergo facit ecclia cui dictū est. Que solueritis soluta erūt nisi q̄ ait dñs cōtinuo ad discipulos. Soluite illū ⁊ sinite abire:Sive ergo nos accusemus: sive deū laudemus bis deū laudamꝰ si pie nos accusamꝰ deūqz laudamꝰ. Qñ deū laudamus:tanꝫ eum q̄ sine peccato est ꝓdicamus. Quando autem nosipos accusamus et per quē resurrexim̄ gloriā damus. Hoc si feceris:nullā occasionē inuenit inimicꝰ q̄ te circumueniat ante iudicē. Cum em̄ tu ipe fueris accusator et dominus liberator: q̄d erit ille nisi calumniator:Merito ille hinc sibi tutelā prouidit aduersus inimicos nō conspicuos:carnem ⁊ sanguinem miseram potiꝰ q̄z cauendā:sed aduersus illos inimicos q̄ quos apostolus nos hortat vt armemur. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem sanguinem:id est aduersus homines q̄s videtis scuire in vos. Vasa sunt: alius vtitur. Organa sunt:alius tāgit. Jm misit se inq̄t diabolus in cor iude:vt traderet dñm. Ait aliq̄s. Quid ergo ego feci:Audi aplm. Neq; detis locum diabolo. Tu mala voluntate locuz dedisti: intrauit:possedit:vtitur. Si locum non dares:non possideret. Ergo nos admonens ait. Non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinē:sed aduersus pncipes ⁊ potestates Possit quisq; putare aduersus reges terre aduersus potētes seculi. Quare Ipi nō caro ⁊ sanguis:Semel dictū est: non aduersus carnē ⁊ sanguinē. Aduertere ab oi homine. Qui ergo restant inimici:Aduersus principes ⁊ potestates spiritalis neqtie:rectores mūdi. Quasi plus dedit diabolo et angelis eiꝰ. Plus dedit: rectores mūdi appellauit. Sed ne male intelligas: exponit q̄d sit mūdus:cuiꝰ sint illi rectores. Rectores mundi tenebraꝝ hax:Quid est mūdi tenebraꝝ hax q̄ꝰ est rector:Dilectoribꝰ suis ⁊ infidelibus plenus est mundꝰ. Has appellat apls tenebras. Hax rectorē diabolus et angeli eius. Hę tenebre nō naturales sunt:nō incōmutabiles sunt:mutantur ⁊ lumē efficiunt:credunt ⁊ credēdo illuminant. Quod cū in eis factū fuerit:audient Fuistis em̄ aliqñ tenebre: nunc autem lux in dño. Nā qñ tenebre:non in dño. Itez qñ lux:nō in te sed in dño. Quid em̄ habes q̄ non accepisti:Qz ergo sunt inuisibiles inimici:inuisibiliter sunt expugnādi. Quippe hostem visibilē vincis feriēdo: inuisibilem vincis credendo. Uisibilis est hostis homo visibilis est et ferire. Inuisibilis est hostis diabolꝰ:inuisibile est et credere. Est ꝫ pugna inuisibilis aduersus inuisibiles inimicos

Ad his inimicis quomodo se tutū dicit q̄dam: Hoc eñ ceperam dicere: ꝛ necesse habui de his inimicis aliquādo cū mora tractare. Jā ergo cognitis inimicis: videam⁹ tutelā. Laudās invocabo dñm: ꝛ ab inimicis meis salu⁹ero. Habes quid agas. Laudans invoca: sed dñm laudās invoca. Si eñ te laudaueris: ab inimicis tuis salu⁹ nō eris. Laudans invoca dñm: ꝛ ab inimicis tuis salu⁹ eris. Qz q̄ ait ipe dñs. Sacrificiū laudis glorificabit me: ꝛ ibi via est vbi ostēdā illi salutare meum. Ubi vis: In sacrificio laudis. Noli pedem extra hāc viā mittere. In via esto: noli a via recedere. A laude dñi nec vnguē: nedum pedē. Si enim volueris ab hac via deuiare: ꝛ pro dño te laudare non eris saluus ab illis inimicis qz de illis dictū est. Jurta semitā scandala posuerūt mihi. Quicūq̄ ergo putaueris te habere abs te: deuiasti a laude dei Quid iam miraris si te seducit inimicus: quando tuū ipsius seductor es: Audi apostolum. Qui enim putat se aliquid esse cū nihil sit: scipz seducit. Dñm ergo attēde cōfitentē. Cōfitebor tibi dñe pater celi ꝛ terre. Confiteor tibi: laudo te. Laudo te: non accuso me. Quantū autem pertinet ad ipsā hominis susceptionem: tota gratia: singularis gratia: perfecta gratia. Quid meruit homo ille qui xp̄s est: si tollas gratiaz. Et tantā gratiā: qz vnū oportebat esse xp̄z ꝛ ipsum esse quē nouimus. Tolle gratiam istam quid christus nisi homo: Quid nisi q̄d tu: Suscepit animam: susceptor⁹ suscepit plenū hominez. Coaptat sibi: vnā facit dominus cum seruo persōnā. Quāta ista gratia: xp̄s in celo: xp̄s in terra. Simul xp̄s ꝛ in celo ꝛ in terra: nec duo xp̄i: sed idē christus in celo et in terra. Xp̄s apd patrē xp̄s in vtero virginis: xp̄s in cruce: christ⁹ apud inferos subueniens dñs. Eo aūt ipo die xp̄s in paradiso cū latrone ꝛ fidēte. Et ibi latro quid meruit: nisi qz illā viā tenuit: vbi ostendit salutare suuz: A qua tibi pes non exeat. In eo eñ q̄ se accusauit: deū laudauit: ꝛ vitā suā beatā p̄sumpsit q̄dā domino: et ait illi. Domine meme nto mei dū veneris in regnū tuū. Cōsiderabat eñ facinora sua: ꝛ p magno habebat si ei vel in fine parceret. Dñs aūt cōtinuo cū ille diceret. memēto mei: sed qñ: cū veneris in regnū tuū. Amen: inquit dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Misericordia obtulit: qđ miseria distulit. Audi ergo dñz cōfitentem. Confitebor tibi dñe pater celi et terre. Quid ꝛfiteor: In quo te laudo: hec eñ ꝛfessio (vt dixi) laudē hz. Qui abscōdisti hec a pud ētib⁹ ꝛ sapiētibus: ꝛ reuelasti ea parulis. Quid est hoc fratres: A contrario sensu intellige. Abscondisti hec inde a sapientib⁹ ꝛ prudētib⁹: ꝛ nō dixit revelasti eis stultis ꝛ imprudētib⁹: sed ait. Abscōdisti quidē a sapiētibus ꝛ prudētibus: ꝛ revelasti ea parulis. Sapientibus ꝛ prudētibus irridendis: arrogātib⁹ falso grandibus vere sūt tumētib⁹: opposuit nō sapiētes non prudētes: sed parulos. Qui sunt parulis: humiles. Ergo abscondisti hec a sapientib⁹ ꝛ prudentib⁹. Noie sapientiū ꝛ prudentiū supbus intelligi pōt. Ipse exposuit cū ait. Revelasti ea parulis. Ergo abscōdisti non paruulis. Quid est nō paruulis: Nō humilibus. Quid est nō humilib⁹ nisi supbis: O via dñi: aut nō erat: aut latebat vt reueletur nobis. Unde dñs exultaut: nisi qz revelatū est paruulis: Debem⁹ esse paruuli. Nā si voluerimus esse magni quasi sapiētes ꝛ prudentes: nō nobis illud revelat. Qui sunt magni: Sapiētes ꝛ prudētes. Dicētes se esse sapiētes: stulti facti sunt. Habes remediū a cōtrario. Si dicendo te esse sapientē stult⁹ fact⁹ es: dic te stultum ꝛ sapies eris. Sic dic. Dic ꝛ int⁹ dic: qz sic est vt dicis. Si dicis cotā hoibus nō li dicere: ꝛ cotz deo nō dicere. Prorsus qđ ad teipm ptinet: qđ ad tuā tenebrosus es. Quid est eñ aliud esse stultū: nisi esse tenebrosum in corde: Deniqz de illis sic ait. Dicentes se esse sapiētes stulti facti sunt. Antequā hoc dicerēt: quid sursum: Et obscurata est insipiēs cor. Dic quia tu tibi lumē nō es. Ut multū oculus es: lumē nō es. Quid prodest patens ꝛ sanus oculus si lumē desit: Ergo dic a te tibi lumē nō esse: ꝛ clama quod scriptum est. Tu illuminabis lucernam meaz dñe. Lumine tuo dñe illuminabis tenebras meas. Wee eñ nihil nisi tenebre tu autem lumē fugās tenebras illuminans me: nō mihi lumen existēs: sed lumen non participans nisi in te. Dic Johānes et amicus sponsi: christus putabat: lumē putabat. Nō erat ille lumē: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Quod autez erat lumen: erat lumen verum. Quid est verum: Quod illuminat omnem hominem. Si verum lumē qđ illuminat omnem hoiem: ergo ꝛ iohānē recte dicētē: recte cōfitentem. Nos aūt de plenitudine eius accepimus. Unde si aliud dixit q̄ tu illuminabis lucernam meaz dñe. Deniqz iā illuminat⁹: testimoniuz phibebat. Propter cecos: lucerna diei testimoniū phibebat. Unde qz lucerna est: Uos inquit milistis ad iohānē: ꝛ voluistis exultare ad horā in lumine eius. Ille erat lucerna ardēs et lucens. Ille lucerna: hoc ē res illuminata: accēsa vt luceret. Nec accēdi potest: pōt extingui. Sz vt non extinguatur: ventū supbie nō patiat. Ergo cōfiteor tibi dñe pater celi ꝛ terre: qui abscondisti hec a sapientib⁹ ꝛ prudētib⁹ ꝛ revelasti ea stultis ꝛ imprudētib⁹: sed ait. Abscōdisti quidē a sapiētibus ꝛ prudētibus: ꝛ revelasti ea parulis. Sapientibus ꝛ prudētibus irridendis: arrogātib⁹ falso grandibus vere sūt tumētib⁹: opposuit nō sapiētes non prudētes: sed parulos. Qui sunt paruli

Universidad de Deusto Biblioteca

a. corin. iiij. dispensatione actum est: vt interior hō qui renouat de die in diez: non adhuc sub lege positus/sed iaz sub gra exoneratꝰ sarcinis innumerabiliuz obseruationū: qō erat reuera graue iugū sed dure cernici cōuenienter impositum: facilitate simplicis fidei ⁊ bone spei ⁊ sancte charitatis quicqd molestiarū exterioꝝ hoi foris secus intulisset ille princeps q̄ missus est foras: iteriore gaudio leue fieret. Nihil em̄ taz facile bone volūtati est q̄ ipsa sibi: ⁊ hec sufficit deo. Quālibet ergo seuiat iste mūdus: verissime angeli nato in carne dño clamauerūt. Glia in excelsis deo: ⁊ in terra pax hoib⁹ bone voluntatis: qz qui natus erat suaue iugum est et
Luce. ij. j. corin. x sarcina leuis. Et sicut dicit apostolus. Fidelis deus qui nos non sinit tentari supra quod possumus ferre: sed facit cum tentatione etiam exitum vt possimus sustinere.

¶ De eo de quo supra. Uenite ad me omnes. Sermo. x. In quo siue bonuz operemur siue malum fugiamus: ab humilitate tanq̄ a fundamento inchoandum esse declarat ⁊c.

A Mat. xj. Udituimus in euangelio dñm exhilaratum spū dixisse deo pri. [Confiteor tibi pater dñe celi ⁊ terre: qui abscondisti hec a sapiētib⁹ ⁊ prudētibus: ⁊ reuelasti ea parvulis. Ita pater: qz sic placitū est añ te. Oia mihi tradita sunt a pre meo. Et nemo agnoscit filiū nisi pater: neq̄ patrē quis agnoscit nisi filiꝰ: ⁊ cui voluerit filiꝰ reuelare.] In clamādo laborauitꝰ: in audiēdo laborat. Audiamus ergo eū qui sedet ⁊ dicit. [Uenite ad me oēs qui laboratis.] Quare em̄ oēs laboramus: nisi qz sumꝰ mortales: fragiles infirmi: lutea vasa portates: que faciūt inuicē angustias. Sed si angustant vasa carnis: dilatētur spacia charitatis. Quid ergo dicit. Uenite oēs qui laborat: nisi vt laboretis. Denicq̄, pmissio eius in prōptu est qm̄ laborātes vocant. Querēt forte q̄ mercede vocati sunt. [Et ego vos] inquit [refriciā. Tollite iugum meū super vos: ⁊ discite a me] nō mundū fabricare: non cuncta visibilia ⁊ inuisibilia creare: nō in ipso mundo mirabilia facere: ⁊ mortuos suscitare: sed [qm̄ mitis sum ⁊ humilis corde.] Magnꝰ esse vis: a minimo incipe. Cogitas magnā fabricam cōstruere celsitudinis: de fundamēto prius cogita humilitatis. Et quantuz quisq̄ vult ⁊ disponit superponere molem edificij: quāto erit maius edificiū: tanto altius fodit fundamētuz. Et fabrica quidem cum cōstruitur: in superna consurgit. Qui autē fodit fundamētum: ad ima deprimitur. Ergo ⁊ fabrica ante celsitudinē humiliatur: ⁊ fastigiū post humiliationē erigitur. Quod est fastigium cōstruende fabrice quā molimur? Quo peruēturum est velamē edificij? Cito dico. Usq̄ ad cōspectum dei. Uideris q̄ excelsum est: quāta res est cōspicere deum. Qui desiderat ⁊ qō dico: ⁊ quod audit intelligit. Promittit nobis conspectus dei: veri dei: summi dei. Hoc enim bonū est: videtem videre. Nam qui colunt falsos deos: facile illos vidēt: sed eos vidēt qui oculos habēt ⁊ non vident. Nobis autem pmittitur visio dei viuētis ⁊ videntis: vt illum deū videre cōcupiscamus: de quo dicit scriptura. Qui plantauit aurē: nonne audiet? Qui finxit oculum: nōne cōsiderat.

B

ps. xciij.

Nō ergo audit q̄ fecit tibi vnde audias? Et nō videt qui creauit vnde videas? Bñ autē proloqtur in ipso psalmo ⁊ dicit. Intelligite ergo qui insipientes estis in populo ⁊ stulti aliquādo sapite. Multi em̄ preterea mala faciūt dum putant q̄ nō videantur a deo: ⁊ difficile est quidē vt euz credāt videre nō posse: sed putant nolle. Pauci inueniūtur tante impietatis: vt impleat in eis qō scriptum est. Dixit stultus in corde suo: nō est deus. Insania ista paucoruz est. Sicut em̄ magna pietas paucoruz est/ita ⁊ magna impietas nihilominꝰ paucoꝝ est. Hoc autē quod dico turba dicit. Ecce modo inde cogitat deus vt sciat q̄d faciam in domo mea: ⁊ curat deus quid velim agere in lecto meo? Quis dicit? Intelligite q̄ insipientes estis in populo: ⁊ stulti aliqn̄ sapite. Tu homo cuz sis qz laboras si oia domꝰ tue honeris: ⁊ pertineāt ad te omnia verba: omnia facta seruoꝝ tuoꝝ: putas et deum sic laborare vt attēdat ad te: qui nō laborauit vt crearet te? Oc̄ uz in te nō intendit snū qui fecit tuū? Non eras ⁊ creauit te vt esses. Non te curat cū iaz sis: qui vocat ea que nō sunt tanq̄ sint? Non ergo tibi hoc pmittas: velis: nolis videt te: ⁊ ab eius oculis nō est vbi abscondas te. Si enim celū ascenderis: ibi est: si descenderis in infernū adest. Laboras: nolēs recedere a factis malis: ⁊ volens non videri a deo. Magnus labor. Facere vis mala quotidie suspicaris te nō videri. Audi scripturā dicētem. Qui plantauit aurem: nōne audiet. Qui finxit oculū: nōne considerat? Ubi mala facta tua absconditis? ab oculis dei? Si vis recedere ab ipsis: multū laboras. Audi dicētem. Uenite ad me oēs qui laboratis. Nō fugis laborare fugiēdo. Ab illo eligis fugere: nō ad illuz. Inuenies quo: ⁊ fuge.

ps. xciij.

ps. xciij. ⁊. liij.

Ro. iiij.

Si aūt ꝓpterea nō potes ab illo fugere: qz vbiqz pns est: de proximo fuge ad deum: qz presens est vbi stas. Fuge. Ecce fugiendo excessisti celos: ibi est. Descēdisti ad ifros: quascunqz terrarū solitudines elegeris: ibi est qui dixit. Celū ⁊ terrā ego impleo. Ergo si celum ⁊ terram ipse implet: ⁊ quo fugere possis ab illo nō est: noli laborare. Fuge ad pñtez: ne sentias venientē. Presume te visurum bñ viuēdo: a quo videris ⁊ male viuēdo. Male em̄ viuendo videri potes: videre nō potes. Bene autē viuendo ⁊ videris et videbis. Quāto enim te familiarius videbit qui coronat dignū: qui misericorditer viuit vt vocaret indignū. Nathanael ait dominoq̄ nōdum sciebat. Unde me nosti? Ait enim dñs. Cū esses sub arbore fici vidi te.
Iohā. j. Uidet te xp̄s in umbra sua: nō te videbit in luce sua. Quid est enim: cū esses sub arbore fici vidi te? Quid sibi hoc vult? Quid significat recordare originale petū. Ade: in quo oēs morimur. Quādo primo peccauit:
Gen. iij. de foliis ficulneis succelerotia sibi fecit. Significat in illis foliis puritum libidinis: quo peccādo peruenit. Inde nascimur: sic nascimur: in carne peccati nascimur quaz
Ro. viij. sola sanat similitudo carnis peccati. Ideo misit deus filiuz suū in similitudine carnis peccati. Inde venit: sed sic nō venit. Non enim eū virgo libidine: sed fide cōcepit. Uenit in virgine: qui erat ante virginē. Quaz creauit elegit: quā eligeret creauit. Attulit virgini fecūditatem: nō abstulit integritatem. Qui ergo sine pruritu foliorꝝ ficus venit ad te: cum esses sub arbore fici vidit te. Para te videre sublimiter: a quo visus es misericorditer. Sed qz magnū fastidiū est: de fundamēto cogita. Quo inqnis fundamēto? Disce ab illo: qm̄ mitis est ⁊ humilis corde. Hoc in te fodi fundamentū humilitatis: ⁊ peruenies ad fastidiū charitatis.

¶ De eo quod scriptū est in euāgelio ſm eūdem. Qui dixerit verbum ꝓtra spiritū sanctuz: nō remittetur ei: neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. I quo augustinꝰ ex euāgelio probat in spūsancto ⁊ non in sathana (contra pharisēos) chr̄istuz eiecisse demonia ⁊ quā plura alia notatu digna. Sermo. xj.

A Agna questio est de recēti euāgelica lectione ꝓposita. Cui soluende quātuz ad nos attinet: impares sumus: sed sufficiētia nostra ex deo est: quātū eius adiutoriū vel accipere vel capere possumus. Prius ergo magnitudinem aduertite questiōis: vt cum eius molē humeris nostris impositā videritis: oretis pro laboruꝝ nostris: atq̄ in auxilio qō nobis prebeā inueniatis edificationē mentibus vestris. [Cum dño fuisset oblatꝰ demoniū habens cecus ⁊ mutꝰ ⁊ curasset euz ita vt loqueret ⁊ videret: ⁊ stuperent omnes turbe dicentes: nūquid hic est filiꝰ dauid? Pharisei audientes dixerūt. Hic non
Mat. xij eijcit demones: nisi in beelzebub principe demoniorū. Jesus autē sciens cogitationes eorum dixit eis. Omne regnū in seipsuz diuisum desolabitur: ⁊ omnis ciuitas vel domus diuisa cōtra se non stabit. Et si sathanas sathanā eijcit: aduersuz se diuisus est. Quomō ergo stabit regnum eius.] Hoc dicens ex ipsoꝝ confessione volebat intelligi qꝰ in euz nō credendo in regno diaboli esse delegissent: quod vtiqz aduersum se diuisuz stare nō possit. Eligāt ergo pharisei qō voluerint. Si sathanas sathanā non pōt eijcere: nihil cōtra dñm qō dicerent inuenire potuerūt. Si aūt pōt: mltomagis sibi ꝓpriciāt: ⁊ recedant de regno eiꝰ qō aduersuz se diuisum stare non pōt. In quo aūt domin⁹ xp̄s eijciat demones ne demonioꝝ pncipez eristiment: attendant qō seqtur. [Et si ego (inqt) in beelzebub eijcio demones: filij vestri i quo eijciūt? Jō ipsi iudices vri erūt.] Dixit hoc vtiqz de discipulis suis: illis populi filijs: q̄ certe discipuli dñi iesu xp̄i bñ sibi cōscij fuerāt: nihil se malaz artiuz a bono magistro didicisse: ne in pncipe demonioꝝ eijcerent demones. Jō inqt ipsi iudices vestri erūt. Ipsi inqt ipsi ignobilia ⁊ contemptibilia huius mūdi: in quibus nō artificiosa malignitas sz sancta simplicitas mee virtutis appet: ipsi testes mei indices vestri erunt. Deinde subiūgit. [Si aūt ego in spū dei eijcio demones: igitur puenit in vos regnū dei]. Quid est hoc? Si ego inqt in spū dei demones eijcio: nō alr possunt fili vestri eijcere: q̄b⁹ nō malignā doctrinaz sed fidem simplr dedi: pculdubio peruenit in vos regnū dei quo subuertitur regnum diaboli: cū quo ⁊ vos subuertimini. Et qm̄ dixerat. Filijvri in quo eijciūt: vt ostēderet in eis grazsuā: non meritū illoꝝ. [Aut quo pōt quisqz (inqt) intrare in domuz fortis ⁊ vasa eius diripe: nisi prius alligauerit fortem: ⁊ sic domuz eius diripere.] Filij inqt vestri vel qui crediderant in me vel adhuc crediturī sunt ⁊ eiecturi demones nō in demoniz pncipe: sz in simplici sctitate q̄ certe vel fuerunt vel hoc sunt qō etiā vos estis: id est pctores aut impij ⁊ ideo i domo diaboli ⁊ vasa diaboli: quo ab illo possint erui

quos prevalēte iniquitate fortiter obtinebat: nisi alligaretur iustitie mee vinculis: et vasa eius eriperē que fuerant vasa ire: et ea facerē mea vasa miricordie: hoc est quod etiā beatus apls superbis et ōsi de suis meritis gloriātibus increpās dicit. Quis em te discernit: hoc est: a massa perditiōis ex adam: et avasis ire quis te discernit: Et ne quisq̄ diceret: iustitia mea. Quid enim habes (inq̄t) qđ non accepisti: Unde et de scipso dicit. Fuimus em̄ et nos aliq̄n naturaliter filij ire sicut et ceteri. Ergo et ipse vas erat i domo illius male fortis: cū esset ecclie persecutor: blasphemus: iniuriosus: in malitia et inuidia: sicut fatet agens. Sed ille qui alligauit fortē ab eo vasa perditiōis eripuit: et vasa electionis effecit. Deniq̄ ne putarent increduli et impij aduersantes noi christiano ꝓpter diuersas hereses et scismata eoꝝ: qui sub noie christiano greges colligūt pditorū etiā christi regnū aduersum se esse diuisum: cōsequenter adiungit. [Qui non est mecū cōtra me est: et qui nō cōgregat mecū spargit.] Nec ait: qui nō est sub voce nois mei: aut sub specie sacramenti mei: sed qui nō est mecum cōtra me est. Nec ait: qui nō cōgregat sub voce nois mei: sed qui nō congregat mecū spargit. Nō ergo est aduersus se diuisum regnū xpi: et si hoies conātur diuidere: qđ emptus est pretio sanguinis xpi.

Ubi.ß. Ephe.ij B Matth. xij.c. 1.tim.ij.

Nouit enim dns qui sunt eius. Et recedat inq̄t ab iniq̄tate ois qui nolat nomen dñi. Nā si ab iniquitate nō recedit: nō pertinet ad regnū christi etiā nominās nomen xpi. Ut ergo aliqua: exēpli gratia cōmemorem: spūs auaricie et spūs luxurie: qi ille Zbit: ille diffundit: diuisi sunt ambo aduersus se: et pertinēt ad regnū diaboli. Apud idolorum cultores spūs iunonis et spūs herculis diuisi sunt aduersus se: et ambo pertinent ad regnus diaboli. Paganus et iudeus hostes xpi diuisi sunt aduersum se: et ambo ptinēt ad regnū diaboli. Arrianus et fotinianus ambo heretici: et aduersus se ambo diuisi. Donatista et maximianista ambo heretici et aduersus se ambo diuisi. Oia vitia erroresq̄ mortaliū inter se contrarij diuisi sunt aduersus se: et oēs pertinēt ad regnū diaboli: ideo nō stabit regnū eius. Justus autē et ipius: fidelis et incredulus: catholicꝰ et hereticus: diuisi quidē sunt aduersum se: sed non ambo pertinēt ad regnum xpi. Nouit dns qui sunt eius. Nemo sibi de vocabulo blādiatur. Si vult sibi pdesse nomen dñi: recedat ab iniq̄tate qui inuocat nomē dñi.

Ubi.ß.

Sed ista verba euāgelica et si habebāt aliquid obscuritatis: quod dño arbitror adiuuante explanatū non erat: tñ tante difficultatis: quāte apparet esse qđ sequit. [Ides dico vobis. Omne peccatuz et blasphemia remittet hoibus: spūs aūt blasphemie non remittet. Et qui cūq̄ dixerit verbū contra filium hois: remittet ei. Qui aūt dixerit cōtra spūsanctū non remittet ei: neq̄ in hoc seculo neq̄ i futuro.] Quid ergo fiet de his quos lucrari cupit ecclesia: Nunqđ nam correctis et ad eā ex quocūq̄ errore venientibꝰ spes falsa pmittitur in remissiōe oium peccatorū: Quis em̄ non cōuincitur dixisse verbum cōtra spiritūsanctum: anteq̄ christianus vel catholicus fieret: Prio ipsi qui pagani appellātur multoꝝ deorum falsorūq̄ cultores et idolorū adulatores: cum dicunt dñm xpm magicis artibus fecisse miracula: nōne isti sunt similes qui eū dixerūt in pncipe demoniorum eiecisse demonia: Deinde cū quotidie nostrā sanctificationē blasphemāt: quid aliud blasphemāt q̄ spiritumsanctū: Quid iudei qui dixerunt de dño iste exorcꝰē sermo: Nōne adhuc q̄ verbum cōtra spiritūsanctum loquūtur: sic negātes eum esse in xpianis: sicut illi in xpo esse negauerūt. Neq̄ em̄ et illi spūsancto nō maledixerunt: aut nō eum dicētes esse: aut esse quidē: sed deū nō esse: sed eē creaturā: aut ad demones eūciendos nihil valere: nō ista indigna: nō aliquid sīle de spiritusancto locuti sunt: Saducei em̄ spiritūsanctū negabant: pharisei vero eū esse ꝫ saduceorū heresim defendebant: sed esse in dño iesu christo negabant: quem demones eijcere in pncipe demoniorū putabāt: cum eijceret ille in spūsancto. Ac per hoc et iudei et quicūq̄ heretici spm̄sanctum cōfiteant: sed eū negant esse in christi corpore: qđ est vnica eius ecclesia nō vtiq̄ nisi vna catholica: peculdubio similes sunt phariseis qui tūc etiā si esse spm̄sanctum fatebātur: negabant tamē eum esse in xpo: cuius opera in demonibus eijciēdis demoniorū prin cipi tribuebāt. Omitto q̄ qđaz heretici ipsum olno spm̄sanctuz vel non creatorē sed creaturam esse contēdunt: sicut arriani et ennomiani et macedoniani: vel eū prorsus ita negant vt ipsum deū negent esse trinitatem: sed tantūmodo esse deum patrem asseuerāt: et ipsum aliquādo vocari filium: aliquādo vocari spiritūsanctum: sicut sabelliani: quos qđā patripassianos vocant: ideo qꝛ patrē perhibēt passuz: cuius negāt esse aliquē filium: sine dubio negāt esse spiritūsanctum. Fotiniani quoq̄ patrē soluz esse deuz: filiū vero non nisi hominē dicūt: negātes omnino tertiā personam spm̄sanctuz. Manifestū est igitur et a paganis et a iudeis et ab hēreticis blasphemari spūsctū.

Nunqđ nā ergo deserendi sunt et sine vlla spe deputandi: qm̄ sīa sīla est. Qui verbū dixerit cōtra spm̄sanctuz nō ei dimittetur neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro: et illi soli estimādi sunt ab huius grauissimi peccati reatu liberi qui ex infantia sunt catholici: Nā quicūq̄ verbo crediderūt vt catholici fierent: vtiq̄ aut ex paganis: aut ex iudeis aut ex hereticis in gratiā christi pacēq̄ venerūt. Quibus si nō est dimissuz qđ dixerūt verbū contra spm̄sanctum: inaniter pmittitur et predicat hoibꝰ vt conuertantur ad deū: et sine in baptismo: sine in ecclesia pacem: remissionēq̄ accipiant pctoꝝ. Neq̄ em̄ dictum est. Non remittet nisi in baptismo: sed nō remittet (inquit) neq̄ in hoc seculo: neq̄ in futuro. Nōnullis videt eos tm̄modo peccare in spm̄sanctuz: q̄ lauacro regenerationis abluti in ecclesia: et accepto spūsancto velut tanto postea dono salutis ingrati: mortifero aliquo peccato se immerserint: qualia sunt vel adulteria: vt homicidia: vel ipsa discessio: sine olno a noie xpiano: sine a catholica ecclesia. Sed iste sensus vnde pbari possit ignoro: cū et penitētie quoslibet criminū locus in ecclesia non neget: et ipsos hereticos ad hoc vtiq̄ corripiēdos dicat apls. Ne forte det illis deus penitentiā ad cognoscendā veritatē: et resipiscāt de diaboli laqueis a quo captiui tenētur ꝑm ipsius voluntatē. Quis enim est fructus correctionis sine vlla spe remissionis: Postremo nō ait: qui fidelis catholicꝰ dixerit verbū cōtra spm̄sanctū: sed qui dixerit: hoc est q̄libet dixerit: quicunq̄ dixerit: nō remittet ei: neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. Sive ergo sit ille paganꝰ: sive indeus: sive xpianus: sive hereticus: sive quodlibet aliud habeat nomē erroris: non dictuz est ille aut ille: sed qui dixerit verbū cōtra spiritūsanctum. i. blasphemauerit spm̄sanctū: nō remittet ei neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. Porro aūt si ois error ꝫ ius veritati et inimicus catholice paci (sicut supra ostēdimus) dicit verbū cōtra spm̄sanctuz: nec tñ cessat ex ol errore corrigere atq̄ colligere q̄ remissionē peccatoruz et ipsiz quē blasphemauerant accipiant spm̄sanctum: puto q̄ grande secretū taz magne huius questiōis ostēdimus. Lumē ergo expositionis a dño reqramus. Erigite itaq̄ fratres: erigite ad me aures: ad dñm mentes. Dico charitati vestre. Forte in olꝰ sanctis scripturis nulla maior questio: nulla difficilior inuenitur. Unde vt vobis aliqđ de meipso fatear: spin sermonibꝰ quos ad populū habui: hui⁹ questionis difficultatē molestiāq̄ vitaui. Non q̄ nihil haberē quod inde vtcūq̄ cogitarē neq̄ em̄ in re tanta petere: querere: pulsare negligerē: sed q̄ ipsi intelligentie que mihi aliquātum aperiebat verbis ad horā occurrētibus me posse sufficere non putarez. Hodie aūt lectiones audiens de qbꝰ vobis esset sermo reddēdus cū euāgelium legeretur: ita pulsatū est cor meū: vt crederē deuz velle aliqđ hinc per meū ministeriū vos audire. Prius ergo vt aduertatis et intelligatis admoneo: nō dixisse dñm. Ois blasphemia spūs non remittetur ei: sed qui dixerit verbū. Illud em̄ si dixisset: nihil nobis omnino remaneret vnde disputare possimus: qm̄ si ois blasphemia et oē verbū quod dicōtra spm̄sanctum nō remitteret hoibꝰ: ex nullo genere ipietatis eotū qui dono xpi et sanctificatiōi ecclesie ꝫdicunt vel paganorum: vel iudeorū: vel quorūlibet hereticorum: nōnullos etiā in ipsa catholica imperitorū quēq̄ in ecclesia lucraret. Sed absit vt hoc dñs diceret. Absit inq̄t vt veritas diceret oēm blasphemiā: et omne verbū qđ cōtra spm̄sanctum diceret non hīe remissionē neq̄ in hoc seculo neq̄ i futuro. Exercere quippe nos voluit difficultate q̄stiōis: nō decipere sententie falsitate. Quapropter nō est necesse vt oēm blasphemiaz et oē verbū quod dicō spm̄sanctū: remissionē quisq̄ existimet non habere: sed necesse est plane vt sit aliqua blasphemia et aliqđ verbū: qđ si dicat cōtra spm̄sanctum: nullā vnq̄ veniam remissionēq̄ mereat. Quia si oē acceperimus quisnā poterit saluari: Si autez rursus nullū putauerimus: cōtradicimus saluatori. Est ergo sine dubio aliq̄ blasphema et aliqđ verbū: quod si dictū fuerit contra spm̄sanctuz: nō remittetur. Quid sit autem hoc verbū: queri a nobis dñs voluit: ideo nō exp̄essit. Queri inq̄t voluit: non negari. Solent em̄ scripture ita loq̄: vt quando aliq̄d fic dicī vt neq̄ ex toto: neq̄ ex pte dictū fm̄atur: nō sit necesse vt ex toto fieri possit: vt ex parte non intelligat. Ista ergo sīa ex toto. i. vniuersalr pnūciaret: si diceret. Omnis blasphemia spūs nō remittet: qualecūq̄ verbū cōtra spm̄sanctū non remittet ei: neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. Ex parte aūt. i. particulariter pnūciaret si diceret. Quedā blasphemia spūs nō remittet. Quia ergo nec vniuersalr: nec particulariter enūciata sīa est. Non em̄ dictū est. Ois blasphemia spūs: aut quedā blasphemia: sed tm̄modo indefinite dictū est: spūs blasphemia non remittet. Nec dictum est. Quicūq̄ dixerit quodcūq̄ verbū: aut q̄ dixerit quoddā verbū: sed indefinite: q̄ dixerit verbū: nō est necesse vt oēm blasphemiā vel omne verbū intelligam⁹: sed necesse est

Universidad de Deusto Biblioteca

plane vt quãdam blasphemiã ⁊ quoddam verbũ voluerit intelligi dñs: ꝯuis id exprimere noluerit: vt petẽdo: querendo: pulsando: si q̃d recti intellectus acceperim⁹ nonviliter habeamus. Hoc vt manifest⁹ videatis: illud attẽdite qõ ait idem ipse iudeis.

Joh. xv. De ꝑfa ⁊ lib. arbi. ca. ij. Si nõ venissem ⁊ locutus fuissez eis: pctñ non haberẽt. Negz em̃ ita dictum est: vt sine vllo peccato oino vellet intelligi futuros fuisse iudeos si nõ venisset ⁊ locut⁹ eis fuisset. Plenos quippe inuenit: oneratosq; peccatis. Propter qõ dicit. Venite ad me omnes q̃ laboratis ⁊ onerati estis.

Wat. xj

Rom. v. Wat. ix. Uñ nisi sarcinis peccatorũ ⁊ transgressionibus legis: Qm̃ lex ꝓbintrauit: vt abũdaret delictuz. Cũ ergo ipse etiã alibi dicat. Non veni vocare iustos sed peccatores: qũo si nõ venisset pctñ non haberent: nisi q: ꝓnia ista nec vniuersalr nec particulariter: sz indiffinite ꝓnũciata non omne peccatũ cogit itelligi. Sed plane nisi aliqõ peccatũ itellexerim⁹ qõ non haberẽt: nisi xps venisset ⁊ locutus eis fuisset: falsaz qõ absit) sniam dicerem⁹.

Joh. xv. Nõ ergo ait. Si nõ venissem ⁊ locut⁹ fuissem eis: nullũ peccatũ haberent: neveritas mentiret: nec rursus diffinite dixit. Si non venissem ⁊ locutus fuissem eis: quoddam peccatũ non haberẽt: ne pium studiũ parũ exerceret: In oi quippe copia scripturaruz ſanctarũ pascimur aptis: exercemur obscuris. Illic fames pellit: hic fastidiũ. Quia ergo nõ est dictum pctñ nullũ haberent: non ꝓturbemur cũ peccatores iudeos etiã si dom̃inꝰ nõ venisset agnoscimus. Sed tñ q: dictũ est. Si nõ venissem peccatũ nõ haberẽt vnde necesse est etiã si nõ omne: aliquod tñ eos ex aduẽtu dñi q̃ non habebant ꝓfisse pctñ: illud ipm̃ ꝓfecto est: qõ in pñtẽ sibiq; loquẽtem nõ crediderũt eũq; inimicuz deputãtes qm̃ vera dicebat ipsuꝑ occiderũt. Hoc peccatũ taz magnũ ⁊ tam horrendũ si nõ venisset ⁊ locutus eis fuisset: vtiq; non haberẽt. Sicut ergo ibi cũ audim⁹. Peccatum nõ haberent: nõ omne sed aliqõ peccatũ intelligimus. Ita in hodierna lectiõe cũ audimus. Spũs blasphemia nõ remittet: non oẽm blasphemiã sed quãdaz. Et cũ audimus. Qui dicit verbũ cõtra spm̃sanctuz non remittet: non oẽ verbũ sed quoddã; verbũ intelligere debem⁹. Nã ⁊ hoc ipm̃ quod

mat. xij. ait. Spũs autem blasphemia nõ remittet: vtiq; nõ ois spũs: sed spũs blasphemia necesse est intelligamus. Qõ ⁊ si planius alibi nõ diceret: quis tã vecors esset vt aliqd aliud intelligeret: Scõm hãc regulam lo-

Joh. iij. curiõis: ⁊ illud accipiẽ. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spũsancto. Nõ enim ⁊ ibi sit: spũsancto: hoc tñ intelligiẽ. Nec qm̃ dixit: ex aqua ⁊ spũ: oẽz spm̃ quisq; intelligit. Quocirca cũ audis spũs autẽ blasphemia nõ remittet: sicut non oẽm spm̃: ita non ois spũs blasphemia opz accipias. Audire iaz

B velle vos video: qm̃ non est ois: que nã illa sit blasphemia spũs que non remittetur: et qõ sit verbũ qm̃ non est oẽ: qõ si dictum fuerit ꝟ spm̃sanctum nõ remittet: negz in hoc seculo: negz in futuro. Jã ⁊ ego vellẽ dicere qõ intẽtissime expectatis audire: sz tolerate aliquãtas maiores diligẽtie moras: donec adiuuãte dño totum qõ occurrit expediã. Alij q̃ppe duo euãgeliste marcus ⁊ lucas cũ de hac re loquerẽtur: non dixerunt: blasphemiã ſ verbũ: vt intelligerem⁹ nõ oẽm blasphemiã sed quãdaz: nec ꝟbum oẽ sed quoddã. Quid ergo dixerũt: Apõ mar cũ ita scriptũ est. Amen dico vobis: qm̃ ois dim̃ttunt filijs hoium pctã ⁊ blasphemie q̃b⁹ blasphemauerunt: qui aũt blasphemauerit in spm̃sanctũ non hz remissionem in eternũ: sed reus erit eterni delicti. Apud lucam ita. Ois qui dicit verbũ in filiuz hois: remittet ei: ei aũt qui in spm̃sctm̃ blasphemauerit: nõ remittet. Nunqd ꝓpter nõnullaz verboꝝ diuersitatẽ recedit ab eiusdem veritate snie? Naz negz alia eũ est cũ euangeliste eadẽ non eodẽ modo dicãt: nisi vt in de discam⁹ res verbis: nõ rebus ꝟba ꝓponere: nihilqz aliud in loquente querere nisi voluntatẽ: ꝓpter quã insinuãdaz ꝟba ꝓponũtur. Quid em̃ ad rẽ interest vtrũ dicatur spũs blasphemia nõ remittet: an dicat qui blasphemauerit in spm̃sanctũ nõ ei remittet: nisi forte q̃ eadẽ apertius illo mõ q̃z illo dr: ⁊ aliuz euãgelistam nõ destruit alius sed exponit? Spũs aũt blasphemia clause dicta est: q: nõ expressuz est cui⁹ spũs. Non em̃ quicũq; spũs/spũsanct⁹ est. Jtez põt dici spũs blasphemia: cũ spũ quisq; blasphemat: qũo potest dici spũs oratio cũ spũ q̃z orat. Unde dicit apls. Orabo ⁊ spũ: orabo et mẽte. Cũ vero dictũ est. Qui blasphemauerit in spm̃sanctuz: ille ambiguitates solute sunt. Jtez qõ scriptũ est. Nõ hz remissionẽ in eternũ: sed reus erit eterni delicti: q̃d est aliud q̃z id qõ ꝟm Matthei legiẽ. Non remittet ei: negz in hoc seculo/negz in futuro. Alijs q̃ppe verbis: ⁊ alio loquẽdi mõ eadẽ ipsa est exꝑssa snia. Et qõ est apud Matthei. Qui dixerit verbũ ꝟ spm̃sanctum: non aliud aliqd q̃z blasphemiã intelligeremus plam⁹ alij dixerũt. Qui blasphemauerit in spm̃sanctũ. Eadem tñ res ab oib⁹ dicta est: nec aliqs eoꝝ a loquẽtis volũtate discessit: ꝓpter quã intelligẽdã ꝟba dicunt/scribũtur/legũtur/audiunt. Sed ait aliqs, Ecce

W accepi ⁊ itellexi: q: cuz dr blasphemia: nec exp: imitur ois aut quedã: põt quedã intelligi: aut ois. Sz nec necesse est vt ois. Nisi sũt quedaz intelligar: falsum est qõ dr. Ita ⁊ verbũ si nõ dicatur oẽ seu quoddã: nõ est necesse vt oẽ intelligar: sed nisi vel quoddã fuerit intellectũ: nullo mõ põt esse quod dr. Sed vbi legit: q̃ blasphemauerit: qũo intelligo quãdaz blasphemiã vbi non legit nisi blasphemia: vel quoddã verbũ vbi nõ legitur nisi verbũ: sed tanq; generalr dici vr: q̃ blasphemauerit: huic ꝺictioni rndemus q: etiaz hic si diceret: qui blasphemauerit quãcũq; blasphemiã in spm̃sanctum: nihil esse cur aliquã blasphemiaz querendã putarem⁹: qñ oẽm intelligere debem⁹. Sed q: ois non põt intelligi: ne paganis: iudeis hereticis: oiq; hoium generi: q̃ diuersis erroꝝ⁹ ꝺictioibus suis blasphemãt i spiritũsanctuz spes remissiõis si se correxerint auferar: restat vtiq; vt in eo qõ scriptũ est: qui blasphemauerit in spm̃sanctũ non hre remissionẽ in eternũ: ille intelligar q̃ non oi mõ sed eo modo blasphemauerit vt ei nũq; possit ignosci. Sicut in eo em̃ qõ dictuz est. Deus neminẽ tentat: nõ oi sed quoddã tentatiõis mõ deus neminẽ tentare intelligendus est: ne falsum sit illud qõ scriptum est. Tẽtat vos dñs deꝰ vester: ⁊ ne xp̃z negem⁹ deũ: vel dicam⁹ falsuz euãgelium vbi legimus. Quia interrogabat discipulũz tẽtans: ipse autẽ sciebat q̃d esset factur⁹. Est enim tẽtatio adducẽs pctñ: qua de⁹ neminẽ tentat: ⁊ est tẽtatio ꝓbãs fidẽ: qua ⁊ deꝰ tẽtare dignat. Ita cũ audimus: q̃ blasphemauerit in spm̃sanctũ: non oẽ blasphemãdi genꝰ debem⁹ accipe: sic nec ibi oẽ tentãdi. Jtẽ cũ audimus. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit salꝰ erit: nõ vtiq; intelligim⁹ eo mõ credẽtez quo ⁊ demones credũt ⁊ cõtremiscunt: nec in eo numero baptizatos: in quo simon magus baptizat⁹ potuit: sed salu⁹ esse non potuit. Sicut ergo cũ diceret. Qui credide rit ⁊ baptizat⁹ fuerit saluus erit: nõ oẽs credentes ⁊ baptizatos: sed quosdã intuebat in ea sz fide cõstitutos que apls distinguẽte per dilectionẽ operatur. Ita cuz dixerit. Qui blasphemauerit in spm̃sanctuz nõ hz remissionẽ in eternũ: non oẽm sed quẽdam blasphemãtis spũssancti intẽdebat rcatũ: quo quisq; fuerit obligatus: nulla vnq̃ remissiõe soluẽt. Jllud etiam qõ ait. Qui mãducat carnem meã ⁊ bibit sanguinẽ meum in me manet ⁊ ego in illo: qũo itellecturi sumus? Nunqd etiã illos hic poterim⁹ accipere: de q̃b⁹ dicit apls: q: iudiciuz sibi manducẽt ⁊ bibant: cũ ipsaz carnẽ mãducent ⁊ ipm̃ sanguinez bibãt? Nunqd ⁊ nos ma gistri vẽdito: ⁊ tradito: ipius ꝟmuz ipm̃ manib⁹ eius ꝺfectum sacrm̃ carnis et sanguis ei⁹ cũ ceteris discipulis: sicut apertiꝰ lucas euãgelista declarat: mãducaret ⁊ biberet: mãsit in xp̃o: aut xp̃s in eo? Multi deniq; q̃ vel corde ficto carnẽ illam mãducant ⁊ sanguinẽ bibũt: vel cũ mãducauerit ⁊ biberit apostate fiũt: nunquid manẽt in xp̃o: aut xp̃s in eis? Sed ꝓfecto est q̃dã modus mãducãdi illam carnẽ ⁊ bibẽdi illum sanguinẽ: qũo qui mãducauerit ⁊ biberit I xp̃o manet/⁊ xp̃s in eo. Non ergo quocũq; mõ quisq; mãducauerit carnẽ xp̃i ⁊ biberit sanguinẽ xp̃i: manet in xp̃o: ⁊ in illo xp̃s: sz certo quodãmodo quẽ modũ vtiq; ipse videbat qñ ista dicebat. Sic igitur ⁊ in eo qõ ait. Qui blasphemauerit in spm̃sanctuz nõ hz remissionẽ in eternuz: nõ quocũq; modo blasphemauerit re⁹ est hui⁹ irremissibil' delicti: sed mõ quodã quez nos ꝟrere/aut itelligere voluit: qui hãc sniaz verã terribilẽq; deprompsit. Quisnaz sit aũt iste blasphemãdi modus: vel potiꝰ moderatio. Quenã sit ista blasphemia: ⁊ q̃ sit verbũ ꝟ spiritũ sanctũ iaz cõtuz existimo ipse oꝛdo exposuit vt dicamus: vtrãq; expectatiõnẽ tãdiu sed necessario detentã nõ vlteriꝰ differam⁹.

Jaco. j. Deute. xiij. Joh. vj. mar. xvj Jaco. ij. Ac. viij. mar. xvj ſ. Corin. xiiij. Wr. iij mat. xij. Gala. v mar. iij. Joh. vj. ſ. co. xj. Ubi. ã. Joh. iij. Rom. v. j. Pe. iiij

J Nostꝝ charissimi in illa iuisibili ⁊ incorruptibili trinitate quã fides vestra ⁊ catholica ecclesia tenet ⁊ ꝓdicat: deũ patrem nõ spũssancti patrẽ esse sed filij: ⁊ deuz filiũ nõ spũssancti filium esse sed patris: deũ autez spm̃sanctum nõ solius patris aut solꝰ esse filij spm̃: sed patris ⁊ filij. Et hãc trinitatez ꝟhuis seruata singularium ꝓprietate ⁊ substantia personaꝝ: tamẽ ꝓpter ipsaz indiuidua ⁊ inseparabilẽ eternitatis: ꝟitatis: bonitatis essentiã vel naturam: non esse tres deos sed vnum deum. Ac per hoc ꝓ captu nostro ꝟstum ista ꝓ speculũ ⁊ in enigmate: ꝓsertim talibꝰ q̃les adhuc sum⁹ videre ꝺcidit: insinuatur nobis in pfectorum ꝟitas: in filio natiuitas: in spũsancto patris/filiuq; cõitas: in trib⁹ equalitas. Qõ ergo cõmune est patri ⁊ filio: per hoc nos voluerũt habere cõmunionẽ ⁊ inter nos ⁊ secũ: ⁊ per illud donũ nos colligere in vnũ qõ ambo habẽt vnũ: hoc est per spm̃sanctũ deũ ⁊ donũ dei. In hoc em̃ reconciliamur diuinitati: eaq; delectamur. Nam q̃d nobis ꝓdesset q̃ quid boni nosscemus/nisi etiã diligerem⁹? Sicut aũt veritate discim⁹: ita charitate diligimus: vt ⁊ plenius cognoscam⁹: ⁊ beati cognito ꝓfruamur. Charitas por⁹ diffusa est in cordibus nostris: per spm̃sanctũ qui dat⁹ est nobis. Et q: peccatis alienamur a possessiõe verorũ bonorum. Charitas cooperit multitudinẽ peccatorũ. Est ergo pater filio ꝟitatis ogo vera: ⁊ filiꝰ de

Lu. xxij

iij. sen. di. ix. c. j.

mar. iij.

3

Universidad de Deusto Biblioteca

ueraci patre orta veritas: ⁊ spūssanctus a patre bono ⁊ filio bono effusa bonitas: omnium est autem impar bonitas nec separabilis vnitas. Primū ergo in nos ad accipiēdam vitā eternam q̄ in nouissimo dabit de bonitate dei munus: venit ab initio fidei: remissio peccatoꝝ. Illis eñ manentib⁹ manēt quodāmodo inimicitie aduersus deū: ⁊ ab illo alienatio q̄ a nostro malo est: qm̄ Esa.lix. non mentitur scriptura dicens. Peccata vestra separant inter vos ⁊ deuꝫ. Non itaq̄ nobis ifert bona sua: nisi auferat mala nostra. Et intantum illa crescunt/inq̄tuꝫ ista minuuntur: nec illa pficiētur nisi ista finiātur. Jam vero q̄ dñs iesus sic in spiritusancto peccata dimittit: quēadmodū ī spiritu sancto demones eijcit: hinc intelligi potest q̄ postea q̄ resurrexit a mortuis: cuꝫ dixisset discipulis suis. Accipite spm̄sctm̄: con- ioh.xx. tinuo subiecit. Si cui dimiseritis peccata dimittentur ei: si cui tenueritis tenebūtur.

Nam ⁊ illa regeneratio vbi fit olim preteritorum remissio peccatorū: in spūsanc- Joh.iij. cto fit: dicente dño. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu: non potest introire in regnum dei. Sed aliud est nasci de spiritu aliud pasci de spiritu: sicut aliud est nasci de carne quod fit cum parit mater: aliō pasci de carne: quod fit dum lactat infantem ad hoc conuersum vt cum voluptate bibere: vnde natus est vt viueret vt inde acciat viuendi alimentū vnde accepit nascēdi initium. Primū itaq̄ credentiū bñficiū est benignitatis dei: in spū sancto remissio R peccatorum. Uñ ita cepit ⁊ pdicatio Johā mat.iij. nis baptiste: q̄ pēnsor: dñi missus est. Sic eñ scriptū est. In dieb⁹ illis venit Johannes baptista pdicās in deserto iudee et dicens. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Ait autem Johannes inter cetera que locutus est: ad eos q̄ venerunt vt ab illo baptizarentur. Ego q̄- ybi.ē. dem vos baptizo aqua in penitentia: qui autem venturus est post me fortior me est: cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto ⁊ igni. Ait et dominus. Johannes quidam baptizauit aqua: vos autē baptizabimini spiritusancto nō post mltos hos dies quē actuū.j acceptur estis vsq̄ ad penthecosten. Qō aūt dicit Johānes. Et igni: cuius possit intelligi ⁊ tribulatio quam p noie xpi credētes fuerant perpessuri: tñ nō ab re est eundem spm̄sctm̄ etiā noie ignis significatum videri. Propter quod ⁊ in aduentu ei⁹ dictum est. Ipse sum illis lingue diuise ve- actuū.ij lut ignis: qui et insedit super vnumquenq̄ luce.xij. eorū. Hinc ⁊ ipse domin⁹ ait. Ignē veni mit

conuersatio ⁊ pura cōfessio tanq̄ cādentia vela relig̃tur. Et hec vela nostra fluctibus abluantur: vestisq̄ tēdatur vt sine macula ⁊ ruga inueniatur. Quantūlibet mare seuiat: ventus incūbat inter fluctus ⁊ fluct⁹: nauis ista turbetur tñ: non mergaꝫ et currit. Denicq̄ posteaq̄ nauis hec edificata ē in hierusalē atq̄ inde in medio pelagi huius fremētis emissa est: estuantiū voluminа vndarū: ⁊ furentium flabra ventorum: dum eam huc atq̄ illuc circūferunt: oium gentium littoribus appulerūt: peregrinas merces quaculq̄ inuenit aduexit. Quid em̄ tam peregrinū in terra nostra q̄ per penitentiam remissio peccatorū regnūq̄ celoꝝ: ⁊ tamē oportebat christum pati ⁊ resurgere a mortuis tertia die: ⁊ predicari in nomine eius penitētiam ⁊ remissionē peccatorū per omnes gētes incipientib⁹ ab hierusalē. Venit ergo dñs ad visitandos discipulos suos qui turbabātur in mari quarta vigilia noctis. Quarta vigilia noctis extrema pars noctis. Vigilia vna tres horas habet: ac per hoc nox quattuor vigilias hz ternis horis per singulas vigilias distributis. Quarta ergo vigilia noctis: hoc est pene iā nocte finita. Sic veniet in fine scli iniquitatis nocte trāsacta ad iudicandos vivos ⁊ mortuos. Venit em̄ nunc (sicut auditis) valde mirabiliter: ambulās sup aquas. Surgebāt fluctus sed calcabant. Fremēs pelagus sub dñi vestigia murmurabat: sed tamē cum volens nolens portabat. Quantūlibet tumores seculi potestatesq̄ consurgant: premit eorū caput nostrū caput. Cuz ḋo appropinquaret nauicule: turbati sunt pre timore discipuli: ⁊ exclamauerūt putātes phātasma esse. Quibus dñs ait. Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Quid est: ego sum: Nō sum phantasma quod putatis: agnoscite quē videtis. Ad hāc vocez exiliit petrus ⁊ ait. [Domine si tu es: iube me venire ad te sup aquas]. Si tu es: non miror q̄ solidam carnē super liquētis elementi terga suspendis. Quid em̄ mirum: si cōditori suo creatura famulatur? Hoc ego nō miror: fac q̄ mireris: ambulet petrus. Fac q̄ mirer. Iube me venire ad te super aquas. Scio em̄ q̄ corpus humanū nature lege nō simitur in fluctibus liquidis habere fixa vestigia: sed accedat donū gratie: ⁊ paululū cesset lex ista nature. Si tu es: iube me venire ad te super aquas. Tu de⁹ es: ego homo sum. Voluisti de meo habere infirmitatē in carne quā portas: habeam et ego de tuo potestatem vt vnda me portet. Dñe si tu es: iube me venire ad te sup aq̄s. Quomodo em̄ mihi in mari non erit via si tu iusseris: qui ꝓpter nos factus es via? [Et dñs: veni] inquit. Nec dubitauit petrus: audiuit dñi verbū ⁊ mox cucurrit ad verbuz. Cito credidit q̄ fidelis homo erat. Sed cū surrexisset ventus validus titubauit: q̄ homo erat. Titubatio ista frēs: quasi mors fidei fuit. Sed vbi exclamauit: fides iterum resurrexit. Nō ambularet nisi crederet: sed nec mergereꝫ nisi dubitaret. In petro itaq̄ cōmunis omniū nostrorum considerāda conditio est: vt si nos in aliquo tentationū ventus conatur subuertere: vel vnda submergere: clamem⁹ ad christum. Quid est clamemus? Oremus: porriget ille manū eruet de profundo. Etenim manus eius deducet nos ⁊ continebit nos dextera ei⁹: donec nos ad sempiterna sua promissa perducat.

Luce. xxiiij.

Matth. xiiij.

¶ De eo quod scriptū est in euangelio ſm eūdem. Si peccauerit in te frater tuus: corripe euz inter te ⁊ ipsum solum. Sermo. xv. vbi de correctione fraterna principaliter tractat. Parabolam etiaz de seruo cui domin⁹ debitum dimisit: qui ⁊ cōseruo misereri noluit laute explanat.

A

Esterna die: sanctū euangelium admonuit nos nō negligere peccata nr̄a quotz. [Sed si peccauerit] inq̄t [in te frater tuus: corripe eum inter te ⁊ ipsuz. Si te audierit lucratus es fratrem tuū. Si autem contempserit: adhibe tecū duos vel tres: vt in ore duorū vel trium testium stet omne verbū. Si autem ⁊ ipsos cōtempserit: dic ecclesie. Quod si ⁊ ecclesiā contēpserit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus]. Hodierna etiā die ad ipsam rem pertinet capitulū quod lectū est: quod modo (cuz legeret) audiuimus. Cum em̄ dixisset hoc dñs iesus petro: subiecit ⁊ interrogauit magistrū: quotiens ignosceret fratri qui in illo peccasset: ⁊ quesiuit vtruz sufficeret septies. [Respondit illi dñs. Non solū septies sed etiā septuagiessepties]. Deinde narrauit similitudinē valde terribilē. Quia simile est regnū celoꝝ homini patrifamilias qui posuit rationē cum seruis suis: in quibus inuenit debitorē decem milū talētoꝝ. Et cū inssisset vt oia que habebat: ⁊ omnis eius familia ⁊ ipse venderet ⁊ debitū solueret: adnolutus gemibus dñi fuit rogabat dilationē: meruit remissionez. Miser⁹ est em̄ dñs eius sicut audiuimus: ⁊ oē debitum dimisit illi. At ille debito liber: ſz iniquitatis

Matth. xviij.

Luce. vj

Joh. vj.

seruus: postea q̄ egressus est a facie domini sui: inuenit etiā ipse debitorem suū qui debebat: nō decem milia talentoꝝ quātuz ipsius debitū fuit: sed centum denarios: cepit eum in suffocatū trahere: ⁊ dicere. Red de quod debes: At ille rogabat conseruū sicut ⁊ ipse rogauerat dominū: sed non talez iste inuenit cōseruū: qualem ille dñm. Non solū remittere illi debitū noluit: sed nec dilationē dedit: cōtortuz rapiebat ad solutionem. Jam debito dño liber displicuit ꝑseruis ⁊ renūciauerunt dño suo q̄ actuz esset ⁊ dñs fecit adesse seruum ⁊ dixit ei. Serue neqū: cū mihi tāta deberes ip̄sert⁹ tui omnia dimisi tibi. Nō ergo ⁊ te oportebat misereri cōserui tui: sicut ⁊ ego tui miser⁹ fuz. Et iussit eis que illi dimiserat exigi. Ergo hanc similitudinē ad nostrā instructionem proposuit: ⁊ admonēdo perire nos noluit. Sic (inq̄t) ⁊ vobis faciet pater vester celestis: si nō remiseritis vnusq̄sq̄ vestrum fratri⁹ vestris ex corde vestro. Ecce frēs res in apto est admonitio vtilis ⁊ valde salubris. Obedientia debet: vt quod iussum est impleat: q̄ eis homo ⁊ debitor est dei ⁊ debitorē hz fratrem suū. Quis est em̄ qui non sit debitor dei: nisi in quo nullū pōt inueniri peccatū? Quis est aūt qui nō hēat debitorē fratrez: nisi in quē nemo peccauit? Putasne quisq̄ in genere humano repiri pōt qui nō ⁊ ipse aliquo peccato obstrict⁹ sit fratri suo? Debitor est ergo eis hō: hñs tñ ⁊ ipse debitorē. Ideo deus iustus cōstituit tibi regulā in debitore tuo: q̄ō faciet ⁊ ipse cum suo. Duo sunt enim opera misericordie q̄ nos liberāt: que vtrumque ipse dñs posuit in euangelio. Dimittite ⁊ dimittetur vobis: da ⁊ dabit vobis. Dimittite et dimittet⁹ vobis: ad ꝓstandum bñficium pertinet. Qd̄ ait de ignoscēdo: ⁊ tuus tibi ignoscit q̄ō peccas: ⁊ habes aliū cui tu possis ignoscere. Rursus q̄ō pertinet ad tribuendū beneficium: petit te medicus ⁊ tu es dei medicus. Oēs enim q̄s oramus medici dei sum⁹: ante tamen magni patrifamilias stam⁹. Immo etiam ꝓsternimur: supplices ingemiscim⁹ aliq̄d volētes accipere: ⁊ ip̄m aliq̄d ipse deus est. Quid a te petit medicus? Panez. Et tu q̄d petis a deo: nisi xp̄m qui dicit. Ego sum panis viu⁹ qui de celo descēdi? Ignoscite vobis vultis: ignoscite. Remittite ⁊ remittet⁹ vobis. Accipe vultis. Date ⁊ dabitur vobis. Sed q̄d in hac apta perceptōe mouere possit: audite. In remissionē vbi venia petit: ⁊ ab ignoscēte debet. Hoc pōt mouere: quod ⁊ petrū nouit. Quotiens debeo (inq̄t) ignoscere? Sufficit vsq̄ septies? Nō sufficit ait dñs. Non dico septies: sed septuagiessepties. Jā tu enumera quotiēs in te peccauerit frater tu⁹? Si potueris quenire vsq̄ ad septuagesimā culpam ⁊ octauā: vt trāseas septuagiessepties: tūc moliris vindictam. Ita ne verū est q̄ō dicit? Et vere ita se rēs hz: vt si peccauerit septuagiessepties: ignoscas. Si autē peccauerit septuagiesocties iam liceat tibi nō ignoscere. Audeo dicere: vt etsi septuagiesdcties peccauerit: ignoscas. Si autez peccauerit (vt dixi) septuagiesocties: ignosce. Et si cēties peccauerit: ignosce. Et quid dicā totiens ⁊ totiēs? Oino quotiens peccauerit: ignosce. Ergo ego ausus sum sup gredi modū dñi mei: Ille ꝑ septuagesimo ⁊ septio numero ignoscendi limitē fixit: hic ego limitē transilire presumā? Non est vez: nō sum ausus pl⁹ aliq̄d. Jp̄m dñm meuz audiui loquentem in apl̄o suo: vbi modus ⁊ nūerus ꝓfixus nō est. Ait em̄. Donātes vobismetipsis siqs aduersus aliquē hz grēla: sicut de⁹ in xp̄o donauit vobis. Audistis formā. Si septuagiessepties petā tibi xp̄s donauit: si huicusq̄ ignouit ⁊ vltra negauit: pone ⁊ tu limitē: ⁊ vlteri⁹ noli ignoscere. Si aūt xp̄s milia peccata peccatoꝝ inuenit: ⁊ tñ oia donauit: noli subducere mihi cor dicā: sed posce illi⁹ numeri solutionez. Nō em̄ sine cā dñs septuagiessepties dixit: cū oino nulla culpa sit quā nō debeat ignoscere. Ecce ille ipse seru⁹ cuius debētis inuētus est debitor: decē milia talentoꝝ debebat. Puto em̄ q̄ decē milia talentorū: vt paꝝ sit: decē milia peccatoꝝ sunt. Nolo em̄ dicere vnuz talētum: q̄ō oia pcā ꝑcludat. Seru⁹ aūt ille xp̄tum ei debebat: Centū denarios debebat. Jā plus est q̄ septuagiessepties: ⁊ tñ iratus est dñs: q̄ non dimisit. Nō solum em̄ centū plus sunt q̄ septuagintaseptē: sed centū denarū forte mille asses sunt. Sed q̄d ad decē milia talētorum? Ac ꝓ hoc oēs culpas q̄ in nos cōmittunt: paratus sum⁹ ignoscere: si nobis deside ram⁹ ignosci. Si em̄ cōsideremus peccata nostra ⁊ numerem⁹: q̄d facto/quid oculo/q̄d aure/quid cogitatiōe/quid innumerabilib⁹ motibus: nescio vtrū dormiam⁹ sine talento. Ergo quotidie petimus: q̄tidie dimittimus? Quotidie nos ꝑstringimur ⁊ dicim⁹. Dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Que debita tua? Oia: an aliquā partem? Rādebis omnia. Sic ergo ⁊ tu debitori tuo. Hāc ergo regulaz ponis: hanc ꝓditionē loqueris. hoc pacto ⁊ placito quando oras cōmemoras vt dicas. dimitte nobis sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Quid sibi ſ̄ vult septuagiessepties.

Colo. iij.

Mat. vj

C

Luce.iij

Audite fratres magnū mysterium: admirabile sacramētum. Quādo dñs baptizatus est: lucas euāgelista sanctus ibi cōmemorat: quit generatiōes eius: quo ordine: qua serie: quo stigmate ad illā generationē eventum fuerit: qua natus est xps. Matthe⁹ cepit ab abraā ⁊ venit vsq; ioseph descēdendo. Lucas autez ascendēdo cepit nūerare. Quare ille descēdēdo: iste ascēdēdo? Quia matthe⁹ generationē xpi cōmendabat q̄ descendebat ad nos: ideo quādo natus est xps cepit numerare descēdēdo. Lucas autez q̄ tunc cepit numerare q̄n baptizatus est christus: ibi est initium ascēsionis. Iste ascēdendo numerare cepit: numerādo aūt cōpleuit generatiōes septuaginta ⁊ septē. A quo numerabat? Intēdite a quo. Exorsus est numerare vsq; ad ipm adā: qui primus peccauit: ⁊ nos cum peccati obligati obligatiōe gnauit. Peruenit vsq; ad adā: ⁊ numerātur generatiōes septuagintaseptē. Hoc est a christo vsq; ad adam: quas diximus septuagintaseptē. Et ab adā vsq; ad christū septuagintaseptē. Si ergo nulla generatio p̄termissa est: nulla culpa preterit vbi nō debet ignosci. Nam ideo ipsius septuagintaseptē generatiōes enumerauit: quē numerum dñs in peccatorum remissiōe cōmendauit: q̄n a baptismo cepit nūerare vbi oia peccata soluūtur. Et in hoc fratres adhuc accipite sacramētum maius. In septuagesimo septimo numero: mysteriuz est remissionis peccatorū. Tot generatōes inueniūtur a christo vsq; ad adā. Deide paulo diligētius interroga ipsius numeri secretum: latebraq; ināre: pulsa diligentius vt aperiat tibi. Justitia lege dei cōstat. Uerum est. Nā lex in decez p̄ceptis cōmendatur: ideo ille debebat decē milia talentoz. Ipse est ille memorabilis decalogus scriptꝰ digito dei: traditus populo per moysen famulum dei. Debebat ergo ille decē milia talētoz: oia peccata significat ꝓpter numerū. Debebat ⁊ ille centū denarios: nō minꝰ ab eodē numero. Nam ⁊ cēties centū fit decez milia: ⁊ decies deni fit cētum. Et ille decez milia talentorū: ⁊ ille decies deni. A legitimo eīm nūero nō recessum est: in quo vtroq; inuenies vtraq; peccata. Uterq; debitor: ⁊ vterq; venie deprecator ⁊ ipetrator: sed ille seruꝰ malus: seruus ingratus: iniquus noluit rependere q̄ accepit: noluit p̄stare q̄ illi indigno p̄stitū fuit. Uidete ergo frēs. Quisq; incepit a baptismo liber exit: dimissa sunt illi decē milia talentorū: ⁊ cum exierit inuenire hz cōseruum suū debitorē. Obseruet ergo ipsum peccatū: q̄ numerus; vnus denariꝰ trāsgressio legis est. Lex eīm denarius: peccatū vndenarius. Lex eīm p̄cepz: peccatū per vndecim. Quare petīm per vndeci? Quia transgressio denarij est vt eas ad vndenariuz. In lege aūt modus fixꝰ est: trāsgressio autē peccatū est. Jaz vbi transgrederis denariū: ad vndenariuz venis. A deo magnū mysterium figuratū est: quādo iussum est tabernaculum fabricari. Multa ibi numerosa dicta sunt: in magno sacro. Inter cetera vela cilicina iussa sunt fieri: non decē sed vndeci: q̄ per cilicīū ostendit confessio peccatoz. Quid aūt amplius quaeris? Uis nosse oīa peccata cōtineri numero isto septuagesimoseptimo? Septimuz solet p̄poto cōputari: q̄n septē diebꝰ voluit tempus. Et finito septenario: rursus ad caput redit: vt eadē forma voluat. Per hmōi formē renolutiōis secula trāseunt: a septenario tn̄ numero nō recedūt. Omnia eīm peccata dixit: quādo septuagiessepties dixit: q̄ illud vndeci dictū septies: fiunt septuagiessepties. Omnia ergo dimitti peccata voluit: qui ea septuagesimo numero prestgnauit. Nemo cōtra se teneat non ignoscēdo: ne cōtra illuz teneatur q̄n orat. Dicit illi deus. Dimitte: ⁊ dimittet tibi. Sed ego prior dimisi: dimitte vel postea. Nā si non dimiseris reuocabo te: ⁊ quicq̄d tibi dimiserā: replicabo tibi. Nō eīm mentitur veritas: nō fallit aut fallitur xpus: qui subiecit dicēs. Sic ⁊ vobis faciet pater vester q̄ est in celis. Inuenis patrē: imitare patrez. Si enim imitari nō vis: exheredari disponis. Faciet ergo vobis ista inq̄t pater vester celestis: si nō remiseritis vnusquisq; fratribꝰ vestris ex cordibus vestris. Ne dicas illi: ignosco: ⁊ corde differas. Supplicium enim ostēdit tibi deus: minando vindictā. Nouit deus vbi dicas. Uocem tuā homo audiuit: cōscientiam tuam deus conspicit. Si dicis dimitto: dimitte melius est cum clamas ore ⁊ dimittis in corde: fꝰ blādus ore: crudelis in corde. Jam ergo obserant pueri indisciplinati ⁊ nolūt vapulare: qui sic perscribūt nobis quādo volumus dare disciplinam. Peccaui: ignosce mihi. Ecce ignoui: ⁊ iterum peccat. Ignosce: ignoui. Peccat tertio. Ignosce: tertio ignoui. Jam quarto vapulet. Et ille. Nunquid septuagiessepties te fatigaui? Si hac pscriptione seuer tas discipline dormiat: repressa disciplina seuit ipunita nequitia. Quid ergo faciendū est? Corripiamus verbis: ⁊ si opus est verberibus: sed delictum dimittamus: culpam vero de corde abijciamus. Jdeo enim dominus subdidit. De cordibus vestris: vt si per charitatem imponitur disciplina: de corde lenitas non recedat.

Matt.j.

Exodi xxvj.

Ecclesiastici v

Matt.vij.

Matth. xviij.

Luce.xvij. ca.xxj.

ij. Retract.xij.

Quid enim tā pium ꝙ medicus ferens ferramētum? Plorat secandus ⁊ secat: plorat vrendus ⁊ vritur. Non est illa crudelitas: ablit vt sentia medici dicat. Sentit in vulnus vt hō sanet: q̄ si vulnus palpet homo perdit. Sic ergo ista monuerim frēs mei: vt fratres nros qui peccauerint oīmodo diligam⁹ de corde nostro. Charitatem in eos nō dimittamus: ⁊ disciplinā cum opus est demus: ne per solutionez disciplinę crescat nequitia: ⁊ incipiamus ꝓpter deum accusari: q̄ recitatum est nobis. Peccātes coram oībus corripe: vt ceteri timorem habeant. Certe si quis q̄ solum est vere distinguit tempora ⁊ soluit q̄nem: verum est. Si peccatū in secreto est: in secreto corripe. Si peccatum publicū est ⁊ apertum: publice corripe: vt ille emendetur ⁊ ceteri videant.

¶ De eo de quo supra. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. Et de verbis salomonis: annuēs oculis cū dolo dabit hoibus mestitiam. Qui autez arguit palam: pacem facit. Sermo. xvj.



Dmonet nos dñs noster nō negligere inuicez peccata nostra: nō querendo quid reprehēdas: sed videndo q̄d corrigas. Eius quippe dixit acutū oculū ad ejiciēdam festucaz de oculo fratris sui: qui trabē in oculo suo nō habet. Quid autē hoc sit: breuiter insinuo charitati vestre. Festuca in oculo ira est. Trabes in oculo odium est. Quando ergo quis odit irascētem: festucam vult de oculo fratris tollere: sed trabe impeditur qui ipse portat in oculo suo. Festuca initiū trabis est. Naz trabes quādo nascitur: prius festuca est. Rigādo festucam perducis ad trabē. Alendo iram: malis suspitionibus perducis ad odium. Multū autez interest inter peccatū irascētis: ⁊ crudelitatē odio habētis. Nam ⁊ filijs nostris quādoq; irascimur. Odisse vero filios quis inuenitur? In ipsis quoq; pecoribus mater aliquādo bucula sugētem vituluz tedio quodā auertit irascēs: sed visceribus amplectitur matris. Quasi tedium facit cū impingit: queritur tamē si deest. Nec damus aliter filijs disciplinā: nisi aliquātulum irascendo ⁊ indignādo: nec tamē daremus disciplinam: nisi amādo. Usq; adeo nō omnis qui irascitur odit: vt aliquādo magis odisse cōuincatur qui nō irascitur. Fac enim puerū velle in aqua fluminis ludere: cuius ipetu pereat: tu si vides ⁊ patienter permittis: odisti. Tua patiētia illius inoza est. Quāto melius est si irascaris ⁊ corrigis: ꝙ non irascēdo interire pmittis? Odiū ergo ante omnia vitādum est: trabes de oculo ejiciēda est. Multū quippe aliud est quādo ꝙq; irascēs in aliquo verbi modum excedit q̄ postea deleat penitēdo: et aliud est obseruare insidias inclusas in corde. Multum postremo interest inter hec verba scriptura. Turbatus est pre ira oculus me⁹. De illo autē quid dictū est? Qui odit fratrē suū homicida est. Multū interest inter turbatum oculū ⁊ extinctuz. Festuca turbat: trabes extinguit. Hoc ergo primū nobis persuadeamus: vt q̄ hodie admoniti sumus bene facere atq; implere possim⁹: ante omnia nō odisse. Tunc enim quādo trabes nō est in oculo tuo: vides recte quicq̄d fuerit in oculo fratris tui: ⁊ vim pateris donec ejicias de oculo fratris tui: q̄ vides nocere oculo fratris tui. Lumen q̄ in te est: nō te permittit negligere lumē fratris tui. Naz ⁊ si odisti ⁊ vis corripere: quo emēdas lumen qui perdidisti lumen? Dixit eīm ⁊ hoc apte eadē scriptura vbi dictū est. Qui odit fratrem suū homicida est. Qui odit inquit fratrē suū in tenebris est vsq; adhuc. Odiū tenebre sunt. Nō potest aūt fieri: vt q̄ odit alterum nō sibi prius noceat. Illū enim ledere conatur extrinsecus: se vastat intrinsecus. Quātum autē animus noster corpore maior est: tn̄ ei pspicere debem⁹ ne ipse ledatur. Ledit autē animum suū: qui odit alterū. Et quid factur⁹ est ei quē odit? Quid facturus? Tollit pecunias: nūquid fidez? Ledit famam: numq̄d conscientiā? Quicq̄d nocet: forinsecus nocet. Sibi attende quid nocat. Intus enim sibi ipse inimicus est: qui odit alterū. Sed q̄ non sentit quid sibi mali faciat: in alterū sentit: eo periculosius viuens: quo nō sentit quid secuz mali agit: q̄ ⁊ sensū eōdo sensum perdit. Sensisti in inimicum tuū: te seuiente ille nudatus est: tu iniquus es. Multū interest inter nudum ⁊ iniquū. Ille perdidit pecuniā: tu innocentiam. Quere quis grauius dānuz ppessus est. Ille perdit rem perituram: tu factus es perituras. Jdeo debem⁹ amādo corripere nō nocendi auiditate: sed studio corrigēdi. Tales si fuerimus: optime facimus quod hodie admoniti sumus. [Si peccauerit in te frater tuus: corripe illū inter te ⁊ ipm solum]. Quare illū corripis? Quia tu doles q̄ peccauerit in te. Absit. Si amore tui id facis: nihil facis. Si amore illius facis: optime facis. Denicq; in ipsis verbis attēde: cuius amore id facere debeas: vtrū tui an illius. [Si te audierit (inq̄t) lucrat⁹ es fratrem tuū]. Ergo ꝓpter illuz fac vt lucreris

Psal. vi

Jo.iij.

Ubi.ſ.

j. Joh.ij

15

illum. Si faciēdo lucraris: nisi fecisses pierat. Quid est ergo q̄ plerīq̄ hoies ista peccata contēnunt ⁊ dicūt. Quid magnū feci? In hominē peccaui. Noli cōtēnere. In hominē peccasti: vis nosse q̄ in hominē peccando peristi? Si te ille in quē peccasti corripuerit inter te ⁊ ipsum solū: ⁊ audieris illum lucratus est te. Quid est: lucrat⁹ est te: nisi q̄ perieras si nō lucrarer te? Nā si nō perieras: qūo te lucratus est? Nemo ergo contēnat quādo peccat in fratrē. Ait enim quodā loco ap̄ls. Sic autē peccātes in fratres ⁊ percutiētes cōsciētiaz eoꝝ infirmaz: in xp̄m peccatis: ideo q̄ mēbra christi? Nemo ergo dicat q̄ nō peccaui in deū: sed peccaui in fratrem. In hominē peccaui leue peccatū est aut nullum peccatū. Forte inde dicis leue est: q̄ cito curat. Peccasti in fratrē: fac sat; ⁊ sanatus es. Cito fecisti mortiferā rez: sed remediū cito inuenisti. Quis nostrū speret regnuz celoꝝ fratres mei: quādo dicit euā gelium. Qui dixerit fratri suo fatue: re⁹erit gehēne ignis? Magn⁹ terror: sed vide vbi remediū. Si obtuleris munus tuū ad altare: ⁊ ibi recordatus fueris: q̄ frater tu⁹ habet aliq̄d aduersum te: relinque munꝰ tuuz ante altare. Nō irascitur deus: qui differs imponere munus tuū. Te querit deus magis q̄ munus tuū. Naz si malum animuz gerens aduersus fratrē tuū aduenieris cū munere ad deum tuū rndet tibi. Tu pīsti: mihi quid attulisti? Offers munꝰ tuuz: ⁊ tu nō es munus dei. Plus querit xp̄s quē redemit sanguine suo q̄ q̄ tu inuenisti i horreo tuo. Ergo relinque ibi munus tuū ante altare: ⁊ vade prius recōciliari fratri tuo: ⁊ tūc veniens offer munus tuum. Ecce ille reatus gehēne q̄ cito solut⁹ est. Nōduz recōciliatus: eras gehēne reus: recōciliatus: securus offers munus tuū ad altare. Homines aūt faciles sunt ad irrogādas iniurias: ⁊ difficiles ad cōcordiam requirēdaz. Pete inq̄t ventaz ab hoie quē offendisti: ab hoie quē lesisti. Rndet. Nō me humiliabo. Vel deum tuū audi: si fratrē tuū contēnis. Qui se humiliat exaltabit. Non vis te humiliare qui cecidisti? Multū interest inter se humiliantē: ⁊ inter iacentē. Jaz iaces ⁊ humiliare te non vis? Bene diceres: nolo descendere: si noluisses ruere. Hoc ergo dz facere qui fecit iniuriā. Qui aūt passus est: quid dz. Quod audiuim⁹ hodie. Si peccauerit in te frater tu⁹: corripe eū inter te ⁊ ipsum solū. Si neglexeris pcior es. Ille iniuriā fecit: ⁊ iniuriā faciendo grauis seipz vulnere percussit: tu vuln⁹ fratris tui p̄cēnis? Tu eū vides perire ⁊ negligis? Peior es tu cendo q̄ ille cōiciandō. Qui ergo i nos aliquis peccat: habeam⁹ magnaz curā: non p nobis. (Nā gloriosum est iniurias obliuisci:) sed obliuiscere iniuriā tuaz: nō vulnus fratris tui. Ergo corripe inter te ⁊ ipm solus: intuēs correctioni: parcēs pudori. Forte em̄ pre verecūdia incipit defendere peccatū suū: ⁊ quē vis correctiorē facis peiorē. Corripe ergo inter te ⁊ ipm solū. Si te audierit lucratus es fratrē tuum: q̄ perierat nisi faceres. [Si aūt non te audierit] id est peccatū suū quasi iustitiaz defenderit [adhibe illi duos vel tres: q̄ in ore duoꝝ vel trium testiū stat oē verbū. Si nec ipsos audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publican⁹]. Noli illū deputare iaz in numero fratrum tuoꝝ: nec ideo tī salus eius negligēda est. Nā ⁊ ipsos ethnicos. i. gētiles ⁊ paganos in numero quidē fratruz nō deputamus: ſz tī eoꝝ salutem inq̄rimus. Hoc ergo audiuimus dñm ita mōnētem ⁊ tāta cura precipientē: vt etiā hoc adderet cōtinuo. Amen dico vobis quecūq̄ ligaueritis sup terraz: ligata erūt ⁊ in celo: ⁊ quecūq̄ solueritis sup terrā: soluta erūt ⁊ in celo. Cepisti hſe fratrē tuū tanq̄ publicanū: ligas illū in terra: sed vt iuste alliges vide. Nā iniusta vincula dirūpit iustitia. Cuz aūt correxeris et cōcordaueris cū fratre tuo: soluisti illuz in terra. Cū solueris in terra: solut⁹ erit ⁊ in celo. Multū non tibi pstas sed illi: q̄ multuz nocuit nō tibi sed sibi. Hec cū ita sint: quid est q̄d ait Salomō q̄d ex alia lectione pmittus audiuim⁹? [Annuēs oculis cum dolo cōgerit hoib⁹ meslictā: qui aūt arguit palā: pacē facit]. Quo corripis illū inter te ⁊ ipz solū? Metuendū est: ne sibi ꝺia sint precepta diuina. Sed intelligam⁹ esse ibi sūmaz cōcordiam: nō quēadmodū quidā vani fapiamus qui errātes opinent cōtraria sibi esse duo testamēta in libris veteribus ⁊ nouis: vt ideo putem⁹ hoc ipm esse ꝺium: qm illud est in Salomonis libro: hoc in euāgelio. Si aliqs imperit⁹ ⁊ calūniator diuinarum scripturaꝝ diceret. Ecce vbi sibi ꝺdicunt duo testamēta. Dñs dicit. Corripe illū inter te ⁊ ipm soluz. Salomon dicit. Qui arguit palā pacez facit: ergo nescit dñs q̄d preceperit. Salomō vult cōtundi frontem peccātis: christus parcit pudori erubescentis. Ibi em̄ scriptum est. Qui arguit palaz: pacē facit: hic aūt. Corripe illū inter te ⁊ ipsum solū: non palā: sed in secreto ⁊ occulte. Uis nosse q̄s quis talia cogitas nō sibi repugnare duo testamēta: q̄ illud i libro Salomonis: hoc in euāgelio reperit? Ap̄lm audi. Certe ap̄ls minister est noui testamēti.

Deuter. xvij.

Matth. xviij. xi. ij. cepisti.

j. tim. v. Audi ergo ap̄lm paulū timotheo p̄cipiētez ⁊ dicētez. Peccātes cora oib⁹ argue: vt ⁊ ceteri timorē habeāt. Jaz nō salomonis liber cū euangelio: sed pauli ap̄li epla vr ꝺstigere. Salomonē paululū sine iniuria sepona mus: xp̄m dñm ⁊ pauluz seruū eius audiamus. Quid dicis dñe? Si peccauerit in te frater tu⁹: corripe illū inter te ⁊ ipm solum. Quid dicis ap̄le? Peccātes cora oibus argue: vt ceteri timorē habeāt. Quid facim⁹. Cōtrouersiaz istā velut iudices audimus? Absit. Immo sub iudice cōstituti pulsem⁹: vt nobis aperiri ipetremus: fugiam⁹ sub alas dñi dei nostri. Non em̄ aliter suo Jsaiaz locutus est: q̄ ⁊ in illo ipse loc⁹tus est: sicut dicit. An vultis experimētū ei⁹ accipe: qui in me loq̄tur xp̄us. Christus in euangelio: xp̄s in ap̄lo: ch⁹istus ergo vtrūq̄ dixit: vnū ore suo: alter⁹ ore ꝑonis sui: q̄ q̄n preco de tribunali aliq̄d dicit: non scribit in gestis: preco dixit: sed ille dixisse scribit: qui ꝑconi q̄d diceret iperat. Duo ergo ista p̄cepta fratres sic audiamus vt intelligamus: ⁊ inter vtraq̄ p̄cepta pacati ꝓstituamur: cū corde nō nos ꝓcordemus ⁊ scriptura sctā in nulla pte discordat. Uer⁹ est em̄ oino: vtrūq̄ verum est. Sed discernere debem⁹ aliq̄n illud: aliq̄n illud esse faciendū: aliq̄n corripiēduz fratrē inter te ⁊ ipm solū: aliq̄n corripiēduz fratrē coraz omnib⁹: vt ⁊ ceteri timorē habeāt. Si aliq̄n illud: aliq̄n illud fecerimus: cōcordiam scripturaꝝ tenebimus: ⁊ in faciendo atq̄ temperādo nō errabimus. Sz dicit mihi aliqs. Quādo facio illud: q̄n illud ne tūc corripiam inter me ⁊ ipm soluz: quādo debeo coraz oibus corripe: aut tunc corripiā coraz oibus: quādo debeo in secreto corripere? Cito videbit charitas vestra: quid q̄n facere debeam⁹: sed vtinaz facere pigri nō simus. Intēdite ⁊ videte. Si peccauerit inq̄t in te frater tu⁹: corripe euz inter te ⁊ ipm solum. Quare? Quia peccauit in te. Quid est in te peccauit? Tu scis: q̄ peccauit. Quia em̄ secretuz fuit: in te peccauit secretū quere cum corrigis q̄d in te peccauit. Nā si solus nosti q̄ peccauit in te: ⁊ cūvis coram oibus arguere: nō es correptor sed pditor. Attende quēadmodū vir iustus ioseph: tāto flagitio q̄d de vxore fuerat suspicatus: tanta benignitate pepcit antequ sciret vnde illa cōceperat q̄ grauidā sensera: ⁊ se ad illā non accessisse nouerat. Restabat itaq̄ certa adulterij suspicatio: ⁊ tñ q̄ ipse solus senserat: ipse solus sciebat: q̄d de illo ait euāgelium. Joseph aūt cuz esset vir iustus: ⁊ nollet eam diuulgare. Mariti dolor: nō vindictā quesiuit. Voluit ꝑdesse peccāti: nō punire peccantē. Cū inq̄t nollet eaz diuulgare: voluit eā occulte dimittere. Hec eo cogitāte: ecce āgelus dñi apparuit ei in somnis ⁊ indicauit q̄d esset: q̄ nō violauit viri thoꝝ: q̄ de spūsancto cōceperat dñm amboꝝ. Peccauit ergo in te frat⁹ tu⁹: si tu solus nosti? tūc vere i te solū peccauit. Nā si multis audiētib⁹ tibi fecit iniuriā: ⁊ in illos peccauit quos testes sue iniq̄tatis effecit. Dico em̄ frēs. charissimi q̄ ⁊ vosipsi in vobisipsis potestis ꝙgnoscere. Quando me audiēte fratri meo quisq̄ iniuriā facit: absit vt a me iniuriā illam aliena putem. Prorsus ⁊ mihi fecit: imo mihi plus fecit? cui putat placere q̄d fecit. Ergo ipsa corripiēda sunt coraz oib⁹: que peccātur coram oibus. Ipsa vero corripiēda sunt secreti⁹? que peccātur secretius. Distribuite tpa ⁊ ꝓcordat scriptura. Sic agam⁹ ⁊ sic agēdū est: non solū q̄n in nos peccat? sed q̄n peccatur ab aliquo vt ab altero nesciat: in secreto debemus corripe: in secreto arguere: ne volētes publice arguere ꝓdamus hoiem. Nos volum⁹ corripe ⁊ corrigere? q̄d si inimicus q̄rit audire q̄d puniat? Nouit enim nescio quē homicidā eps ⁊ ali⁹ illuz nemo nouit. Ego volo illum publice corripe: ⁊ tu q̄ris inscribere. Prorsus nec ꝑdo: nec negligo? corripio in secreto? pono añ oculos dei iudiciū? terreo cruentā ꝓsciaz? psuadeo penitentiā. Hac charitate p̄diti esse debem⁹. Unde aliq̄n hoies rep̄hendūt nos q̄ q̄si nō corripiam⁹? aut putant nos scire q̄d nescimus: aut putāt nos tacere q̄d scim⁹. Sed forte q̄d scis ⁊ ego scio: sed nō coraz te corripio: q̄ curare volo nō accusare. Sūt hoies adulteri in domib⁹ suis: in secreto peccant: aliq̄n nobis prodūtur ab vxorib⁹ suis plerūq̄ zelātibus: aliq̄n maritoꝝ salutē querētibus: nos nō ꝑdimus palā: sed i secreto arguim⁹. Ubi cōtigit malum: ibi moriaī malum. Non tñ vuln⁹ illud negligimus: ante ola ostendētes hoi in tali pctō ꝓstituto sanctaz gerēti ꝓsciam: illud vuln⁹ esse mortiferum: q̄d aliq̄n qui cōmittunt nescio q̄ puersitate ꝓtenum⁹: ⁊ nescio vnde sibi testimonia nulla ⁊ vana cōquirunt dicentes. Peccata carnis de⁹ nō curat. Ubi est q̄d hodie audiuimus. Fornicatores ⁊ adulteros iudicat deus? Ecce q̄d attende: quisq̄s tali morbo laboraas: q̄d dicit de⁹ audi: non q̄d tibi dicit fauēs pctis tuis amicus tu⁹: aut eadē infirmitatis cathena ligat⁹ amicus tu⁹: vt potius inimic⁹ tuus ⁊ suus. Audi ḡ q̄d dicit ap̄ls. Honorabiles inq̄t nuptie i oib⁹ ⁊ thor⁹ imaculat⁹. Fornicatores ⁊ adulteros iudicat deus. Age ḡ fr̄ esto correct⁹. Times ne te iscribat inimic⁹ ⁊ nō times ne te iudicet de⁹. Ubi est fides: time cū est q̄n timeas. Loḡe ē q̄dē

Ubi. s.


Ubi. s.

dies iudicij:sed vniuscuiusq hominis dies vltimus longe esse non pōt:quia breuis est vita.Et qz ipsa breuitas semp incerta: qñ sit dies tuus vltimus nescis.Corrige te hodie ppter cras.Prosit tibi z modo in secreto correctio.Palam eñ loquor z ḡ secreto arguo.Aures oīm pulso: sed conscientias quorundam cōuenio.Si dicerē:tu adulter corrige te:primo forte dicerem qō nescirez: forte qō temere audieram suspicarer. Nō dico:tu adulter corrige:fz qsqs in hoc pplo adulter corrige te. Publica est correctio: sed secreta correctio. Scio:qz ille ḡ timuerit:corrigit se. Non dicat in corde suo: pec
1.Cor.iij cata carnis nō curat deus. Nescitis inqt apostolus:quia templum dei estis:et spiritus sanctus habitat in vobis?Quisquis tē plum dei violauerit:disperdet illum deus Nemo se fallat.Sed forte ait aliquis. Tēplum dei animus meus est:non corpꝰ meū Adiecit etiam testimonium. Infelix interpretatio:pumienda cogitatio. Fenuz dictū est caro:quia moritur:sed quod ad tempus moritur:non resurgit cū crimine. Vis nosse apertam inde sententiā? Nescitis (inqt
1.Cor.vj idem apostolus) quia corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti:quem habetis a deo? Contēnis corporale peccatū contēnas quod peccas in templum: ipm corpus tuum templum in te est spiritꝰ dei. Jam vide quid facias de templo dei. Si eligeres in ecclesia facere adulteriū itra istos parietes:quid te essēt scelerati?? Modo autem tuipse es templum dei:templū intras templum exis:templū in domo tua manes templum surgis.Vide quid agas: vide ne offendas templi habitatorez: ne deserat te
Ubi.s. et in ruinam vertgris. Nescitis inquit qz corpora vestra (et hoc de fornicatione loqbatur) apostolus:ne cōtemnerent corpora lia peccata) templum in vobis est spiritus sancti quem habetis a deo:et non estis vri Empti enim estis pretio magno. Si contēnis seruum tuum:considera precium tuuz. Scio ego z mecum omnis homo qui paulo attentius consideraut:neminem deum timentem sub verbis eius non se corrigere: nisi qui putat quia plus habet viuere. Jpa res est que multos occidit:cum dicūt cras cras:z subito ostium clauditur. Remansit foris cum voce coruina: qz nō habui gemitum columbinum. Cras: cras: corui vox. Geme vt columbꝰ:et tunde pectus:sed plagas tibi dando in pectus: cesus correctus esto:ne non videaris conscientiam cedere: sed malam conscientiam pugnis pauimēto solidiozem reddere:non correctorē. Be
6. me nō inani gemitu. Forte enim dicis tibi promisit mihi deus indulgentiam: quādo me correxero:securus sum. Lego diuinam
Ezech. xviij. scripturā. Iniquus in qua die conuersus fuerit ab iniquitatibus suis:et fecerit iusticiam:omnes iniquitates eius obliuisc ar. Securus sum:quādo me correxero dat mihi deus indulgentiam de malis meis. Et quid ego dicturus sum contra deum? Reclamaturus dicturus sum deo:noli illi dare indulgentiam? Dicturus sum hoc scriptum non esse: hoc deum non promisisse? Si ista dixero:omnia falsa dico. Bene dicis:verum dicis. Indulgentiam correctionis tue promisit deus negare non possum: sed dic mihi rogo te. Ecce ego consentio et concedo et cognosco:quia indulgentiaz deꝰ promisit tibi. Crastinum enim diem: quis tibi promisit? Ubi mihi legis indulgentiaz te acepturum si te correxeris:lege ibi mihi ḡtū victurus sis. Nō lego inquis. Nescis ergo ḡtum victurꝰ sis. Esto correctus et semper paratus. Noli timere diem vltimum tanḡ furem q dormienti perfodiat parietē:sed vigila z corrige te hodie. Quid
Dō differs in crastinum? Longa vita erit. Jpa longa bons sit. Grandium bonū longū nemo differt:et vitā malā longā vis habere. Utiq si lōga erit meliꝰ bona erit. Si breuis erit:bene factū est vt bona pduceretur. Sic autem homines negligunt vitam suam vt nolint habere malam nisi ipsam. Uillam emis bonam queris. Uxorem vis ducere: bonam eligis. Filios tibi vis nasci:bonos optas. Caligas locas z non vis malas:et vitam amas malam? Quid te offendit vita tua quam solam vis malaz:vt inter omnia bona tua solus sis malus? Ergo fra
Ubi.s. tres mei si aliquem vestrū vellem in parte corripere:forte audiret me:et multos vestrū publice corripio:omes me laudāt. Audiat me aliqs:nō amoi voce laudatorē:z in corde ptēptorē. Cū ei laudo, z nō te corrigis: ō te testis es. Si malꝰ es:z qō dico placet tibi: displicet tibi: ḡsi malus displicueris tibi:coretꝰ placebis tibi. Quod audiuster tius (nisi falor) dixi:in oībus verbis meis speculum propono. Nec mea ista sunt verba:sed dño iubente loquor:quo terrente nō taceo. Nam quis non eligeret tacere:z rōnem de vobis non reddere? Sed iā suscepimus onus qō ab humeris nostris ercutere non possumus nec debem⁹. Audistis
Hebrii fratres mei:cum epla ad hebreos legeret. Obedite ꝓpositis vestris et subditi estote: qz ipsi vigilant ꝓ aiab⁹ vestris:tanḡ rōnē reddituri ꝓ vobis:vt cū gaudio hoc faciāt z nō cū tristicia. Non enim expedit vobis. Qñ facimus ista cum gaudio? Qñ videm⁹ homines

homines proficere in verbis dei? Qñ laborat cum gaudio oparius in agro? Qñ attēdit in arboreꝫ z fructum videt:qñ attendit segetem et fructu aree ꝓspicit vbertatem: non sine causa laborauit:nō sine causa dor sum curuauit:non sine causa manꝰ attriuit non sine causa frigꝰ z estus tolerauit. Hoc est qō ait. Ut cū gaudio hoc faciant z non cū tristicia. Non eñ expedit vobis. Nunquid dixit non illis expedit. Sed dixit non expedit vobis. Nā illi ꝓpositi qñ ꝓtristant de malis vestris:expedit illis:ipa tristicia. prodest illis:sed non expedit vobis. Nihil aūt nobis volumꝰ expedire:qō nō expedit vobis. Simul ergo in dñico agō fres bonū opemur:vt simꝫ de mercede gaudeam⁹.

¶ De eo qō scriptū est ī euāgelio ſm eūdē. Si vis venire ad vitā ſua mā data. In q sermōe ꝑncipaliter de vita determinat beata. Sermo.xvij.

A mat.xix. Dixit dñs cuidā adolescēti. [Si vis venire ad vitā ſua mandata]. Non dixit:si vis venire ad vitā eternā:fz si vis venire ad vitā:eā diffinies vitā que fuerit eterna vita. Hui⁹ ergo vite amorē nos ꝑmitus commendemus. Eterñ amatur z qlibcuq vita ista:z ipam qlēcūq erūnosaz:miserā finire hories timēt z pauescūt. Hinc videdū est:hinc cōsiderādū:qualiter amāda sit eterna vita:qñ sic amaꝫ misera ista:qñq finiēda vita. Cōsideraste fratres ḡtū amanda sit vita:vbicūq finias vitā. Amas ergo istam vitam vbi tñ laborās:curris:satagis:ālas:z vix enumerantur q necessaria sunt in misa vita. Seminare:arare:nouellare:nauigare:molere:coqre: texere:z post hec oīa finire habes vitā. Ecce q pateris in misa ista quā diligis vita:z putas te semp victurum:z nūq⁹ moriturꝫ? Tēpla:saxa:marmora:ferro:plūboq ꝓsolidata:tñ cadūt:z hō nūq⁹ se putat moriturꝫ? Discite ergo fres q rere eternā vitā:vbi ista nō tolerabitis:fz in eternum cū deo regnabitis. Qui eñ vult
Psalmo xxxiij. vitā (sicut dicit prophetes) diligit dies videre bonos. Nam in diebus malis mors potius optatur ḡ vita. Nonne audimus et videmus homines in aliqbus tribulationibus z āgustijs z ꝓflictatiōib⁹ z egritudinib⁹ dū sunt ꝓstituti:z videt se laborare nihil aliud dicere. Deus mitte mihi mortem accelera dies meos:et aliquādo venit egritudo curritur: adducuntur medici:solidi z numera promittuntur. Dicit tibi ipa mors Ecce assum:quam paulōante a dño pe



Ene nobiscum nouit scīt̄as vestra dominū nostrū z saluatorē iesum xp̄m medicum nostre saluti esse z salutis eterne:z ad hoc eū suscepisse infirmitatez nature nostre ne sempiterna esset infirmitas nostra assumpsit enim corpus mortale in quo occideret mortem. Et

Sermo. (verbi gra octoginta annos:quicquid vi- ne.j.b. uit de summa minuit. Et inepti homines gratulant plurimis natalicijs:tam suis ḡ filiorum suorum. O virum prudentē:si tibi vinū minuaꝫ in vtre tristaris:dies perdis et gaudes? Wali ergo sunt dies:et eo peiores qz diligunt. Sic blāditur hic mūdus: vt nemo velit finire erūnosam vitam. Uera eñ vita vel bta hec est:cum resurgimus et cum xp̄o regnabimus. Nam z impij resurrecturi sunt:sed in ignē ituri. Uita itaqꝫ nō est nisi beata. Et vita beata esse nō pōt nisi eterna:vbi sunt dies boni:nec multi ſyn⁹. Ex consuetudine huius vite appellati sunt dies. Dies ille nescit ortum:nescit occasuz. Illi dici non succedit crastinus:quia non ꝓcedit eum hesternus. Hunc diem vel hos dies z hanc vitam z veram vitam in promissis habemus. Alicuius ergo opis merces est. Si enim mercedez amamus:in opere non deficiamus:et in eternum cum christo regnabimus.

¶ De duobus cecis sedentibus secꝰ viam et clamantibus. Domine miserere nostri fili dauid. In euangelio scōm eundem. In quo etiam singulariter introducit ac exponit clamorem cecoū:quid etiaz sit clamare ad dominū ꝛc. Sermo.xvij.

A

Universidad de Deusto Biblioteca

q. Cor. xiij. Rom. vj

ſ̃uis crucifixus est ex infirmitate nostra: sed vivit ex virtute dei. Et sūt apl̃i ba sunt. Et q̃ iam non morit̃: mors ei vltra dñabitur. Hec ergo bene nota sunt fidei nostre: simul & hoc cōſequēs est: vt nos erimus ois miraculs que corporaliter fecit valere ad admonitionē nostram: vt pijsmus ab eo q̃ non est transitus: neq; in nihil abiturꝰ. Oculos reddidit cecis: ds erat vtiq; mors aliq̃s clausurs: resuscitauit lazarum iterum moriturum. Et quecūq; ad salutem corporum fecit: non ad hoc fecit vt sempiterna essent: cum tñ daturus sit etiaz ipsi corpori in fine sempiternam salutē. Sz q̃ illa que non videbantur non credebant p̃ ista tpalia q̃ videbantur, edificauit fidez ad illa q̃ nō videbant: Nemo itaq; fratres dicat non facere isl̃a modo dñs nostrum ie sum xp̃m: & ppter hoc p̃sentibus ecclie tēporibus pnota p̃ponere. Quodā quippe loco idem dñs videntibus & ideo credentib⁹ p̃ponit eos qui non vident & credūt. Nanq; eousq; illo tpe discipuloꝝ eius nutabat infirmitas: vt quē videbant iam resurrexisse: etiam cōtractādū putarēt vt crederēt. Nō sufficiebat oculis q̃ viderēt: nisi & manꝰ ad mouerentur membris: et cicatrices recentiū vulnerū tāgerent: vt ille q̃ dubitabat discipul⁹ repēte tactis & cognitis cicatricib⁹

Joh. xx. exclamaret. Dñs meꝰ et deus meus. Cicatrices ostendebant eum: qui omnia vulnera m alijs sanauerat. Nūquid nō poterat dñs sine cicatricib⁹ resurgere? Sed in corde discipuloꝝ vulnera nouerat: ppter que sananda cicatrices in corpore suo seruauerat. Et quid dñs illi cōfitēti ac dicēti: Dominus meꝰ & deꝰ meꝰ? Quia vidisti inquit credidisti: beati q̃ nō viderūt & crediderūt. Quos dixit fratres: nisi nos? Nō quia soles nos sed & post nos. Post paruuz enim ip̃s postea ab oculis mortalib⁹ recessit vt firmaret in cordib⁹: q̃cūq; crediderūt nō vidētes crediderūt: & magnū meritum habuit fides coꝝ: cui fidei cōparande: cor tñ admouerunt pisi: nō & palpātē manū. Hec ergo fecit dominus vt imitaret ad fidem Hec fides nunc fernet in ecclesia toto orbe diffusa. Et nunc maiores sanitates operat̃ propter quas non est dedignatus tunc exhibere illas minores. Sicut enim animus melior est corpore: sic et melior est salꝰ anim̃ ip̃s salus corporis. Modo caro cecꝰ non aperit oculos miraculo dominī: et cor cecū aperit oculos sermone domini. Modo nō resurgit mortale cadauer: resurgit anima que mortua iacebat in viuo cadauere. Modo aures corporis surde non aperiuntur: sed ip̃s multi habent aures clausas cordis que tamē verbo dei penetrante patescunt vt credant qui non credebant: et bene viuant qui male vivebant: & obediant q̃ non obediebāt: & dicimus ille credidit: ac minamur cū audimus de his quos aliq̃s duros nouerāmꝰ. Cur ergo nūc miraris credētez innocētē: deo seruiētē: nisi q̃ cōſpicis videtem quē nouerās cecū: & ſpicis vinētē quē nouerās mortuū: & ſpicis andiētem quē nouerās surdū? Nā videte aliter mortuos debus mortuis dicebat dñs cuidā ideo tardādi ne dñm seq̃rer: q̃: sepelire patrē volebat. Sine inq̃t mortuos sepelire mortuos suos. Certe mortuos sepulturi nō sunt corpore mortuꝰ q̃: si hoc essent mortua corpora sepelire nō possent. Tñ mortuos eos vocat. Ubi: nisi in tus in alia? Sicut cīn et iā visibiliter plerūq; in domo integra et salua: dñs eiusdē domꝰ mortuꝰ iacet: sic in corpore integro multi habent intꝰ aiam mortuā & hos excitat apl̃s. Surge q̃ dormis: exurge a mortuis & illuminabit te xp̃s. Ille illuminat excecatū: qui excitat mortuum. Et enim voce p apl̃m clamatur ad mortuum. Surge q̃ dormis. Cecus luce illuminabit̃ cum resurrexerit. Surdos: ait ip̃s multos ante oculꝰ suos dñs inuebat cū diceret Qui habet aures audiendi audiat. Quis em̃ ante illū sine corporis auribus stabat? Quas ergo alias aures nisi interioris hois req̃rebat? Itē ille oculos q̃rebat cū loqꝰ retur vtiq; videtib⁹ ſz videtib⁹ p oculos carnis Nā cū ei diceret philipp⁹. Dñe ostende nobis patrē et sufficit nobis: bene quidē hoc intelligebat vt demōstrat⁹ pater posset sufficere: sed cui nō sufficiebat equalis patri: quomodo sufficeret pater? Quare ait non sufficiebat? Quia nō videbatur. Quare nō videbat? Quia nōdū erat sanꝰ oculꝰ vnde posset videri. Hoc em̃ q̃ in carne dñi videbat: his oculis nō soli discipuli viderūt q̃ honorauerūt: ſz & iudei q̃ cōfixerūt. Qui ergo aliter se videri volebat alios oculos requirebat. Et ideo sic rādit dicēti. Ostende nobis p̃m & sufficit nobis. Tāto tpe vobiscū sum et non me cognouistis. Philippe: q̃ me videt: videt et patrem. Et vt interim fidei oculos sanaret: prius admonetur scām fidem vt possit ad speciem peruenire. Et ne sic putaret philippus cogitandum deum quomodo videbat in corpore dominum ipsum christum: statim subiecit. Non credis quia ego in patre et pater in me? Jam diudum dixerat. Qui me videt: videt et patrem. Sed nondum habet philippus sanū oculum vnde videret patrem: at q̃ ideo nec vnde videret ip̃s ſz filiū patri coequalē. Itaq; aciem mentis adhuc sanciam & tāta lucez

aspicere nō valētē: sanādā atq; firmādā fidei medicamentis fomētisq; suscepit & ait Non credis q̃: ego in patre & pr̃ in me est? Qui ergo nōdū pōt videre q̃ demōstratus est dñs: nō q̃rat plus videre q̃ credat ſz prius credat vt possit oculꝰ sanari q̃ videat. Sola ei forma fuit exhibebat fuilib⁹ oculis q̃: ille q̃ nō rapinā arbitratꝰ est esse equalis deo: si ab eis ds sanari voluit iā videri possit cōſilis deo: nō opꝰ haberet semet ip̃s exinanire: & formā fui accipe. Sz q̃: nō erat vñ videret deꝰ: & erat vñ videret hō: q̃ deus erat factus est homo vt id quod videbatur sanaret illud vnde non videbat. Ipe em̃ alio loco ait. Beati mūdo corde: q̃m ipi deū videbūt. Poterat vtiq; philippus rādere & dicere. Dñe: ecce te video. Talis ne est pater quale est hoc q̃ video: q̃m dixisti. Qui vnct me videt et patrē? Anteq̃s hoc rideret philippus: vel fortasse anteq̃s cogitaret: cū dixisset dñs. Qui videt me videt & pr̃em: & tinuo subiūxit. Nō credis q̃: ego in pre: & pr̃ in me est? Illo em̃ oculo nōdū videre poterat: nec pr̃em nec equalē pr̃i filiū: ſz vt sanaret oculꝰ ad videndū: inunxitꝰ erat ad credēdū. Ideo anteq̃s videas q̃ videre nō potes crede q̃ nōdū vides. Ambula p fidē: vt pueniās ad speciē. Species nō leti ficabit in patria quē fides nō ſolat in via Sic em̃ dicit apl̃s. Quādiu sumus in corpore: peregrinamur a dño. Statuq; subnectu: q̃re a dño pegrinamur: q̃uis taz crediderimus. Per fidem inquit ambulamus nō p speciē. Tota igitur opa vra fratres in hac vita sanare oculū cordis vt videat deꝰ Ad hoc sacrosctā mysteria celebrantur: ad hoc fit dei pdicat: hoc exhortatiões eccle sie mortales: id est pertinētes ad corrigēdos mores ad emēdādas carnales & cupiscētias: ad renūciādū non voce tñ ſz muta vita huic ſeculo: ad hoc q̃cq̃d agūt diuine sancteq; lre & purget illud interiꝰ ab ea re q̃ nos impedit ab aspectu dei. Sicut em̃ oculꝰ factus ad hāc lucē tēporalē videndā & q̃uis celestē tñ corporeā atq; ſpicuam: nō solū hominib⁹ ſz etiā vilissimis animātibus. Ad hoc em̃ factꝰ est vt hāc lucem videat tñ si aliq̃d iniectū fuerit vel irruerit vñ turbetur: secluditur ab hac luce: & q̃uis eū sua presentia circumfundat: ille tñ se auertit atq; absens est. Nō solū autē absens sit perturbatione sua a luce presenti: sed etiā penalis illi est lux ad quam videndā factꝰ est. Sic et oculis cordis perturbatus atq; sauciatꝰ auertit se a luce iustitie: nec audet eam contemplari nec valet. Quid turbat oculuz cordis? Cupiditas/auaricia/iniq̃tas/concupiscentia secularis/ claudit: excecat oculum cordis. Et tamen quomodo queritur medicus cum oculus carnis turbatus est: quomodo nō differtur vt aperiatur atq; purgetur et sanetur: vnde lux ista videatur? Curritur: nemo requieſcit: nemo differt si vel stipula in oculo cadat. Solem certe quē sanis oculis videre volumꝰ deꝰ fecit. Multo est vtiq; incidior ille q̃ fecit: nec huius generis lux est que pertineat ad oculum mentis. Lux illa est eterna sapientia Fecit autem te deus o homo ad imaginez suam: daret ne tibi vnde videres solez quē fecit: et non tibi daret vnde videres eum q̃ te fecit? Cum te ad imaginem suam fecerit dedit et hoc. Utrumq; dedit tibi: sed multū hos oculos exteriores diligis: multum illū interiorem negligis. Detritus portas atq; sauciatum: pena tibi est si se voluerit ostendere fabricator tuꝰ: pena est oculo tuo anteq̃s curetur atq; sanetur. Nam et in paradiso peccauit adam: et abscondit se a facie domini. Cū haberet ergo cor sanū pure conscientie: gaudebat ad presentiam dei. Postq̃s pctō oculus ille sauciatꝰ est: cepit lucem formidare diuinā: refugit in tenebras atq; in dēsa ligna. Fitatē fugiēs: vmbras appetēs. Ergo fratres mei: q̃m et nos inde nati sumꝰ: & sicut dicit apl̃s. In adā omnes moriunt. Dēs em̃ nos duo hoies aliq̃s fuimus. Si noluimus obtemperare medico vt non egrotaremꝰ: obtēperemꝰ vt ab egritudine liberemur. Dedit nobis precepta medicꝰ sanis: dedit precepta medicꝰ ne medico indigeremꝰ. Nō opꝰ est ingrere sanis medicus sed egrotātib⁹. Sani pcepta & tēpsum⁹: & experimēto sensim⁹ in quātā pnicie nā pceptū illud & tēpserimus. Egrotare tā cepiuꝰ: laborauꝰ in lecto: infirmati sumꝰ ſz nō desperemꝰ. Quis em̃ ad medicū venire nō poteraꝰ: ipe ad nos venire dignatꝰ est. Nō & tēpsit sauciꝰ & tēptꝰ a sano. Non destitit dare alia pcepta lāguēti: qui pma custodire noluit ne lāgueret: tanq̃ diceret. Certe experimento sensisti verum me dixisse quando dixi. Noli tangere hoc. Sanare ergo tandem & reuiniſce. Ecce porto infirmitatē tuā. Bibe amaz calicē: tu em̃ tibi feci sti. Precepta illa mea q̃ sano data sunt taz dulcia! laboriosa & tepta sunt. Cepisti laborare: sanari non potes nisi amarū calicem biberis. Calicem tentationum quib⁹ abūdat hec vita: calicem tribulationum: angustiarum: passionum. Bibe inquit: bibe vt viuas. Et ne responderet ei languidus. Nō possum: nō fero: nō bibo pot biberat medicus sanꝰ vt bibere non dubitaret egrotus. Quid enim amarū est in tali poculo q̃ ille non biberit? Si contumelia: puor audiuit

Universidad de Deusto Biblioteca

Jo.ix. mar.xij. Matt.x.

Si ꝛumella:prior audiuit cū demones expelleret. Demoniū hz:ꝛ quod in beelzebub ejcit demonia. Unde ꝛ vt ipse cōsolaretur egros ait. Si patrē familias beelzebub vocauerunt quantomagis domesticos eius: Si dolores amari sunt:ligatus ꝛ flagellatus et crucifixus est. Si mors amara est: etiam mortꝰ est. Si genus mortis exhorrescit infirmitas:nihil illo tēpore fuit ignominiosius ꝙ mors crucis. Nō em̄ frustra cōmendans eius dilectiōā apls:addidit

phil. ij. dicens. Factus obediens vsq; ad mortez: mortē aūt crucis. Sed qꝛ ipse honorat̄ erat fidelez suos in fine huiꝰ seculi:puꝰ honorauit crucem in hoc seculo:vt terrarum principes credentes in eū,phiberēt aliquē hoc entiū crucifigi:ꝛ qđ cum magna insultatione psecutores iudei dño ,peurarunt/ magna fiducia serui eius etiam ꝛ reges in fronte nunc portant: Non tm̄ apparet mō qualez mortē ,p nobis dñs subire dignatꝰ

gala.iij. est:sicut ait apls. Factus ,p nobis maledictum:ꝛ cum ei pendēti iudeoꝝ cecitas insultaret:posset vtiq; descendere de cruce:q̄ si nollet non esset in cruce:sed umpliꝰ erat de sepulchro surgere:ꝙ de cruce descendere. Hec ergo dñs facies diuina:patiēs humana:admonet nos miraculis corporalibus et patientia corporali:vt credamus ꝛ sanemur ad conspicienda illa inuisibilia q̄ carnis oculus nescit. Hoc ergo agens curauit eccos istos:de q̄bus nūc euangeliū rectatū est:ꝛ in curādo videte q̄d admonuerit

Audiuimus nos exhortatū dominum nr̄m celestez magistrum et fidelissimuz consiliariuz: eundē hortatorem vt petamus et datorem cum petimus. Audiuimus enim in euangelio hortantem nos eum petere instanter et pulsare vsqꝫ ad similitudinē improbatis. ꝓposuit enim nobis exempli gratia: si quis vestrum haberet amicuz q̄ quo nocte peteret tres panes: cū illi amicus de via veniſſet / et quod ei apponeret non haberet. Si autem ille respondeat iā ⁊ requiescere et seruos suos secum: nec de bere illius precibus inquietare: instando ille pulset et perseueret / nec pulsare territus abscedat: sed necessitate coact⁹ immineat surrecturum illum: ⁊ si non ꝓpter amicitiā certe propter illius improbitatem / ⁊ daturum ei quantum voluerit. Quantos autez voluerit? Nihil plus ille voluit ꝫ tres. In hac ergo similitudine adiunxit hortationē dñs: ⁊ oīno stimulauit nos querere / petere / pulsare: donec accipiamus qđ petim⁹: qđ querim⁹: qđ pulsam⁹: vsus exemplo a contrario sicut de illo iudice qui nec deū timebat / nec hoies reuerebat: ⁊ tñ cum cū quedam vidua interpellaret quotidie: tedio vi etus dedit ꝫ nō beneficio potuit inuitus. Dñs aūt noster ieſus xp̄s petitor: cū p̄ceptor: non vtiqꝫ nos tñ hortaretur vt petere mus: nisi dare vellet. Erubescat hūana pigritia: plus vult ille dare ꝫ nos accipere. Plus vult ille misereri ꝫ nos a miseria liberari: ⁊ vtiqꝫ si non liberati fuerim⁹ / nos miseri remanebimus. Nā ille qđ nos hortatur: ꝓpter nos hortat. Euigilem⁹ ⁊ hortāti credam⁹: ꝑmittēti obsequamur vt ad dantē gaudeamus. Fortassis eīm et nobis aliqñ venit amicus de via ⁊ non inuenim⁹ qđ ei apponerem⁹: ⁊ necessitatē pati sum⁹: ⁊ accepimus ⁊ nobis ⁊ illi. Fieri eīm nō potest nisi vt aliquis passus fuerit amicū aliquid interrogantē qđ rndere non possit: et tunc se inuenit nō habere qñ coact⁹ est dare. Venit amicus tibi de via. i. de vita huius seculi: in qua oēs velut peregrinā transeūt: nec vllus quasi possessor manet: sed oi hoī dicitur. Refectus transi: sage iter: da vēturo locū. Aut forte de via mala: hoc est de vita mala fatigatus nescio quis amicus tuus: ꝫ inuenies veritatem: qua auctus ⁊ perfecta btūs fiat: sed lassatus in oī cupiditate ⁊ egestate seculi venit ad te tāq̄ ad xp̄m̄ ⁊ dicit. Redde mihi rōnē. Fac me xp̄ianum: ⁊ interrogat forte qđ in p̄ simplicitatem fidei nesciebas. Et non est vñ refician esurientē: ⁊ te admonit⁹ inuenis indigētē / ⁊ cū vis docere aliquez cogeris discere. Et dū erubescis eū qui te interrogauit qđ q̄rebat nō in te inueniēs: ꝓpelleris q̄rere vt me rearis inuenire. Et vbi queras? Ubi nisi in dñicis libris? ⁊ Fortassis qđ ille interrogauit / in libro positū est: sed obscurū est. Forte dixit hoc aplūs in epla sua. Sic dixit, vt intelligere possis: aut intelligere nō possis: trāsire nō ꝓuitteris. Urget eīm interrogator ipm̄ paulū aut petrū / aut aliquē ꝓphetā interrogare non sineris. Jam eīm requiescit familia ista: cuz dño suo: et seculi huius ignorantiā valida: hoc est nox media et vtget amic⁹ esuriēs. Tibi forte sufficiebat sum pler fides illi nō sufficit. Nūqđ deserēd⁹ ē? Nūqđ de domo ꝓficiēdus? Ergo ad ipsuz dñm: ad ipm̄ cū quo familia requieſcit pulsa orando / pete / insta. Non quomō amic⁹ ille in similitudine positus tedio vict⁹: surgit dabit. Dare vult: tu pulsans nōdū acceꝑisti: pulsa dare vult. Et qđ dare vult differt vt ampli⁹ desideres dilatū ne vilescat cito datū. Cū aūt pueneris ad tres panes: hoc est ad cibum et intelligētiā trinitatis: habes ⁊ vñ vnus ⁊ vñ pascas. Nec pegri nū venientē de via reformides: sed excipiē do ciuē domesticū facies: nec timeas ne finias. Nō panis ille finiet: sed indigentiam tuam finiet. Panis est: et panis est: ⁊ panis est: deus pater: deus fili⁹: deus spūsctūs. Eternus pater: coeternꝰ fili⁹: coeternꝰ spūs ctūs. Incōmutabilis pater: incommutabilis filius: incōmutabilis spiritussanctus. Creator ⁊ pater ⁊ filius et spiritussanctus pastor ⁊ vite dator: pater ⁊ filiꝰ et spiritussanctus. Cibus ⁊ panis eternus: ⁊ pater et filius ⁊ spūsctūs. Discе ⁊ doce: viue ⁊ pasce. Deus qui tibi dat nihil melius ꝫ se tibi dat. Auare qđ aliō q̄rebas? Aut si aliō petas: qđ tibi sufficit / cui deus nō sufficit? Sed op⁹ est vt habeas charitatē: habeas fidē: habeas spē: vt possit tibi dulce esse qđ datur. Et hec ipsa tria sum / fides / spes / ⁊ charitas. Et hec ipsa dona dei sunt. Nā fidē ab ipso accepimus: sicut de⁹ inquit vniculq̄ partiꝰ est mēsurā fidei. Et spē ab ipo accepim⁹ cū ōz. In q̄ spem decliſti mihi. Et charitatē ab ipo accepim⁹: de quo ōz. Charitas dei diffusa est in cordibus nr̄is p spiritūsctūm qui datus est nobis. Sz hec tria itidē aliquātulū diuersa: sed oia dei dona. Manēt eīm tria hec / fides / spes / charitas. Maior aūt horum est charitas. In illis panibus nō est dict⁹ aliqs panis maior alius: ꝫ simpliciter petite / ⁊ dat tres panes. Ecce alia tria. Quis est vir a quo petit filius suus panē: nunqđ lapidē porriget ei? Aut quis est vir a quo petit piscē: nunqđ serpētem porriget ei? Aut a quo petit ouū nūqđ porriget ei scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali nostis bona data dare filijs vr̄is: ꝫtomagis pater vester de celo dabit bona petentibus se? Tria ergo ista rursus considerem⁹: ne forte ibi sint illa tria / fides / spes charitas. Maior aūt horuz est charitas. Pone ergo tria / panē / piscē / ouū. Maior horuz panis: adeo panē bene ꝓtelligim⁹ in his tribus charitatē. ꝓpterea pani lapidē oppositū: q̄ duricie cōtraria est charitati. Piscē: fidem intelligam⁹. Dixit quidā sctūs: ⁊ nos dicere delectat. Piscis bonus: pia est fides. Uiuit inter fluctus nec frangit: nec soluitur fluctibus. Uiuit inter tētationes tempestatesq̄ huiꝰ seculi pia fides. Securus ⁊ integra est. Tantū contrariū fidei serpētē illū obserua. In fide eīm despōsata est illa: cui dicit in canticis canticoꝝ. Ueni de libano sponsa: veniens ⁊ pertrāsiēs ab initio fidei. Jō ⁊ despōsata: q̄ ⁊ despōsatis initiū fides est. ꝓpterea despōsate huic dicit apostolus. Despōsaui vos vni viro: virginē castram exhibere christo. Et timeo ne sicut serpens seduxit euā astutia sua: sic et vestri sensus corrumpant̄ a castitate q̄ est in xp̄o. i. que est in fide xp̄i. Habitare eīm inquit xp̄m per fidem in cordib⁹ vr̄is. Diabolus ergo nō corrūpat fidē ne deuoret piscē. Restat spes q̄ quantum mihi videt ouo cō parat. Spes eīm nondū puenit ad rē. Et ouū est aliquid: sed nōdū est pull⁹. Quadrupedes ergo pariunt filios: aues aūt spē filiorum. Spes ergo nos adhuc hortat vt ꝓsentia cōtēnamus: futura expectemus ea q̄ retro sūt obliuiscētes: cuz aplo in anteriora extendamur. Sic eīm dicit. Unum aūt: q̄ retro oblitus in ea q̄ ante sunt extentus: ſm intentionē sequor ad palmā supne vocationis dei in xp̄o ieſu. Nihil ergo tā inimicuz spei ꝫ retro respicere. i. in eis rebus q̄ preterlabuntur ⁊ transeunt spem ponere: sed in his que nondum date sunt sed dāde qñ=cūq̄ nunq̄ transibunt nō sperare. Qñ aūt scatet tentationibus mūdus velut pluuia sodome sulphurea: metuēdū est exemplum vxoris loth. Retro eīm respexit: ⁊ vbi respexit ibi remansit. In salē cōuersa est: vt prudentes condiret exemplo. Apls paulus de hac spe ita loquitur. Spe eīm salui facti sumus. Spes autē q̄ videtur: nō est spes. Qđ eīm videt quis quid sperat? Si autez quod non videmus speramus: per patientiaz expectamus. Quod enim videt quis quid sperat? Onum est. Est ouum ⁊ nōdum pullus est: ⁊ testitudine tectum est: non videtur qz operitur: cum patientia expectetur: fernescat vt viuificat. Intendere extendere in anteriora: obliuiscere preterita. Que enim videntur temporalia sunt. Non respicientes inquit que videntur: sed que non videntur. Que enim videntur temporalia sunt: q̄ aūt non videntur eterna. In illa ergo que nō videntur extende spem / expecta / sustine: noli retro respicere. Quo tuo scorpiū time. Uide quia de cauda percutit quam retro habet. Non ergo scorpius permat ouum tuum. mundus iste spem tuam / vt ita dicaz venemo eo contrarie quo retrario. Quanta tibi loquitur mūdus: quāta post dorsuz strepit vt retro respicias. i. vt in rebus pñtib⁹: nec pñtibus nō cū dicēda sunt presentia nūqꝫ

Eccli. xxix.

Ro. xij. Psalmo cxvij. Rom. v.

Eccli. xxix.

Ro. viij.

Phil. iij.

Phil. iij. ij. Cor. iiij

stantia:spemtuā ponas/ꝛ ab eo qđ ꝓmisit christus ꝛ nōdum dedit:sed qꝛ fidelis dabit:auertas animū tuū ꝛ velis requiescere in mūdo pereūte. Ideo ẽm deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet:vt aliqua queraꝫ felicitas/cuius dulcedo nō fallat:ꝛ de ipsis amaritudinibus conaꝫ mundus auertere ab eo qđ intēdis interiora et retro cōuertere. De ipsis amaritudinibus de ipsis tribulatiōibus murmuras ꝛ dicis Ecce pereūt omnia christianis tēporibus. Quid strepis:ꝫ Non hoc ꝓmisit mihi deus qđ ista non peribūt. Non hoc mihi ꝓmisit christus. Eterna ꝓmisit eternus si credidero ex mortali fiam eternus. Quid strepis:ꝫ O munde imūde:quid strepis:ꝫ Quid auertere conaris:ꝫ Tenere vis pariēs:quid faceres si maneres:quē nō deciperes dulcis: si amarus alimēta mentiris. Ego si habeo spē:si teneo spē/ouū meuꝫ nō est a scorpione percussum. Benedicam dño in omni tēpore:semper laus eius in ore meo. Felix sit mūdus:exerteatur mūdus. Benedicaꝫ dominū qui fecit mundū. Benedicā protinus. Scōm carnem bene sit:ꝫm carnē male sit. Benedicaꝫ dñm in omni tpe:semper laus eius in ore meo. Nam si benedico qñ bene est:ꝛ blasphemo quādo male ē:suscepi scorpionis aculeum:cōpunctus respexit retro. Quod absit a nobis. Dominꝰ dedit dominus ablstulit:sicut dño placuit ita factū est sit nomen dñi bñdictū. Manet ciuitas que nos carnaliter genuit. Deo gratias. Utinā ꝛ spiritaliꝫ generēt:ꝛ nobiscum trāseat ad eternitatem. Si nō manet ciuitas que nos carnaliꝫ genuit:manet que nos spiritaliter genuit. Edificans hierlm dñs. Nunqđ doctrinā edificium suū perdidit:aut non custodiēdo hostes admisit. Nisi dñs custodierit ciuitatē:frustra vigilat qui custodit eam. Et quā ciuitatē:ꝫ Nō dormit nec dormitabit:qui custodit israel. Quid ẽ israel:nisi semē abrae:nisi xps. Et semini tuo inqt quod est xps. Et nobis quid:ꝫ Uos aūt christi ergo semē abrae estis:ꝫm promissionez heredes. In semine tuo inquit benedicent omnes gētes. Ciuitas sancta:ciuitas fidelis: ciuitas in terra pegrina:in celo fundata ẽ. O fidelis noli corrūpere spē:noli amittere charitatē:accinge lūbos tuos:accēde:prete lucernas tuas:expecta dñm quando veniat a nuptijs. Quid expauescis:ꝫ pereūt regna terrena:ꝫ Jō celeste ꝓmissum est ne cū terrenis perires. Nā ista pictura pdicta sunt:pdicta vino. Nō ẽm negare possumus qđ predictū est. Dñs tuus quē expectas dixit tibi. Exurget gens ꝛ gentez:ꝛ regnū aduersus regnū. Habēt mutatiōes regna. Ueniet ille de quo dictum est. Et regni eius nō erit finis. Qui hoc regnis terrenis ꝓmiserunt:nō veritate ducti sunt:ꝫ adulatione mētiti sunt. Poeta illoꝝ quidā induxit iouē loquētē:ꝛ ait de romanis. His ego nec metas rerū nec tpa pono. Imperiuꝫ sine fine dedi. Non plane ita rñdet veritas. Regnū hoc qđ sine fine dedisti in terra ẽ an in celo:ꝫ Utiqꝫ in terra. Et si esset in celo. Celum ꝛ terra trāsient. Transiēt que fecit ipse:quāto citius qđ cōdidit romulus. Forte si vellem hinc exagitare virgiliū ꝛ insultare quare hoc dixerit in parte tolleret nos ꝛ diceret nobis. Et ego scio. Si dd facerē qui romanis vel oa vendebaꝫ:nisi hac adulatione aliquid ꝓmitterez qđ falsum erat. Et tñ in hoc cautus fui:qñ dixi. Imperiū sine fine dedi. Jouem ipsoꝝ induxi qui hoc dicet. Nō ex persona mea dixerim falsa:sed ioui iposui fallitati:is personaꝫ. Sicut deus falsus erat:ita mēdax vates erat. Nā vultis nosse qꝛ ista noueraꝫ:ꝫ Alio loco qñ non ionez lapidē induxi loquentē sed ex ꝓsona mea locutus sum:dixi. Nō res romana perituraqꝫ regna:Udete qꝛ dixi peritura regna. Dixit peritura regna:nō tacuit pitura. Ueritate nō tacuit:semꝫ mānsura adulatione ꝓmisit. Nō ergo deficiamꝰ fratres:finis erit terrenis olbꝰ regnis. Nunc si finis est:deus videt. Forte enim nōdum est:ꝛ infirmitate quadā vel misericordia vel miseria hoc operamꝰ vt nōdum sit:nūquid tamē ideo nō erit:ꝫ Figite spē in deū:eterna cōcupiscite:eꝫna expectate. Christiani estis fratres:christiani sumꝰ. Non ad delitias xps in carnez descendit:tolerem⁹ potius ꝑtia q̄ diligamus:aduersoꝝ manifesta est pmissis:prosperoꝝ falsa blādities. Time mare:ꝛ qñ mollities est. Oino non frustra audiamꝰ. Sursuꝝ cor. Quid ponimꝰ cor in terra:cū videamus qꝛ cuertit terra:ꝫ Nos nō possumus nisi exhortari vos: vt habeatis qđ dicatis:ꝛ qđ pro spe vestra rndeatis insultatoribꝰ ꝛ blasphematoribus nois christiani. Nemo vos murmurādo auertat ab expectatiōe futuroꝝ. Oēs qui ꝓpter istas aduersitates blasphemāt xpm vez cauda scorpionis sunt. Nos ouū nrm sub alis illius galline ponamꝰ euāgelice galline:que clamat. Hierlm hierusalē illi falsē ꝛ pdite: quotiēs volui colligere filios tuos tāq̄ gallina pullos suos:ꝛ noluisti:ꝫ Nō nobis dicat:quotiens volui ꝛ noluisti. Illa gallina ẽm divina sapia est:ꝫ assumpsit carnem vt pullis cōgrueret. Uidete gallinā hispidam plumis:dimissis alis voce fracta ꝛ q̄ssa et lassa ꝛ lāguida congruere paruulis suis. Ouū ergo nostrū:id est spē nostraꝫ sub alis

Psalmo xxxiij.

Job.j.

Psalmo cxlvj.

Psalmo cxxvj.

Ps.cxx.

Gal. iij.

j.cor. iij.

Ge.xxij.

Luc.xij.

mar.xiij

Luce.j.

Virgili⁹ eneid.j.

Ps.cxiij.

De ciui. dei lib.j.

Matth. xxiij.

illius galline ponamus. Aiaduertitis forte:qūo gallina concidat scorpionē. Utinaꝫ ergo ꝛ illos blasphemātes:in terra reptātes:de cauernis pdeūtes ꝛ male pūgētes: illa gallina cōcidat ꝛ deuoret:in corꝑ suuꝫ trajiciat ꝛ in ouū vertat. Nō iraſcātur:cōmoti videmur sed maledicta maledicẽ nō reddimus. Maledicimur ꝛ bñdicimꝰ:blasphemati depcamur. Sed non dicat de roma:dictū est de meo. Sed taceat de roma: quasi ego insultoꝝ sim ꝛ nō potius dñi depcator:ꝛ vester qualiscūq̄ exhortator. Absit a me vt insultem. Auertat deꝰa corde meo ꝛ a doloꝛe cōscientie mee. Jbi multos frēs nō habuimus:ꝫ Nō adhuc habemus:ꝫ Portio peregrinātis hierlz ciuitatis:nō ibi magna deget:non ibi tpalia ptulit sed eterna nō perdidit:ꝫ Quid ergo dico cuꝫ de illa nō taceo nisi qꝛ falsuꝫ est qđ dicunt de xpo nostro:q ipse romā perdiderit:q dij lapidei tuebant ꝛ ligneiꝫ Adde precū aerei:adde plus argētei ꝛ aurei. Jdola gentiū argētuꝫ ꝛ aurū. Non dixit lapides nō dixit lignuꝫ: nō dixit testa:sed qđ pro magno hñt auruꝫ ꝛ argētum. Tamē ipsuꝫ aurū ꝛ argentum oculos habēt ꝛ non vidēt. Deus aureus ꝛ deus ligneꝰ ad preciū dispares sunt:ꝛ habere oculos ꝛ nonvidere fratres ṗhit. Ecce qualibꝰ docti hoies romaꝫ custodibus cōmiserūt:habētibus oculos ꝛ nō videntibꝰ. Aut si romā seruare potuerunt:quare ipsi ante perierunt:ꝫ Inquiūt tunc periit roma. Tñ perierunt:ꝫ Nō inquūt ipsi pierūt:sed simulachra coꝝ. Quo ergo custodirent tecta vestra:qui nō potuerūt custodire simulachra sua. Alexādria olim tales deos pdidit. Constātinopolis ex quo cōdita est i magnā ciuitatē:qm a chriſtiano imperatoꝛe cōdita est:olim deos ipsos falsos pdidit:ꝛ increuit ꝛ crescit ꝛ manet. Quādiu vult deus manet. Nō ꝛ illi ciuitati qꝛ hoc dicimꝰ eternitatem ꝓmittimus. Carthago in noie xpi manet:ꝛ oli euersa est a scelestis:qꝛ nō fuit celestis:sed terrestris. Et illud qđ dicūt nō est vez:qꝛ dijs perditis roma capta ẽ:afficta est. Protinus nō est vez:ante simulachra ipsa euersa sunt:ꝛ sic victi sunt gothi cum rhadagaiso. Memētote frēs:memētote:nō est longum:pauci anni sunt: recordamini. Euersis i vbe roma olbꝰ simulachris rhadagaisus rex gothoꝝ cum magno exercitu multo numerosioꝛe q̄ halaricꝰ fuit:venit. Paganus hō erat rhadagaisus sacrificabat quotidie. Nūciabatur vbiqꝫ q sacrificijs nō desisteret rhadagaisius. Tunc oēs isti. Ecce nos nō sacrificamꝰ:ille sacrificat vinci habemꝰa sacrificāte:qđ nō iz sacrificare. Deus ostēdens qꝛ non in istis sacrificijs est ipsa tpalis salus:ipsa regna terrena victꝰ ẽ rhadagaisius adiumāte dño miromō. Postea venerūt gothi nō sacrificātes: ꝛ si fide xpiana non catholici tñ idolis inimici v enerūt:idolis aduersantes ꝛ ipsi ceperūt. Uicerunt de idolis pſumētes:ꝛ pdita idola adhuc querētes:ꝛ pditos adhuc sacrificare cupiētes:sed ibi erāt ꝛ nō erāt ꝛ afficti sunt:ꝫ nouerāt dicere. Bñdicaꝫ dñm in oi tpe. Afflicti sunt in regno terreno:sed regnū celoꝝ nō perdiderūt:imo ad illud capessandū exercitatione tribulationiꝫ melioꝛes effecti sunt. Et si in tribulatōib⁹ non blasphemauerūt:tanē integra vasa de fornace exierūt:ꝛ dñica bñdictōe repleti sunt. Jsti aūt blasphematoꝛes:terrena sectātes: terrena desiderātes:in terrenis spē ponentes:cū ista velint nolint pdiderint qđ tenebāt:vbi remanebūt:ꝫ Foris:int⁹ nihil:inanis arca:ianiꝛ ꝑscia. Ubi reqes vbi salus vbi spes:ꝫ Veniāt ergo desināt blasphemare:discāt adoꝛare:scorpij pungētes a gallina comedank:in corpus trajiciātes cōuertank:in terra exerceank:in celo coronētur.

Psalmo xxxiij.

Ps.cxiij.

Luce.xj

De eo qđ scriptuꝫ est in euangelio ſm eūdem. Nunc vos pharisei quod foris est parapsidis lauatis ꝛc. Sermo.xxx. Jn quo de iudicio ꝛ charitate multa interserit.



Audistis sanctū euāgeliū: qūo dñs iesus in eo quod pharisei dicebat suos vtiq̄ discipulos cōmonebat:ne in corporis mūdatione putarent esse iustitiam. Omni die ẽm pharisei anteq̄m prādarent abluerūt se aq̄:quasi quotidiana lauatio possit coꝛdis cē mundatio. Deniq̄ quales tales essent ostēdit. Jlle dicebat qui videbat:non enim facies eoꝝ:sed etiā interiora cernebat. Deniq̄ vt hoc sciatis ille pharisеus cui respondit christus apud seipsum cogitauit voce non sonuit:ꝛ ille tamē audiuit. Apud se enim reprehendit dominū christum:quia sic venit ad cōuiuium eius non lotus. Jlle cogitabat:hic audiebat:ideo respondebat. Quid ergo respondit:[Nunc vos pharisei quod foris est parapsidis lauatis:intus autem plenꝫ estis dolo et rapina.] O venire ad prādium:quomodo pepercit homini a quo fuerat inuitatus. Magis obiurgando pepercit vt correcto in iudicio parceret. Deinde quid ostendit nobis ꝛ Quia ꝛ baptismū quod semel adhibēt:per fidē mundat. Fides aūt intus est nō foris.

Act.xv. 1.pe.iij.

Unde dr & legitur in actibus aplorū. Fide mūdans corda eor. Et aplus petrus in epistola sua ita loquit. Sic inquit & vobis dedit similitudinē de arca noc: qūo octo anime salue facte sunt per aquā. Et adiunxit. Sic & vos sili forma baptisma saluos faciet: nō carnis depositio sordiū: sed ꝑscie bone interrogatio in deū. Hanc cōscientie bone interrogationē pharisei cōtēnebāt: & qđ erat foris lauabāt intus inqnatissimi pmanebāt. Et quid eis ait postea: [Uerūtamē date elemosynā: & ecce oia munda sunt vobis]. Laudata est elemosyna facite & probate. Sed paulisper attēdite qđ phariseis dictū ē. Pharisei isti iudei erāt: quasi egregij iudeor. Nobiliores cm̄ atq doctiores tūc pharisei vocabātur. Baptismo xpi abluti non erāt: in xpm filium dei vnigenitu qui iter illos ambulabat & ab eis nō agnoscebatur: nōduz crediderāt. Qūo eis dicit. Date elemosynā: & ecce oia munda sunt vobis: Si audirēt illum pharisei & darēt elemosynas: iam fm verbum eius mūda illis essent oia: quid opus erat vt crederēt i eo: Si aūt mundari nō possint nisi credentes in eū qui fide mundat cor: quid est date elemosynas & ecce oia munda sunt vobis. At tēdamus: & forte ipse exponit. Cuz hec dixisset: sine dubio cogitauerūt illi q̄ dabant elemosynas. Et qūo dabant: Omnia sua decimabāt de oibus fructib⁹ suis decimaz partē detrahebant & ipsaz dabant. Nō facile hoc facit aliqs xpianus. Ecce quod faciebāt iudei. Non triticum suū: sed oleuz & vinū: necz hoc solū: sed etiam & res cōtēptibiles, ꝑpter ꝓceptū dei: ciminū: rutā: mētam & anetū totum decimabāt. i. decimam partē detrahebāt & elemosynā dabāt. Credo ergo qz reuocauerūt ad se & putauerunt dm̄ xpm inaniter loq: quasi eis qui nō facerent elemosynas: cū ipsi scirent opa sua: qđ & minutissima & contēptibilia fructuz suoz decimabant & elemosynas dabāt: irriserūt illum apud se talia dicentē: ꝙli oib⁹ q̄ elemosynas non facerēt. Hoc dns sciens continuo subiūxit. [Uerūtn ve vobis scribe & pharisei qui decimatis mentā: ciminū: et rutā & omne olus]. Ut sciatis noui elemosynas vras. Certe iste sunt elemosyne vestre: iste sunt decime: etiā minuta q̄q & contēptibilia fructuz vroz decimatis: [& relinq̄tis grauiora legis iudicium & charitatez]. Attēdite. Relinq̄stis iudiciū & charitatem: & decimatis olera. Non est hoc facere elemosynaz. [Et hec inquit oportet facere & illa nō omittere]. Que facere: Judiciū & charitatē iustitiaz & miserīcordiā: & illa nō omittere. Facite illa sed ista ꝓponite. Sed hec ita sunt: quid est qđ illis dixit. Facite elemosynas & ecce oia munda sunt vobis. Quid est. Facite elemosynā: Facite misericordiā. Quid est: facite mlaz: Si intelligis a te incipe. Qūo em̄ es misericors alteri: si crudelis sis ꝙtibi. Date elemosynā & omnia misda sunt vobis. Facite verā elemosynā. Quid ē elemosyna: Misericordia. Audi scripturam. Miserere aie tue placēs deo. Fac elemosynam: miserere aie tue placēs deo. Mēdicat a te aia tua: redi ad cōscientiam tuam. Quicūq male viuis: quicūq infideliter viuis: redi ad cōscientiā: & ibi inuenis mēdicātē aiaz tuā: inuenis egentē: inuenis pauperē: inuenis erūnosam: inuenis forte nec egentē: sed egestate obmutescētē. Naz si mēdicat esurit iustitiā. Cm̄ inueneris animā tuam talē: intus in corde tuo sunt illa. Fac pr⁹ elemosynā: da illi panē. Quez panem: Si pharisęus interrogaret: diceret illi dns. Fac elemosynā cuz aia tua. Hoc em̄ illi dixit: sed ille nō intellexit: qn̄ illis enarraūt elemosynas qs faciebāt: & putabant latere xpm: & ait illis. Noui qđ facitis: decimatis mentā & anetū: cimnuz & rutā. Sz ego alias elemosynas loquor. Contēnitis iudiciū & charitatē. In iudicio & charitate fac elemosynā cum aia tua. Quid est iudiciū: Respice & inueni: displice tibi: ꝓnūcia in te. Et qđ est charitas: Dilige dm̄n in toto corde tuo: tota aia tua: tota mente tua. Dilige ꝓximū tanq̄ teipsum: & fecisti misericordiā prius cum aia tua: in ꝓscia tua. Hanc aūt elemosynam si pretermittis: de quāto vis dona: quātuz vis retrahe de fructibus tuis: non decias sed dimidias. Noluem partes da: & vnā mihi dimitte. Nihil ē iusti quādo tecum nō facis: & tecū pauper es. Anima tua vescat ne fame pereat. Da illi panē. Quem panē inquit: Ipse tecum loquitur. Tu si audires & itelligeres & crederes dominū: ipse tibi ꝓpareret. Ego suz panis viuus qui descēdi de celo. Nōne istum panem primū dares anime tue: & faceres cum illa elemosynā: Si ergo credis facere debes: vt ꝓuus pascas aiam tuam. Crede in christū & mundabūtur que intus sunt & que foris sunt mūda erūt. Cōuersi ad dominū deum patrem oipotētem puro corde & quātum potest paruitas nra: maximas atq veras gras agam⁹: precātes toto aie singularē mansuetudinē cius vt preces nostras in bn̄placito suo exaudire dignet: inimicū quoq a nostris actibus & cogitatiōibus sua virtute expellat: nobis multiplicet fidē: mētem gubernet spūales cogitationes concedat & ad beatitudinem sūā perducat: per iesum christum filium suum.

Watth. xxij.

Joh.vj.

De arboze ficulnea que per triennium fructū nō afferebat: & de muliere que decē & octo ānos hēbat in ifirmitate. In euāgelio fm eūdē. Ser.xxxj.

A

Luc.xiij

Ecce arboze ficulnea q̄ triennū habebat & fructum nō afferebat: & de muliere que decē & octo ānos habebat in ifirmitate: quod dns donauerit audire. Arbor ficulnea gen⁹ humanuz est.

Ser.iij.

Triēnium aūt tria sunt tpa: vnū ante legem: alterū sub lege: tertiū sub gratia. Nō est aūt impor: tunū: vt arbor ficulnea itelligatur genus humanū. Primus em̄ hō quādo peccauit: foliis ficulneis pudēda velauit. Hec velamitvn nati sumus membra. Que em̄ ante peccatū fuerāt gloriāda: post peccatū pudēda sunt facta. Deniqz antea nudi erāt: & non cōfundebātur. Non em̄ erat vnde erubescerēt: quādo peccatū nō ꝓesserat: nec poterāt de sui creatoris operibus erubescere: q̄ operib⁹ sui creatoris bonis nullū adhuc malum opus suū miscuerant. Nōdum em̄ māducauerant de ligno sciētie boni & mali. vnde māducare ꝓhibiti erāt. Postea ergo qz māducauerūt & peccauerūt natum est de illis genus humanū. i. homo de hoie: obnoxius de debitore: mortalis de mortali: peccator de pctōre. Hos ergo appellat in hac arboze qui per oē tps fructū dare noluerūt & propter hoc imminebat securis radicib⁹ arboris ifructuose. Intercedit colon⁹: differtur supplicū: vt adhibeatur auxiliū. Qui aūt intercedit colonus est ois sanctus qui ira ecclesiaz orat ꝓ eis qui sunt extra ecclesiaz. Et quid orat: Dimitte illā: & hoc āno. i. tempore isto sub gratia: parce peccatorib⁹: parce ifidelibus: parce sterilibus: parce infructuosis. Circūfodio ea & adhibeo cophinum stercoris. Si fecerit fructū bene: sinautem minus: venies & amputabis eā. Uenies: quādo: In iudicio venies: qn̄ vēturus est iudicare vivos & mortuos. Interim mō parcitur. Quid est aūt fossa: quid est circūfodere nisi humilitatē: penitētiam & patiētiam docere: Fossa em̄ humilis terra est. Cophinuz stercoris: in bono itellige. Sordes sunt sed fructum dant. Sordes cultoris dolor est peccatoris. Qui agūt penitētiam in sordibus agūt: si tamē intelligant & veraciter agunt. Hunc ergo arbor dr. Agite penitētiam: appropinquabit em̄ regnum celoū.

Wat.iij

B

Quia illa mulier decez & octo ānos habēs in infirmitate: Sex diebus deus perfecit opera sua. Ter sni: decem & octo faciunt. Quod ergo significauit triēnium in arbore: hoc decem & octo anni in illa muliere. Curua erat & sursum aspicere non potuit: qz sursuz coz: sine causa audiebat. Sed erexit eam dns. Est ergo spes: sed filijs. Quouscz veniat dies iudicij multū sibi dat homo. Et quid est homo: Justus homo: magnū aliquid est homo: sed tamē iustus homo gratia dei iustus est homo. Naz qđ est homo: nisi qđ memor es eius. Uis videre qđ est homo: Dis homo mēdax: Cantauimus. Exurge dne non ꝓualeat hō. Quid est nō ꝓualet homo: Nōne apostoli erāt hoies: Nōne martyres homines erāt. Ipse dns iesus deus esse nō desistens: hō esse dignatus est. Quid est ergo. Exurge domine: nō ꝓualeat homo. Si dis hō mendax: exurge veritas: nō ꝓualeat falsitas. Homo ergo si vult esse aliqđ boni: nō sit de suo ꝓprio. Si em̄ de suo esse voluerit: mēdax erit. Si verax esse voluerit: de deo non de suo erit. Exurge ergo dne nō ꝓualeat homo. Tm̄ valuit mēdacium ante diluuiū: vt post diluuiū octo remāsissent homies. Per ipsos terra rursus impleta est hoib⁹ mendacibus: & electus est populus dei. Facta sunt miracula multa: ꝓrogata diuina beneficia. Ad terrā promissiōis perduct⁹ est: ab egyptiorū seruitute liberat⁹: prophete in illo excitati sunt. Templū accepit: sacerdotium accepit: vnctionē accepit: legez accepit. Sed de ipso postea dictum est. Filij alieni mentiti sunt mihi. Ad extremū missus est ille per prophetas ante pmissus. Non ꝓualeat homo: vel q: deus factus est homo: sed etiā ipse faciens diuina ꝓtemptus est: prestās tam multa beneficia prensus est: flagellatus est: suspēsus ē. Uincz ꝓualuit homo dī filiū prendere: dei filiū flagellare: dei filium spinis coronare: dei filiuz ligno suspēdere. Tm̄ ꝓualuit homo. Sed quousqz nisi quousqz de ligno depositus: positus est in sepulchro: Si ibi remāsisset: vere homo ꝓualuisset. Sed ꝓpheta iste etiā ipsum dm̄n iesum alloqtur dicens. Exurge dne: nō ꝓualeat homo. Domine in carne venire dignatus: verbum caro factus: verbū super nos: caro inter nos: verbum caro inter deum & hominē: virginem vnde nascereris fm carnem elegisti: virginem cōcipiendus inuenisti natus virginē reliquisti: sed nō agnoscebar. Apparebas & latebas apparebat ifirmitas: latebat potestas. Hoc totum factū est vt sanguinem funderes: qđ est precium nostrū. Fecisti miracula tanta: valitudinib⁹ egrorū sanitatem tribuisti: beneficia multa prestitisti et recepisti mala ꝓ bonis. Insultatū est tibi:

Ps.viij. Ps. cxv. Ps.ix.

j.pe.iij.

Ps.xvij.

Watth. xxvij. pependisti in ligno? agitatū est ante te caput abipūs? dictū est. Si filius dei es descende de cruce. Ita ne tu perdideras potētiam: an potius demōstrabas patiētiaz. Et tamē illi insultauerūt: et tamē illi irriserūt tamē illi te occiso quasi victores discesserunt. Ecce in sepulchro iaces. Exurge domine: nō preualeat homo. Non preualeat impius inimicus: non ꝓualeat cec? iudeus Cum eñ crucifigereris: preualuisse sibi visus est iudeus cec?. Exurge dñe: nō preualeat homo. Factum est: oino factum est. Et quid restat nisi vt iudicētur gētes in cōspectu tuo: Resurrexit eñ sicut nostis: ascēdit in celū: inde vēturus est iudicare viuos et mortuos. Ecia arbor infructuosa: non deridebas qz pareīt tibi: dilata est securis: noli cē secura: veniet et amputaberis. Crede qz vēturus est. Jsta oia que vides non erant. Christian? populus toto orbe terrarū aliqñ nō erat. In pphetia legebatur: in terra non videbat: modo autē et legitur et videt.

ps. xliij Ipsa ecclesia sic est cōpleta. Non ei dictuz est. Uide filia? et audi: sed audi et vide. Audi predicta: vide cōpleta. Quō ergo frēs charissimi nō erat christus natus de virgine? Promissus est et natus est. Nō fecerat miracula: promissa sunt et fecit. Nōdum erat passus: promissum est et factū est. Nō resurrexerat: predictū est et impletū est. Nomen eius per totū mundū non erat: predictū est et impletum est. Jdola deleta et fracta non erāt: predictū est et impletū est. Heretici impugnātes ecclesiā non erāt: ꝓdictum est et impletū est. Sic et dies iudicij nōdum est: sed qz ꝓdictus est: implebit. An fieri pōt vt qui in tātis verax apparuit: de die iudicij mendax sit? promiss?z suoz? nobis chirographū fecit. Nō debēdo sed ꝑmittēdo debitorē se deus fecit. i. nō mutuo accipiēdo.

Rom. xj Non possum? ergo ei dicere. Redde qđ accepisti. Qm̄ quis prior dedit ei et retribuet ei? Non possumus dicere. Redde qđ accepisti: sed plane dicimus. Redde qđ ꝑmisisti. Jnde nāz est qđ audemus dicere quotidie. Aduemat regnū tuū: vt adueniente regno eius et nos cum illo regnemus. Qđ nobis in his verbis ꝑmissum est. Tūc dicam

Watth. xxv. illis. Uenite benedicti patris mei percipite regnū qđ vobis paratū est ab origine mundi. Sed plane si fecerimus qđ ibi sequitur. Esurivi enī et dedistis mihi manducare etc. Promisit patrib? nostris: sed cautionem fecit quā legerem? et nos. Si faciat nobiscuz rationē qui dignatus est facere cautionez: et dicat legite debita mea: hoc est debita ꝑmissionū mearum et cōputate que reddidi: computate etiam que debeo ecce q̄ multa reddidi: modicū est qđ debeo. Pro modico quod restat: infidelē me ꝓmissorē esse putabitis? Quid rīdemus cōtra manifestissimā veritatez? Ergo qui sterilis est agat penitētiam: et faciat fructū dignuz penitētie. Qui curuus est vt terrā intueatur: terrena felicitate letet: istam solā putat esse vitam beatā vbi beatus esse potest: aliam non credit. Quicūq; tam curuus est erigatur: si perscripsum nō potest: inuocet dñm. Nunquid enim et mulier illa per seipsaz erecta est? Ue illi esset: si manum ille non porexisset.

mat. iij. Lu. viij.

De eo quod scriptum est in euāgelio secūdū eundem. Dñe si pauci sunt qui saluātur. Et qūo per angustā portam pauci intrant. Sermo. xxxij.

A



Ria sata farine de quib? dñs loquebatur: gen? humanum est. Recolite diluuiū vnde ceteri reparārē tur tres remāserūt. Tres filios hēbat noe: de ipsis reparatū est gen? humanum. Mulier illa sancta que absc̄odit fermentū: sapientia est. Ecce clamat orbis totus in ecclesia dei. Ego cognoui qz magn? est dñs. Certe pauci sunt qui saluātur. Recolitis qōnez ex euāgelio nobis nō ꝓpositam: [Dñe: (dictum est) si pauci sunt q̄ saluātur]. Dñs ad hoc quid. Non ait. Non pauci: sed multi sunt qui saluātur. Nō hoc dixit. Sed qđ dixit? Cum audisset: si pauci sunt qui saluātur. [Contēdite (inqt) intrare per angustā portam]. Quādo audis ergo: Pauci sunt qui saluātur cōfirmauit dominus qđ audiuit et inquiēs: per angustaz portā pauci intrant. Alio loco ipe hoc ait. Arta via est et angusta que ducit ad vitā: et pauci sunt qui ingrediuntur per illā. Lata aūt et spaciosa est via que ducit ad interitū et multi sunt qui ambulāt p eaz. Quid gaudemus ad multitudines? Audite me pauci. Scio qz multi auditis et pauci obanditis. Areā video et grana quero. Et vir vidē tur grana q̄n area triturat: ꝫ venturuz est vt vētilet. Pauci ergo qui saluātur in cōparatiōe multorū periturorū. Nam ipsi pauci magnā massam facturi sunt: cū venerit ventilator: ferens ventilabrū in manu sua: et mundabit aream suā: frumenta recōdet in horreo: paleam aut̄ comburet igni inextinguibili. Non subsannet palea granum: hoc verū loquitur: neminē fallit. Estote ergo inter multos multi: sed in comparatiōe quorūdam multorū pauci. Tanta massa processura est de hac area vt impleat horreum celi. Non eñ contrarius sibi esset dominus ihesus qui dixit. Pauci sunt q̄ intrāt per angustam portā: multi per latam viam pereūt. Contrarius sibi esset qui alio loco

mat. vij dixit. Multi ab oriente et occidēte venient. Multi certe et pauci: et pauci et mlti. Alij ergo pauci: alij multi? Non. Sed ipsi pauci qui multi. Pauci in cōparatione multorū perditorū multi in societate angelorū. Au-

Apo. vij dite charissimi. Apocalypsis hoc scriptuz habet. Post hec vidi ex omni lingua et gēte et tribu venientes cuz stolis albis et palmis multitudinē quam nem? dinumerare pōt. Hec est massa sanctorum. Quanto clariore voce dictura est area vētilata? turba impiorum et malorum falsorūq; christianorū segregata ad ignes eternos separatis his

Lu. viij. qui premūt non tangūt. Mulier enim quedam fimbriaz tangebat: turba christū premebat. Segregatis ergo omnib? damnandis: massa purgata stans ad dexterā: nullum sibi miscerī timens malorū: nullum timens perdere bonorū: regnatura cū christo: quāta fiducia dictura est. Ego cognoui

Psalmo cxxxiij. quia magn? est dñs? Si ergo fratres mei gramis loquor: si agnoscūt quod dico prestinati in vitam eternā: operibus loquantur nō vocibus. Cogimur loqui vobis qđ non debuimus: Jnuenire enim in vobis debuimus qđ laudaremus: nō querere quod admonerem?. Ecce tamē breuiter dico: nō limor. Agnoscite hospitalitatē: per quaz peruentū est ad dominū. Suscipe hospitē: cuius et tu es comes in via: qz omnes peregrini sumus. Ipse est christianus: qui et in domo sua: et in patria sua peregrinuz se esse cognoscit. Patria nostra sursum est: ibi hospites nō erimus. Nam vnusquisq; hē et in domo sua hospes est: si nō est hospes inde nō transeat si transiturus est hospes est. Nō se fallat hospes est. Uelit nolit hospes est. Sed dum tenet illā domū filijs suis hospes hospitibus. Quare? Et in stabulo si esses: nō alioveniente discederes? Hoc facis et in domo tua. Cessit tibi locum pater tuus: cessurus es locū filijs tuis. Nec mansurus manes: nec māsuris relinqs. Si omnes trāsimus: aliquid qđ transire non pōt operemur: vt cū transierimus et illo veneri mus: vnde trāseamus opera nostra bona ibi inueniamus. Custos est christus. Quid

mat. vij timeš ne perdas qđ erogas? Conuersi ad dñm. Et post sermonem qđ nouit charitas vestra suggerimus. Dies āniuersari? ordinationis domni senis aurelij crastinus illucescit: rogat et admonet per humilitatem meam charitatem vestrā: vt ad basilicam sancti deuotissime venire dignemini.

De eo quod scriptum est in euāgelio secūdum eisdem. Homo quidam fecit cenam magnaz etc. De cena etc. domini ac sumptione sacramenti qđ plura succincte declarat. Ser. xxxiij.

A



Ectiones sancte proposite sunt: et quas audiamus et de quib? aliquid sermonis adiuuante dño ꝓferamus. In lectiōe apostolica gratie agūtur deo de fide gētium: vtiq; ideo quia ipse fecit. In psalmo dixi-

Psalmo lxxix. mus. Deus virtutū cōuerte nos: et ostende faciem tuā et salui erimus. In euāgelio: ad cenam vocati sumus: imo alij vocati: nos non vocati sed ducti. Non soluz ducti: sed

Lu. xiiij etiaz coacti. Sic eñ audiuimus. [Quia homo quidā fecit cenā magnā. [Quis est iste homo: nisi media tas dei et hominū: hō christus iesus? [Misit vt venirent inuitati: qz hora iaz erat vt venirēt]. Qui sunt inuitati: nisi per ꝑmissos vocati ꝓphetas? Quia olim ex quo mittunt? ꝓphete et inuitant ad cenam xpi. Mittunt? ergo ad populū israel Sepe missi sunt: sepe vocauerūt vt ad horā cene venirēt. Illi aūt inuitantes acceperūt cenaz repudiauerūt. Quid est inuitātes ac ceperūt: cenam repudiauerūt? Prophetas legerūt: et christū occiderunt. Sed qñ occiderunt: tūc nobis cenam nescientes preparauerūt. Parata iaz cena immolato xpo: post resurrectionē christi cōmendata quaz sciūt fideles cena domini cuius manibus et ore firmata: missi sunt apostoli ad quos missi ante fuerāt prophete. Uenite ad cenā. Excusauerūt qui venire noluerūt. Quomodo? Tres fuerūt excusatiōes. [Unus dixit. Villam emi eo videre illaz: habe me excusatū. Alius dixit: iuga boum emi quinq; ea volo probare: habe me excusatū. Tertius dixit. Uxorem duxi: habe me excusatum: non possum venire.] Putamus nō iste sunt excusatiōes que impediūt omnes hoies: qui ad istam cenā venire detractant? Queramus eas: discutiamus: inueniamus: sed vt caueamus. In villa empta dominatio notatur: ergo superbia castigat. Habere enim villam: tenere: possidere: homines sibi in illa subdere et dominari delectat. Uitiū malum: vitiuz primū. Primus enim homo dominari voluit: qui dominū habere noluit. Quid est dñari: nisi ꝓpria ptāte gaudere? Est maior ptās: illi subdamur vt tuti cēvaleam?. Villam emi: habe me excusatū. Inuēta superbia venire noluit. Ali? dixit. Quinq; iuga bouz emi. Nōne sufficeret boues emi.

Aliquid proculdubio est quod nos ad que rendum ⁊ intelligendum obscuritate sui ꝓuocat. Et quia clausum est: vt pulsem⁹ hor tatur. Quinq; iuga bouz: sensus huius car nis quinq; numerant. Sēsus carnis hui⁹ quod omnibus notum est: et qui forte non aduertunt: commoniti sine dubio recogno scunt. Sēsus ergo carnis huius quinq; in ueniuntur. In oculis visus est: auditus in auribus: odoratus in narib⁹: gustatus in faucibus: tactus in omnib⁹ membris. Al ba et nigra et quoquo modo colorata: luci da et obscura sentimus videndo. Rauca ⁊ canora: audiendo sentimus. Suaue olen tia et graue olētia odorādo sentimus. Dul cia et amara: gustando sentimus. Dura et mollia: leuia ⁊ aspera: calida ⁊ frigida: gra uia et leuia: tangendo sentimus. Quinq; sunt et iuga sunt. Sed quia iuga sunt in tri bus prioribus sensibus facilius apparet Duo sunt oculi: due sunt aures: gemine na res. Ecce tria iuga. Faucibus: id est sensu gustandi geminatio quedam inuenitur: q⁹ nihil gustando sapit nisi lingua et palato tāgatur. Voluptas carnis que ad tactum pertinet in oculis geminatur. Est enim et fornicatio et intrinsecus: ergo et ipsa gemi na est. Quare boum dicuntur iuga? Quia per sensus istos carnis terrena requirunt. Bones enim terram versant. Sunt autem homines remoti a fide: terrenis dediti: car nalibus occupati: nolunt credere aliquid nisi ad quod sui corporis sensu quinq; ptio to perueniunt. In eis quinq; sensibus to tius voluntatis sibi regulas ponunt. Non inquit credo ego: nisi quod video. Ecce q̄ noui: ecce quod scio. Album est: nigrum est rotundum est: quadratum est: sic vel sic co lorat⁹ est: noui: sentio: teneo: natura ipa me docet. Non cogor credere: quod mihi non potes ostēdere. Vox est: sentio: quia vox est Bene cantat: male cantat: suauis est: rau ca est: noui: scio: peruenit ad me. Bene olet: male olet: scio: sētio. Hoc dulce est: hoc ama rum: hoc salsum: hoc insulsum. Quid mihi plus dicas nescio. Tangēdo noui q̄ durū est: q̄d molle sit: q̄d leue sit: q̄d asperū sit: q̄d caleat: q̄d frigeat. Quid mihi plus monstra turus es? Tali impedimento tenebatur apostolus noster thomas: qui domino chri sto: id est de christi resurrectione nec solis
Joh.xx. oculis credere voluit. Nisi misero inquit digitos meos in clauorum et vulnerum lo ca: et nisi manum meam in latus eius mi sero non credam. Et dominus qui posset si ne vllo signo vulner⁹ resurgere seruauit ci catrices: que a dubitante tangerent et cor dis vulnera sanarentur. Et tamen vocatū rus ad cenam contra excusationez quinq; iugorum boum. Beati inquit qui non vidēt et credunt. Nos fratres mei ad cenam vo cati: ab istis quinq; iugis non sumus impe diti. Non enim carnis faciem domini vi dere in hoc tempore concupiuimus: aut vo cem ex ore carnis illius procedentem au ribus admittere desideranimus: nullu; in illo temporalem odorem quesiuimus. Per- Joh.xij.
fudit enim eum quedam mulier preciosiss mo vnguento: dom⁹ illa odore impleta est: sed nos ibi non fuimus: et non olfecimus ⁊ credimus. Cenam manibus consecratam discipulis dedit: sed nos in illo cōuiuio nō discubuimus: et tamen ipsam cenam fide quotidie manducamus. Nec magnum pu tetis illa cena quā suis manib⁹ dedit sine fine interfuisse: melior extitit fides postea q̄ tunc perfidia. Nō ibi fuit paulus q̄ cre didit: ibi fuit iudas q̄ tradidit. Quā mul ti et modo in ipsa cena q̄uis illam tūc n̄ sam non viderint: nec panem quem dom⁹ gestauit in manibus oculis suis non aspexerint vel faucibus gustauerint: tamē quia ipsa nūc ꝓparatur. Quā multi etiaz ps.cxl. nunc in ipsa cena iudicium sibi manducāt et bibunt. Unde autem tanq̄ occasio nata est domino: vt de ista cena loqueretur dixe rat vnus de discumbentibus. In conuiuio luc.xiiij. enim erat quo fuerat inuitatus. Beati qui manducant in regno dei panez: quasi in lō ginqua iste suspirabat: et ipse panis ante illum discumbebat. Quid est panis de re Joh.vi. gno dei: nisi qui dicit. Ego sum panis viu⁹ qui de celo descēdi? Nolite parare fauces sed cor. Inde commendata est ista cena. Ec q̄ credimus in christū: cum fide accipim⁹ q̄ accipiendo nouimus quid cogitemus. Modicum accipimus et in corde sagina mur. Non ergo quod videtur: sed quod cre ditur pascit. Non ergo erramus sensum illuz extremum quesiuimus nos dixim⁹. Cre diderunt qui dominum ipsum resurgentē (si veruz est quod dicitur) viderunt oculis manibus palpauerunt nos non tangim⁹ quare credimus? Si talia crederemus: dn q̄ illis iugis boum ad cenam impedire mur? Ut noueritis fratres istorum quinq; sensuum non delectationez que permulcet et ingerit voluptatem: sed curiositatez quā dam notatam fuisse non ait. Quinq; iuga boum emi: eo pascere illa: sed eo ꝓbare illa. Qui vult ꝓbare per iuga boum non vult dubitare quomō sctūs thomas p iu ga noluit dubitare. Videam/tangam/digi tos mittā. Ecce inquit. Digitos tuos mit- Joh.xx.
te per latus meum et noli esse incredulus. Occisus sum propter te: per locum quēvis

tangere sanguinem fudi vt redimerez te: ⁊ adhuc dubitas de me. Ecce ⁊ hoc ꝓsto: ecce ⁊ hoc exhibeo. Tange et crede: inueni lo cum vulneris: sana vuln⁹ dubitatiōis. Ter tius dixit. Uxorem duxi. Ista voluptas car nis q̄ multos impedit: vtinam foris ⁊ non intus. Sunt homines qui dicūt. Nō est ho mini bene: nisi cui assunt carnis delitie. Ipi
I.Co.xv. sunt quos notat apls dicēs. Māducemus ⁊ bibam⁹ cras eñ moriemur. Quis huic in de surrexit? Quis nobis q̄ ibi agere dixit Hoc nobiscuz tollimus q̄ in hoc tpe bñ est nobis. Qui hoc dixit: vtorē duxit: carnem amplexat: carnis voluptatib⁹ iocūdatur cena excusatur: obseruet ne fame interiore
I.Joh.ij. moriatur. Attendite secundum iohannem apl'm ⁊ euangelistā. Nolite diligere mūdū neq; ea q̄ in mūdo sūt. O q̄ ad cenā dñi veni tis nolite diligere mūdū nec ea q̄ in mūdo sunt. Nō dixit. Nolite habere: ꝙ nolite dili gere. Habuisti: possedisti: dilexisti. Amor re rum terrenarum: visū est spiritaliū pen sa-
ps.liij. rum. Ecce cōcupisti: hesisti. Quis dabit tibi pennas si cut colūbe? Q̄n volabis: non vbi vere requescas: q̄n hic male hesisti: pernerse
I.Joh.ij. requescere voluisti? Nolite diligere mundū tuba diuina est: Cōtinuo huius turbe ver-
I.Joh.ij. bis: terrarum vniuerso dicit mūdo. Nolite diligere mūdū nec ea q̄ in mūdo sunt. Quis q̄s dilexerit mūdū nō eū charitas p̄is in il lo. Q̄n oia q̄ in mūdo sunt cōcupiscētia car nis sunt: et cōcupiscētia oculoz: et ambitio seculi. Ab vno cepit quo euāgeliū termina uit. Inde ille cepit vbi euāgeliū terminū po sūt. Cōcupiscētia carnis vtorē duxi. Cōcu piscētia oculorū: q̄nq; iuga bouz emi. Am bitio seculi: villā emi. Ideo autem aperte seculi per solos oculos cōmemorati sunt isti sensus: q⁹ oculoz est in q̄nq; sensib⁹ ꝓcipa tus. Propterea cū ꝓprie ad oc'os ptineat visus ipm videre ꝓ oēs q̄nq; sensus solem⁹ appellare. Quō? Primo q̄ ad ipsos oc'os ptinet dicis: vide ꝓ oēs sensus currit. Intende et vide ꝓ candidū est: hoc ad oculos ptinet. Audi ⁊ vide ꝓ candidū est. Nūquid ꝑ suersum pōt dicere. Audi ⁊ vide ꝓ cādidū est? Hoc q̄ dicitur: vide: ꝓ oēs sensus currit. Intende et vide ꝓ canorum est. Odora ⁊ vide ꝓ sua ue est. Gusta et vide ꝓ dulce est. Tange ⁊ vide ꝓ molle est. Utiq; q̄n sunt sensus: sic port⁹ dicerem⁹. Audi et senti ꝓ canor. est. Odora ⁊ senti ꝓ suaue est. Gusta ⁊ senti ꝓ dulce est. Tāge ⁊ senti ꝓ calidū ē. Palpa ⁊ senti ꝓ leue est. Palpa et senti ꝓ molle est. Nihil horū. Naz ipse dominus post resur rectionem cum apparuit discipulis suis cunq; cernentes adhuc titubarent in fide
lu.xxiiij. putantes se spiritum videre. Quid inquit dubitatis: et quare cogitationes ascendūt in cor vestrum. Uidete manus meas et pe des meos. Et parum est videre: tangite et palpate inquit. Intendite et videte: palpa te et videte: in solis oculis videte: in omni bus sensibus videte. Quia interiorem sen sum fidei querebat: exterioribus corporis sensibus adiacebat. Nos nihil ab istis ex terioribus sensibus in domino carpsimus: auditu audiuimus: corde credimus: et ipz auditum non ab illius ore: sed ab ore ꝓdi catorum eius ab ore illorum q̄ ita cenabant ⁊ nos ructando inuitabant. Tollam⁹ ergo de medio excusationes vanas: ⁊ malas: et veniamus ad cenam qua intrinsecus sagi nemur. Nō nos ipediat extolentia superbie nō nos extollat: vel nō nos terreat curiosi tas illicita ⁊ auertat a deo. Nō nos impe diat voluptas carnis a voluptate cordis. Ueniam⁹ et saginemur. Et qui venerūt ni si mendici: debiles claudi et ceci. Illi autē non venerunt diuites sani: quasi bene am bulantes et acute cernentes: multum de se ꝓsumentes: et ideo desperatores quanto superbiores. Ueniant mendici: quia ille in uitat qui ꝓpter nos pauper factus est cū ij.co.viij
diues esset: vt illius pauperrate mēdici di Mat.ix.
taremur. Ueniāt debiles: quia non est op⁹ sanis medico: sed male habentib⁹. Ueniāt ps.xvj.
claudi qui ei dicant. Cōpone gressus meos ps.xlj.
in semitis tuis. Ueniāt qui dicant. Illumi na oculos meo ne vnq; obdormiam in mor te. Tales venerunt ad horam. Illis ꝓtius inuitatis: sua excusatione reprobatis vene runt ad horam: intrauerunt de plateis ⁊ vi cis ciuitatis. Et respondit seruus qui mis lu.xxiiij.
sus erat. [Domine factum est quod iussisti et adhuc locus est. Exi (inquit) in vias et sepes: et quos inueneris coge intrare.] Quos inueneris vt dignentur noli expe ctare coge intrare. Magnā cenam: magnā domū parauit: nō ibi patior locū vacare. Ue nerūt de plateis ⁊ de vicis gētes: veniant de sepib⁹ heretici: hic inueniūt pacē. Nā q De cor
ꝓstruūt sepes: diuisiones q̄rūt. Trahātur a re. dona
sepibus: euellātur a spinis. In sepibus he tif.c.xvj
serunt: cogi nolunt. Voluntate inquit no stra intremus. Non hoc dominus impera uit? Coge inquit intrare. Foris inueniatur necessitas: nascitur intus voluntas.

¶ De eo quod scriptum est in euan gelio secūdum eundem. ¶ Homo quī dam habuit duos filios: de obedien tia etiam ac inobedientia plura ex ponit ac declarat ꝛc.

Sermo trigesimusquartus.

Universidad de Deusto Biblioteca

A



Lu.xv.

ij.sen. distin. xvj. cap. quo circa. terra? Quādiu hō circuis creaturā? Ad te redi: te vide: te ispice: te discute. In creatura q̄ris aliq̄ tria: ⁊ sepatim demōstranda ⁊ insepabil⁹ operāda. Si in creatura q̄ris: in te pius quere. Non enī tu non es creatura? Silitudinez queris q̄siturus es: in pecore? De deo enī loquebaris: cū quereres quādā silitudinem. De trinitate ineffabilis maiestatis loquebaris: ⁊ qz defecisti in diuinis: tuāq̄ infirmitatē debita humilitate ꝓfessus es: ad humana veniſti: ibi discute. Quer̄ in
G pecore? q̄ris in sole: in stellis? Quid enī horū factus est ad imaginē ⁊ silitudinem dei. Prorsus familiari⁹ ⁊ melius aliqd hoz que Gene.j.
ris in te. Hoiez enī deus fecit ad imaginē ⁊ silitudinē suaz. In te quere: ne forte imago silitudinis habeat aliqd vestigiū trinitat̄. Et q̄? Imago facta lōge distās: silitudo tn̄ ⁊ imago lōge distās: non qūo imago filius hoc qō pater. Alr̄ enī imago in filio: alr̄ in speculo. Multū distat. In filio imago tua: tu ipse es. Hoc est enī filius qō tu natura. Substātia hoc quod tu: psona alius ꝯ tu. Nō ergo homo imago tanꝫ vnigenit⁹ filius: sed ad imaginē quādā ⁊ quādaz simi litudinē factus. Querat in se aliqd si possit inuenire: ⁊ tria quedā que sepabil⁹ ꝑcipiciet̄ur: insepabil⁹ operent. Querā: querite me. Nō ego in vobis: sed vos i vobis: ⁊ ego in me. Queram⁹ cōiter: ⁊ cōem naturā atq̄ subſtātiā cōiter ptractemus. Uide hō: adhuc si vez est qō dico. Habes ne corpus: habes carnē? Habeo inqs. Naz vñ est vnde in loco suz: vñ de loco in locū moueoz vñ ꝑba loquētis audio: nisi p aurē carnis? Uñ os loquētis video: nisi p oculos carnis. Habes cōstat: nec diu satagendū est de re manifesta. Uide aliqd aliud qō opar p carnē. Audis enī aure: ſz nō ab aure audis. Alius est itus q̄ audit p aurē. Uide p oculū: ipsuz intuere. An domū agnouisti: habitatorē negleristi. Nūquid nā videt oculus p seipm? Nōne ali⁹ est q̄ videt per oculū? Non dico nō videt oculus mortui de quo ꝓstat corpe habitatorē absceſſisse sed oculus de re alia cogitāt̄ nō videt faciē pētis. Respice ergo interiorē tuum. Ibi enī imagis aliq̄ silitudo querēda est quozūdā triū sepati demōstratoz: isepabil⁹ operātiū. Quid hz mēs tua? Forte si querā: multa inueniо. Sz aliqd ꝓrimū est: qō facilius intelligiт. Quid hz aia tua? Intus cōmemoro: recole. Non enī qō dicturus sum id posco vt credaꝫ mihi: noli acceptare: si in re nō inueneris. Intuere ꝛ: sed ꝓmo qō non filij tn̄ imago est: aut pr̄is tn̄ imago est: sed pr̄is ⁊ filij: ⁊ vtriq̄ iā cōsequēter ⁊ spūssancti. Genesis loquit̄. Faciemus inqt hoiez ad imaginē ⁊ silitudinē nostrā. Nō ergo facit p̄r sine filio: nec filius sine ꝑe. Faciamus hoiez ad imaginē ⁊ silitudinē nr̄am. Faciamus: nō faciā: aut fac: aut faciat ille sed faciam⁹ ad imaginē nō tuaz: aut meā: sed ad nostrā. Ergo iterrogo: dissimilē rē dico. Nemo dicat. Ecce qō cōpauit deo. Jā locutus sū: ⁊ ꝓlocut⁹: ⁊ cautos reddidi ⁊ cautus fui. Lōge distāt a sūmis ima ab incōmutabilib⁹ mutabilia: a creātibus creata a diuinis hūana. Ecce prio hoc cōmēdo. qz qō dicturus suz lōge distat nemo mihi calūniet. Ne forte ꝛ ⁊ ego aures q̄rā ⁊ ille dētes paret: hoc me, pmisi exhibituz. aliq̄ tria demōstrata sepati: opata isepabiliter. Quā sunt ista tria vel dissitia trinitati opotēti nō nūc ago: ſz in ipa creatura ima ⁊ mutabili inuenimus aliq̄ tria: q̄ possint se parabil⁹ demōstrari: ⁊ insepabil⁹ opari. O carnalis cogitatio: ⁊ ꝓscis ptinar atq̄ infidelis. Quid de illa maiestati ceſſabili in ea re dubitās: quā in te inuenire potuisti? Ecce dico ecce iterrogo. hō habes memoriā. Si nō habes: qō dixi qūo tenuisti. Sz forte iā qō pauloāⁿ dixi oblitus es. hoc ipm qō dixi. Duas istas syllabas nō teneres: nisi p memoriā. Unde enī scires duas eē: si sonāte scēa oblitus es pmā? Quid ergo dicturus? Quare sic vergeoz? Quare sic cogor cōuincere. Manifestū est: hēs memoriā. Quero aliud. Habes intellectū. Hēo inqs. Si enī nō haberes memoriā: non teneres qō dixi. Si nō haberes intellectū: non agnosceres qō tenuisti. Hēs ⁊ hoc. Intellectū tuū ad id qō intus teneo ꝛ vides ⁊ videdo foumaris vt sciēs dicaris. Tertiū q̄ro. Hēs memoriā qua teneas qō dr̄? Habes intellectū: quo itelligas qō teneā? De his duob⁹ req̄ro abs te. volēs tenuisti ⁊ itellexisti. Uolēs plane inqt. Habes ergo voluntatē. Hec sunt tria que me dicturū esse ꝓmiseraſ auribus ⁊ mētibus vr̄is: tria hec q̄ sunt in te: q̄ potes numerare ⁊ nō potes separe. Hec ergo tria: memoriā: intellectū: volūtatez hec inquā tria aiaduerte sepatim, pnūciari: ise parabil⁹ opari. Aderit dn̄s: ⁊ video quod adsit. Ex intellectu vro intelligo eū adesse. Ex his enī vocibus vestris queādmodū intellexeritis aduerto: presumo eū adiuturū vt oia itelligat̄. Tria, pmisi sepabil⁹ demōstrari: isepabil⁹ opari. Ecce nesciebā qd eēt in aio tuo: demōstrasti mihi dicēdo memoriā: hoc est ꝑbū son⁹ iste vox ista, pceſſit ad aures meas ab aio tuo. Hoc enī qō est memoria tacite cogitabas ⁊ nō dicebas. Erat in te: ⁊ nōdū venerat ad me. Ut aūt qō erat in te, pferrē ad me: dixisti: ipm nomē. i. memoria: audini. Quattuor has syllabas in nomīe memorie audiui. Quattuor syllabe: nomē est: vox est: sonuit: ad aurē meā ꝓcesſit: menti aliqd isinuauit. Qō sonuit trāsiit vñ insinuatū ⁊ qō insinuatū est manet. Sz hoc q̄ro: q̄n dixi hoc nomē memorie: vides certe: qz hoc nomē nō ptinet̄: nisi ad memoriā. Cetera enī duo hñt nomina sua. Nāq̄ aliud vocāt intellectus: aliud volūtas: nō memoria. Illud aūt vnuz vocāt memoria. Sed vt hoc diceres: vt q̄tuoz istas syllabas opareris: vnde opatus es: hoc nomē qō pertinet ad solā memoriā operata ē in te ⁊ memoria: vt teneres qō dicebas: ⁊ itellectus vt scires qō tenebas: ⁊ voluntas vt ꝑferres qō sciebas. Gras dn̄o deo nostro. H
Adiuuit nos: ⁊ in vobis ⁊ i nobis. Uere dico charitati vr̄e: hoc discutiendū ⁊ intimādū trepidissime aggressus erā. Metuebaz enī ne forte letificarē capacīū ingenīs: ⁊ facerē graue tardioribus rediuz. Hūc aūt: video vos ⁊ attentiōe audiendi: ⁊ celeritate intelligēdi: non solū peepisse dictū, sed ꝓuolasse dicturū. Gras dn̄o. Uidete ergo iā securⁿ cōmēdoq̄ intellexistis: nō inculco locgnitū: sed repetēs cōmēdo peeptū. Ecce de tribus illis vna res notata est: vni⁹ rei nomen dictū est. Memoria nomē est vnius ex illis tribus: tria ipsa opata sunt. Non pōt dici sola memoria: nisi operāte volūtate: intellectu: memoria. Nō pōt dici solus intellect⁹: nisi operāte memoria: volūtate ⁊ itellectu. Nec ꝓt dici sola volūtas: nisi opante

memoria et intellectu et voluntate. Explicata sunt vt arbitror que promissa sunt: quod separatim pnunciami: inseparabiliter cogitaui. Unum horum omnia tria fecerunt sed tamen hoc vnum quod tria fecerũt: nõ ad tria pertinet: sed id vnum tria fecerunt Nomen memoria est: sed hoc non pertinet nisi ad solem memoriam. Tria fecerunt nomen intellectus: sed non pertinet nisi ad solum intellectum. Tria fecerunt nomen voluntatis: sed non pertinet nisi ad solam voluntatem. Ita trinitas fecit carnem christi: sed non pertinet nisi ad solum christum Trinitas fecit de celo columbã: sed non pertinet ad solum spiritum sanctum. Trinitas fecit de celo vocem: sed non pertinet vox nisi ad solum patrem. Nemo ergo dicat mihi: nemo calumniosius me infirmum vrgere conetur. Quid ergo in his tribꝰ que in mente nostra vel in anima esse ostendidi quid ex his tribus pertinet ad patrem: id est q̃si ad similitudinem patris: quid horum ad filiꝝ: quid horum ad spiritumsanctum? Nõ possum dicere: nõ possum explicare. Aliquid cogitãtibꝰ relinq̃m⁹: aliqđ filẽtio largiamur. Redi ad te: ab oi strepitu tolle te. Intra te vide: si habes illic aliqđ secretarium dulce conscientie tue: vbi non perstrepas: vbi non litiges: aut lites pares: vbi nõ dissensiones et peruicaciam mediteris. Esto mansuetus ad audiendum verbum vt intelligas. Forte dicturus es. Auditu meo dabis exultationem et leticiam: et exultabunt ossa sed humiliata non elata. Sufficit ergo quia ostendimus tria quedam separabiliter demonstrari: inseparabiliter operari. Si hoc in te inuenisti: si hoc in hoie: si hoc in quadam persona in terra ambulate corpus fragile qꝫ aggrauat animã apportante credo patrẽ et filium et spiritumsanctum p singula queq; visibilia: per species quasdam assumpte creature posse et separabiliter demonstrari et inseparabiliter operari. Sufficit hoc. Nõ dico. Pater memoria est: filius intellectus est: spiritus voluntas est: non dico qꝛomõlibet intelligatur non audeo. Seruemꝰ maiora capientibꝰ: infirmis infirmi quod possumꝰ. Nõ dico ista illi trinitati velut equãda quasi ad analogiam. i. ad rationez quandam comparationis dirigenda. Nõ hoc dico. Sed quid dico? Ecce in te inueni tria separabiliter demõstrata: inseparabiliter: operata: et eorũ triũ vnũ quodq; nomen a tribus factum: quod tamẽ non ad tria sed ad trium horum vnum aliquid pertinet. Crede ism ibi quod non potes videre: si hic audisti et vidisti et tenuisti. In te enim quod es potes nosse: in eo te fecit quod est: quicquid est: quãdo potes nosse? Et si poteris nonduꝫ potes. Et tamẽ cum poteris: nunquid sic poteris tu nosse deum: quomodo se nouit deus? Sufficiat ergo charitati vestre quod potuimus dixim⁹ Exigentibus promissa reddidimus: cetera que addenda sunt vt perficiatur sensus vester a domino querite.

¶ De eo quod scriptum est in euangelio scõm Johannem. Amen amẽ dico vobis quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filij dei et qui audierint viuent. Joh̃. v.

Sermo. lxiiij.

A



Pes nostra fratres nõ de isto tempore: neq; de hoc mundo est: neq; in ea felicitate qua excecantur et homines qui obliuiscunt deum. Hoc nosse primitus et christiano corde tenere debemus: nõ ad presentis temporis bona nos factos esse christianos: sꝫ ad nescio qđ aliud quod deus iam promittit et hõ nondum capit. De hoc eñ bono dictuꝫ est. Qđ oculus nõ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus diligentibus se. Ergo quia hoc bonum tam magnum: tam preclarum: tam ineffabile: non inueni hominem perceptorem tenebit deum promissorem. Nunc enim quod ei promissurus est: homo cecus corde non percipit: nec ei potest ostẽdi in presenti: quid ipe cui promittitur sit futurus: quia et infans natꝰ si posset vba loqntis intelligere cũ ipse loqui nõ posset: nec ãbulare: nec aliqđ agere: sed sicut eum videmus infirmum iacentem: indignum opis aliene tãtummodo intelligere posset eum qui sibi loqueret et diceret ei. Ecce sicut me[illegible]ides ambulãtem operantem: loquentem: post paucos annos talis eris: attendens se et illum: cuius qđ promitteretur videret tamen suaz consideras infirmitatem: non crederet: et videret tamẽ quod promittebatur. Nobis autem tanq̃ infantibus in hac carne atq; infirmitate iacentibus: et magnum est quod promittitur et non videtur: et erigere fides qua credimus quod non videmus: vt mereamur videre qđ credimus. Quicunq; irridet hãc fidem: vt ideo non sibi esse credenduꝫ quia non videt: quando venerit quod non credebat erubescit: confusus separatur: separatus damnatur. Qui autez crediderit segregatur ad dexteram: et stabit cum magistratu ad dexteram: et fiducia et leticia inter illos quibꝰ dicetur. Uenite benedicti patris mei: percipite regnum qđ vobis paratũ est ab origine mundi. Concluſit aũt dñs eum hec vba diceret sic. Jbũt insti in ꝓbustionẽ eternã: iusti aũt in vitã eternã. Hec est vita eterna q̃ nobis pmittit. Qui amãt hoies viuere in hac terra: pmissa est illis vita: et qz multum timẽt mori. pmissa ẽ illis eterna. Quid amas vt viuere? Hoc habebis. Quid times mori? Nõ patieris. Hoc sufficere visum est hũane infirmitati: vt diceret habebis vitã eternam Capit hoc mens hũana: vtcũq; ex hoc qđ agit qđ futurũ est capit. Sꝫ quãtũ capit ex hoc puo qđ agit: quia viuit et mori nõ vult: amat vitã eternã: vult semp viuere nunq; mori. Sꝫ et illi q̃ torqbunt i penis: velle hñt mori et nõ possunt. Nõ g magnũ est diu viuere aut spvinere sed magnũ est brẽ viuere Amem⁹ vitã eternã et ex eo nouerim⁹ quãtũ p vita eterna laborare debem⁹: cũ videmus hoies amatores pñtis vite tpalis atq; finiẽde sic pro illa laborare vt qñ venerit merus mortis: q̃quid possunt faciant: non vt auferant sed vt differant mortẽ. Quãtũ laborat homo qñ mors imminet: fugiendo latẽdo: quicqđ habet dãdo et se redimendo laborando cruciatus molestiasq; sustinendo: medicos adhibendo: et quicqđ aliud hõ põt. Uidete ꝙ ꝙsumptis laboribus et facultatibus suis: vt aliquãtũ viuat põt facere/ nõ vt semp viuat non põt. Si ergo labore tanto: tanto conatu: tantis impendijs: tanta instantia: tãta vigilantia: tãta cura agitur vt aliquãtũ plus viuat: quõ agẽdũ est vt semp viuat? Et si prudentes dñr q̃ oibꝰ modis agũt vt differat mortẽ et viuat paucos dies ne pdãt paucos dies: ꝙ stulti sũt q̃ sic viuũt vt pdãt die eternũ. Hoc solũ ergo nobis pmitti põt: vt dulcescat nobis vt cũq; mun⁹ dei ex hoc qđ habem⁹ mõ: qz demũcre ipi⁹ habem⁹ vt viuamus: vt salui simus. Ponam⁹ er[illegible] nobis añ oc̃os talẽ vitã cũ pmitit eternã: vt removeam⁹ ab illa q̃cqđ hic molestũ patimur. Facilius eñ invenimus qđ ibi nõ sit: ꝙ qđ ibi sit. Ecce hic viuim⁹: viuem⁹ et ibi. Salui sumus qñ non egrotam⁹ neq; aliquid dolet in corpore: salui erimus et ibi. Et qñ nobis est bñ in hac vita nullas penas patimur: nullas patiemur et ibi. Pone ergo hic hoiem viuentez salũ: nullas penas patientem: si ei donaret quis ꝙ vt semp sic esset: et hoc bonum nõ desineret: quantum gauderet: quãtum extolleret quõ se nõ caperet leticia sine pena: sine cruciatu sine fine vite? Si hoc solum nobis ꝓmitteret de⁹ qđ dixit mo: qđ⁹ potui ꝙbis de scripsi et cõmendaui: quãti erat emẽdum si venale esset: quãtũ dãdum erat vt emeret? Sufficeret q̃cquid haberes: eriã si totũ mũdum possideres? Et tamen venale est. Emite si vis. Nec multũ tres[illegible]ues de re magna ꝓpter ꝓpitij magnitudinẽ. Tãtũ valet quã tũ habes. Ad aliqđ ergo magnũ et ꝓciosum cõparares aurũ vel argentũ vel pecuniam vel fructꝰ aliqs pecoꝝ aut frugũ qui in tua possessione nasceren[illegible] vt emeres nescio qđ hic magnũ et ꝓclarũ q̃ viueres in hac terra felix. Et hoc eme si vis. Noli querere quid habeas: sꝫ qualis sis. Res illa te valet quã tũ es tu. Te da et habebis illam. Quid erestuas: qđ turbaris. Nũquid qñturus es te aut empturus es te? Ecce tu qui es qualis es da te illi rei: et habebis illa. Sꝫ malꝰ sum inquies: et forte me nõ accipit. Dãdo te illi bonꝰ eris. Ut hunc fidei promissioiz te deshoc est bonũ esse. Cũ aũt bonꝰ fueris ꝓcinq; ipsi⁹ rei eris: et habebis nõ qđ dixi solũ salute: incolumitatẽ vitã: et sine fine vitã: ꝓ hoc solũ habebis. Adhuc alia tollo. Nõ ibi erit lassari et dormire: nõ ibi erit esurire et sitire nõ ibi erit crescere et senescere: qz nec nasci crit: vbi nũeri integri manẽt. Numerꝰ q̃ est ipse ẽ: nec opꝰ est vt augeat: qz nõ ibi fit vt minuat. Ecce quanta tuli: et nõdũ dixi qđ ibi erit. Ecce iam vita est: tã incolumitas ẽ iaz nulla pena: nulla fames: nulla sitis nullus defectus: nihil horꝝ: et tñ nondum dixi quod oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Si enim dixi. Fa!sum est quod scriptum est. Quod oculꝰ non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Unde enim ascenderet in cor meum vt dicerem: quod in cor hominis non ascendit? Creditur et non videtur: non solum non videtur: sed nec dicitur. Quomõ ergo credit si nõ dicit? Quis credit qđ non audit? Si aũt audit aut credit: dicit. Si dicitur cogitat. Si cogitat et ꝺ: et in auribus hoim intrat. Et qz nõ dicerẽt: nisi cogitarẽtur: et in cor hois ascendit. Jã ecce ista que sto tante rei conturbat nos: vt nõ possim⁹ verbis explicare questionez. Quis explicat rẽ? Attendamus itaq; euangeliũ: nõ dñs loquebatur: et faciamus qđ ipe dixit. [Qui credit in me (inquit) tranlitũ facit a morte in vitã. Amen dico vobis: qz venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filij dei: et quiz audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso]. Generando dedit: quia genuit dedit. Filius enim de patre est pater non est de filio: sed pater filij pater est: et filius patris est filius. Uerũtamen filius de patre genitus: non pater de filio: et semper filius. Semper ergo genitus. Quis hoc capiat: semper genitũ? Ois

Matth. xxv.

Joh̃. v.

ps. l.

1. Cor. ij.

Joh. v.

Universidad de Deusto Biblioteca

eñ homo cum audit genitum: occurrit illi. Ergo erat tẽpus: qñ non erat ille qui genitus est. Quid ergo dicimus? Nõ sic erat tẽpus ante filium: qz oia p ipsum facta sunt. Joh.j. Si oia per ipsuz facta sunt: z tempora per ipsum facta sunt. Quõ possent esse tẽpora ante filium: per quez facta sunt tpa? Tolle ergo omnia tpa: semp cum pre filius si semper eũ patre filius z tñ filius semp genitus Si semp genitus: semp cum genitore erat qui genitus est: Nunqz hoc audiendo inquies tu aliquem generantẽ et semp cum illo quem genuit: sed hoc ipse ille qui genuit? Bene dicis: munqz hoc audisti: qz hoc ad aliud ptinet

j. Cor.ij. qõ oculus non vidit. Queris quõ dicat: nõ potest dici: qz nec auris audiuit: nec in cor hominis ascẽdit. Credat z colat. Cũ creditur colitur: cum colit credit: cum credit capitur. Adhuc enim in ista carne ẽ diu peregrinamur a dño: ad angelos sanctos q hoc vident infantes sumus: lactãdi fide: pascẽdi specie. Sic eñ dicit apls. Quãdiu sum? ij. cor.v. in corpore: peregrinamur a dño. Per fidem eñ ambulamus nõ per speciẽ. Venturi sumus ad speciẽ: que nobis sic, pmittitur per

j. Joh.iij iohannez in epla eius. Dilectissimi: filij dei sumus: z nondum apparuit quid erimus. Filij dei sumus iam p gratiam: p fidẽ: p sacramentum: p sanguinẽ xpi: per redemptionem saluatoris filij dei sumus: z nondũ apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit ei similes erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Ecce ad quod nutrimur capiendum: ecce ad quod nutrimur p cipiendum: comedenduz: vt tñ qõ comedit non minuat: z qui comedit vegeretur. Nõ modo cib? vegetat comedendo: sed minuit cibus qui comedit. Qñ aũt ceperimus comedere iustitiaz: comedere sapientiã: comedere illã immortalẽ cibũ: z nos vegetamur: z cibus non minuitur. Si eñ nonit oculus pasci luce: nec tñ minuit lucem non eñ minor erit lux: qz videtur a pluribus: plurium oculos pascit: z tñ tanta est quanta erat et illi pascuntur et illa minuitur. Si deus dedit hoc luci quaz fecit ad oculos carnis: qõ est ipse lux ad oculos cordis? Si ergo laudaretur tibi aliquis cibus magnus quem pransurus esses: pararesz ventrẽ. Laudat tibi deus: para mentem. Ecce quid tibi dicit dñs tuus. Veniet hora inquit: z nũc est. Veniet hora: z ipsa hora nũc est. Qñ qui Quando mortui audiẽt vocẽ filij dei: z qui audierint viuent. Qui ergo non audierint non viuent. Quid est: qui audierint? Quid obedierint. Quid est: qui audierit. Qui crediderint z obtemperauerint: ipsi viuẽt. Ergo anteq̃ crederent z obedirent mortui iacebant z ambulabant z mortui erãt. Quid valebat quia ambulabãt mortui? Et tamẽ si quis inter illos moreretur corpore: currerent: sepulchrum pararent: involuerẽt: portarent: sepelirent mortui mortuuz. De quibus dictuz est. Sine mortuos sepelire mor- mat. viij tuos suos. Tales mortuẽ sic suscitãtur verbo dei vt viuant in fide. Qui mortui erãt in infidelitate: verbo excitantur. De ipsa hora dicit dñs. Veniet hora z nunc est. Verbo eñ suo suscitabat mortuos infideles. De q Ephe.v. bus dicit apostolus. Surge qui dormis: et exurge a mortuis: z illuminabit te christus hec resur, rectio mentiũ est: hec resurrectio interioris hominis est: hec resurrectio animẽ est. Sz nõ ista sola est: restat z corporis. Qui resurgit in anima: bono suo resurgit in corpore. Non enim oẽs resurgunt in anima: oẽs resurrecturi sũt in corde. In ala inquã non oẽs resurgunt: sed q̃credunt z obediũt qz qui audierint viuent. Sicut aũt ait apo- ij. ref. iij. stolus. Non oĩm est fides. Si ergo non oĩm est fides: non oẽs resurgunt in ala. Cum venerit hora resurrectionis corporis: oẽs resurgent. Boni sint: mali sint: oẽs resurgent. Sed q̃ pri? resurgit in ala: bono suo resurgit in corpore. Qui non resurgit in anima: malo suo resurgit in corpore. Qui resurgit in ala: resurgit in corpore ad vitã. Qui non resurgit i ala: resurgit in corpe ad penã. Qz ergo dñs cõmendauit nobis resurrectionẽ istam alarum ad quaz omnes debemus festinare: in qua laborare vt viuamus et viuendo vsqz ad finẽ pseueremus: restabat vt commendaret nobis etiam, resurrectionez corporum que futura est in fine seculi. Sed audite quõ ipsam commendauit. Cum dixisset. Amen dico vobis qz venit hora et nũc est qñ mortui. i. fideles audient vocẽ filij dei. i. euãgelij: z qui audierint. i. qui obedierint viuent. i. iustificabuntur: z infideles iam non erunt. Cum ergo dixisset: qñ vidit docendos nos esse: de resurrectione carnis non sic relinquendos securus est z ait Sicut eñ habet pater vitam in semetipso sic dedit z filio habere vitam in semetipso: hoc ad suscitandas mẽtes: hoc ad viuificãdas mentes. Deinde adiecit. [Et potestatem dedit ei facere iudicium: qñ filius hominis est] Iste filius dei: filius hominis est Et eñ si filius dei: filius dei maneret: z filius hois non fieret: illos hominiũ nõ liberaret. Ipse qui fecerat hominem: factus est qõ fecit ne periret qõ fecit. Sic autem factus est hõ: vt maneret filius dei. Factus est hõ suscipiendo qõ nõ erat: non pdendo qõ erat. Manẽs deus: factus est homo. Accepit te

nõ ꝙsumptus est in te. Talis ẽ ad nos venit: filiꝰ dei filius hois: faciẽs z factꝰ: creator z creatꝰ creator matr̃: creatꝰ ex matre Talis ad nos venit: Sciõm id qõ filiꝰ dei est: ait. Veniet hora z nũc est qñ mortui audient vocẽ filij dei. Nõ dixit filij hois. Veritatẽ eñ ꝙmẽdabat: in qua eẽlis est pri. Et q̃ audierint viuẽt. Sicut eñ pater hz vitã in semetipso: sic dedit z filio habere vitã in semetipso. Nõ participãdo: sed in semeipo Nos eñ nõ habemus vitã in nobisipsis sz in deo nro. Ille aũt pater vitaz in semeipso hz: z talẽ genuit filiũ q̃ haberet vitaz in semetipo. Nõ fieret vite participes nisi ipe vita non esset cuiꝰ nos vite participes essemus Plane vt haberet vitaz in semeipso: z esset ipse vita. Ut aũt fieret filius hois: a nobis accepit. Filius dei in semetipso: filius hois vt esset a nobis accepit. De suo filiꝰ dei: de nro filius hois. Qõ minꝰ est a nobis: suscepit: qõ plus est nobis dedit. Nã z mortuꝰ est ex illo quo filius hominis: non ſm illud qõ filius dei. Mortuus est tamen filiꝰ dei: sed ſm carnem mortuus: non ſm verbum qõ caro factum est: et habitauit in nobis. Ergo qõ est mortuus: de nro mortuus est. Qõ viuimꝰ de ipsiꝰ viuimꝰ. Nec illepotuit mori de sto: nec viuere de nro. Hoc ẽ tanq̃ vnigenitꝰ tãq̃ generãti eẽlis: ꝙmẽdauit nobis dñs iesus: qõ si audierimus viuemus. Sed et potestatẽ inquit dedit ei iudiciũ facere: qñ filius hominis est. Ergo ad iudi- iij. se. di cium illa forma ventura est. Forma hois vẽ sti. xlviij tura est ad iudiciũ: ideo ait. Potestatem dedit ei iudiciũ facere: et filiꝰ hois est. Judex ca. iij. hic erit filiꝰ hois: forma illa hic iudicabit q̃ iudicata est. Audite z intellegite. Jam hoc zach. xij pphẽta dixerat. Videbũt in quez pupugerunt. Ipsam formam videbunt quã lancea Joh. xix pcusserunt. Sedebit iudex: q̃ stetit sub iudice. Dãnabit veros reos: q̃ factus est falsus reꝰ. Ipse vera: forma illa veniet. Hoc et in euangelio hãbes. Cuz ante oculos discipulorum suorum iret in celum. Stabant illi et attendebant: et sonuit vox angelica. Act.j. Viri galilei q̃d statis ꝛc. Hoc est. Jesus sic veniet quõ videtis eũtem in cclũ. Quid est sic veniet? In ipsa forma veniet. Potestatẽ eñ dedit ei iudiciũ facere: z filius hois est. F Videte aũt qua ratione hoc oportebat: et hoc rectũ erat vt iudicãdi: viderẽt iudicẽ. Mat. v. Judicandi aũt erant et boni et mali. Bonꝰ enim mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Restabat vt in iudicio forma serui z bonis z malis ostenderetur: forma dei solis bonis seruaretur. Quid enim accepturi sunt boni? Ecce iam dico quod pauloante non dixi: et tamen dicendo non dico. Dixi enim: quia erimus hic salui: erimus incolumes: erimus viuentes: erimus sine penis: erimus sine fame et siti: erimus sine defectu: erimꝰ sine oblitate oculoꝝ nrorũ. Totũ hoc dixi: z q̃d habebimꝰ plus? Nõdũ dixi. Videbimus deũ. Hoc aũt tñ erit z tãta res erit: vt in ciꝰ ꝙparatione nihil sit totũ. Dixi q̃ viuẽtes erimus: q̃ salui z incolumes: q̃ famẽ sitimꝰ nõ patiemur: q̃ in lassitudine nõ cadimꝰ: q̃ somnꝰ nõ nos ꝓmit. Totũ hoc q̃d est ad illã felicitatẽ qua deũ videbimus. Qz ẽ deꝰ ipe vt est: modo oñdi nõ põt: j. cor. ij. quẽ tñ videbimꝰ iõ q̃ oc̃l's nõ vidit: nec auris audiuit: hoc videbũt boni: hoc videbũt pij: hoc videbũt misericordes: hoc videbũt fideles: hãc videbũt bonã sortẽ in resurrectione corporis: q̃ habuerũt bonã obedientiã in resurrectiõe cordis. Ergo z malꝰ deũ visurꝰ est. De quo dicit esaias. Tollat im- esa. xxvj pius ne videat gliam dei. Ergo z pij z impij videbũt formã dei: z cũ fuerit dicta ſnta tollet impiꝰ ne videat claritatẽ dei: restat vt circa pios z bonos impleat q̃d dñs ipe ꝓmisit cũ hic in carne esset z videretur: non solum a bonis sed etiam a malis. Loquebatur inter bonos z malos: z cõspicuus omnibus deus occultus: homo manifestus: deꝰ regens hoies: homo apparens inter hoies loquebat: Ergo inter illos dicebat. Qui diligit me mandata mea custodit: z q̃ diligit me diligetur a patre meo z ego diligã eum Et quasi diceret illi: z q̃d ei dabis. Et ostẽdã me illi. Qñ hoc dixit? Quando ab hoibꝰ videbatur. Qñ hoc dixit? Qñ z ab eis videbat: a quibus nõ diligebat. Quõ ergo se ostẽdit rursus erat dilectoribꝰ suis nisi quia talem qualem non videbant dilectores sui: Ergo que forma dei seruabatur: forma hois ostẽdebatur. Per formã hois hoibus loqñs conspicuus z visibilis z bonis et malis oĩbus ostendebat se dilectoribꝰ suis seruabat se. Quando se demonstraturum dilectoribus suis: post resurrectionẽ corporis quã j. Jo. iij. do tolletur impius ne videat claritatẽ dei. Tũc cũ eñ apparuerit similes ei erimꝰ: q̃ niam videbimus eum sicuti est. Ipsa est vi- Jo. xvij ta eterna. Nam totum quicquid dicebamus: nihil est ad illam vitam qua viuimꝰ quidem qui salui sumus: quia videbimus deum magnum. Ipsa est vita eterna. Ipse hoc dicit. Hec est autem vita eterna vt cognoscant te vnum verum deum et quem misisti ihesum christum. Hec est vita eterna vt cognoscant videant: capiant: norint qõ crediderant: percipiant quod nondum capere poterant. Jam videat mens: quod oculus non viderat nec auris audierat: j. Cor. nec in cor hominis ascenderat. Hoc illis di mat. xj

Universidad de Deusto Biblioteca

cetur in fine. Uenite bñdicti patris mei: p-
cipite regnum qđ vobis paratum est ab ini-
Jo.xviij tio mūdi. Ibunt ergo illi mali in combustio
nem eternā. Justi aūt quo: In vitam eter-
nam. Quid est vita eterna: Hec est vita eter
na: vt cognoscant te solum verū dm: & quē
misisti iesum xpm. Loquēs ergo de futura
resurrectiōe corporis: & nō suos dimittens
Joh.v. ait. [Potestatem dedit ei iudiciū facere: qz
filius hois est. Nolite mirari hoc qz veniet
hora]. Ibi non addidit. Et nunc est: qz ista
hora postea erit: quia ista hora in fine se-
culi erit: qz ista hora nouissima erit: in no-
uissima tuba erit. Nolite mirari qz hoc di-
xi. Dedit ei potestatem iudiciū facere: qz fi-
lius hominis est. Nolite mirari. Ideo di-
xit: qz hoiem ab hoib⁹ oportet iudicari. Qui
bus hoibus iudicatis: quos inuenit viuos
non solū. Sed quid. Uenient hora qñ hi qui
sunt in monumētis. Quō exīssit carne mor
tuos q̄ sunt in monumentis: quor⁹ iacent se
pulta cadauera: quorum faville sunt tecte:
quor⁹ ossa dispersa sunt: quor⁹ caro iam nō
est & tñ deo integra est. [Uenient hora qñ oēs
qui sunt in monumentis audiēt vocē eius:
& pdient oēs]. Boni sint: mali sint: audiēt
vocem & exient. Rūpunt ossa vincula infero
rum omne qđ perūt: immo perisse putat re
stituet. Si cñ deus fecit hoiem qui nō erat
nō reparare pōt qđ erat. Puto qz cum dici
tur: Deus mortuos suscitaturus est: nō res
incredibilis dicit: qz de deo nō homine dici
tur. Magna res est q̄ fiet: & incredibilis res
est q̄ fiet: sed nō sit incredibilis: qz vide qui
facit. Ille dicitur qr suscitabit te: q̄ creauit
te. Non eras & es: & factus non eris. Absit
ne credas. Mirabilius aliquid fecit deus
qñ fecit qđ nō erat: & nō creditur reparatu-
rus qđ erat ab eis ipsis quos fecit qđ non
curāt. Hoc est qđ rependimus deo: qui nō
eramus: & facti sumus. Hoc illi repēdim⁹:
vt cum resuscitare qđ fecit non posse creda
mus. Hec est merces quā illi reddit creatu
ra sua. Ideo te feci dicit tibi deus o homo
anteq̄ esses: vt nō mihi credas futurum te
esse qui eras: qui potuisti esse qđ non eras.
Sed ecce inquit in sepulchro qđ video fa-
villa est: cinis est: ossa sunt: & hoc item acci-
piet vitā: cutem: pulpas: carnē: & resurgit.
Quid faulla ista quā video in sepulchro.
Uel in sepulchro vides faullā: vides ossa:
in vtero matris tue nihil erat. Hoc vides:
vel faulla sunt vel ossa sūt: tu anteq̄ esses
nec faulla erat: nec ossa erant: et tamen fa-
ctus es: cuz oīno non esses & credis qz ossa
ista quoquomodo sunt: qualiacūq̄ sunt: qz
sunt tñ: recipient formā quā habebant: cuz
tu acceperis qđ non habebas. Crede: qz si
crediderit hoc: tunc suscitabit ala tua. Et
si suscitabit ala tua: tunc veniet hora & nūc
est. Tunc bono tuo resurgit caro tua: qñ ve
niet hora: vt omnes qui sunt in monumen-
tis audiant vocez eius & pcedant. Nō cñ
qz audis & prodis: iam gaudere debes. Au
di qđ sequit. [Qui bona egerūt in resurrec-
tionē vite: q̄ aūt mala egerūt in resurrectio
nem iudicij]. Conuersi ad dñm &c.

¶ Finis libri sermonū de Uerbis dñi
saluatoris diui Aurelij Augustini.

¶ Diui Aurelij Augustini Hypponē
sis epi sermonum de Uerbis Aposto
li. quorūdam⁹ aliorum: summaria ac
breuis Annotatio.

De indiuidua trinitate & inseparabili vni
tate. Arrianorum⁹ confutatione: ac fi-
delium populorum de fide catholica cō-
firmatione. Sermo.j.
De corpore et sanguine dñi Jesu xpi. Et de
humilitate tenenda arrogantieq̄ vitan
da. Sermo.ij.
De verbis apli. Spū ambulate: et deside-
ria carnis ne pfeceritis. Sermo.iij.
De verbis eiusdē. Cū cñ essemus in carne:
passiones petōr⁹ q̄ p legē sunt operaba-
mur in mēbris nostris &c. Cū manichey
rum confutatione. Sermo.iiij.
De ẏbis eiusdē. Lex petīn est. Absit. Sed
petīn nō agnoui nisi p legē. Ser.v.
De verbis eiusdem. Igitur ego mente ser-
uio legi dei &c. Sermo.vj.
De verbis eiusdē. Peto nō infirmari in tri-
bulatiōibus meis pro vobis &c. Et de li
bero arbitrio. Sermo.vij.
De verbis eiusdem. Humanⁿ sermo & oi ac
ceptione dignus &c. Sermo.viij.
De verbis eiusdem. Fr̄es scis sermo & omni
acceptione dignus &c. Sermo.ix.
De eisdem verbis eiusdē. Sermo.x.
De psalmo nonagesimo quarto. Et cōfuta
tione pelagianorum. Sermo.xj.
De verbis psalmi centesimi decimioctaui.
Gressus meos dirige ꝛ ẏbū tuū &c.xij.
De verbis apli. Si enim data esset lex que
posset viuificare &c. Sermo.xiij.
De baptismo parulorum contra pelagia
nos. Sermo.xiiij.
De ẏbis Apli. Nos ei sum⁹ circūcisio &c.xv
De verbis eiusdem. Si deus p nobis quis
contra nos. Sermo.xvj.
De verbis eiusdem. Humanū dico ꝓpter
infirmitatem carnis vestre. Ser.xvij.
De verbis eiusdē. Nescitis qz corpora ve

stra mēbra xpi sunt. Sermo.xviij.
De ẏbis eiusdē. Nō sic pugno q̄si aerez cē-
dēs. Et ꝓstituendis epis. Sermo.xix.
De psalmo nonagesimoquinto &c. Ser.xx.
Debbi Apli. Inuicē onera vra portate.xxj
De eisdem verbis eiusdē. Sermo.xxij.
De verbis eiusdē. Spe salui facti sumus.
Spes aūt q̄ videtur &c. Sermo.xxiij.
De verbis eiusdē. Uidete quomodo caute
ambuletis &c. Sermo.xxiij.
De verbis sancti Luce in actib⁹ aplorum.
Nemo quicq̄ ex eo quod possid. at: suuz
ꝓprium esse dicebat. Sermo.xxv.
De verbis eiusdē in actib⁹ aplor⁹ Petr⁹ &
Johēs ascēdebāt in tēplū. Sermo.xxvj.
De ẏbis bti Petri. Audiuim⁹ vocē delataz
de celo. Hic est filius me⁹ dilect⁹. Et hēm
certiorē ꝓpheticū sermonē. Ser.xxvij.
De verbis beati Jacobi. Ante omnia noli
te iurare. Sermo.xxviij.
De ẏbis beati Johānis. Si dixerimus: qz
pcātū nō habem⁹ nosipsos seducim⁹ & ve
ritas in nobis non est. Sermo.xxix.
De verbis eiusdē. Rīm nolite oi spūi crede
re &c. Cū ꝓfutatōe manicheor⁹. Ser.xxx
De ẏbis eiusdem. Ois spūs q̄ ꝓfitet iesum
xpm in carne venisse: ex deo ē. Ser.xxxj.
De verbis apli. Ut de dormientibus nō con
tristemur sicut & ceteri &c. Sermo.xxxij.
De celebratione dierū fratrū defunctor⁹ &
resurrectione mortuor⁹. Sermo.xxxiij.
De ẏbis apli. Omnes nos manifestari opor
tet ante tribunal xpi &c. Sermo.xxxiiij.
De eisdē verbis eiusdem. Sermo.xxxv.

¶ Diui Aurelij Augustini Hyppo-
nensis episcopi. Liber Sermonū de
Uerbis Apostoli: quorundamq̄ alio-
rum feliciter incipit.

¶ De indiuidua Trinitate: & inſepa
rabili vnitate. Arrianorū cōfutatiōe:
ac fidelium populorū de fide catholi
ca cōfirmatione. Sermo.j.

A



fo.xvj.

Ancta & diuina eloqa fres iugiter immo q̄die nob⁹ salubri ter recitant: vt aie nře pascant: & futuro aūt seculo eternis epulis saginent: dicēte ꝓphe ta. Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Qualis sit aūt hec gloria futura: & quibus diuitijs flo reat ciuitas splendore prefulgeat: laudare possumus: explicare non possum⁹. Quare: esa.lxiiij
Qz legim⁹. Nec oculus vidit: nec auris au
diuit: nec in cor hois ascendit q̄ prepsaruit
deus diligentibus se. Si igitur tāta & talia
sunt bona eterna celestia q̄ dñs oīpotēs
ꝓparauit sanctis suis catholicis & fidelib⁹
ꝓphis: quid est ipse deus qui talia & tāta ꝓ-
parauit. Quid est inq̄ ops deus. Quid
nisi inestimabilis/ineffabilis/incōprehensi
bilis/vltra oia/extra oia/ꝑter oia. Oēz cñ
creaturā suam excedit: oēm factura ꝑterit:
vniuersa pcellit. Si cñ queras magnitudi
nē/maiorem: si pulchritudinem/pulchrior:
si dulcedinez/dulcior: si splēdorē/fulgidior:
si iusticiā/iustior: si fortitudinē/fortior: si pie
tatem/clementior. Nulla cñ ratio patitur
vt vel factura factori suo equet: vel op⁹ ar-
tifici cōparetur: sicut legīr in ꝓpheta. Qui sap.xiij.
fecit fortia: fortior est: & q̄ fecit pulchra pul-
chrior illis est. Sic aūt huius vnice deita
tis precelsa insignia pdicamus: vt tñ non si
cut iudei sed sicut xpiani: trinitatis diuine
mysteria pariter fateamur. Sicut enim om
nipotēs & ineffabilis pater est: ita oipotēs
& incomprehensibilis filius: ita etiam spiri
tussctūs in patre & filio indiscrete cōnexus:
ineffabilis atq̄ immensus est. Pater cñ et
filius & spūsanctus: vnus oipotens deus:
vnus in trinitate: vn⁹ in ptāte: vnitas trini
tas: sempiterna maiestas: vnus potens per
oia: & trinitas in vnitate: & vnitas in trini-
tate cōsistit: sed nec trinitas diuiditur: nec
vnitas reparatur. Hac igitur catholica fi-
de armati atq̄ instructi charissimi: nefan-
dos arrianos hereticos qui se hoc tempo-
re impie iactitant: & multos christianos no
stros seducendo corrumpunt atq̄ decipiūt
breuiter percunctemur/quō orant dñz: qui
sentiunt contra dominuz. Respondent no-
bis dicentes. Oramus dñm vtiq̄ in trinita
te: sed vt legimus patrem maiorem: filium
minorem: spūsanctum inferiorē: qz ipe xps
dicit. Pater maior me est. Ihis respōdem⁹. Joh.xiiij
Sic inq̄s oratis & colitis deuz. Sic plane:
sic legimus: sic colimus: sic oram⁹. Ad hos
dicimus. Si ergo ita deum colitis & oratis
hoc non est deum magnum vnum colere et
rogare: sed tres deos facere. Et vbi est qđ
in lege divina legitur. Audi israel: dom⁹ Deut.vj.
deus tuus deus vnus est. Et iterum alibi
ait. Dominum deum tuum adorabis: & illi Ubi.s.
soli seruies. Si enim aliud est pater: aliud fi
lius: aliud spiritussanctus: iam non est vna
trinitas/sed diuisa potestas. Quomō aūt Mat.xij
discrepans potestas stare pōt. Iuxta eui-

Mar.xij gelium legimus. Domus in semetipsa di-
B uisa/vel regnum stare non potest. Quomodo aūt diuinitas a semetipa discernitur: cū lucis splendor/aut solis calor nullatenꝰ separatur? Ecce enim sicut vidimus: in sole tria sunt: et separari omnino non possunt. Que autem tria sunt videamus. Cursus/splendor/et calor. Videmus enim solem in celo currentem: fulgentem: calentem. Diui de ergo si potes arriane sole: et tum demū diuide trinitatem. Sed fortassis de sole discernēdo difficilis est ratio: quia in celo est & a nobis longe positus est. Ecce aliud proponimus elementum quod minus est: & in terra nobiscum est. Ignez dico q̄ in manibꝰ nostris habeꝫ: & tñ non diuiditur. Et ignis enim tria habet: et diuidi nō potest: hoc est motum/lucem/et feruorē. Si igitur nefande heretice diuidere non potes creatum solem & ignem: quomodo potes diuidere deū omnium creatorem? Audi aūt & discе hāc magnam & vnicam trinitatem ab exordio generis humani fuisse ostensaz. Audi in lege et in prophetis: in psalmis et in euangelio. Audi in apostolo proculdubio declaratam. Audi inq̄s in genesi. Fecit deus hominem ad imaginem dei. Ut simul ostenderet inseparabilem trinitatē ait in eo. libro. Et spiritus super aquas. Audi prophetam dicentem ex persona christi. Spiritus dñi super me propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me. Audi in psalmis. Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et iterum. Redde mihi leticiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Audi hoc idem in euangelio confirmatuz. Dominus christus apostolis dicit. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Eūtes baptizate omnes gentes in nomine patris et filij et spiritus sancti. Audi apostolum. O latitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: q̄ inscrutabiles sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & redderē ei? Quia ex ipso/& per ipsum/et in ipso sunt omnia ipi: gloria in secula seculoruz. Amē. Si igit veteribꝰ q̄z nobis scripturis satis aperteq̄ probatū est diuinā vmtatē: trinitatē inseparabilē: spretis penitus hereticis fm apostolum dicentem hereticū post vnā correptionē deuita: iam fideles nros populos de ipsa fide catholica confirmemus. Nulle quippe sunt maiores diuitie: nulli thesauri: nulli honores: nulla mūdi huⁱ maior substantia: q̄z est fides catholica: que peccatores homines saluat/cecos illuminat/infirmos curat/cathecuminos baptizat/fideles iustificat/penitētes repat/iustos augmentat/martyres coronat: virgines/viduas/& cōiugales castopudore conseruat: clericos ordinat/sacerdotes consecrat/regnis celestibus preparat in eterna hereditate cum angelis sanctis communicat. Sicut ipse dominus promittendo confirmat. In resurrectione neq̄ nubent: neq̄ uxores ducunt: sed erunt equales angelis dei p xp̄m dñm nr̄m: q̄ cum pre & spū sanctovniuit & regnat deus p oīa secula seculoruz. Amen. Mat.xxij

De corpore & sanguine dñi Iesu xp̄i Et de hiſ. Ætate tenēda: arrogātia q̄z vitanda. Sermo. ij.

A Udiuimus veracē magistrum: diuinum redemptorem: huianū saluatorē dare nobis p̄ciū nr̄m: sanguinē suū. Locutꝰ ē enim nobis de corpore et sanguine suo: quod corpꝰ dixit esca sanguinem potum: sacramentum fidelium Agnoscunt fideles. Audiētes aūt q̄d aliud q̄z qui audiunt? Cū ergo commendans talem escam/& talem potuz diceret. Nisi manducaueritis carnem meam/& biberitis sanguinem meum: non habebitis vitam in vobis: & hoc diceret de vita: quis alius q̄z ipa vita? Erit aūt illi homini mors non vita: q̄ mendacem putauerit vitam. Scandalizati sunt discipuli eius: non quidē omnes: sed plurimi dicētes apud semetipsos. Durus est hic sermo: quis eum potest audire? Cuz autem hoc dñs apud semetipsuz cognouisset: et murmur ac cogitationes audisset: cotantibꝰ nec sonantibus voce respondit: vt se auditores esse cognosceret: et talia cogitare deineret. Quid ergo respōdit? Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat pri⁹. Quid sibi vult: hoc vos scandalizat? Putastis q̄ de hoc corpore quod videtis partes facturus sum: et membra mea conscissurus & vobis daturus? Quid si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? Certe qui integer ascendi potuit: consumi non potuit. Ergo et de corpore ac de sanguine suo dedit nobis salubrē refectionē: & tā magnam breuiter solut de sua integritate q̄stionem. Manducent ergo qui manducant et bibant qui bibunt esuriant et sitiant: vitam mānducent: vitam bibāt. Illud manducare reficī est: sed sic refitceris: vt non deficiat vnde reficeris. Illud bibere quid est nisi viuere? Manduca vitam bibe vitam: habebis vitam: et integra est vita. Tunc aūt B Joh.vi.

hoc erit i. vita vnicuiq̄ erit corpꝰ & sanguis christi: si quod in sacramento visibiliter sumitur: in ipsa veritate spiritaliter manducetur: spiritaliter bibatur. Audiuimus cūm ipsum dñm dicentē. Spūs est qui viuificat: caro aūt non prodest q̄cq̄. Verba que locutus sum vobis: spūs & vita sunt. Sed sūt/in quit/quidā q̄ nō credūt. Ipsi dicebant. Durus est hic sermo: quis pōt euz audire? Durus est: sed durus. i. incredibilis: sed incredulis. Sed vt doceret nos etiam ipz credere dom esse non meriti. Sicut (inquit) dixi vobis: nemo venit ad me nisi cui datū fuerit a patre meo. Ubi aūt hoc dñs dixerit: si superiora euāgelij recolamus: inueniem⁹ eum dixisse. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Non dixit duxerit: sed traxerit. Ista violentia cordi fit: non carni. Quid ergo miraris? Crede & venis: ama & traheris. Ne arbitreris istam asperam molestamq̄ violentiaz: dulcis est/suauis est/ipsa suauitas te trahit. Nōne ouis trahitur cum esurienti herba monstratur? Et puto q̄z non corpore impellitur: sed desiderio colligatur. Sic & tu veni ad christuz: noli longa itinera meditari. Ubi credis: ibi venis. Ait illum enim qui vbiq̄ est amando venitur non nauigando. Sed quoniaz etiā in tali itinere abundāt fluctus & tempestates diuersarum tentationum: in crucifixuz crede: vt fides tua lignum possit ascendere Non mergeris: sed ligno portaberis. Sic sic in huius seculi fluctibus nauigabat ille qui dicebat. Mihi autez absit gloriari: nisi in cruce dñi nostri iesu christi. Mirū est autem q̄ predicato xp̄o crucifixo: audisti duo vnus contēnit: alter ascēdit. Qui contēnit: imputet sibi qui ascendit non arroget sibi. Audiuit enim a veraci magistro. Nemo venit ad me: nisi datuz fuerit ei a patre. Audeat q̄ datum est: gratias agat danti q̄z de humili: non superbire cogāt: ne quod humilis meruit superbus amittat. Nam etiam qui iam in ipsa via ambulat: si sibi eam tribuerint & viribꝰ suis: pereunt de illa. Ideo humilitatez docens nos sancta scriptura: per apostolum dicit. Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et ne sibi aliquid inde darent q̄: dixit: operamini: ymmo subiūxit. Deꝰ enī est q̄ operat in vobis & velle & operari p bona volūtate. Deꝰ est q̄ operat in vobis: ideo cū timore & tremore vallē facite: imbrem suscipite: depressa implentur: alta siccantur. Gratia pluuia est: humilibus autem dat gratiam. Ideo cum timore & tremore: id est cuz hūiltate. Noli altū sape/sz time. Time vt implearis: noli altuz sapere ne sieceris. Sed iam (inquis) ambuloviam istam: opus erat vt discerem: opus erat vt per doctrinam legis scirē q̄d agerem. Habeo liberū volumtatis arbitriū. Quis me ab ista via sepabit? Si legas diligenter: inuenies quendā de sua quadam abundātia quā tñ acceperat extollere se ce pisse: dñm aūt misericordē vt doceret humilitatem quod erat abstulisse: illū vero subito inopem remansisse: & misericordiā dei recordatione cōfessuz dixisse. Ego dixi in abū dantia mea: nō mouebor in eternuz. Ego dixi in abundantia mea. Sed ego dixi: hō dixi. Ois hō mendax. Ego dixi. Ego ergo dixi in abundātia mea. Tanta erat abūdantia vt hoc dicere auderē. Non mouebor in eternum. Quid deinde? Dñe in volumtate tua p̄stitisti decori meo & fortē. Auertisti autem faciez tuā: & factus sum conturbatus. Odisti (inquit) mihi: q̄ illud q̄ abūdabā de tuo erat. Ostendisti mihi vñ peterez: cui tribuerē quod acceperaz: cui grās agere deberem: ad quē currerē suiens vñ implerer. & quo impletus essem ad quez custodirem. Fortitudinem em̄ meaz ad te custodiā. Q̄ō te largiente implēā: te seruatore nō perdā. Fortitudinem meam ad te custodiaz. Hoc vt ostenderes mihi: auertisti faciē tuam: & factus sum conturbatus. Conturbatus q̄ siccatus: siccatꝰ: q̄ exaltatus. Dic ergo siccus & aridꝰ: vt rursus implearis. Aia mea velut terra sine aqua tibi. Dic aia mea velut terra sine aqua tibi. Tu enim dixeras: nō dominus diceras. Non mouebor in eternum. Tu dixeras p̄sumens de te: sed nō de tuo: & quasi putabas de tuo. Q̄ō ergo dñs dicit. Seruite dño i timore: & exultate ei cū tremore: sic apls. Cuz timore & tremore: vestram ipsorum salutem operamini. Deꝰ est enim qui operatur in vobis. Ergo exultate cum tremore: ne quādo iracat dñs. Video q̄ clamando preuenitis. Quid enim dictu rus sum scitis: clamando p̄uenitis. Et hoc vnde habetis: nisi quia docuit ad quez credēdo venistis? Hoc ergo dicit: audite quod nostis non dico: sed commoneo predicādo: immo nec doceo quia nostis: nec cōmemoro quia meministis: sed simul dicamus quod nobiscū tenetis. Hoc dominus dicit. Apprehendite disciplinā et exultate: ſz cū tremore vt semper humiles teneatis quod accepistis: ne quando iracatur dñs vtiq̄ superbis sibi q̄ō hñt tribuētibꝰ: nō illi a quo hñt grās agētibꝰ. Ne q̄n iracat dñs: & pereatis de via iusta? Nunquid dixit: ne q̄n iracatur dñs & nō vematis ad viā iustā. Nūquid: ne q̄n iracatur dñs: & nōvos p̄deat ad viam iustam: aut non vos admittat ad

Esa.lxj. Ubi.s. Gen.j. ps.xxxij ps.l. Matth xxviij. Rom.xj. Tit.iij. Phil.ij. Jac.iij. Rom.xj. Gal.vj. Phil.ij. ps.cxv. ps.xxix. ps.lviij. ps.cxliij. ps.xxix. ps.ij. ps.ij.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ephe.iij. D

uiā iustā. Jā in illa ābulatis: nolite supbire: ne etiā de illa peatis. Et peatis (inqt) de via iusta: cū errauerit in breui ira ei⁹ super vos. Nō in lōgū. Ubi supbis ibi qō acceperas perdis. His territus homo quasi diceret. Quid ergo faciā? Sequit. Beati oēs q cōfidūt in eū: nō in se sz in eū. Gra salui facti sumus non ex nobis: sed dei donum est.

Forte dicatis. Quid sibi vult qō hoc sepe dicit? Iterū hoc: et in tertio hoc: et prope nū qz loquit nisi qn dicit. Utinā nō sine cā dicā. Sūt em̄ homines ingrati gre: multū tridūctes inopi/sauciegz nature. Uerū est magnas arbitrij liberi vires homo cū haberet

Luc.x. accepit: sed peccando amisit. Jn morte lapsus est: infirmus factus est: a latronibus semiuiuus in via relictus est. Jn iumentū suum leuauit eum transiens samaritanus quod interpretatur custos: ad stabulū adhuc perducitur. Quid ertollit? Adhuc curatur. Sz sufficit (inqt) mihi q in baptismo accepi remissionez oim pcōz. Nūqd quia deleta est iniqtas: finita est infirmitas? Accepi (inqt) remissionē oiz pcōz: prorsus verū est: delata sunt cūcta peccata in sacramento baptismatis: cūcta prorsus/dicta/facta/cogitata/cūcta delata sunt. Sed hoc est quod infusum est in via: oleū et vinū. Retinetis semiuiuus in via ille a latronibus sauciatus quō sit cōsolat⁹: accipiēs oleū et vinū vulneribꝰ suis. Jā vtiq; erroi ei⁹ idulū fuit: et tñ sanat languor in stabulo. Stabulum si agnoscitis: eccl'ia est. Stabulum mō qz viuēdo transim⁹: dom⁹ erit vñ nūqz migrabim⁹ cū ad regnū celoꝝ salui puenerim⁹. Interim in stabulo libenter curemur nō adhuc languidi de sanitate gloriemur: ne nihil aliud supbiēdo faciam⁹ nisi vt nūqz curando sanemur. Bñdic alia mea dñe:

ps.cij. dic aie tue: dic. Adhuc in hac vita es: adhuc carnē fragilē portas: adhuc corp⁹ qō

Sap.ix. corrūpit aggrauat alaz: adhuc post integritatē resurrectōis accepisti remediū oīonis adhuc vtiqz dicis donec sanet lāguores tui

Mat.vj. Dimitte nobis debita nra. Dic ergo anime tue: humilis vallis: non erect⁹ collis dic

ps.cij. aie tue. Bñdic alia mea dñe: et noli oblinisci oēs retributiones ei⁹. Quas retributiones? Dic cūcta/gras age. Quas retributiones? Qui ppitiat⁹ fit olb⁹ iniqtatib⁹ tuis hoc factū ē in baptismo. Quid sit mō? Qui sanat oēs lāguores tuos. Hoc fit mō. Agnosco. Sed q̄dm hic sum: corp⁹ quod corrūpitur aggrauat animam. Dic ergo et quod sequit. Qui redimit de corruptiōe vitā tuā.

Post redēptionē de corruptione qd restat

j.Co.xv Qñ corruptibile hoc induerit incorruptionem: et mortale hoc induerit immortalitatē tūc fit sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors ꝓtentio tua Ibi recte. Ubi est mors aculeꝰ tuꝰ? Queris locum eius et non inuenis. Quid est aculeus mortis? Quid est: vbi est mors aculeꝰ tuꝰ? Ubi est pctm? Queris: et nusq̄ est. Aculeus em̄ mortis est pctm. Apostoli nō mea ꝟba sunt. Tunc dicet. Ubi est mors aculeꝰ tuus? Nusq̄ erit peccatū: nec qō te capiat nec qō te impugnet: nec qō conscientiam

Mat.vj tuam titillet. Tunc nō dicetur. Debita nra

eccl.xi vj dimitte nobis: sed qd dicetur? Ofie deꝰ nr pacē da nobis: omnia enim reddidisti nobis. Deniqz post redemptionē ab omni corruptione: quid restat nisi corona iusticie? Ipsa certe restat: sed etiam in ipsa vel sub

ij.Timo iij. ipa nō sit caput turgidum: vt recipiat coronam. Audi: attende psalmū q̄ nolit coronam turpiduz caput. Cum dixisset. Qui redimit de corruptiōe vitā tuā: q coronat te te inquit. Jam hic dicturꝰ eras. Corona te merita mea fatent? Hꝰ mea fecit hoc: debitū reddit/non donat. Audi potius psalmū Nam et hoc tu dicis. Ois hō mendax. Audi deus quid dicat. Qui coronat te in miseratione et mia. De mia te coronat: de miseratiōe te coronat. Nō em̄ dignus fuisti quē

Roñ.v. vocaret: et vocatū iustificaret: et iustificatuz glorificaret. Reliquie p electionē gratie facte sunt. Si aūt gra: nō ex operibus: alioquin gratia iaz nō est gra. Nam ei qui operatur: merces nō imputabit̄ s̄m gram: sed s̄m debitū. Apls loquitur. Nō s̄m gram: sz s̄m debitū. Te aūt coronat in miseratiōe et mia. Et si tua merita pēsserunt: dicit tibi deus. Discute bona merita tua: et videbis quia dona sunt mea. Hec iusticia dei. Quō

ps.iij. icitur. Dñi est salus: nō qua salvus est dominus: sed quam dat eis quos saluos facit sic et dei gra per iesum xp̄m dñm nr̄m iusticia dei dr: nō qua iustus est dñs: sed qua iustificat eos quos ex ipius reatos facit. Quidam ꝟo qn aliqñ iudei et xp̄ianos se dici vo-

Roñ.iij lunt ꝟ aduc ignorātes dei iusticiā: suā volunt ꝟstituere: etiā tp̄ib⁹ nr̄is: tp̄ibus apte gre: tēporib⁹ nunc reuelate: prius occultate

Roñ.v. gre: nunc in ea manifeste gre q̄ aliqñ latebat ī vellere paucos ītellexisse video plures nō ītellexisse nec̄q̄ tacendo fraudabo. Qui

Judi.vj. dā de antiqis iudeis gētico petuit a dño signū et dixit. Peto dñe vt vellꝰ qō in area pona cōpluat: et area sicca sit. Factū est: cōpletum est vellus: area tota ticca erat. Exhinc

Jacc.xiij mane vellus in peluim: qm̄ humilibus datur gra: et in pelui dñs (nostis) quid fecerit discipulis suis. Item petiuit alterū signuz. Uolo (inquit) dñe: vt vellus siccum sit area

Judi.vj. compluta. Et hoc factuz est. Repete tēpus

egrote:Uoca r tu iesum:noli tibi sān⁹ vide
ri. Cū spe egrotat/qui medicuz suscipit:de-
sperate egrotat/qui per insaniā medicū ce
dit. Qualis ergo eius insania q̄ medicuz oc
cidit:Qnāta vero bonitas r potentia me-
dici qui de sanguine suo:ipsano interfectori
Ubi.s. suo medicamētum fecit:Neq; eñ ille qui
venerat querere r saluare qđ perierat:pen
lu.xxiij. dens sine cā dicebat. Pater ignosce illis:qr
nesciunt quid faciūt. Jnsani sunt:medicus
ſj.timo.j. sanabo. Simus ergo iter illos quos sanat
humanus sermo r ol acceptiōe dignus:qr
xp̄s iesus venit in mundū pctōres saluos
facere:magnos:pusillos pctōres saluos fa
Lu.xix. cere. Uenit filius hois querere r saluare qđ
E perierat. Qui dicit infantilē etatem nō ha
bere qđ saluet iesus:oibus fidelibus infan
tibus christū negat esse iesum. Qui dicit i-
quā infantilē etatem nō habere qđ saluet
iesus in ea:nihil aliud dicit q̄z christū dñm
fidelibus infantib⁹.i.in christo baptizatis
infantibus nō esse iesum. Jesus enim quid
est:Interpretat iesus:saluator. Saluator
est iesus. Quos nō saluat non habendo qđ
in eis saluet:nō est illis iesus. Jam si corda
vestra tolerāt:aliquib⁹ baptizatis xp̄m nō
esse iesum:nescio vtrū fides vestra in regu-
la sana possit agnosci. Jnfantes sunt: sed
mēbra eius fiunt. Infantes sunt:sed sacra
mens accipiūt. Jnfantes sunt:sed mēse eius
participes fiūt:vt habeāt in se vitā. Quid
mihi dicis:Sanⁿ est:nō hz vitiū. Quare cū
illo curris ad medicū:si non hz vitiū:Non
sumus nc dicat tibi:aufer hinc cū quem qu
tas sanū. Filius hois non venit nisi q̄rere
r saluare qđ perierat. Quare illū ad me af-
fers si nō perierat:Humanus sermo r om
ni acceptione dignus:qr xp̄s iesus venit in
mundū. Quare venit in mundū:Peccato-
res saluos facere. Alia cā nō fuit quare ve-
niret in mundū. Non eū de celo ad terram
merita nr̄a bona sed peccata duxerūt. Hec
causa:cur veniret peccatores saluos face-
re. Et vocabis inḋ nomē eius iesuz. Qua- Luce. j.
re vocabis nomen eius iesum:Ipse enim
saluū faciet populum suū a peccatis eorūz.
Uocabis nomē eius iesum. Quare iesum:
Que rō est huius nois:Audi quare. Ipse
enim saluū faciet populū suū. Unde:A pec
catis eorū. Populum suū a peccatis eorūz.
Nūquid ad istum populum non pertinent
paruli:quos saluos faciet iesus a peccatz
eorū:Pertinēt plane:pertinēt fratres mei.
Sic habete in corde:sic credite:cū ista fide
paruulos ad gratiam christi portate:ne si
hāc fidem in corde nō habueritis a quib⁹
rīdetis:lingua vestra occidatis. Proīus
fratres qui cū ista fide cū paruulo non cu
currerit:fingit:fanus est:nihil mali habet:
nihil vitij hz:sed tollā illum ad medicum. Mat. ix
Quare:Quia sic solet fieri. Non times ne
tibi dicat medicus. Tolle hinc tecū ipsum Debbis
nō est opus sanis medicus:sed male habē dñi. Ser
tibus. Cōmēdauerim charitati vestre cām mo. xxx-
eorū:qui p se loqui nō possunt. Oēs paruu iij. C.
li tanq̄ pupilli considerētur:etiā qui nōdū
parentes,pprios extulerūt. Omnis ꝓdesti-
natorū numerus paruulorz populus dei q̄
rit tutorem:qui expectat dñm saluatorem.
Uniuersaz massam generis humani in ho-
mine ꝓmo venator ille percussit:nemo ad
ieiz trāsit a primo:nisi per baptismatis sa
cramētum. Jn paruulis natis r nōduz ba-
ptizatis agnoscit adam. Jn paruulis ba-
ptizatis r ob hoc renatis agnoscit christ⁹.
Qui adā non cognoscit in paruulis natis:
nec xp̄m agnoscere potuit in renatis. Sed
quare inquiūt iam baptizat⁹ hō fidelis iaz
dimisso peccato:generat eū qui est cū primi
Joh. iij. hois peccato:Quia carne illū generat non
ij. corin. spū. Quod natū est de carne:caro est. Et si
iiij. exterior hō noster (ait apls) corrūpitur:sed
interior renouat de die in diez. Ex eo qđ in
te renouat:non generas paruulum. Tu vt
nō in eternū moriaris:natus es r renouā-
tus es:ille adhuc nat⁹ est. Si tu renascen-
do viuis:sine vt r ille renascat r viuat:sine
inqnā renascatur:sine renascat. Quare cō-
tradicis:q̄re nouis disputationib⁹ antiq̄ fi-
dei regulaz frangere conaris:Quid est eñ
qđ dicis:paruuli nō habent oīno vel origi
nale peccatū:Quid est eni quod dicis:nisi mat. xix

vt non accedāt ad iesum? Sed tibi clamat iesus. Sine pueros venire ad me. Conuersi ad dominum.

¶ De verbis apostoli. Fidelis sermo & omni acceptiõe dignus. Sermo. ix.

j.timo.j. In quo supbiaz iudeo:ũ iustos se putantium recusantiũz dominum colligentem peccatores ridenti phrenetico comparat:& q̃ propter peccatores christus aduenerit.



A Uod lectum est modo de sctõ euangelio:hoc & paulus apostolus dicit. Cuius verba ista sunt. Fidelis sermo & oi acceptione dignus:q̃ christus iesus venit in mundu peccatores saluos facere:quoz primus ego sum. Nulla cã fuit veniẽdi xp̃o dño:nisi petões saluos facere. Tolle morbos:tolle vulnera: et nulla cã est medicine. Si venit de celo magn⁹ medicus:magnus per totu orbẽ terre iacebat egrotus. Ipse egrot⁹ genus humanũ est. Sed non oiuz est fides. Nouit dominus qui sunt eius. Supbiebãt iudei:extollebãt se:alte sapiebãt:iustos se putabant:& dñm colligentẽ peccatores insuper recusabãt. Qui vero superbiebãt:& alta sapiebãt: relicti sunt in montib⁹:ad nonagintanouẽ pertinẽt. Quid est relicti sunt in montib⁹? Relicti sunt i tumore terreno. Quid est:ad nonagintanouẽ pertinẽt? In sinistra sunt: nõ in dextera. Nonaginta cñ & nouem in sinistra numerãtur:vnũ adde:ad dexteraz trãsitur. Uenit ergo: vt ipse alio loco dicit: venit filⁱ⁹ hois querere & saluare q̃d perierat. Totum enim perierat:ex quo peccauit vnus. Ubi erat totũ:perierat totum:sed venit vnus sine peccato:qui saluos faceret a peccato. Illi aũt superbiendo q̃d est peius: & egrotabãt & sanos se esse credebãt. Periculosius egrotãt:qui mentẽ febribus pdiderũt. Illi rident:& sani plorant. Ridet cñ phreneticus:sed nõ est sanus. Porro autez qui mẽtis est sane:plorat phreneticũ ridentem. Primũ:si duo ista ꝓponas:quid est melius:ridere an plorare? Quis nõ sibi eligat ridere? Demiz ꝓpter dolorem salubrẽ penitẽtie:in fletu dñs posuit officium:in risu beneficiũ. Quomodo? Quãdo ait in euãgelio. Beati qui ploratis:q̃ ridebũt. Ergo in ploratu officiũ est:in risu est premiũ sapientie. Risum cñ pro gaudio posuit:nõ cachinnationem:sed exultationẽ. Ergo si duo ista ꝓponas:& queras quid horũ sit melius:ridere an plorare:ois homo plorare nõ vult: & ridere vult. Porro si addas personas ad istos affectus:& ita ꝓponas cuz psonis:id̃ est melius ridere phreneticũ:an plorare sanum? Eligit sibi homo fietũ cuz sanitate:risum cũ amentia. Tantũ valet mẽtis sanitas:vt etiã cum planctu eligat. Isti cñ qui sanos se putabãt:multo periculosius & desperati⁹ egrotabant:& ipsa egritudine qua mentes perdiderãt etiã medicũ cedebant. Parũ est cedebant:dicã totum:nõ solum cedebant:sed etiã occidebant. Ille aũt etiaz cũ occideret medicus erat:vapulabat & cu rabat patiebatur phreneticum:nec deserebat egr⁹ i tenebatur/alligabat/colaphis percutiebat/harũdine plagas accipiebat irridebat/insultabat ei postremo audiebatur/dãnabatur:ligno suspendebat:vndiz circũfremebatur:& medic⁹ erat. Agnoscis phreneticos:agnosce & medicũ. Pr̃ ignosce illis:q̃ nesciũt quid faciũt. Illi ꝑdita mẽte seniebãt:& medici sanguinẽ seniẽdo fundebant:ille autem etiaz de ipso sanguine suo egrotis medicamẽta faciebat. Non enim vere frustra dixit. Pater ignosce illis quia nesciũt quid faciũt. Orat christian⁹:& exaudit̃ur:orat christus & nõ exaudit? Naz qui exaudit cũ patre q̃ deus est:quo non exaudiẽ homo q̃d̃ ꝑ nobis factus est? Prorsus exauditus est. Ibi erãt:ibi seniebãt:de his erãt qui reprehẽdebant eũ & dicebãt. Ecce cũ publicanis & peccatorib⁹ cõuescit. Erãt in ipso populo a quo ipse medicus occidebat:& in eius sanguine etiã ipsis antidotuz parabat. Cum cñ dñs non solũ sanguinez funderet:verũetiã ipsam suã mortẽ ad medicamẽti confectionẽ impenderet:resurrexit ad demonstrandũ resurrectiois exemplũ. Patiẽtia sua passus est:vt doceret patientiã nostrã:& in resurrectiõe sua premiũ patiẽtie demõstraut. Itẽ vt nostis:& oẽs confitemur. Ascẽdit in celum:deinde ab eo spũs sanctus est missus:ante ꝑmissus. Dixerat eñ discipulis suis. Sedete in ciuitate donec iduamini virtute ex alto. Uenit ergo & ꝑmissio ipsius:venit spũssanctus: impleuit discipulos:ceperũt loqui liguis omniũ gẽtium:signuz in illis ꝑcedebat vnitatis. Loquebaẽ enim tũc vnus homo oibus linguis:q̃ locutura erat vnitas ecclesie in oib⁹ linguis. Exp̃auerũt qui audiebãt. Nouerãt enim hoies idiotas fuisse:vn⁹ tantũ linguẽ:& in rabãtur ac stupebant q̃ vnius linguẽ homines vel vt multũ duarum: linguis omniũ gẽtiuz loquerẽtur:suspẽli sunt stupore:perdiderũt elationez:de monte facti sunt valles. Jam si humiles sunt: valles sunt:q̃ infuderis capiunt:non dimittunt. Si venerit aqua super altitudinem

ij.Thes. iij.

Matth. xviij.

Luu. xix.

Luce.vj

Luu. xviij

B

Luce.iij

Ds

Iu. xxiij

Actu.ij.

C

decurrit & defluit:si venerit ad concauuz & humilẽ locum:& capitur & siat. Tales iam illi erant:stupebãt:mirabãtur:perdiderũt scientiam. Demiz loquẽte sibi petro:cõpuncti sunt:& factum est in illis quod psalmus predixerat. Cõuersus sum in erũna:cũ confringeretur spina. Quid est spina? Cõpunctio penitentie. Sic habes & verba ipa scripture in actibus apostolorũ. Cõpuncti sunt corde:& dixerunt ad apostolos. Quid faciemus? Quare dixerũt:quid faciemus? Nouimus quid fecimus. Quid faciem⁹? Quãtum ad nostrũ factum pertinet:desperatio est salutis:sit ergo in vestro cõsilio si fieri potest spes aliqua sanitatis. Nouiñis quid fecerimus:dicite quid faciamus. Quid est quod fecimus? Nõ enim quẽcuiqz hoiem occidimus:& multũ mali fecissemus si quẽcuiqz hominẽ innocẽtem occidissemus. Latronem eligimus:innocẽtem occidim⁹ mor tuũ elegimus/medicum occidimus/ dicite quid faciemus? Et petrus. Agite penitẽtiam:& baptizet vnusquisqz vestrũ in nomine patris & filij & spũs sancti vt transeatis de nonagintanouẽ ad centum:q̃ cum nonaginta & nouẽ essetis:penitẽtiaz vobis ne cessariam nõ putabatis:a dẽmino colligẽte peccatores:& volẽte eos facere penitentes:insuper exultabatis. Modo ergo ꝓpuncti:q̃ cognouistis peccatũ vestruz/agite penitẽtiam/& baptizẽt vnusquisqz vestruz in nomine dñi nostri iesu christi baptizetur in eius nomine quẽ occidistis sine crimine/et remittũtur vobis peccata vestra. Reducti sunt in spe/doluerunt/gemuerũt/conuersi sunt/sanati sunt. Ipsi erãt illi. Pater ignosce illis/q̃ nesciũt quid faciũt. Unusquisqz ergo fratres charissimi/quãdo audit dñm iesum christũ non venisse ꝓpter iustos sed ꝓpter peccatores/non amet esse peccator. Ne forte dicat in corde suo. Si iustus fuero non me amat christus/si peccator fuero amat me:q̃ ꝓpter peccatores descẽdit nõ ꝓpter iustos. Respondit enim tibi. Si medicũ agnouisti:febrem quare non timuisti? Utiq̃ medicus ad egrotũ venit:cõstat/sed ideo venit medic⁹ ad egrotũ:me ille sit semper egrotus. Quid ergo dicimus? Quid,pnũciamus? Quid desinim⁹? Egrotuz amat medicus:an sanũ? Quod vult facere amat non q̃d inuenit. Ad egrotũ quidẽ venit:ad sanum nõ venit. Noli attẽdere q̃ ad illum venit:ad illum nõ venit. Plus cñ amat sanum:q̃ egrotũ. Nam vt noueritis q̃ plus amat sanum cñ egrotuz:nũquid faceret q̃d dicisset? Ergo paulum aplm attẽde. Fidelis sermo & omni acceptiõe dignus:q̃ xp̃s ihesus venit in mundũ pctões saluos facere:quoz primus ego sum. Dixit:quoz primus ego sum:quo erat primus? Ante illuz non fuerũt peccatores:toti iudei? Ante illum nõ fuerũt peccatores in genere humano? Ante illum in oibus hoibus nõ peccato tenebaẽ adã? Non ante illũ fuit qui primus peccauit:& nos & oẽs in mortẽ precipitauit? Quid est:quoz prim⁹ ego suz? Ad quos venit:prim⁹ ego suz. Sed nec hoc verum est. Prim⁹ electus est petrus:prim⁹ andreas: prim⁹ alij apli:tu apostolus es nouissimus: quo dicis:quoz primus ego suz? Ergo apostolus nouissim⁹:primus peccator. Et hoc quo prim⁹ peccator? Añ te peccauit petr⁹? qñ ipsum dñm ter negauit. Nolo dicere:q̃ & ipse nisi peccator inuẽtus esset:de sinistra ad dexterã non trãsisset. Quid ẽ ergo:quorũ prim⁹ ego sum? Quia oib⁹ peior sum. Ergo peior ẽ voluit intelligi primũ. Quo in artificibus:quicũqz vult edificare quid dicit. Quis est hic prim⁹ structor? Quis est prim⁹ faber. Aut si curarj vult:quis est hic primus medicus? Non vtiq̃ iterrogat q̃s prior sit etate:aut q̃s prior sit ꝓfess̃one:sed q̃s prior sit arte. Quo illi in arte prim:sic iste in imitate primus. Quare paulus in imitate primus? Recolite saulũ & inuenietis. Attẽdite paulũ:& obliti estis sauluz. Attẽditis ad pastorẽ:& obliti estis lupuz. Nõne ille est cui ad lapidandũ stephanuz man⁹ vna nõ sufficiebat:& alioz vestimẽta seruabat? Nõne ipse est qui ecclesiã vbiqz psequebatur? Nõn ipse est qui lras acceperat a pncipibus sacerdotũ:q̃ pat illi erat perseq̃ christianos qui erãt in hierusalem:sed volebat ad alia loca venire vbi eos inueniret:& ligaret? Nõne cum iter agẽs spirat & anhelat ad cedes:de celo percussus est:& vocez dñi audiuit ad salutez fulminatus? Dum ambulat ꝓsternitur:vt videat excecatur. Ipse est ergo qui prim⁹ erat persecutor:illo peior nõ fuit. Audite vñ plus intelligatis. Ananie loquebaẽ ipse dñs christus:iã illo ꝓstrato:iaz erecto:& dicebat ei. Uade ad vi cũ illum:ibi inuenies saulũ a tharso cilicie: loquere ei. Qñ videt virũ ananiã intrantẽ ad se:& baptizantẽ se. Ille audiuit nomen sauli:& iter manus ipsius medici tremuit. Quid est autẽ dulci⁹? Saulus vñ vocaret: credo q̃ recolitis:& ꝓpter eos qui nõ recolunt cõmemoraz. Saul erat ille persecutor dauid. Jn dauid xp̃s erat:in dauid christ⁹ ꝓfigurabatur:in saule saulus ꝓfigurabatur. Tanꝯ dauid sauli dictũ est de celo. Saule saule q̃d me persequeris? Ananias ouis interpretaẽ. Loquebaẽ oui pastor:& timebat ouis lupum. Tanta huius lupi fama ꝓcesserat:vt nõ se putaret tutam ouis:

Ubi.s. ps.xxxi.

Actu.ij.

Jo.xviij

Actu.ij.

Iu. xxiij

C

j.timo.j.

Matth. xxvj.

j. Regũ xviij.

Actu. ix

D

nec inter manus pastoris. Et dom⁹ ad illū: quasi ad quē tremētē. Ille em cū audisset hoc: dixit. Dñe: audiui de isto hoie quāta mala fecit sanctis tuis in hierusalem: et modo dicit epistolas accepisse a pncipib⁹ sacerdotū: vt quoscūq; tenuerit: alligatos ducat. Quo me mittis? Quē ad lupū? Sed ille nō audiuit hāc excusatiōez. Jā em dixerat paucis oniculis suis. Ecce mitto vos sicut oues in medio luporum. Si misse sunt oues in medio luporuz: quare trepidas ire anania ad eum qui iam non est lupus? Lupum timebas sed respondet tibi dñs deus tuus. De lupo quē feci: facio de oue pastorem. Quomō ergo ipse saul⁹ postea paulus gratulat se ad dei puenisse misericordiam quia primus: hoc erat excellens in peccatis inuentus est? Et tamen misericordiā cōsecutus sum: vt in me ostenderet christus iesus oēm longanimitatez propter eos q̄ credituri sunt illi in vitā eternā: vt dicant sibi omnes. Si paulus sanatus est: ego quare desperо? Si a tanto medico tam desperatus eger sanatus est: ego cum vulneribus meis illas manus non optabo: ad illas manus nō festinabo? Ut hoc dicerent hoies: ideo saulus factus est ex psecutore apls: q̄ quouenit medicus: querit aliquē ibi desperatū: et ipm sanat: et si pauperrimū inueniat: tamē desperatū inueniat: nō ibi querit mercedē: sed commendat artem. Dicā ergo quod ceperam. Quomodo ergo saulus tum gratulabatur se a christo: quia peccator erat: assumptum atq; sanatum: nec dixit. Manes in peccato: quia propter me venit christus non propter iustū: ita et ante q̄ audieras. quia christus propter peccatores venit: noli tibi dormire in dulci stratu: sed audi ipm paulum dicentem. Surge qui dormis: et exurge a mortuis: et illuminabit te christus. Noli amare stratū peccati: totū stratū eius vertisti in infirmitate eius. Dictū est antea Surge: sanus esto: sanitatem ama: et noli rursus per superbiam de dextera ire ad sinistram: de monte ad vallem: de humilitate ad tumorem. Cum factus fueris sanus: id est cum iuste ceperis viuere: deo tribue: non tibi. Non enim laudando te saluus factus es: sed contra te pronunciando. Nam si te laudaueris per superbiam: grauius egrotabis. Ois em q̄ se exaltat hūliabitur et q̄ se hūliliat exaltabitur.

¶ De eisdē ꝓbis Apli: q̄b⁹ in sermone precedenti. In q̄bus primū se peccatorem paulus appellat: q̄ auguste no placet intelligi: nō pctōrū ordine ꝫ peccādi magnitudine. Ser. x.

DE diuinis lectionibus q̄ dñs admonere dignatur: intendi audite fratres: illo dante: me ministrante. Primam lectionem audiuim⁹ apostoli. Fidelis sermo et omni acceptione dignus: q̄ christus iesus venit in mundū peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum: vt in me ostenderet christus iesus oēz longanimitatē suaz ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam eternā. Hoc de apostolica lectione percepim⁹. Deinde cantauimus psalmū exhortātes nos inuicem vna voce: vno corde dicentes. Venite adoremus et prosternamur ei et flcam⁹ coram domino qui fecit nos: et ibi preuenimus faciem eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. Post hec euangelica lectio: decem leprosos mundatos nobis ostēdit: et vnū ex eis alienigenam gratias agētem mundatori suo. Has tres lectiones ꝫtum ꝓ tpe possumus pertractemus: dicentes pauca de singulis: et ꝫtum conari possumus adiuuāte domino: nō in aliqua esrum sic immorantes vt alijs duabus impedimentum afferam⁹. Proponit nobis apostolus sciētiaz et gratiaz actiones. Memētote quid vltima euangelica lectio resonet quō iesus dñs laudat gratias agentem: ingratos improbat mundatos in cute: leprosos in corde. Quid ergo apls? Fidelis inquit sermo: et oi acceptione dign⁹. Quis est iste sermo? Quia christus iesus venit in mūdum. Ut quid? Peccatores saluos facere. Quid tu? Quorum primus ego sum peccator vel non fui: ingrat⁹ est saluator. Nullus hominum in ista que ex adam definit massa mortalium: nullus omnino hoim nō egrotus: nullus sine gratia xpi sanatus. Quid de paruulis pu[illegible]s: si ex adam egroti? Nam et ipsi portant ad ecclesiam: et si pedibus illuc currere non possunt: aliens pedib⁹ currunt vt sanentur: accommodat illis mater ecclesia alios pedes vt veniāt: alios cor vt credant: alios linguā vt fateāt̄ur: vt quoniā q̄ egri sunt alio peccāte pregrauant: sic cū hic sani sunt alio ꝓ eis ꝓfitente saluent. Nemo ergo vobis susurret doctrinas alienas. Hoc ecclesia semper habuit: semp tenuit: hoc a maiorum fide percipit: hoc vsq; in finem pseueranter custodit. Quoniā nō est opus sanis medic⁹: sed egrotantibus. Quid necessariū ergo habuit insans christū si nō egrotat? Si sanus est: q̄re per eos qui euz diligunt medicum q̄rit? Si q̄ portant infantes dicuntur omnino nullum

nullum propaginis habere peccatum: et veniūt ad xpm: cur non eis dicit in ecclia qui eos apportant: auferte hinc innocentes istos. Nō est op⁹ sanis medic⁹: sed male habentibus. Nō venit xps vocare iustos: sed pctōres? Nunq̄ dictū est: sed nec aliqñ dicetur. Quisq; ergo q̄ pōt fratres loquatur ꝓ eo q̄ loqui ꝓ se nō pōt. Pro magno cōmēdantur ep̄is patrimonia pupillorū: quanto magis gratia paruulorum? Pupillus tuek ep̄s: ne mortuis parentibus ab extraneis opprimatur. Clamet plus ꝓ paruulo: cui timet ne a parētib⁹ occidat: clamet cū apostolo. Fidelis sermo et oi acceptione dign⁹ q̄ xps iesus venit in mundum: Illā aliaz ob causam: nisi pctōres saluos facere. Qui venit ad xpm habet q̄ in eo sanetur: qui nō habet: nō est causa quare medico offeratur. Eligāt parentes vnū de duob⁹: aut cōfiteant in paruulis suis sanare peccatum: aut eos medico offerre designāt. Hoc nihil est aliō: ꝫ velle medico sanū offerre. Quid offers baptizādum? Quē? Infantem cui offers? Christo. Ei certe qui venit in mundū Ita inq̄t. Quare venit in mundum? Peccatores saluos facere. Ergo quē offers: habet q̄ in illum saluum fiat? Si dixeris habet: ꝓfitendo deles: si dixeris non habet: negādo tenes. Pctōres inquit saluos facere ꝫ rum primus ego sum. Ante paulus nō erat pctōres? Certe vel ipe adam ante omnes: et plena pctōrib⁹ terra deleta diluuio: et deinceps ꝫ multi. Unde vez est: ego primus sum primum se dixit: nō pctōrum ordine: sed peccati magnitudine. Magnitudine pcti sui vnde se primū dixit pctōrum: quō dicuntur inter aduocatos: verbi gratia: primi: primus est iste nō q̄ plures annos habet ex q̄ causas agit: sed q̄ ex q̄ cepit ceteros superauit. Dicat ergo apls alio loco: vnde primus pctōrum. Ego inquit sum nouissimus apl̄orum qui nō sum dignus vocari apls: q̄ persecutus sum ecclesiā dei. Nemo acriot inter persecutores: ꝫ nemo peiot inter pctōres. Sed misericordiam (inq̄t) ꝓsecutus sum. Et quare sit misericordiam ꝓsecutus: exponit causam. Ut in me inquit ostēderet xps iesus oēm longanimitatem: ad informationem eor q̄ credituri sunt illi in vitam eternam. Christus inquit daturus veniā ꝓnerīs ad se pctōibus vsq; ad inimicos suos me primo elegit acriotem inimicum: quem cum sanaret: nemo in ceteris desperarer. Faciunt hoc medici q̄n ad ea loca veniunt vbi ignoti sunt: quos curent primitus eligunt desperatos: vt in eis et benuolentiaz exerceant: et cōmendent doctrinā: vt vnusq; quisq; in illo loco dicat ꝓ suo. Vade ad illum medicum: secur⁹ esto sanat te. Et ille. We sanat? Nō vides q̄d patiar? Ego noui quid simile. Tu q̄ pateris: et ego quidem passus sum. Sic dicit paulus vnicuiq; egroto: et de se volenti desperare. Qui curauit me misit me ad te: et dixit mihi. Illi desperanti vade et dic quid habuisti: quid in te sanaui: ꝫ cito sanaui. De celo vocaui vna voce percussi et deleci: alia erexi et elegi: tertia impleui et misi: quarta liberaui et coronaui. Uade dic egrotis: clama desperatis. Fidelis sermo et omni acceptiōe dign⁹ quis christus iesus venit in mundum peccatores saluos facere. Quid timet? Quid trepidatis? Quorum primus ego suz. Ego (inquit) vobis loquor: sanus egrotantibus stans iacentibus: securus desperatis. Jō enim misericordiam ꝓsecutus suz: vt in me ostenderet christus iesus omnem longanimitatem. Morbum meum diu protulit et sic abstulit: tanq̄ bonus medic⁹ phreneticum patienter toleraui: sustinuit me ferientem se: donauit mihi ferri ꝓ se. Omnez inquit longanimitatez ostendit in me: ad informationem eorum q̄ credituri sunt illi in vitam eternā. Nolite ergo desperare. Egroti estis accedite ad eum et sanamini. Ceci estis: accedite ad eū et illuminamini: et qui sani estis ei gratias agite: et qui egrotatis: ad eum sanandi currite: dicite omnes. Venite adoremus: et prosternamur ei: et plorem⁹ coram domino qui fecit nos et homines et saluos. Naz si ille nos fecit hoies: nos aūt ipi nos fecimus saluos: aliquid illo melius fecim⁹. Melior est enim saluus hō: ꝫ q̄libet hō. Si ergo te de⁹ fecit hoiem: et tu te feciſti bonuz hominem: q̄ tu feciſti melī⁹ est. Noli te extollere super deū subde te: deū adora: ꝓsterne: ꝓfitere illi q̄ fecit te: q̄: nemo recreat: nisi q̄ creat: nemo reficit: nisi q̄ fecit. Hoc et in alio psalmo. Ipse fecit nos et nō ipi nos. Sane q̄n te fecit quid tu faceres nō habebas. Q̄n aūt iaz es: habes et tuipse quid facias: ad medicum curras: medicum implores: q̄ vbiq; est. Et vt implorares excitauit cor tuum: et posse implorare donauit tibi. Deus est enim inquit qui operatur in vobis: et velle et operari ꝓ bona volūtate: q̄ vt haberes bonam voluntatem: illius vocatio precessit. Clama. De⁹ me⁹: misericordia eius preueniet me. Ut esses: vt sentires vt audires: vt cōsentires: preuenit te misericordia eius. Preuenit te in oibus: preuenit et tu in aliquo irā ei⁹. In quo inquis: in quo? Confitere ista omnia a deo te habere q̄cq̄d boni habes: a te q̄cq̄d mali. Ne in bonis tuis illū ꝓtēnas: te laudes: ne in malis tuis illum accuses: te excuses ipa est vera

eōfessio. Ille q̄ in tantis bonis p̄uenit te: vē
turus est ad te: r inspectur⁹ dona sua r ma
la tua: quō bona eius vsus fueris inspicit
te. Ergo qr in oībus istis donis p̄uenit te: vi
de in quo tu p̄ueneas facie venturi. Audi
ps. xciiij psalmum. P̄ueniamus faciem ei⁹ in cōfes
sione. P̄ueniamus faciez eius. Anteq̄ ve
niat ppiciet: anteq̄ assit placet. Habes em̄
facer dotē p quē possis placare deū tuum: r
ipe cum pfe deus est ad te: qui hō est ppter
te. Ira iubilabis in psalmis: p̄ueniens fa
ciem eius in confessione. Jubila in psalmo
p̄ueniens faciem eius in confessione. Ac
cusa te iubilās in psalmo. Lauda illū accu
sando te: r laudando eū qui fecit te. Veniet
qui mortuus est pro te et vinificabit te. Hoc
tenete: in hoc persistite. Nemo variet: nemo
leprosus sit. Doctrina inconstans: non ha
bens vnum colorem: mentis lepram signi
huc. xvij. ficat: r istam christus mundat. Forte in ali
quo variasti et inspexisti: r in melius sentē
tiam commutasti: r quod varium erat vni⁹
coloris effectum est. Noli tibi tribuere: ne
fis inter nouem qui gratias non egerunt.
Unus egit gratias. Ceteri indeles erāt. Ille
alienigena erat: gētes alienigēas significa
bat: numer⁹ ille christo decīnas dedit. Illi
ergo debemus quod sumus: quod viuimus
quod intelligimus: quod homines sumus:
quod bene viximus: quod recte intelligim⁹
i. Co. iiij illi debemus. Nostrum nihil nisi peccatum
quod habemus. Quid em̄ habes quod nō
accepisti: Vos ḡ maxime q̄ scitis q̄d audia
tis: curādū ab egritudine: mūdatū a vanie
tate sursum cor ponite: et deo gr̄as agite.

¶ De psalmo nonagesimo q̄rto vide
licet plorem⁹ cōtā dño q̄ fecit nos r c.
vbi creationē bonorum ac malorū sic
cerissime exponit. Cuz confutatione
pelagianor. Sermo. xj.

A Salmus quem cantauimus domino: r nos inuicē
exhortati sumus vt adoremus eum: et prosternamur
ps. xciiij illi: et fleamus ante dominum qui fecit nos: admo
net querere aliquanto diligentius: quid sibi velit quod ait. Qui nos
fecit. Quod enim homo a deo creatus est: nullus dubitat homo: nisi qui ingratus est
Nouimus enim quia ita legimus: r ita credimus: q̄ fecit deus hominem inter multa
Gen. j. que fecit ad imaginem suam. Hec omnis est
prima conditio: hec est humana p̄ma crea
tura. Non tamen arbitror hoc nos p magno voluisse commonere spiritum sanctum
ps. xcix. in hoc psalmo quod ait. Fleamus ante do
minum qui fecit nos. Alio enim loco dicit.
Ipse fecit nos et non ipsi nos. Unde quidē
vt dixi: christianus dubitat nem⁹: quia nō
solum deus creauit primum hoiem ex quo
omnes hoies: sed deus hodieq̄ creat singu
los homines: ille qui ait cuidam sancto suo
Hiere. j. P̄tiusq̄ te formarem in vtero noui te. P̄ri⁹
ergo creauit homines sine hoie: sine hoiem
ex hoie. Ipe fecit nos r nō ipsi non. Ad istū
itaq̄ primum verborum istorum r facilem
sensum: sed tamē verū: adorem⁹ eū fratres:
r p̄sternamur ei: r ploremꝰ ante dñm q̄ fe
cit nos. Nō enim fecit r deserit: nō em̄ cura
uit facere: r non curat custodire. Ploremus
ante dñm nos fecit: q: non ploraumus qñ
nos fecit: et tñ fecit. Qui ergo fecit añq̄ ro
garet: deserit cū rogat: Tāq̄ ergo dubita:
ret homo vtrū exaudiret oīans admonuit
eū scriptura cuz dicit. Plorem⁹ ante dñm q̄
fecit nos. Utiq̄ exaudi quos fecit: vtiq̄ nō
potest nō curare q̄s fecit. Uerūtamen intra
altiorē intellectū r ḡtum existimo vtiliorē
vidit quoddā spūssanct⁹ dicentes vel dictu
ros: q⁹ de⁹ eos fecerit homines iustos aut
ps. xcix. ipsi se faciūt: p̄enidit eos: admonuit eos: r
B ab hac extollētia reuocanit eos dicēs. Ipe
fecit nos r nō ipsi nos. Quare em̄ addidit.
Et non ipsi nos: cum sufficeret dicere. Ipse
fecit nos: nisi quia illam facturam voluit
admonere: vbi dicūt homines. Ipsi fecim⁹
nos: id est vt iusti essemus: iustos nos libe
ra voluntate fecimus: q̄si conditi sumus:
liberum arbitrium acccepimus: Ut ergo iu
sti simus: libero id arbitrio agimus. Quid
adhuc deum inuocamus: vt iustos nos fa
ciat: quod habemus in potestate: vt nosipi
iustos faciamus: Audite audite: et iustos
et iniustos ipse fecit nos et non ipsi nos.
Creatus est primus homo in natura sine
culpa/in natura sine vitio/creat⁹ est rectus
eccs. vij. non se fecit rectum. Quid se autem ipse fe
cerit notum est: cadens a manu figuli fra
ctum est. Regebat enim eū ipse qui fecerat
voluit deserere a quo factus erat/permisit
deus tanq̄ dicēs. Deserat me r inueniat se
r miseria sua ,pbet quia nihil pōt sine me.
Hoc modo ergo ostēdere voluit de⁹ homini
quid valeat liberum arbitrium sine deo. O
malum liberum arbitrium sine deo. Exper
ti sumus quid valeat sine deo. Ideo miseri
facti sumus/quia sine deo quid valeat ex
perti sumus. Experti ergo tandez aliq̄n no
uerimus: r venite adoremus eū r ,pternamur ei. Uenite adoremus r ,pternamur il
ps. xciij li: et fleamus coram domino qui fecit nos/
vt perditos nos per nos/ reficiat nos qui
fecit nos. Ecce bonus factus est homo/ r p
libertum arbitriū fact⁹ est homo mal⁹. Qui

dō factur⁹ est bonū hoiem malus hō/p libe
rum arbitriū deserētes deū: Seruare se nō
potuit bon⁹ bonum/r facturus est se mal⁹
bonū: Cū esset bon⁹ nō se seruauit bonum/
r cū sit malus dicit /facio me bonū: Quid
facis malus/q̄ peristi bon⁹: r nisi reficiat te
qui permanet bon⁹: Ipse ergo fecit nos et
non ipsi nos. Nos autē pp̄ls ei⁹: r oues pa
scue ei⁹. Ecce fecit nos hoies pp̄ls sui: q̄ nos
fecit. Nō em̄ creati hoies iā pp̄ls ei⁹ eram⁹
C Udete fratres mei: r de ipsis psalmi x̄bis
attendite vnde dixerit. Ipse fecit nos r nō
ipsi nos. Hinc dixit. Fecit nos r nō ipi nos
vt sim⁹ populus ei⁹ r oues pascue ei⁹. Ipe
fecit nos. Nam r pagani nascunt: r om
nes impij: omnes aduersarij ecclesie ei⁹/vt
nascerent ipe fecit eos. Nō em̄ ali⁹ de⁹ crea
uit eos. Qui de paganis nascunt ab ipo fa
cti sunt: ab ipo creati sunt r nō sunt popul⁹
ei⁹/nec oues pascue ei⁹. Cōis est oib⁹ natu
ra: nō gr̄a. Natura nō putet gr̄a: Iz r si pute
tur gr̄a: ideo putet gratia: qr r ipsa gratis
2cessa est. Nō em̄ hō q̄ nō erat ,pmeruit vt
esset: si ,pmerunt iā erat /sed nōdū erat. Er
go q̄ ,pmeret nō erat/r tñ fact⁹ est: nec vt pe
cora fact⁹ est: nec vt arbor fact⁹ est: nec vt sa
xum fact⁹ est: Iz factus est ad imaginē crea
toris. Hoc bñficiū q̄s dedit: Deus q̄ erat: r
Rom. iiij ex eterno erat/cui dedit: Hoi q̄ nōdū erat.
Dedit q̄ erat: accepit q̄ nō erat. Quis autē
hoc facere potuit/nisi vocat ea q̄ nō sunt tā
Ephe. j. q̄ ea q̄ sūt: De q̄ dicit ap̄ls. Qui nos elegit
j. sen. di. añ mūdi ,stitutionē. In mūdo isto facti su
xxxvi. c. mus: nec mūdus erat qñ electi sumus. In
ad quod effabilia mirabilia fratres mei. Quis hoc
explicare suffecerit: Quis saltem quod ex
plicet cogitare: Eliguntur qui nō sunt: nec
erat qui eligit/nec vane eligit: eligit tñ r hz
electos quos creaturus est eligendos: ha
bet autem apud seipm/nō in natura sua hz
in p̄sentia sua. Ergo nolite extolli. Homi
nes sumus ipse fecit nos r fideles sumus:
si tñ sumus/q̄n ill⁹. Contra gratiam dispu
tamus. Sed ecce fideles sumus/r iaz fid e
abach. ij les: etiam iusti. Quia iust⁹ ex fide viuit. Ipe
fecit nos r non ipsi nos. Quere quid nos
fecerit. Dicturus es. Homines. Non inde
psalmus loquebatur: illud scimus: illō no
tuz est: illud patet: nec magna vt hoc nouе
rimus doctrina indigemus: quia homines
ipse nos fecit. Sed vnde loquebat⁹ vide. Ipe
nos fecit: et nō ipsi nos. Quid nos fecit nisi
q̄s sumus: Quid aūt sumus: Nos aūt ec
ce q̄d sumus: Quid. Populus eius et oues
pascue eius. Ipse nos fecit populum suum
ipse nos fecit oues pascue sue/ qui misit in
gulandā ouē innoxiaz fecit ouem de lupis
hec est gratia. Excepta illā cōmuni gr̄a na
ture qua hoies facti sum⁹: nec digni fuim⁹
q̄ nō fuim⁹. Excepta illa gr̄a: hec est maior
gratis qua facti sum⁹ pp̄ls ei⁹ r oues pa
scue ei⁹: p iesum x̄pm dñm nr̄m. Sed dicit
aliqs. Per iesum x̄pm facti sumus vt etiaz
hoies essemus. Ita vero p iesum x̄pm facti
sunt r pagani r nō pagani. Quis est em̄ ie- Joh. j.
sus x̄ps nisi in p̄incipio erat x̄bū r verbum
erat apud deū r deus erat verbū: Hoc erat
in principio apud deū. Oia p ipz facta sunt
Illi ergo debent r pagani quod homines
creati sunt/r tanto magis puniendi: quia
dimiserunt eum a quo facti sunt/et colue
runt quod ipsi fecerunt. Excepta ergo illa
gratia qua cōdita est humana natura: hec
em̄ christianis/paganisq̄ cōis est: hec est
maior gratia/nō q̄ per verbū hoies creati
sumus: sed q̄ per verbum carnē factū fide- j. Ti. ij.
les facti sum⁹. Unus em̄ de⁹ r vnus media
tor dei r hoim homo x̄ps iesus: in p̄ncipio erat verbū. Nōdū erat hō x̄ps iesus: r
verbum erat apud deū/r deus erat x̄bum
Ipse mūdus nō erat qñ deus erat verbum Joh. j.
Oia p ipm facta sunt: r mūdus p ipm fact⁹
est. Ergo tūc qñ nos fecit vt hoies essemus
nōdum erat homo. Magnam istam gratiā
2mendat apostolus christianis: vbi dicit. j. Ti. ij.
Unus em̄ deus/r vnus mediator dei r ho
minum. Nō ait. X̄ps iesus ne tu putares
fm verbū dictuz/sed addidit: hō mediator
dei r hoiz: hō x̄ps iesus. Quid est mediator
per quē cōungeremur: p quē recōciliare
mur: q: pctis ,pp̄ijs sepati iacebamus/in
morte eramus/p̄orsus perieramus. Non
erat x̄ps homo qñ creatus est homo: ne pi
ret hō/ille fact⁹ est hō. Hec vobis cōtra no
uellā hereſim q̄ temptat assurgere vt sepe
disputare cogimur: q: vos firmos volum⁹
esse in bono integros aūt a malo. Hec enim
est disputatio eorum quando primo exorti
ceperunt r contra gratiā disputare nul
tum tribuentes non libertati hominis sed
infirmitati: r iacentē miser⁹ hoiez nō erto
lētes ne manu sibi desuper porrecta valeat
surgere. Disputantes ergo contra gratiam
pro libero arbitrio: fecerunt auribus pīs
et catholicis offensionem/ ceperunt ouri/
ceperunt vt certa pernicies deuitari: cepe
runt de illis dici q̄ contra gratiam disputarent/r inuenerunt ad reuelandam istam
inudiam tale commentum. Non inquit cō
tra gratiam dei disputo. Unde probas: Eo
ipso inquit non contra gratiam dei dispu
to q̄ liberum arbitrium defendo. Uidete
acumen: sed vitreum. Quasi lucet vanita
te: sed frangitur veritate. Attendite quam
sit quasi acute excogitatum quod dicere
voluerunt. Hoc ipso inquit: quia liberum

arbitrium hominis defendo et dico/qz libero arbitrio iusticiēs est vt iustus sim: nō sine gratia dei dico. Erecte sunt aures pīorum: iam qui ista audit incipit gratulari. Deo gratias. Nō sine dei gratia defendit liberū arbitrium. Est eīm liberū arbitrium: sed nihil valet sine dei gratia. Si ergo liberum arbitrium non sine dei gratia defendunt: quid mali dicūt? Expone ergo nobis ō doctor quam dicis gratiam. Cum dico inquit liberū hominis arbitriū vide qz hois dico. Quid deinde? homo est/ds creauit? Deus. Quis ei liberū arbitriū dedit? Deꝰ. Si ergo hominē deꝰ creauit/et homini deꝰ liberz donauit arbitriuz: ḋcḋ potest hō de libero arbitrio: cuius gratie debeꝫ nisi eius qui eū cōdidit cum libero arbitrio? Et hoc quasi acute ab ipis dictū. Videte ñ fratres mei quō illā generalē gratiā predicent qua creatus est homo qua homines sumus: et vtiqz et cū impijs homines sumus: sed non cum impijs christiani sumꝰ. Hāc ergo gratiam qua christiani sumus: ipsam volumus predicent: ipsam volumus agnoscant ipsam volumus: de q̄ dicit apostolus. Non irritam facio gratiam dei. Nam si per legem iusticia: ergo xp̄s gratis mortuꝰ est. Videte vñ dixit apls. De lege dixit. Si per legem iusticia: ergo christus gratis mortuus est. Quia ergo ex lege non erat iusticia: ideo mortuus est christus/vt p fidem iustificent qui ex lege non iustificabantur. Si enim inquit data esset lex que posset iustificare omodo ex lege esset iusticia. Quod etiam hesterno die cōmemorauimus. Sed conclusit scriptura oia sub petō: vt ꝓmissio/nō predicatio. Qui ꝓmisit ipse facit. Ut promissio unquit ex fide iesu xp̄i daret credentibus. Ecce quales nos inuenit gratia saluatoris: quoz nec lex sanos facere potuit. Quare autez dabatur lex si sufficiebat natura? Quare lex data si sufficiebat natura? Et tñ nec lex sufficere potuit: ita infirma erat ipa natura data est lex: sed nō q̄ possit viuificare. Quare ergo data est? Lex inquit apls: preuaricationis gratia data est: preuaricationis gratia posita est vt te faceret p̄uaricatorem. Quare vt me faceret preuaricatorē Quis nouerat deus supbiā tuā: nouerat qz dicebas. O si sit q̄ doceat: o sibi q̄ mihi ostēdat. Ecce lex dicit tibi. Nō cōcupisces. Cognouisti legez dicentem. Non concupisces. Surrexit concupiscentia quam non nouerās. Inerat enim sed nesciebatur: excipiti conari vincere quod inerat et apparuit quod latebat. Superbe per legem factus es preuaricator. Agnosce gratiam et esto laudator. Sed legem inquis quis dedit? Qz sunt homines vani: et penis impij qui dicunt legem ab alio datā: gratiaz ꝺo per dñm nostrum iesum xp̄m: quasi legē malā: quasi legem puersam: gratiā vero rectā/et volūt ita discernere duo testamēta: vt vetus testamētū dicāt esse nescio a quo principe tenebrarū: nouū aūt testamētū a dño deo patre dñi nr̄i iesu xp̄i. Ipm paulū audi. Si propterea putas legē datā ab alio nō a deo: qz p illaz factus est prenaricator: audi ipsum apostolum legis laudatorē. Itaqz inquit lex q̄dez sancta et mandatum sanctū: adde et iustum adhuc adde et bonū. Quod ergo bonuz est inqt: mihi factuz est mors? Absit. Sz peccm̄ vt appareat peccm̄. Erat eīm peccatū: iz latebat peccatuz. Qñ latebat peccm̄? Qñ te aduersariū nōdum patiebat. Cepisti conari: et apparuit qui tenebat. Qñ sequebaris: catenam nō sentiebas: qñ isti refugiūt apparunt vinculū: voluisti fugere et cepisti trahi. Qz ergo cepisti trahi: subueniat tibi q̄ nō est ligatus. Quis nō est ligatus: nisi q̄ dixit. Si inuenistis in me peccatū dicite. Quis non est ligatus nisi q̄ dixit. Ecce venit princeps mundi: et in me nihil inueniet. Quare nihil inueniet? Qz mors peccato insita debetur. Quare ergo moreris? Ut sciant inquit omnes quia voluntatē patris mei facio. Ipse soluit qui ligatus non est: ipse a mortuis liberat qui est in mortuis liber. Sed ipse misit et legem. Per seruum suum legem: per seipsum gratiā. Attende hēliseum in magno altoz mysterio: tanq̄ prophetā: agēdo ꝓnunciantez: nō solū loquendo. Mortuꝰ erat filius hospite ipsius. Quid significauit mortuus puer nisi adam? Nunciatum est sancto prophete gerēti in prophetia typuz dñi nostri iesu christi: misit p seruū baculū suū: et ait illi. Vade: vade: pone supra puerum mortuū. Perrexit ille tanq̄ seruus obediēs Scebat propheta quid fecerat: posuit baculum supra mortuuz: non surrexit. Si eīm data esset lex que posset iustificare: omnino ex lege esset iusticia. Non ergo potuit lex viuificare. Venit ipse grandis ad parunlum saluator ad saluandum: viuus ad mortuuz venit ipse. Et quid fecit? Iuuenilia membra contraxit tanq̄ seipsum exinaniens vt formam serui susciperet. Iuuenilia ergo membra contraxit: paruum se parno coaptauit vt efficeret corpus humilitatis nostre conforme corpori glorie sue. Itaqz in isto typo christo prophetice expresso suscitatus est mortuus: tanquam iustificatus est impius. Ista gratia predicetur: ista est gratia christianorum per hominem mediatorem: per passum et resuscitatum qui ascēdit in celum: et captiuauit captiuitatem/et dedit dona hominibus. Ista inquam gratia predicetur: contra istam gratiam ab ingratis nō disputetur. Baculus prophetic⁹ mortuo nō suffecit: ipsa inortua natura suffeceret? Et istam qua conditi sumus quāq̄ hoc nomine appellatā minime legerim⁹ tamen quia gratis data est: gratiam fatea mur. Sed ostendamus vobis maiorem esse istam qua christiani sumus. Attendite. Anteq̄ conditi essemus nihil boni merebamur: et ideo gratia qua conditi sumus cuz boni nihil mereremur. Si ergo magna est gratia qñ nihil boni merebamur: q̄ta gratia est qñ tantū mali merebamur? Qui nondum erat bene nō merebatur peccator et male merebatur? Nondū erat q̄ factus est: nōdū erat/sed nec offenderat. Nonduz erat/et facꝰ est: offendit et saluus. Qui nondum erat nihil sperabat: factus lapsus est: lapsus aūt damnationē expectabat/et liberatus est. Hec est gratia p iesum xp̄m dñm nostrū. Ipe fecit nos: et anteq̄ essemus oino ipe fecit nos et factos et lapsos ipse iustos fecit nos: et non ipi nos. Si q̄ igitur in noua creatura lapsus ē vetꝰ: facta est noua. Una erat massa pditionis ex adā cui nō nisi supplicū debebatur: facta sunt vasa inde in honorē ex eadem massa. Habet eīm potestatez figulus luti ex eadem massa. Qua massa? Certe iā perierat: certe iam illi masse iusta dānatio debebatur. Gratulare quia euasisti: mortē q̄ppe debitā euasisti/et vitam nō debitam reperisti. Habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorē: aliud in ꝓtumeliā. Sz dicis. Me q̄re fecit in honorē: et aliū cōtumeliā. Quid responsurus sum? Audituri es. Augustini qui non audisti apostolum dicentem. O homo tu qui es q̄ respondeas deo? Duo paruuli nati sunt. Si debitū queras: ambo tenent massam perditionis. Sed cur mater alium portat ad gratiam alium mater dormiēs suffocat? Dictuꝰ est mihi. Quid ille meruit qui portabat ad gratiā? Quid ille meruit quem mater dormiendo suffocat? Ambo nihil boni meruerunt: sed habet figulus luti potestatem ex eadem massa facere aliud vas in honorem: aliud in cōtumeliam. Disputare vis mecum? Immo mirare mecum et exclama mecum. O altitudo diuitiarum? Ambo in pauore concoꝛde mus ne in errore pereamus. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: q̄m incomprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Scrutare inscrutabilia: fac impossibilia: corrumpe incorruptibilia: vide inuisibilia. Inscrutabilia sunt iudicia eius: audisti: sufficiat tibi: et inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi/et retribuetur ei? Si dominus retribuere vellet: nihil nisi penaz debitam retribuisset. Nihil dederunt vt eis retribueretur: pro nihilo saluos faciet illos. Quis prior dedit illi quasi suorum gratia meritoruz: quis prior dedit illi: quis preuenit gratiaz que gratis datur? Si aliquid meritorum anteuenit gratiam/iam non gratis datur: sed ex debito redditur: si autem gratis non datur/gratia quare vocatur? Quis ergo prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et p ipsum et in ipo sunt omnia. Quevtiq̄ nisi omnia bona que ab illo accepimus: et accipimus vt boni simus? Omne enim datum optimum/et omne datum perfectum desursum est descendens a patre luminum: apud quem nō est immutatio. Nam tu in peius mutatus es: apud quem non est immutatio. Ipse subuenit apud quem non est nec momenti obumbratio: nam tu in tenebris noctis tue iaces Ab illo ergo omnia. Nemo illi prior aliquid dedit: nemo erigat debitum. Gratia saluti facti estis per fidem et hoc non ex vobis: sz dei donum est. Sed monet ne inquis q̄ ille perit: ille baptizatur monet me: monet tanq̄ hominem. Si verum vis audire et me monet quia homo sum. Sed si et tu homo et ego homo: ambo audiamus dicentem. O homo: vtiq̄ si ideo monemur quia homines sumus: ipsam naturam humanam in firmam ac debilē apostolus alloquit dicēs O homo tu qui es qui respōdeas deo? Nū quid dicit figmentuz ei qui se finxit: cur me fecisti? Si posset loqui pecus et dicere deo: quare istum hominem fecisti/et me pecudem: non iuste succenseres et diceres. O pecus tu quis es qui respondeas deo? Et tu homo es: sed a deo pecus es/et vtinam sis pecus eius: et ouis pascue eius: Agnosce beneficia pastoris: et non sequeris lupū errozis. Lupi eramus. Fuimus et nos natura filij ire sicut et ceteri: sed mortua est ouis et fecit nos oues. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccatum/nō huius aut illius sed mundi. Nihil ergo fratres mei ex eo quod aliquid sumus: si tamen in eius fide aliquid sumus: quantumcunq̄ nihil nobis arrogemus: me et quod accepimus perdamus: sed in eo quod accepimus illi gloriaz demus: ipsum honorem⁹: semina sua ipse compleat. Quid haberet terra nostra nisi ipse seminasset? Sed et dat pluuiam: non deserit quod seminauit. Dominꝰ dabit suauitatem: et terra nostra dabit fructus suos Conuersi ad dominum.

Psalmo cxviij. De verbis psalmi cētesimidecimi octaui. Gressus meos dirige fm ꝟbū tuū. Et q̄ lex spiritalis ⁊ nō carnalis sit. De pugna q̄z inter carnem ⁊ spm: vbi ostēdit Augustin⁹ iniq̄tatem esse in nobis dū aduersus spm caro cōcupiscit: iniquitatem vero regnare in nobis dum caro suis concupiscentijs obedit. Sermo. xij.

A

Ubi. s.

IJne dubio fratres graues quandam sarcinam ⁊ grā de ingum iniquitatis vita re cupiebat/qui deo dicebat. Gressus meos dirige secūdum verbum tuum: ⁊ non dominetur mihi omnis iniquitas. Videamus ergo quando homini dominetur iniquitas vt intelligamus quid orantem audierimus: et quid respondendo etiaz ipsi nos orauerimus. Omnes enim ad sanctum psalmum quantumcunq̄ arbitror deuoto et veraci corde respondimus orantes et dicentes domino deo nostro. Gressus meos dirige fm verbum tuū: et non dominetur mihi omnis iniquitas. Ab huius pessime domine dominatu pcioso sanguine redempti sumus. Et quid proderat legem accepisse iubentem ac minantem ⁊ non adiuuantem: vt sub illa esse mus rei ante gratiam dei? Frustra lex minatur: quando iniquitas dominatur. Lex enim non est corporalis: non est carnalis. Sed quoniam deus spiritus est qui legem dedit: proculdubio lex spiritalis est. Sz q̄d ait apostolus? Scimus enim quia lex spiritalis est: ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Noli ergo mirari o venūdate sub petō si tibi dominatur cui es venūdatus. Audi aplm iohannē. Petīs iniq̄tas est. Et cōtra talē ergo inuocam⁹ dominum cui dicimus. Gressus meos dirige fm verbum tuum: ⁊ non dominetur mihi ois iniq̄tas. Venundatus clamat: redēptor exaudiat. Ipse homo se vendidit per libez arbitriū: sed dominante iniquitate et accepit pcium exiguū: de arboze vetita voluntatem. Ipse ergo clamat. Itinera mea dirige que ego distorsi. Gressus meos dirige quos ipe meo arbitrio deprauam. Dirige scōm verbum tuum. Quid est dirige secundum verbum tuum? Ut recti sint gressus mei: q̄z rectum est verbum tuū. Ego iniq̄ distort⁹ suz sub pondere iniquitatis: sed verbuz tuū est regula veritatis. Me ḡ distortū a me: corrige tāq̄ ad regulā: hoc est ad ꝟbū rectū. Ergo gressus meos dirige fm ꝟbū tuū: ⁊ non dñet mihi ois iniq̄tas. Vendidi me: redime me. Vēdidi me arbitrio meo: redime me sāguine tuo. In vēditore erubescat superbia: in redēptore glorietur gra. De⁹ aūt superbis resistit: humilib⁹ aūt dat gratiā. Lex em̄ spiritalis est ego aūt carnalis sum venūdat⁹ sub pctō. Qđ em̄ operor ignoro: nō em̄ qđ volo ago. Nō qđ volo ago. Cum carnalis dicit non legē sed se excusat: nā lex spiritalis nō habet culpam. Carnalis venūdatus incurrit in culpā: non agit qđ vult: cum vult non potest: q̄z qñ poterat noluit. Per malum vel le pdidit bonū posse: ⁊ captiuus iaz loquit⁹ dicit captiuus. Non quod volo ago: non em̄ qđ volo facio bonū: sed qđ odi malū hoc ago non quod volo. Et contra homo. Vis prorsus. Non quod volo ago. Omnino qđ vis agis. Nō qđ volo ago. Crede mihi frater: non quod volo ago. O si velles agere: quia non vis non agis bonum: non quod volo ago. Crede mihi: noui quid in me agatur: non quod volo ago. Contradictor gratie: non es arbiter conscientie. Ego me noui non quod volo agere: ⁊ tu dicis quod vis agis? Nemo scit quid agaz in homine: nisi spiritus hominis q̄ in ipo est. Et tu homo es: si nō vis credere mihi/intende tibi. Ita ne tu ita viuis in hoc corruptibili corpore quod aggrauat aiam vt caro non concupiscat ad spm tuū: ⁊ spūs aduersus carnē tuā Ita rixa nō est in te. Nulla est cōcupiscentia carnis q̄ resistat legi mētis? Si nihil in te alteri resistit vide totū vbi sit. Si spūs tu⁹ a carne ꝟ cōcupiscente nō dissentit: vide ne forte carni mē tua tota ꝟsentiat: vide ne forte ideo nō sit bellū: q̄z pax peruersa est. Forte in totum carni ꝟsentis: ⁊ nulla rixa est. Quā spem habes q̄ possis aliquā do vincere q̄ nōdū cepisti pugnare? Si autem condelectaris legi dei fm interiorē hominem: vides autem aliam legē in mēbris tuis repugnantē legi mentis tue: si hac cō delectaris: hac ligaris uber in mēte: seru⁹ in carne. si iā ita est cōpatere poti⁹ hoi dicēti. Non quod volo ago. Tu em̄ non vis vt concupiscentia illa que resistit menti tue: omnino non sit in te? Mali voti homo es: si tali aduersario non vis carere. Ego fateor tibi: quicquid in me rebellat aduersus mentē meam et litigat mecuz delectatione contraria: quicquid tale in me est omnino interfiere volo. Et si ei forte adiuuāte dño nō ꝟsentio: nolo habere cū quo litigē. Multo est mihi optabilius imm̄ icū non habere q̄ vincere. Neq̄ em̄ illud ipm q̄ caro concupiscit aduersus spiritum non est mecum Aut vero ex ꝛtraria natura cōpact⁹ suz: ⁊ illud meū est/⁊ q̄ ei non consentio meū est.

Jaco. iiij Ro. vij.

B

Joh. iiij. Ro. viij.

i. Joh. iij

Psalmo cxviij.

C

D

Ro. vj.

Gal. v.

pars aliquantū libera resistit reliquijs seruitutis: totū sanū sit volo: q̄z totus sum. Ergo nolo vt a me caro mea tāq̄ extranea in eternū separet: sed vt mecuz tota sanet. Si hoc totū non vis nescio quid de carne sentias: arbitror te putare qđ nescio vnde sit: quasi de gente contraria. Falsum est: hereticum est: blasphemum est: mentis ⁊ carnis vnus est artifex: ipse qñ hoiem creauit vtrūq̄ fecit: vtrūq̄ coniunxit: carnē anime subdidit: animaz sibi. Si semper illa staret sub dño suo: semp ⁊ ista obediret dño sue. Noli ergo mirari: si ea que deseruit superiorem: penas patitur p inferiorē. Caro em̄ concupiscit aduersus spm: spūs agit aduersus carnem. Nec em̄ sibi inquit inuicez aduersant: vt non ea q̄ vultis faciatis. Inde ⁊ iste. Nō quod volo ago. Concupiscit enim aduersus spm̄ ⁊ nolo vt ꝟcupiscat p magno habeo si non ꝟsentiā: opto tm̄ vt caream. Ergo nō qđ volo ago. Volo enim vt non cōcupiscat caro aduersus spm̄: ⁊ non possum/hoc est qđ dixi. Non qđ volo ago. Quid mihi calumniaris hic? Ingrate medico qđ calūniaris infirmo? Sine me vt medicum rogem. Redime me a calūnijs hominuz: ⁊ custodiam legem tuā. Custodiā per redēptionē tuā: non per potestatē meā. Ideo mihi sanitatē quā nondū habeo non arrogo: q̄z medicū rogo. Tu aūt nature defensor qđ vtinā non esses non quasi sane defensionez falsam adhibe res: sed pro nondum sana medicū rogares. Nunc vero tu nature defensor vel potius oppugnator/dū quasi de natura sana laudas creatorem: excludis a languida salutorē. Qui creauit sanat: ruentē per seipsam leuat per seipm. Ipsa fides est: ipsa veritas hoc est christiane fidei fundamentū vnus ⁊ vnus. Unus homo per quē ruina: alius homo per quē structura. Per illū ruina: p hūc structura. Cecidit qui nō mansit: erigit qui non cecidit. Ruit ille q̄z dimisit manentem: manens ille desciuit ad iacentē. Si ergo cōcupiscit caro aduersus spm̄ vt in hoc ipo non quod vis agas: q̄z vis vt non concupiscat ⁊ non potes: tene salē in gratia dñi voluntatē: ⁊ in eius adiutorio ꝓfenera. Dic ei cantasti. Gressus meos dirige fm verbum tuum: ⁊ non dominetur mei ois iniquitas. Quid est ne dominetur mihi ois iniquitas? Audi apostolū. Non regnet peccatū in vestro mortali corpore. Quid est regnet? Obediendo desideriȝ eius. Non dixit: noli habere desideria mala. Quō em̄ in hac carne mortali vbi caro concupiscit aduersus spiritum spiritus aduersus carnem nō habeo desideria mala? Illuc ergo fac. Nō regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendus desideriȝs. Et si sunt desideria! nō eis obediatur: ne iniquitas dominet. Nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Non fiant membra tua arma iniquitatis: et non dominatur tibi omnis iniquitas. Sed etiam hoc vt non fiant membra arma iniquitatis: nunquid tu tibi viribus tuis prestas? Hoc ipsum inquam: hoc ipsum q̄ non sint membra tua arma iniq̄tatis. Est quidem iniquitas in membris tuis in desideriȝs illicitis: sed non regnat. Quomodo reget qui arma nō habet? Pars tua caro tua: cōcupiscentia carnis tue: languor rebellat aduersus te: languor iste tyrānus est. Si vis te tyranni esse victorem: christū inuoca imperatorem. Nam scio quid mihi eris dicturus: vel quid apud teipsum modo dicas. Quisqs talis hic es ⁊ audis me: scio quid tibi int⁹ loquatur iniquitas. Adhuc enim sub iugo es iniquitatis: quando non agnoscis preciū redēptoris. Scio quid tibi dicas. Ecce cōcupiscit caro mea aduersus spiritum meum: concupiscit adulteriū: sed non consentio/non annuo/non decerno non solum non ago: sed nec agere consentio Non solum foris per carnez non perpetro: sed nec ipsa mente sequor rebellantem. Cōsentio repugnanti: cedo luctanti? Non facio. Ecce nō dominatur mihi omnis iniquitas. Ita est: verum est. Gratias age si ita est ei qui tibi donauit vt ita sit. Noli tibi hoc arrogare ne perdas quod accepisti: et incipias frustra rogare. Non times. Deus superbis resistit: humilib⁹ autem dat gratiā. Ergo tu tibi prestas: vt nō dominetur tibi omnis iniquitas? Si vera est ista tua presumptio: vana est nostra oratio: vbi dicim⁹ deo. Nō dominetur mihi omnis iniquitas Cantasti ꝟba ista hodie: an non? Hic eras quando omnes dicebamus. Gressus meos dirige fm verbum tuum: et non dominetur mihi ois iniquitas? Hic eras: cantasti verba ista: puto te non negaturuz. Ergo cantasti in ppło dei: ⁊ rogasti deum dicens. Gressus meos dirige fm verbum tuū: ⁊ non dominetur mihi omnis iniquitas. Si tibi hoc prestabas: quare mecum rogabas? Teneo precantem: conuinco laborantē. Simul ergo audiamus dicentem. Uenite ad me omnes qui laboratis. Audiamus ⁊ veniam⁹. Quid est veniamus? Credendo proficiamus/gratias agendo accipiamus: perseuerando perueniamus/veniamus ad cuz qui dicit. Uenite ad me omnes qui laboratis. Et tu laboras/et ego laboro: illum audiamus: ad illum veniamus: uterq̄ nos quare litigamus? Ambo audiam⁹ q̄z ambo laboram⁹. Quare itra nos litigam⁹? An vt me-

Psalmo cxviij.

Mat. xj.

E

Gal. v.

dicum vocantem nō audiamus:⁊ O infelix infirmitas. Ad se vocat medic⁹:⁊ litib⁹ occupatur egrotus. Vide quid dicat vocādo. Venite ad me oēs qui laboratis. Ubi laboratis:nisi sub sarcinis peccatoꝝ/nisi sub iugo male dñe iniquitat⁹:⁊ Venite ergo ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis:⁊ ego vos reficiā. Ego qui feci reficiaz:ego inquit vos reficiam:quia sine me nihil potestis facere.

Joh.xv. Mat.xj. Joh.j. Quō vos reficiā:⁊ Tollite iugum meum super vos:⁊ discite a me. Quid discim⁹ a te? Nouimus te dñe in principio verbū deum:verbum apud deum:omnia per te facta nouimus que vidimus ⁊ que non vidim⁹. Quid discimus a te? Non ēm alium mundum discipuli tui tanq̄ discipuli artificis ⁊ fabricatoris cōditur sumus/vnū mūdū cōditoris/celum ⁊ terrā fecisti:vtrūq̄ suis creaturis ornamentisq̄ illustrasti. Quid a te discimus? Discitis a me inquit:cū essem in principio apud deum creauī vos. Hoc nolo discatis a me:sed factus sum quod feci ne perirent que feci. Unde sum fact⁹ q̄ feci? Semetipsum exinaniuit:formā serui accipiēs in similitudinem hominum factus/⁊ habitu inuentus vt homo:humiliauit semetipz̄. Hoc discite a me. Humiliauit ēm semetipm inquit. Discite a me q̄ mitis sum et humilis corde. Non enīz inquit/hoc vos doceo: quasi in forma dei aliquando fuissetis:non rapinā arbitrātes esse vos equales deo. Ille propriū erat:illi rapina nō erat cui natura inerat. In patris equalitate:nat⁹ est de patre. Quid tamen feci ꝓpter te? Semetipsum exinaniuit:formam serui accipiens: in similitudinem hoim factus:⁊ habitu inuentus vt homo. Ecce ꝓpter te deus fact⁹ est homo:⁊ non te vis agnoscere cuz sis hō. Ecce ꝓpter te de⁹ factus est homo sine peccato:⁊ non vis te agnoscere cuz peccato/vt venias ad illum qui ait. Uenite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis:⁊ ego vos reficiam. Tollite iugū meuz super vos. Tulisti hoc iugū? Tulisti? Sētis te habere sessorē. Tulisti hoc iugū? Dicis:tuli. Sētis te habere sessorē? Sentis te habere rectorē? Sē tio inquis. Illi ergo dic. Gressus meos dirige fm verbum tuum. Regit te sub iugo suo ⁊ sub sarcina sua. Ut ēm sarcina eius sit tibi leuis:⁊ iugu⁹ eius suaue: ille tibi amorē inspirauit. Amāti suaue est:nō amanti durum est. Amanti suaue est:dñs dedit suauitatem. An forte q̄ vel venisti/audiens:venite ad me:hoc ipsuz tibi arrogare intēdis: quia venisti? Ecce inquis veni ad illum arbitrio meo:voluntate mea. Quia veni reficit me:q̄ veni:iugū suuz imponit mihi suauе:q̄ dat amorem:sarcinaz suam leuē imponit mihi amanti ⁊ diligēti. Hec oia fecit in me: sed q̄ veni ad eū. Ergo hoc sapis q̄ venisti:tu tibi hoc p̄stitisti. Quid ēm habes q̄ nō accepisti? Quomodo venisti? Credēdo venisti:sed nōdum peruenisti. Adhuc in via sumus:venimus:sed nondum peruenimus. Seruite dño in timore: et exaltate ei cum tremore:ne quando iracatur dñs: et pereatis de via iusta. Time ne cū tibi arrogas:quia inuenta est a te via iusta/ipsa arrogātia pereas de via iusta. Ego inquis veni:arbitrio meo veni:voluntate mea veni. Quid turgescis? quid tumescis? Uis nosce quia et hoc p̄stitum est tibi? Ipsum audi inuocantem. Nemo venit ad me: nisi pater qui me misit traxerit eum. Conuersi ad dominum.

1.Co.iij


ꝑa.ij.

Joh.vj.

Gal.iij

¶ De verbis Apli. Si ēm data esset lex que posset viuificare:oīno ex lege esset iusticia. Sermo.xiij. In quo nec fm carnem cōtra epicureos:nec fm aīam contra stoicos:sed fm deum insinuat esse viuendum.

A



Erbi dei altitudo exercet studium:nō denegat intellectū. Si oia clausa essent nihil esset vnde reuelaretur obscura. Kursus si omnia recta essent nō esset vnde alimentum anima perciperet et haberet vires quibus posset ad clausa pulsare. In lectionibus apostolicis superioribus quas charitati vestre (quantum dñs adiuuare dignat⁹ est) exposuim⁹: multum laborem ⁊ sollicitudinem passi sumus. Compatiebamur vobis ⁊ solliciti eramus ⁊ pro nobis ⁊ pro vobis. Quantū autem existimo aduuit ⁊ nos ⁊ vos dñs:⁊ ea que prorsus difficillima videbantur:sic per nos enodare dignatus est vt nulla questio remaneret que conturbaturientē piam. Impia ēm mens odit etiam ipsum intellectuz: ⁊ homo aliquando nimium mēte peruersa timet intelligere ne cogatur q̄ nō intellexerit facere. De talibus ait psalmista. Noluerūt intelligere vt bene agerent. Uos autē charissimi quia bonum est bene sentire de vobis:exigitis intellectum/exiget deus fructum. Intellectus enim (sicut scriptum est) bonus omnibus facientibus eum. Hoc tamen quod restat et hodie recitatum est:q̄uis non habeat tantam difficultatem quātum habuerunt superiora:que iam (vt putamus/adiuuāte domino transiecti sum⁹ desiderat tamen intentionem vestram:vt sic enim conclusio fit propter illa que dicta sunt. In superioribus lectionibus laborāte

ꝑa.xxxv

ꝑa.cx.

Rom.vij. ne forte reus constitueretur apostolus omnino quodāmodo peccatoꝝ dicendo. Nō ēm quod volo ago. Deinde ne lex videretur aut sufficere posse homini habenti liberum arbitrium:etiam si nullum vltra auxilium diuinū porrigeretur:aut certe frustra data fuisse crederetur:dicta est ⁊ causa quare sit lex data:quia ⁊ ipa in adiutorium data est: sed non sicut gratia. Data est enim sicut iā exposuimus:et tenere debetis: ⁊ vobis vehementius et diligentius nos commendare debemus. Data est vt inueniret se homo vt non morbus sanaretur:sed vt predicatio

Mat.ix. ne morbo crescēte medicus quereretur. Et quis est iste medicus:misi qui dixit. Nō est opus sanis medicus:sed male habentibus Qui ergo non confitetur creatorem: negat superbus auctorem. Qui autem negat egritudinem suam:superfluum iudicat saluatorem. Ergo ⁊ in natura nostra creatoꝝ laudemus/⁊ propter vitium quod nobis inflizimus/saluatorē queramus. Et quomodo querimus saluatorem? Ut det legem? parum est. Si ēm data esset lex que posset viui-

Gal.iij. ficare:oīno esset ex lege iusticia. Si ergo non est data lex que posset viuificare:quare data est? Sequitur ⁊ ostendit quare sit data:quia etiam sic in adiutorium data est ne te sanum putares. Si ergo data esset lex q̄ posset viuificare:oīno ex lege esset iusticia. Et quasi quererem⁹:quare ergo data est? Sed conclusit scriptura omnia sub peccato:vt promissio ex fide iesu christi daretur credentibus. Quando audis promissorem expecta factoreꝝ. Idonea fuit humana natura per liberum arbitrium vulnerare se: sed iam vulnerata ⁊ sauciata nō est idonea per liberum arbitrium sanare se. Si ēm vo-

B lueris intemperanter viuere vt egrotes:ad hoc medicum non requiris/ad labem sufficis tibi. Cum autez intemperanter agens ceperis esse egrot⁹:non sic potes ab egritudine liberare te quomodo potuisti per intemperantiam te in egritudinē ꝑcipitare.

Et tamen medicus etiam sano precipit tēperantiam. Bonus medicus hoc facit:non vult esse necessarius egrotanti. Sic etiam dñs deus creator homini sine vitio temperantiam precipere dignatus est: quā si ille seruasset:medicum postea morbo suo nō desideraret:sed q̄ non seruauit languidus factus est:cecidit infirmus:creauit infirmos: id est infirmos genuit infirmus ⁊ tamen in omnibus qui nascuntur infirmis deus q̄ bonum est operatur: formando corpus: vi-

Watt.v. uificando corpus:alimenta prebendo:pluuiam suam:⁊ solem suuz super bonos ⁊ malos dando:non est vnde accusent boni nec mali. Etiam insuper genus humanum insto suo iudicio cōdenatum noluit in interitum sempit ernū relinquere:sed misit ⁊ medicū:misit saluatorē:misit eū q̄ gratis sanaret. Parū est q̄ grat⁹ sanaret:d sanatis etiā mercedē daret. Nihil addi ad istaz benuolentiā potest. Quis est q̄ dicat:sanē te et dotibi mercedez? optime fecit. Sciebat ēm se diuitē venisse ad pauperē ⁊ sanat egrotos: ⁊ sanatis donat ⁊ nō aliud q̄ seipz̄ donat. Saluator est adiutoriū languidi:ipe saluator est pmiū sanati. Ergo fratres q̄ hodie admoniti estis:debitores sumus nō carni vt fm carnē viuam⁹. Ad hoc ēm adiuti sumus:ad hoc spm̄ dei accepim⁹:ad hoc etiā in laboribus nostris quotidianū adiutoriū postulamus. Lex cui minatur non implendo q̄ iubet euz facit esse sub se:hi sunt sub lege/non sub gra. Bona est lex si q̄s ea legitime vtat. Quid est ergo legitime vti lege? per legē agnoscere morbū suuz ⁊ q̄rere ad sanitatē diuinum adiutoriū. Quia sicut dixi ⁊ sepe dicendum est. Si lex posset viuificare:oīno ex lege esset iusticia:nec quereretur saluator:nec veniret xp̄s:nec sanguine suo quem perditā q̄reret. Sic ēm dicit alio loco idē apls. Nam si per legē iusticia:ergo xp̄s gratis mortuus est. Que igitur vtilitas legis:⁊ q̄ adiutoriū? Quia conclusit scriptura oia sub petō vt promissio ex fide iesu xp̄i daret credētibus. Itaq̄ lex inquit pedagogus noster erat in xp̄o iesu. Ex ista similitudine rem de qua loquor attendite. Pedagogus puerum non ducit ad seipsum:sed ad magistrum:sed cū puer bene institutus iaz creuerit/sub pedagogo non erit. Tractans de his apls etiam alio loco. Ualde ēm assidue hoc cōmendat:sed vtinam non surdis. Cōmendat aūt hoc assidue:nmēdans fidē gentibus:q̄ fide impetrāt adiutoriū vt impleant legē:nō p legē/sed vires implēdi impetrātes per fidē:ad hoc assidue dicit ⁊ cōmendat ista apls ꝓpter iudeos qui de lege gloriabantur:⁊ libero suo arbitrio legē sufficere arbitrabātur:ac per hoc quia libero suo arbitrio legez sufficere arbitrabantur. Ignorantes dei iusticiam. i. ex fide iusticiaz datam a dño:⁊ suam volentes statuere: ōsi suis viribus impletam:non dante fide impetrataz:iusticie dei:sicut dicit nō sunt subiecti. Finis enim legis xp̄s est:ad iusticiaz omni credenti. Ergo cuz de his tractat:opponunt sibi. Quid ergo lex? Quasi que vtilitas legis? Respondit. Preuaricatiōis gratia posita est:hoc est quod dicit alibi. Lex subintrauit:vt abundaret delictum. Et ibi quid addidit? Ubi aut ēm abundauit delictum:superabundauit gratia:quia leuiore

Rom.v.

egritudine cōtenebatur adiutoriū medicine:cremit morbus/⁊ quesit⁹ est medicus. Quid ergo lex? Preuaricatiōis gra posita est:vnde humiliaret ceruix superbox multū sibi tribuentiū:⁊ volitati sue tm arroganti ut sibi liberū arbitriū posse putarent ad iustitiā sufficere. Que tūc quādo erat integra libertate.i.in paradiso ostendit vires suas:ostendit quantū possint/sed ad rnēduz non ad surgendū. Lex ergo preuaricatiōis gratia posita est donec veniret semē cui p̄missum est:dispositū per angelos in manu mediatoris. Mediator autē vnius non est: deus aūt vnus est. Quid est mediator vni⁹ non est:Quia inter duos vtiq; mediator ē. Si vnus est deus:⁊ mediator nō est vnius inter quid ⁊ qđ deū querimus mediatorez: q; mediator vnius nō est:deus aūt vn⁹ est. Inter qđ ⁊ quid sit mediator:inuenim⁹ ipso apostolo dicēte. Unus em deus ⁊ vn⁹ mediator dei ⁊ hominuz:homo xps iesus. Si non iaceres/mediatorē necessariuz non haberes:q; vero iaces ⁊ surgere nō potes:mediatorē quodāmodo de⁹ tibi porrexit brachium suū. Et brachiū domini cui reuelatū est. Nemo ergo dicat:quoniā non sum⁹ sub lege sed sub gratia:ergo peccemus:ergo qđ volumus faciam⁹. Qui hoc dicit:egritudinem amat:non sanitatē. Gratia medicina est. Qui vult semp egrotare:ingrat⁹ est medicine. Ergo fratres accepto adiutorio porrecto nobis desuper diuino auxilio brachio domini:⁊ ipso brachio dñi porrecto nobis auxilio spiritu sancto:debitores sumus nō carni vt fm carnez ambulemus:q; fides sine bonis operib⁹ bene operari nō potest nisi per dilectionē. Ipsa est cūm fidelium fides ne sit demonū fides:q; ⁊ demones credunt ⁊ cōtremiscunt. Illa est ergo laudabilis fides:ipsa est vera gratie fides:que per dilectionē operatur. Ut autez habeamus dilectionē ⁊ ex ea possimus habere bonā operationē:nūquid eaz nobis dare nos possumus:cū scriptum sit. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui dat⁹ est nobis? Charitas vsq; adeo est donū dei vt deus vocet:apostolo iohāne dicente. Deus charitas est:⁊ q̄ manet in charitate in deo manet ⁊ deus i eo manet. Ergo fratres debitores sum⁹ non carni vt fm carnē viuamus. Si enim fm carnē vixeritis moriemini:nō q; caro maluz est:nam et ipsa dei creatura est:⁊ ab eo condita a quo ⁊ anima/nec illa/nec illa pars dei:sed ⁊ illa/⁊ illa creatura dei. Ergo caro nō est malum:sed fm carnez viuere maluz est. Deus summe bonus est: quia summe est qui ait. Ego suz qui suz Deus ergo summe bonus est:anima magnū bonū:sed non summū bonū. Cum autē audis. Deus summe bonus est:noli putare de deo tm̄ patre dictū:sz de patre ⁊ filio ⁊ spūsancto. Hec em̄ trinitas vnū sunt:⁊ vnus est deus ⁊ summe bonus est. Ita plane vn⁹ est deus/vt quādo de ipsa trinitate interrogaris:hoc respondeas/ ne forte cū audieris. Un⁹ est deus:putes ipsum esse patrē:ipsum esse filiuz ipsum ee spiritūsanctum. Non ita est:sed qui pater est in illa trinitate nō est filius:qui fili⁹ est in illa trinitate nō est pater:qui spūssanctus ē in illa trinitate:nec filius est nec pater/sed spūs patris:idēq; spūs filij:ipse est em̄ vn⁹ spiritussanctus ⁊ patris ⁊ filij coeternus:patri ⁊ filio cōsubstantialis ⁊ equalis. Hec tota trinitas vnus deus summe bonus. Anima vero(vt dixi)creata a summo bono:nō tamē summū bonuz sed magnuz bonū. Itē caro nec summū bonum nec magnū bonuz: sed parū tamē bonuz. Aia ergo magnum bonū si non summū bonuz viuens inter sūmuz bonum ⁊ parum bonū.i.inter deum et carnē/inferior deo:carne supior. Quare nō viuit fm summū bonū:sed viuit fm parū bonū:Hoc planius dicit:quare non viuit fm deuz/sed viuit fm carnez:Debitrix em̄ est non carni:vt fm carnē viuat. Caro debet fm ipsaz viuere:non ipsa fm carnē. Ipsa viuat fm ipsam que viuit de ipsa. Certe vnaquaq; fm hoc viuat:vnde viuit. Unde viuit caro tua:De aia tua. vnde viuit aia tua:De deo tuo. Unaquaq; harū fm vitaz suam vuit. Caro em̄ non est vita:sed anima carnis est vita. Aia sibi non est vita:sed deus est aie vita. Aia ergo que dz fm deuz viuere/non em̄ debitrix est carni vt fm carnē viuat. Ergo que fm deū dz viuere:si fm seipsaz viuat deficit:fm carnē viuit ⁊ proficit. Tūc aūt recte viuit caro fm aiaz:si anima viuat fm deū. Nam si aia non dico fm carnē:sed fm seipsaz vt dixi voluerit viuere:dicturus vobis suz quid sit fm seipsaz viuere. Bonū est em̄ vt hoc noueritis ⁊ valde salubre. Fuerūt philosophi seculi huius alij putauerunt nō esse beatitudinē nisi fm carnem viuere:⁊ bonuz hois in voluptate corporis posuerūt. Isti philosophi epicurei dicti sunt ab epicuro quodaz auctore magro suo:⁊ alij similes eorū. Exiterunt autē alij superbi quasi a carne se remouētes:⁊ totaz spem beatitudinis sue in aia sua collocantes:posuerunt summū bonū in virtute sua. Uocē psalmi in vobis affect⁹ pietatis agnouit. Scit enim:nostis:agnouistis quo irrisi sunt in ferō psalmo. Qui confidūt in virtute sua. Tales fuerūt philosophi q̄ stoici nūcupati sunt Illi fm carnem viuētes:isti fm aiaz viuen

tes:nec illi nec isti fm deuz viuentes. Ideo cū ad vrbem atheniēsium vbi iste philosophorū discipline studio ⁊ cōtentione feruebant:venisset apostolus paulus:sicut in actibus apostolorū legit:vbi vos gaudeo nostrū agnoscendo ⁊ recolēdo p̄uenire fmonem:sicut ibi scriptū est. Contulerūt cū illo quidā philosophorū epicureox fm carnez viuentes:⁊ stoicorū contulerunt cū illo fm animā viuentes:contulit cū illis fm deum viuens. Dicebat epicureus. Mihi frui carne bonū est. Dicebat stoic⁹. Mihi frui mea mente bonū est. Dicebat apostolus. Mihi aūt adherere deo bonum est. Dicebat epicureus. Beatus cui⁹ est in fructū voluptas carnis eius. Dicebat stoicus. Immo beatus cuius est in fructu virtus animi eius. Dicebat apostolus. Beatus cuius est nomen domini spes eius. Errat epicure⁹. Falsum est enim esse hominē beatū cuius est in fructu voluptas carnis eius. Fallitur ⁊ stoicus. Falsum est enim ⁊ oīno mendosissimū beatum esse hominē cuius est in fructu virtus animi eius. Beat⁹ ergo cuius est nomen dñi spes eius. Et quia illi vani sunt et mentiūtur. Et non respexit in vanitates ⁊ insanias mendaces. Ergo fratres debitores sumus nō carni vt fm carnem viuam⁹ sicut epicurei:sed etiā si fm seipsam sibi voluerit viuere aia:carnalis erit:carnem fapit:de carne non surgit. Non est enim quēadmodū inde surgat qui brachium porrectum iacēti non tenet. Si enim fm carnem vixeritis/moriemini. Ubi enim dictum est. Quid mihi faciat homo:ibi dictū est. Quid faciat mihi caro. Si fm carnē vixeritis moriemini:⁊ si fm spiritum vixeritis viuetis: sed illa morte de qua dominꝰ in euangelio terribiliter dicit. Euz timete qui habet potestatē ⁊ animā ⁊ corpus perdere in gehēnam ignis. Si ergo fm carnē vixeritis moriemini:si aūt spiritu actiōes carnis mortificaueritis viuetis. Hoc est opus vestruz in hac vita:actiones carnis spiritu mortificare:quotidie affligere/minuere/ frenare/ interimere. Quā multi enim ꝓficientes nō iaz delectant que antes delectabāt. Quando ergo delectabat ⁊ non ei cōsentiebatur mortificabatur:q; iaz non delectat mortificatū est. Calca mortuū:transi ad vinū. Calca iacētez:confitge cū resistente. Mortua est enim vna delectatio:sed viuit altera/⁊ illuz nō consentis mortificas:cū ceperit omnino non delectari:mortificasti. Hec est actio nostra hec est militia nra. In hoc agone cū confligimus deū habemus spectatorez: in hoc agone cū laboramus:deū poscimus adiutorem. Si em̄ nos ipse nō adiuuat:nō dico vincere sed nec pugnare poterimus. Cū ergo dixisset apostolus. Si aūt spiritu actiones carnis mortificaueritis viuetis.i. illas cōcupiscentias carnis:quib⁹ nō ꝓsentire magna laus est:quas nō habere perfectio est. Hic iaz metuendū est ne quisq; rursus ad mortificādas actiōes carnis de spiritu suo audeat p̄sumere. Non solum em̄ deus spūs est:sed ⁊ anima tna spiritus est: ⁊ mēs tua spūs est. Et cuz dicis. Mente seruio legi dei carne aūt legi peccati:q; spiritus cōcupiscit aduersus carnez:⁊ caro aduersus spm̄. Ergo ne ad carnis actōes mortificādas de spū tuo p̄sumas:⁊ superbia pereas/⁊ tibi supbo resistatur:non humili gratia p̄cedatur. Deus em̄ superbis resistit: humilibus aūt dat gratiaz. Ne forte ergo subozirek tibi ista superbia:vide quid sequatur. Cum em̄ dixisset. Si spū actiones carnis mortificaueritis viuetis:ne hic se extolleret humanus spūs:⁊ ad hoc opus se idoneum firmūq; iactaret:subiecit ⁊ ait. Quotquot em̄ spiritu dei aguntꝰ hi filij sunt dei. Quid te ergo iaz volebas extollere vbi audisti. Si spū actiones carnis mortificaueritis viuetis? Dicturus em̄ eras:hoc pōt voluntas mea:hoc pōt liber⁹ arbitriū meum. Que volūtas? Quod liber⁹ arbitriuz? Nisi ille regat cadis:nisi regat iaces. Quo ergo spū tuo:cuz audias ap̄lm dicentez. Quotq; enim spū dei agūtur hi filij sunt dei? Tu te vis agere a teipso:vis agi ad actiōes carnis mortificādas? Quid tibi ꝓdest:q; non eris epicur⁹ ⁊ eris stoicus? Siue epicur⁹ eris/siue stoicus eris: inter filios dei non eris. Quotquot em̄ spū dei aguntur:hi filij sunt dei:non qui fm carnē viuunt suā:non qui fm spm̄ suū viuunt/non qui carnis voluptate ducūtur:non qui spū suo agūtur:sz quotquot spū dei agūtur/hi silij sūt dei. Dicit mihi aliqs. Ergo agimur/nō agim⁹. Rñ deo. Immo ⁊ agis ⁊ ageris. Et tūc bñ agis si a bono agaris. Spūs em̄ dei qui te agit: agētibus adiutor est/ipm nomē adiutoris ꝓscribit tibi:q; ⁊ tuipe aliqd agis. Agnosce quid poscas:agnosce qđ confitearis:qñ dicis. Adiutor me⁹esto ne derelinq̄s me. Adiutorē vtiq; inuocas deū. Nemo adiuuat: si ab illo nihil agatur. Quotquot em̄inquit spū dei aguntꝰ hi filij sunt dei:nō ira sz spū: nō lege p̄cipiēte/minante/ꝓmittente:sed spū exhortāte/illuminātē/adiuuante. Sciens (inquit idez ap̄s) q; diligentib⁹ deum oia cooperant in bonū. Si nō esses opator: ille nō esset cooperator. Sed hic fortiter vigilate ne forte dicat spiritus vester: si subtraxerit se cooperatio dei ⁊ adiutoriū dei: spiritus meus facit hoc/⁊ si cū labore et si

Gal. iij. Ro. viij. Jacob. ij. Rom. v. j. Jo. iiij. Ro. viij. Exo. iij. Ac. xvij Ro. viij. Psalmo xxxix. j. Reyn. viij. Ro. viij. Psal. lv. Ro. viij. Mat. x. Joh. iiij. Ro. viij. Gals. v Jac. iiij. Ro. viij. Ubi. s. Ro. viij. Psalmo xxvij

Universidad de Deusto Biblioteca

cuz aliqua difficultate/pōt tamen implere. Nō potest. Quomodo si aliquis dicat. Remis quidē peruenimus: sed cum aliquo labore. O si ventū habeamus facilius peruenimus. Non sic est adiutoriuz dei: nō sic est adiutoriū christi: nō sic est adiutoriuz spiritussancti. Prozsus si defuerit nihil boni agere poteris: agis quidē illo non adiuuāte libera uolūtate: sed male. Ad hoc idonea est uoluntas tua que uocatur libera: z male agēdo fit dānabilis ancilla. Cuz dico tibi: sine adiutorio dei nihil agas/ nihil boni dico. Nam ad male agendū habes sine adiutorio dei liberam uoluntatē: quamq̄ non est illa libera. A quo enim quis deuictus est: huic z seruus addictus est. Et omnis qui facit peccatū seruus est peccati. Et si uos filius liberauerit: tūc uere liberi eritis. Prozsus hoc credite: sic uos agere bona uoluntate/ quia uultis utiq̄ agitis. Non enim adiutor est ille si nihil agatis: nō enim cooperator est si nihil operamini. Sic uos tamē scitote agere bona ut sit rector spiritus adiutor: qui si uero defuerit/ nihil boni omnino agere ualetis. Nō sicut quidam dicere ceperunt/ qui cohortati sunt aliquādo gratiā cōfiteri: z dñicimus deuz: quia uel hoc aliquādo dixerunt. Accedēdo enim ,pficere potuerūt: z ad id quod uere rectum est peruenire. Jam ergo dicūt aduitricem esse gratiaz dei ad facilius facienda. Jsta sunt uerba eorū. Ad hoc dedit (inquiunt) deus gratiā suam hominibus ut quod facere iubētur per liberuz arbitriū: facilius possint implere per gratiā. Uelo facilius: remo difficilius: tamē z remo itur. Jumēto facilius: pedibus difficilius: sed tamē z pedib⁹ peruenitur. Non est sic. Magister enim uerus/ qui neminē palpat: neminē fallit: uerax doctor: idēq̄ saluator: ad quem nos duxit molestissimus pedagogus: cū de bonis operibus: id est de farmentorū z palmitum fructibus loqueretur: non ait. Sine me facere quidē potestis aliquid: sed facilius per me non ait. Fructū uestruz sine me potestis ali quid facere: sed uberiorē per me. Non hoc dixit: legite quid dixerit: euāgelium sanctū est: omniū superba colla subdūtur. Nō hec dicit augustinus: hec dicit dominus. Quid dicit dominꝰ? Sine me nihil potestis facere. Jam nunc cū audis. Quotquot spiritu dei agūtur: hi filij sunt dei: nolite uos dimittere. Neq̄ enim templum suū sic de uobis edificat deus quasi de lapidibus qui non habent motum suū: leuantur: ab structore ponunt. Non sic sunt lapides uiui. Et uos tanq̄ lapides uiui: coedificamini in templum dei. Ducimini sed currite/ z uos ducimini: sed sequimini: quia z cum secuti fueritis uerum erit illud: quia sine illo nihil facere potestis. Non enim uolentis neq̄ currentis: sed miserentis est dei. Forte dicturi eratis. Et lex sufficit nobis. Lex timorem dedit. Et uidete quid hinc subiunxit apostolus cum diceret. Quotquot enim spiritu dei agūtur/ hi filij sunt dei: quia qui cum spiritu dei agūtur: charitate agūtur: Charitas enim dei diffusa est in cordibus uestris per spiritūsanctum qui datus est uobis: secutus adiunxit. Non accepistis spiritum seruitutis iteruz in timore. Quid est iterū? Quomodo terrente molestissimo pedagogo. Quid est iterum? Sicut in monte sina accepistis spiritum seruitutis. Dicit aliquis. Alius est spiritus seruitutis: alius spiritus libertatis. Si alius esset: non diceret apostolus. Jterum. Jdem ergo spiritus: sed in tabulis lapideis in timore: in tabulis cordis in dilectione. Jam nudiuster tius qui affuistis audistis: quomodo longe positam plebē/ uoce: signis fumus in mon te terrebat: quomodo autem uiuens spiritussanctus: id est ipse digitus dei quinquagesimo die post ymbram pasche quomodo uenerit: z igneis linguis super unumquēq̄ eorum insederit. Jam ergo non in timore: sed in dilectione ut nō serui sed filij simus. Qui enim adhuc ideo bene agit: quia z penam timet: deum nō amat: nōdum est in filios: utinam tamē uel penam timeat. Timor seruus est: charitas libera est: z ut sic dicamus: timor est seruus charitatis. Ne possideat diabolus cor tuum precedat seruus in corde tuo: z seruet domine uenture locum. Fac fac uel timore pene: si nondum potes amore iustitie. Ueniet domina/ z seruus abscedit: quia consummata charitas foras mittit timorez. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Nouum testamentum est non uetus. Uetera transierūt: z ecce noua facta sunt omnia: oia autem ex deo. Weniq̄ quid sequitur? Quid ergo accepimus: si diceres: Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus: abba pater. Dominus timetur: pater amatur. Accepistis spiritum adoptionis filiouz: in quo clamamus abba pater. Clamor iste cordis est non fauciuz: non labiorū: intus sonat: auribus dei sonat. Clauso ore: labij sq̄ imotis susanna ista uoce clamabat. Sed accepistis spiritū adoptiōis filioz: in quo clamam⁹ abba pater. Cor clamet. Pater nr̄ qui es in celis. Ergo quare non tm̄ pater? Quid sibi uult abba pater? Si em̄ queris q̄d sit abba: rndetur tibi: pr̄. Abba enim hebraice: pr̄ dicitur.

Rom. ix.

Rom. v.

Rom. viij.

Exo. xix

ij. cor. iij

Ser. vj. ca.

exo. xxij

Actu. ij.

I. Jo. iij.

Rom. viij.

ij. cor. v.

R

Rom. viij.

Danie. xiij.

Mat. vi

Quare uoluit utrunq̄ apostolus ponere? Quis uidebat lapidem angularem quem reprobauerunt edificantes et factus est in caput anguli: nō sine causa angularem dicum: nisi q̄ in osculum recipit utrūq̄ parietez de diuerso uenientē. Hinc circūcisio: inde preputium tantū a se z inter se longe: quātum ab angulo longe: quātum autē ad angulū prope: z inter se utiq̄ prope: in angulo aūt inter se iuncti. Jpse est em̄ pax nostra: qui fecit utraq̄ unū. Ergo inde circūcisio: inde preputiū: parietuz concordia: anguli gloria. Accepistis spiritū adoptionis filioz: in quo clamamus abba pater. Qualis res est: si pignus tale est? Non pignus: sed arra dicenda est. Pignus em̄ quādo pignoratur: cū fuerit res ipsa reddita pignꝰ auferetur. Arra aūt de ipsa re datur: que dando pmittitur ut res q̄ reddit: impleat q̄ datum est nō muteť. Unusq̄sq̄ ergo attendat cor suū: utrū ex intimis cordis medullis z sincera charitate dicat. Pr̄. Non modo querit quāta sit ipsa charitas: utrū magna: an parua: an mediocris: utrum uel sit: quero. Si nata est latēdo crescit: crescendo perficiet: perfecta pmanebit. Nō enim pfecta uergit in senium: z a senectute ueniet ad mortē: ad hoc perficiet ut eterna pmaneat Uide em̄ quid sequit. Clamamus abba pater. Jpe spūs testimoniū reddit spiritui nostro: q̄: sum⁹ filij dei. Non spūs noster reddit testimoniū spiritui nostro q̄: sumus filij dei: sed spūs dei arra reddit testimoniuz ,pea re que nobis ,pmissa est. Jpse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro: q̄: sum⁹ filij dei. Si aūt filij: z heredes. Non em̄ inuiter filij: hec est merces z hereditas. Hoc est quod pauloante dicebā: q̄ medicus noster z sanitatē nobis donat: z mercedē insuper largiri dignatur. Que est illa merces? Hereditas? Hz nō quomodo est hois patris hereditas. Relinquet em̄ filijs suis: non possidet cū filijs suis: z tamē magnū se facit/ et gratias sibi agi desiderat: quia uoluit dare quod nō possit auferre. Moriēs em̄ tolleret secū puto: q̄ si posset nihil hic filijs suis dimisisset. Heredes dei sic sunt ut ipse deus sit hereditas nostra. Cui dicit psalm⁹. Dominus pars hereditatis mee. Heredes q̄dem dei: si parū uobis est audite: quod amplius gaudeatis. Heredes quidē dei coheredes autem christi. Conuersi ad dominū.

¶ De baptismo paruulorum contra pelagianos. Sermo. xiiij. Jn quo pelagianos refellit: absq̄ baptismo decedētes paruulos salutem: eternāq̄ uitam, regnum autez celorum minime) innocentie merito consecuturos dicentes: quippe quibus nec propria nec originalis culpa inest.



Atale sancti iohānis inter cetera que dicēda uidebanť ad baptismū paruulorū noster sermo deducť est: z qz iam ,plixius erat: z de illo terminādo cogitabatur: non tanta dicta sunt de tanta questione quāta in periculo tāta z sollicitis dici debuerunt. Sollicitos autē nos facit: nō ipsa sentētia taz olim in ecclesia catholica summa auctoritate fundata: sed disputatiōes quorūdaz que modo crebrescere: z multoz animos euertere moliūtur. Hodie ergo adiuuante dño placuit nobis hinc loq̄. Dicz quidē solēne martyzis celebriam⁹: sed maioz causa est oium fidelium ꝯ tantūmodo martyrū. Non em̄ oēs fideles etiā martyres: sed ideo illi martyres: qz fideles. Uideamus ergo quid ab eis proponať: quid eos mouet: quoniā z de ipsis non tā refellendis ꝯ sanādis cogitare debemus. Concedūt paruulos baptizari oportere. Nō ergo questio est inter nos z ipsos utrū paruuli baptizādi sint: sed de causa queritur quare baptizādi sint? Hoc ergo quod concedit: sine ylla cum illis dubitatiōe teneam⁹. Baptizādos esse paruulos nemo dubitet: quādo nec illi hinc dubitant: qui ex parte aliqua cōtradicunt. Sed nos dicim⁹ eos aliter salutē z uitam eternā non habituros: nisi baptizētur in christo: illi aūt dicunt nō propter salutem: nō propter uitam eternā: sed propter regnū celorum. Quid sit hoc dum exponimus ut possumus: parūper attendite. Paruulus inquiūt z si non baptizaretur: merito innocētie eo ꝙ nullū habeat omnino nec proprīū nec originale peccatū: nec ex se nec de adā tractum: necesse est (aiunt) ut habeat salutem z uitam eternā etiam si non baptizetur: sed ,pterea baptizandus est ut intret etiā in regnum dei: hoc est in regnum celorū. Si discutiendū est hoc: discutiendum est propter illos nō propter nos. Fratres enim nostri sunt: permoti sunt profundita te questiōis: sed regi debuerunt gubernaculo auctoritatis. Cuz enim dicūt non esse baptizandos salutis et uite eterne percipiende causa: sed tantūmodo regni celoruz z regni dei: baptizandos quidem fatētur: sed nō propter uitam eternaz: sed ,pter regnum celorū. Quid de uita eterna? Habebunt inquiūt. Quare habebunt. Quia nullum peccatū habent: z ad dānationem

pertinere nō possunt. Ergo est eterna vita extra regnū celorū: Primus hic error auersandus ab auribus: extirpandus a mentibus. Hoc nouū in ecclesia prius inauditum est: esse vitā eternaz preter regnum celorum: esse salutē eternā preter regnuz dei. Prius vide frater: ne forte hinc sentire nobis debeas: quisquis ad regnuz dei non pertinet eum ad dānationem sine dubio pertinere.

Venturus dominꝰ et iudicaturus de viuis et mortuis: sicut euāgelium loquitur: duas partes facturus est: dexterā et sinistraz. Si Matth. xxv. nistris dicturus. Ite in ignez eternum qui paratꝰ est diabolo et angelis eius. Dextris dicturus. Venite benedicti patris mei percipite regnū quod vobis paratuz est ab origine mundi. Hanc regnū nominat: hanc cū diabolo dānationem. Nullus relictus est medius locus vbi ponere queras infantes. De viuis et mortuis iudicabitur: alij erunt ad dexterā: alij ad sinistraz: nō noui aliud. Qui inducis mediuz recede de medio: non te offendat qui dexteraz querit et teipsum admonet: recede de medio: sed noli in sinistraz. Si ergo dextera erit et sinistra: et nullum mediuz locū in euangelio nouimus: ecce in dextera regnum celorū est. Percipite inquit regnuz. Qui ibi nō est: in sinistra est. Quid erit in sinistra? Ite in ignem eternū. In dextera ad regnuz vtiqz eternum: in sinistra in ignez eternū. Qui non in dextera: proculdubio in sinistra. Ergo qui non in regno: proculdubio in ignē eternuz. Certe habere nō potest vitam eternā qui non baptizatur: nō erit in dextera: id est in regno non erit. Vitam eternā computas ignem sempiternū? Et de ipsa vita eterna audi expressius: quia nihil aliud est regnum quā vita eterna. Prius regnū nominauit/sed in dextris: ignez eternū in sinistris. Extrema autem sentētia vt doceret quid sit regnum: et quid sit ignis eternus. Tunc inqt abibunt isti in cōbustionem eternaz: iusti autem in vitam eternā. Ecce expositum tibi quid sit regnū et quid sit ignis eternus: vt quādo contiteris parvulū non futurum in regno: fatearis futurū in ignem eternum. Regnum enim celorū est vita eterna. Nec aliud etiā paulus apostolus: cū terreret homines: nō paruulos non baptizatos: sz si celestes/facinorosos/cōtaminatos/perditos: non eos terruit qꝫ erunt in igne sempiterno: quo sine dubio ibunt si non corrigūtur: sed tantū terruit: quia in regno nō erunt: vt cū viderint se perdere spem regni: nō viderent esse i. cor. vi. consequēs nisi penam ignis eterni. Nolite inquit errare: neqz fornicatores: neqz idolis seruientes: neqz adulteri: neqz molles: neqz masculorū dormitores: neqz fures: neqz auari: neqz ebriosi: neqz maledici: neqz rapaces regnū dei possidebunt. Non dixit: illi et illi: tales et tales igni eterno torquebūtur: sz regnum dei nō possidebūt. Subtracta derterā non remānit nisi sinistra. Unde autē cuadunt ab igne sempiterno: non ad aliud nisi qz erunt in regno. Sequit. Et hec quidem fuistis. Et vnde iam non sunt? Sed abluti estis: sz sanctificati estis in noie domini nostri iesu christi: et in spiritu dei nostri. In no Ac. iiij. mine domini nostri iesu christi. Non em̄ est aliud nomē sub celo: in quo oporteat saluos fieri: omnes pusillos cū magnis. Si autem saluos fieri oportet nos in hoc nomine: sine hoc noīe: procul dubio nec salus erit que sine christo pmittitur paruulis. Pace eoruz dicā: qui cuiqꝫ salutē promittit sine christo: nescio vtrū ipse salutez habere possit i christo. C Deide querim̄ ab eis. Qō si aliquis dicat paruulos merito innocētie sue sicut dicitis atqz imunitatis ab omni delicto non solū habituros salutē et vitam eternā sed et regnū dei: vnde apud vos definitū certūqz est sine baptismo regnum dei non habituros paruulos: vt diuideretis eis pro arbitrio vestro nō adiutores paruulorū: sed oppressores miserorū: vt diuideretis eis pro arbitrio vestro: et daretis eis salutez et vitam eternā preter regnuz celorū? Alius benignior vobis et misericordior vt putatis iustior: totū eis dabit et vitam eternā et regnū celoruz. Istum quomō superabitis: quoniā vos aliquādo cōtra euidentissimā auctoritatē ratio humana delectat: proferte ipsaz regulā rationis vestre: et asserite quātis viribus valueritis vnde deuincatur iste qui paruulis propter merita innocētie: propter nullam (sicut dicitis) culpam: hoc est originale peccatū dare voluerit etiā non baptizatis: nō solum vitam eternā: verūctiaz regnum celorū. Istum vi[illegible]te. Ego sine preiudicio partes huius parūper suscipio: et dicam quod ipse nō sentio: sed admoneo vos vt acriorē aduersarium videatis. Ecce erit nescio quis et dicit. Paruulus non habens vllum oīno peccatū: nec quod sua vita cōtraxit: habebit et regnū celorum et vitaz eternaz? Respōdete: vincite hominē resistētem vobis: qui aliter diuiditis. Nos enim dicitis. Vitā quidez habebit iste non baptizatus eternā: sed non habebit regnum celorū. Ille contra. Immo et vitam et regnuz celorum. Quare enim patrimoniū regni celorum arripis innocēti? A quo regnum celorū non acquiritur: profecto magno bono fraudatur. Que est ista iustitia? Dic quare.

Quid offendit paruulus nō baptizatꝰ nullam habens culpā: nec suam: nec de parente tractam? Quid offendit dic mihi: vt non intret in regnuz celorum/vt separet a sorte sanctorū: vt sit exul a societate angelorum? Videris enim tibi misericors: quia non auferes ei vitaz: dānas tamen quem separas a regno celorum. Dānas: non eū percutis: sed in exilium mittis. Naz et qui exulātur: viuūt si sani sunt: in doloribus corporis nō sunt: nec torquētur: non carceris tenebris affligūtur: hec illis sola pena est non esse in patria. Si amatur patria magna pena: si autez nō amatur patria peior est cordis pena. Paruū maluz est in hominis corde qui societatē non querit sanctorū: qui non desiderat regnū celorum. Si non desiderat: pena est de peruersitate: si autē desiderat pena est de fraudata charitate. Sed si quod vis parua sit pena: et ipsa parua magna est si nulla culpa est. Hic defende iustitiaz dei. Quare vel parua pena infligitur innocentiī in quo nullī inuenitur omnino peccatū? Dic contra istū aduersarium qui paruulis non baptizatis misericordia et iustitia maiore sp tu dare vult: non solū vitam eternā: verūctiam regnū celorum. Responde si potes: sed rationē affer: hac enim te gloriari delectat. Ego istam questionē profundam sentio: et ad eius fundum rimandum vires meas idoneas nō agnosco. Libet me et hic Ro. xj. exclamare quod paulus. O altitudo diuitiarū. Rom. v. paruulus non baptizatus pergit in dānationem: apostoli enim verba sunt. Ex vno in condēnationem. Non satis inuenio dignam causam: quia nō inuenio: non qz nō est. Ubi ergo nō inuenio in profundo pfundum: attēdere debeo humanam infirmitatem non dānare diuinam auctoritatem.

Ro. xj. Ego prorsus exclamo: nec me pudet. O altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei: sp inscrutabilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula seculorum amen. Ego infirmitatē meam his verbis munio: et hac cautela circūseptus: aduersus sagittas ratiocinationū tuarū miratus assisto. Sed tu bellator: hoc est fortē ratiocinator: huic responde qui tibi dicit. Prorsus innocens paruulus et imunis ab omni peccato: et propio et originali: nō solum vitam eternam habebit: sed etiaz regnum celorū. Hoc est iustum. Qui nihil mali habet: quare aliquid boni nō habet? Sed scio inquis. Unde scis? Quia dominꝰ dixit. Tādez venisti. Non ergo quia tu ratiocinaris: sed qz dominus dixit. Laudo hoc plane: quia famuz est: sicut homo nō inuenisti rationem: fugis ad auctoritatem. Approbo: prorsus approbo. Bene facis: nō inuenis: ad auctoritatez fuge: non ibi te persequor: nō inde expello: imo fugiētem recipio et amplector. Profer ergo auctoritatem: stemus in ea simul contra cōmunem inimicum. Quia enim paruulus nō baptizatur: non intrat in regnuz celorum: et tu dicis et ego. Illi igitur cōmuni aduersario qui dicit nō baptizatuz paruulum intraturum in regnum celoruz resistamus ambo: et aduersus eus insidiosissima iacula scutum fidei proferam⁹. Cedāt paulisper cōiecture ratiōis humane: assumantur arma diuina. Assumite inquit apostolus armaturā dei. Ecce simul dicam⁹ huic Eph. vi homini. Christianus es? Christianus inquit. Audi euāgelium qui vis non baptizatos paruulos mittere in regnū celorum: audi euāgelium. Nisi quis renatus fuerit Joh. iij. ex aqua et spiritu sancto: nō intrabit in regnum celoruz. Domini sentētia est: huic nō resistit nisi non christianus. Repulsus est ille: remanet mihi tecum certamē: et forte vnde vicisti bono illius: inde bono vinceris tuo. Nam quē vicisti: si durus non est docuisti. Noli ergo esse durus et tu: simul teneamus iterim sentētiam istam. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: nō intrabit in regnum celorum. Ideo inquis: paruulo nō baptizato polliceri regnuz dei nō possum: cōtra domini sentētiam aptaz. Ecce quare dico: regnū dei non habebunt. Ecce quare dico: ideo baptizādi sunt vt habeāt regnum dei. Ideo dicis? Ideo inquit. Vide tamē propter illa que supra diximus ne forte nō inuenias vitam eternam preter regnū dei. Multuz enim aperta sunt dicta de duabus illis partibus: dextera et sinistra: vbi nullū in medio dedit locū vite sine regno. Parum te hoc corrigit: paruz admonet: ipsaz mecum lectionem vnde hāc sententiam protulisti paulū aduerte. Dixisti enim te ideo regnum celorum nō baptizaris pueris nolle pmittere: qz sentētia domini aperta est. Nisi quis renatꝰ fuerit ex Joh. iij. aqua et spiritu: nō intrabit in regnū celorū.

Nō ibi aduertisti cuz quereret nicodemus quomodo ista fierēt: id est quomodo renasceretur hō: quomodo denuo nasceret quoniam nō potest vtiqz iterum introire in vterum matris et denuo nasci: quid audierit a domino: quid audierit a magistro bono: quid audierit error a veritate? Inter cetera enim ostendens quēadmodum fiat: etiā similitudinem posuit: sed prius ait. Ne-

ff

mo ascēdit in celū nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo. In terra erat et in celo se esse dicebat: z qđ est mai⁹ in celo filium hominis: vt vnam demonstraret in vtraq; natura personam: z in eo q; dei filius erat equalis patri verbum dei in principio deus apud deum: et in eo q; filius hominis erat assumens animam humanam et carnem humanam: z indutus hominem exiens ad homines: qz in hoc vtroq; non duo: christi sunt/nec duo filij dei: sed vna p̄ sona vnus christus dei filius: idēq; vn⁹ christus: non alius filius hominis: sed dei filius ꝑm diuinitatem: hominis filius ꝑm carnem Quis autem nostrum qui parū aduertim⁹ aut parum sapimus: non potius ita vellet distinguere: filius dei in celo: z filius hominis in terra: Sz nec sic diuideremus: z ita diuidendo duas psonas inducerem⁹. Nō ascendit in celuz (inquit) nisi qui de celo descendit filius hominis. Filius ergo hominis descēdit de celo: Nonne filius hominis in terra factus est: Nonne filius hominis per mariam factus est: Sed o homo: noli inquit sperare quem volo copulare. Paruz est quia filius hominis descendit christus enim descēdit: idemq; filius hominis qui filius est dei. Sed est in celo qui ābulat in terra. In celo erat: qz vbiq; christus: idemq; christus z filius dei z filius hominis. Propter vnitatez persone in terra filius dei: propter cādem vnitatem persone esse probauimus in celo filium hominis: ex his verbis domini. Filius hominis inquit qui est in celis. Propter vnitatem persone: nonne in terra constituto atq; cōspicuo petrus dicit Tu es christus filius dei viui: Ergo discat nichodem⁹ quō fiat illud qđ ei min⁹ intelligenti: incredibile z quasi impossibile videbatur. Nemo ascendit in celum: nisi qui de celo descendit. Omnes autem qui renascūtur vtiq; ascendunt in celum: ceteruz nemo prorsus. Et omnes qui renascunt per gratiam dei ascendunt in celum: z nemo ascendit in celuz: nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celum. Unde hoc: Quia omnes qui renascunt membra ipsius fiūt: z solus christus de maria natus vnus est christus: et cum corpore suo caput vnus est christus. Hoc ergo dicere voluit. Nemo ascendit nisi qui descendit. Non ergo ascēdit nisi christus. Si vis ascēdere: esto in corpore christi. Si vis ascendere: esto membrū christi. Sicut eīm in vno corpore multa mēbra habemus: omnia autem membra corporis cum sint multa: vnum est corpus: sic et christus: quia caput et corpus christus.

Et quomodo fit hoc: adhuc queram⁹: Latet questio: exaltat illa profunditas. Christus peccatuz non habet: nec originale traxit: nec sinum addidit: extra voluptatē carnalis libidinis venit: non ibi fuit complex⁹ maritalis: de virginis corpore non assumpsit vulnus sed medicamentuz: non assumpsit qđ sanaret: sed vnde sanaretur. Quantum ad peccatum pertinet dico. Solus ergo ille sine peccato: quomodo erūt membra eius quorum nullus est sine peccato: Quomodo: Audi similitudinem que sequitur. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita oportet exaltari filiuz hominis: vt qui credit in eum non pereat/sed habeat vitam eternam. Unde tibi non videbatur peccatores homines posse fieri membra christi: id est illi⁹ qui nullū omnino haberet peccatum. Serpentis morsu mouebaris: ideo crucifigitur christus: ideo fundit sanguinē christus in remissionem peccatorum: quia propter peccatum: id est serpens venenum Sicut exaltauit moyses serpentem in heremo vnde sanarentur qui in illo deserto a serpentibus mordebantur z illum exaltatum attendere iubebantur: z quisquis attenderet sanabatur: sic oportet exaltari filium hominis qui credit in eum: id est qui attendit exaltatum: qui non erubescit crucifixum: qui in cruce christi gloriatur: nō pereat: sed habeat vitā eternam. Nō pereat. Unde: Credendo in eū. Unde non pereat: Attendendo exaltatum: alioquin perisset. Hoc est. Omnis enim qui credit in eum nō perear: sed habeat vitam eternaz. Profers parumlum mihi: z iubes vt attendat exaltatum: quem negas habere serpentis venenū. Immo si faues ei: si mouet te innocētia in vita ꝓpria noli negare tractuz aliquem reatum de vita prima: non sua/sed parentis sui. Noli negare: confitere venenum: vt poscas medicamentuz: aliter non sanatur Aut vt qđ ei dicis vt credatur. Hoc eīm respondetur a portante paruulū. Ad verba aliena sanatur: quia ad factum alienū vulneratur. Credit in iesum: christum: fit interrogatio: respondit: credit. Pro non loquente/ꝓ silente/ꝓ flente/z flendo quodammodo vt subueniatur orante: respondetur et valet. An etiam hoc serpens ille persuadere conatur: quia non valet: Absit a corporib⁹ qualiūcūq; christianoruz. Ergo rūdet et valet. Cōspiratiōe quadaz cōicat spiritus credit in altero: qz peccant i altero. An vero inuenit vitam ꝑsentis seculi: quem parturiuit infirmitas: z non inuenit vitā futuri seculi: quem parturiuit charitas: Ergo moyses exaltauit serpentem in heremo: vt omnis a serpente ꝑcussus intueretur exaltatum et

tatum z sanaretur. Adam primus accepit morsum serpentis cuz veneno. Ergo natus est in carne peccati: fit salus in christo per similitudinē carnis peccati. Misit eīm deus filium suum non in carne peccati: sed secundum quam scribit. In similitudine carnis peccati: quia non de complexu maritali: sz de vtero virginali. Misit in similitudinem carnis peccati. Ut quid hoc: Ut de peccato damnaret peccatū in carne: de peccato peccatum: de serpente serpentem. Sed de similitudine: quia in christo nullum peccatum: sed sola similitudo carnis peccati. Ideo ergo altatus est serpens: sed ereus. Exaltata est similitudo carnis peccati: vt sanaretur origo peccati: quia misit deus filium suum in similitudinē carnis peccati: non in similitudinem carnis. Nam vera caro est: sed in similitudinem carnis peccati: quia mortalis caro sine vllo omnino peccato ꝓpter similitudinem damnaret peccatū in carne: propter veram iniquitatez. Vera iniquitas in christo nō fuit: sz mortalitas i illo fuit. Peccatum non suscepit: sed penam peccati suscepit. Suscipiendo sine culpa penam z penam sanauit z culpam. Ecce quomodo fiūt ista. Quod admiratus nichodemus dixerat. Quomodo possunt ista fieri: Sic enim sanamur: non quia meremur. Ecce quomodo fiunt ista. Modo vbi mihi paruulos ponis. Jam dicis: nullo veneno sanitati sunt Aufers eos a conspectu exaltati serpentis Si autem non aufers: sanandos dicis venenatos confiteris. Deinde ipse dominus in eodem sermone ad nichodemum non audistis quid dixerit: cuz eadem lectio hodie legeretur: Qui credit in eū non iudicatur: qui autem non credididerit: iaz iudicatus est. Et hic queris medium homo de medio et disputas et attenderis nec attēdis. Qui credit in eum non iudicatur: qui autem nō crediderit: iam iudicatus est. Quid est autem iaz iudicatus est: Damnatus est. Nā iudicium pro dānatione plerumq; poni nostis: scripture testes sunt: maxime illo vno testimonio apertissimo cui nemo est qui cōtradicat. De resurrectione cum ageret dominus. Qui bene fecerunt inquit in resurrectionem vite: qui male egerunt in resurrectionem iudicij: vtiq; iudicium pro damnatione potuit: z tu aliter audes differere aut credere: Qui non credit: iam iudicatus est. Alio loco. Qui credit in filium habet vitam eternam: quam tu paruulis promittebas non baptizatis. Qui credit in filiuz habet vitam eternam. Sed habet (inquit) et qui non credit parumlus: quamuis non habeat regnum dei. Sed vide quod sequitur. Qui autem incredulus est filio: non habet vitam: sed ira dei manet super eum. Ubi ponis paruulos non baptizatos: Profecto in numero credentium. Nam ideo ex consuetudine ecclesie antiqua canonica fundatissima: parumli baptizati fideles vocātur. Et sic de his querimus. Iste infans christian⁹ est. Respondetur christianus. Cathecuminus: an fidelis: Fidelis vtiq; a fide: fides a credendo. Inter credentes igitur baptizatos paruulos numerabis: nec iudicare vlo modo aliter audebis: si non vis esse apertus hereticus. Ergo ideo habent vitā eternā: qz qđ credit in filiū hz vitā eternā. Nolo eis sine ista fide et sine isto sacramēto hui⁹ fidei ꝑmittere vitā eternā. Qui aūt icredulus est filio: z qđ nō credit in filiū nō hz vitā: sz ira dei manet sup eū. Nō dixit: veniet super eum: sed manet super eum. Respexit originem cum ait. Ira dei manet super eum. Qua respiciens et apostolus dixit. Fuim⁹ et nos aliquando natura filij ire. Non accusamus naturā. Nature auctor deus est. A deo bona est instituta natura: sz per malam voluntatem a serpente vitiata est: ideo quod fuit in adam culpe non nature: nobis propagatis factuz est iam nature. Ab hoc vitio nature cuz quo nascitur homo: non liberat qui natus est sine vitio. Ab hac carne peccati nō liberat: nisi ille qui natus est sine peccato per similitudinem carnis peccati. Ab hoc veneno serpentis: non liberat nisi exaltatio serpētis. Quid ad hec dicis: Satis ne hoc est: Est vnum aliquid acutissimum quod ab eis proferatur. Paululuz attendite. Cum ceperint vigeri verbis apostoli dicentis. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum: z per peccatum mors: z ita in omnes homines pertransiit: in quo omnes peccauerunt. Que verba nescio qs non intelligat: in quib⁹ verbis nescio vtruz quisquam exposituz requirat: conantur respondere z dicere: ideo dictū hoc ab apostolo quia primus peccauit adam: et qui post ea peccauerunt: illum imitando peccauerunt. Hoc quid est aliud quam conari tenebras aperto lumine offendere: Peccatum per vnum hominem intrauit: et per peccatum mors: et ita in omnes homines pertrāsiit: in quo omnes peccauerunt. Propter imitationem dicis: quia primus peccauit adam. Respondeo prorsus non primus peccauit adam. Si primum peccatorem requiris: diabolum vide. Sed humani generis massam volens ostendere apostolus de origine venenata: ideo eum posuit vnde nati sumus non eum quem imitati sumus. Dicitur quidem et pater tuus quem fueris imi

Gal.iiij. tatus. Filij mei q nos iteruz parturio. Qui
j.Co.iiij itidem dicit. Imitatores mei estote. Et p-
et xj. pter ipsam imitationē dicitur impijs. Vos
Joh.viij a patre diabolo estis. Nam constat hic in
catholica fide: q diabol⁹ nec generauit no
stram naturam nec condidit: sola in illa se
ductio est precedentis: imitatio consequen
tis. Merito quomodo dictum est de adam
in quo omnes peccauerunt: legatur mihi
alicubi: oēs in diabolo peccauerūt. Aliō
est illo precedēte & seducente peccare: aliud
in illo peccare. Quia scōm ꝓpaginem car-
nis in illo eramus omnes anteq̄ nati esse-
mus: tanq̄ in parente: tanq̄ in radice ibi
eramus: sic venenata est ista arbor ibi era-
mus. Nam quia ad diabolum: hoc est prin
cipem peccati et vere primum peccatorem
non pertinet origo: sed imitatio cum de illo
Sap.ij. scriptura loqueretur. Invidia inquit diabo
li mors intrauit in orbem terrarum. Imitā
tur autem eū qui sunt ex parte ipsius. Imi
tando eum fiunt ex parte ipsius. Nunqd
dictum est in illo peccauerunt? Cum vero
de adam diceretur ꝓpter originez: ꝓpter
posteritatem: propter propaginem viscerū
In quo omnes inquit peccauerunt. Nam
si propterea primus constitutus est adam
quia primus peccauit: tanq̄ exēplo sit: non
in origine: vt quid tam in longinquo: post
tam prolixa tempora cōtra adam queritur
christus. Si omnes peccatores ad adam
propterea pertinent: quia primus peccator
omnes instī debuerunt ad abel pertinere:
quia primus iustus. Quare christus queri
tur. Quia in adam damnata est generatio:
in christo queritur regeneratio. Proinde ne
mo nos fallat. Scriptura euidēs est: aucto
ritas fundatissima est: fides catholicissima
est. Omnis generatus damnatus: nemo li
beratus nisi regenerat⁹. Unde et alteri ver
sutie illorum iam vos instructi respondete
charissimi. Quando dicunt & paruulos tur
bant: si de peccatore peccatores nati sunt/
quare nō de baptizato iam fideli cui remis-
sa sunt omnia peccata instī nascuntur? Ci-
to respondete: Ideo de baptizato nō instī
nascitur: quia non eum generat vnde rege-
neratus est: sed vnde generat⁹ est. De chri
j.Pe.iij. sto dictum est. Mortificat⁹ carne vivificā-
tus spiritu: sic de homine dici potest. Tabe
Jo.iij. factus carne iustificatus spiritu. Quod na
scitur de carne caro est. Queris vt de iusto
iustus nascatur: cum videas iustum esse ni
si regeneratum omnino non posse. Nec at
tendis domini sententiam quam tu ipse in
Ubi.s. ore habes. Si quis non renatus fuerit ex
aqua et spiritu. Puto quia non hoc factum
est in concubitu. Miraris quare peccator
nascatur de semine iusti: non te delectat mi
rari quare oleaster nascatur de semine oli-
ne? Accipe aliam similitudinem. Iustum
baptizatum: pone granum purgatum. Nō
attendis quia de grano purgato frumen-
tum cum palea nascitur: sine qua seminari
Deinde cum sit in propagine naturum spi
ritalis generatio: vis vt de baptizato ba-
ptizatus nascatur: cū videas de circumciso
non nasci circumcisum? Carnalis est certe
ista generatio: et carnalis est circumcisio: et
tamen de circumciso non nascitur circumci
sus: sic ergo de baptizato non potest nasci
baptizat⁹: quia nemo renatus anteq̄ na-
tus. Aliud eorum quasi acutissimum. Sed
quid acutum non obtunditur scuto veritā-
tis? Aliud dicunt: videte quale. Si adā in
quiunt nocet his qui non peccauerūt: ergo
& christus prodesse debet etiam his qui nō
crediderunt. Uidetis certe q̄ hoc acutū sit
& traveritatē audite q̄tū adiuvet veritatē.
Qui em̄ hoc dicit: nihil aliō dicit: nisi rp̄m
nihil ꝓdesse nō credētib⁹. Hoc ēverū. Quis
non accipiat? Quis nō ꝑsentiat: q: rp̄s nō
credentib⁹ nō prodest: credentibus prodest
Sed die mihi obsecro te. Paruulis bapti-
zatis christus aliquid prodest: an nihil ꝓ-
dest? Necesse est vt dicat prodesse. Premi-
tur mole matris ecclesie: forte quidem vel-
lent hoc dicere. Nam ratiocinationes eoz
ad hoc videntur compellere: sed auctori-
te reprimuntur ecclesie: ne non dicam spu-
tis hominū obruantur: sed ipsorum infan
tium lachrimis tanq̄ fluuio pertrahantur
Si em̄ direrint: nihil prodesse christum ba
ptizatis infantibus: nihil aliud dicunt q̄
superfluo baptizantur infantes. Ut autez nō
superfluo baptizentur quia hoc dicere non
audent: prodesse christiz baptizatis infan
tibus confitentur. Si prodest baptizatis: q̄
ro quibus prosit: credentibus an non credē
tibus? Eligant quod volunt. Si dixerit nō
credentibus: vbi est ergo quod calūniabaris: quia christus non credentibus non ꝓ
desse non potest? Ecce tu profiteris prodes
se infantibus non tamen credentibus. Ad
quodlibet prodest? Nō putas ad vitā eter
nam? Non putas ad salutem eternā? Ad
ipsum regnum celorum percipiendū? Uti-
q̄ prodest christ⁹ paruulis baptizatis. Pro-
dest ergo non credentibus? Sed ablit vt
ego dicam non credentes infantes. Jam
supernus disputauit: credit in altero: qua
peccauit in altero dicitur credit et valet: &
inter fideles baptizatos computatur. Hoc
hz auctoritas matris ecclesie: hoc fundat⁹
veritat⁹ obtinet canon: hoc robur hūs
inexpugnabilem murum quisquis arietē

ipse confringitur. Ergo ꝓdest christus ali-
quid infantibus baptizatis: et sicut ego do
ceo: & sicut mecum tota ecclesia dicit credē
tibus prodest fidelibus prodest: tu qd vis
elige. Volo quidem vt quod verius est eli-
gas: vt nobiscum dicas quia credentibus
prodest. Sed si dixeris: non credentibus ꝓ
dest: contra te dixisti. Si dixeris credenti-
bus prodest: mecum dixisti. Elige vtrū cō
tra te dicas quod falsum est: an mecum di
cas quod verum est. Tu em̄ pauloante di-
cebas christum non credentibus nihil pro
desse: volens efficere quia sic & adam non
peccantibus nihil nocuit: quomodo chri-
stus non credentibus nihil ꝓdest? Ecce iaz
fateris infantibus non credentibus bapti
zatis aliquid prodesse christum. Sed si cre
dentibus dicis: bene dicis: mecum dicis:
credunt et infantes. Unde credunt? Quo-
modo credunt? Fide parentum. Si fide pa
rentum purgantur: peccato parentum pol
luti sunt. Corpus mortis in primis paren-
tibus generauit eos peccatores spiritus vi
te in posteriorib⁹ parentib⁹ regenerauit
eos fideles. Tu das fidez non respondenti
et ego peccatum nihil agenti. Sancti inqt
de sanctis nasci debuerūt: quia sicut dicit
j.Co.vij apostolus. Alioquin filij vestri immundi es
sent: nunc autez sancti sunt. Et quomō hoc
accipis. Quomodo intelligis de fidelib⁹ na
tum ita sanctum: vt baptizari non debeat
Quomōlibet accipias istam sanctitatem.
Multi em̄ modi sunt sanctitatis: et multi
modi sunt sanctificationis. Non em̄ omne
quod sanctificatur ad regnum celoruz mit
j.Ti.iiij. titur. De esca nostra: dixit apostolus. San
ctificatur p̄r verbum dei et oratiōē. Nū
quid quia esca nostra sanctificatur nō sci-
mus quo mittatur? Discе ergo esse aliquez
modum: et quasi vmbraculum quoddam
sanctificatiōis: quod non sufficiat ad per-
ceptionē salutis. Distat: et quid distet deo
notum est. Tantum filio fidelium curra
tur ad baptismū non sic errent parētes vt
putent eum iam fidelem natum. Natum
em̄ possunt dicere: nō renatum. Nam vt no
ueris quomodo intelligas sanctificatos fi-
lios fidelium: vt modo non queram quia lō
gum est modum sanctificationis huius: ibi
& maritum habes infidelem: ibi habes et
j.Co.vij vxorem fidelem. Sanctificat inquit vir infi
delis in vxore: sanctificatur mulier infide-
lis in fratre. Nūquid quia est ibi forte mo-
dus aliquis sanctificationis: vt vir fide-
lis sanctificetur in vxore fideli: ideo iam se
curitatem debet accipere q: in regnum ce-
lorum intraturus est: et non baptizandus:
non regenerandus: non christi sanguine re
dimendus? Quomodo ergo sanctificatur
vir infidelis in vxore: et tamen perit nisi ba
ptizetur: sic filij fidelium: & si ad quendam
modum sanctificati: pereūt tamē si nō fue
rint baptizati. Rogovos vt paululū acquie
scatis. Lego tantum. Sanctus cyprianus
est quē in manus sumpsi: antiquus episco-
pus sedis hui⁹: quid senserit de baptismo
paruulorum: immo quid semper ecclesiam
sensisse monstrauerit: paululū accipite. Pa
rum est em̄ quia isti disserunt et disputant
nescio quas impias nouitates: & nos co na
tur arguere q: aliquid nouuz dicamus. Ad
hoc ergo lego sanctum cyprianum vt videa
tis quomodo sit intellectus canonic⁹ & ca-
tholicus sensus in his verbis que pauloan
te tractaui. Interrogatus est vtruz infans
baptizari debeat ante octauuz die: q: in ve
teri lege non licebat circuncidi infantē nisi ge. xvij.
octauo die. Questio inde erat nata de die
baptizādi: nā de origine peccati nulla erat
questio: et ideo ex ea re vnde nulla erat que
stio: soluta est exorta q̄stio. Sanct⁹ cypria-
nus dixit inter cetera que superius dixit,
propter quod neminem putamus ad gra
tiam consequendam impigendum esse a le
ge que iam statuta est: nec spiritalem circū
cisionem impediri carnali circumcisione de
bere: sed omnem omo admittendū esse ad
gratiaz xp̄i quando & petrus in actib⁹ apo Act.x.
stoloruz loquatur & dicat. Deus mihi dixit
neminem hominem communem dicendu
et immundum. Ceterum si homines impe
dire aliquid ad consecutionem gratie pos-
sit: magis adultos et puectos et maiores
natu possint ipedire graniora peccata. Po
ro autem etiam grauissimis delictorib⁹ et
in domino multum ante peccantibus cum
postea crediderūt remissio peccatoz datur
& a baptismo atq̄ gratia nemo prohibetur
quanto magis non debet prohiberi infans
qui recens nat⁹ nihil peccauit: nisi q: fz adā
carnaliter natus contagium mortis antiq
prima natiuitate contraxit: qui ad remissa
peccatorum accipienda: hoc ipso facilius
accedit: quod illi dimittuntur non propria
sed aliena peccata. Uidete quemadmoduz
de hac re nihil dubitans: soluit illam vnde
dubitabatur. Hoc de fundamento ecclesie
suppressit: ad confirmandum lapidem mu
tantem. Impetremus ergo si possumus a
fratribus nostris: ne nos insuper appellēt
hereticos: quod eos talia disputātes nos
appellare possimus forsitan si vellemus:
nec tamen appellamus. Sustineat eos ma
ter pijs viscеribus sanandos: potest do-
cendos: ne plangat mortuos. Nimium est
quo progrediuntur: multum est: vir feren-

dum est:magne patiētie adhuc ferri. Non abutantur hac patientia ecclesie:corrigantur bonum est:vt amici exhortamur:non vt inimici litigamus. Detrahunt nobis:ferimus:canem detrahunt:veritati non detrahant. Ecclesie sancte pro remissione peccatū originalis parvulorū quotidie laboranti non contradicant. Fundata ista res est:ferendus est disputator errans in alijs q̄stionibus non diligenter digestis:nondum plena ecclesie auctoritate firmatis:ibi ferendus est error:non tantus progredi debet vt etiā fundamentū ipsum ecclesie quatere moliatur. Non expedit:adhuc forte nostra nō est reprehendenda patientia:sed debemus timere ne culpetur etiam negligentia. Sufficiat charitati vestre:habere ad illos qui nostis illos:habete cum illis amice: fraterne: placide:amāter:dolenter: quicquid potest faciat pietas:quia postea diligēda non erit impietas. Conuersi ad dñm.

Philꝛ.iij. ¶ Deverbis apostoli. Nos ēn sumus circuncisio qui spiritui dei seruimus: vbi q̄dnā spiritu:q̄dq̄ cerne deo seruire:quid in carne fidere cur circūcisio octaua die fieret:quo dentiꝫ sensu nunc imperfectum:mō pfectū se paulus nominet aperiē. Sermo.xv.

A Postolicam lectionem aure ⁊ animo intendat sanctitas vestra: adiuuando nos affectu apud dominū deum nostrum:vt ea que illic nobis reuelare dignetur:advos apte atq̄ saluberiter proferre possimus. Ergo cum legeretur:audistis dicentem apostolum paulum. Nos ēn sum⁹ circuncisio qui spiritu dei seruimus. Scio pleroſq̄ codices habere qui spiritu deo seruimus. Quantum autez inspicere potuimus:plures greci hoc habēt:q̄ spū dei seruimus. Sed non ibi q̄stio est:Manifestum est ēn vtrūq̄:⁊ congruus regule veritatis q̄ et spiritui dei seruimus ⁊ non carne:sed spiritu deo seruimus. Carne enim seruit deo q̄ de rebus carnalibus sperat se placere deo. Cum vero et ipsa caro ad bona opera spiritui subditur: spū seruimus deo:q̄ carnem domamus vt spiritus obtemperet deo. Spūs ēn regit:caro regit:nec spūs bñ regit:si non regat. Cū ergo ait. Nos sumus circuncisio:videte quid voluerit intelligi in illa circuncisiōe que in vmbra data est:significante q̄ remota est luce venīēte. Cur aūt nō dixerit. Nos hēm⁹ circūcisionē:ſz nos sum⁹ circūcisio:Sic accipe hoc voluisse aplm dicere. Nos summa iusticia. Circūcisio enim iusticia est. Magis ēn cōmendat cum dicit dicēdo nos esse iusticiā:ſz dicēdo nos esse iustos:ita tn vt cū iusticiā dicit:esse iustos intelligamus. Nō ēn i'la icōmutabilis iusticia cui⁹ pucipes facti sum⁹:sed quēadmodū dicitur magna ibi inuentus est:pro multis inuenibus: sic dicitur iusticia vt intellegantur iusti. Audite hoc ipm cuidētius:eodez dicēte aplo. Ut nos inquit simus iusticia dei in ipo. Nos simus iusticia:nō nostra sed dei:ab illo accepta nō a nobis assūpta:impartita nōvsurpata:donata non rapta. Cuiā ēn rapina erat esse equalis dei:et q̄n ēquit rapinā:inuenit ruinā. Dñs autē noster iesus christus cū in forma dei esset:nō rapinā arbitratus est esse equalis dō. Cui ēn equalitas dei natura erat:rapina non erat:sed tn semetipm exinaniuit formaz serui accipiens:vt nos essemus iusticia dei in ipso. Si ēn ille paupertatē vitaret:nos pauptate nō carceremus. Paup ēn ille fact⁹ est:cū dives esset vt illius pauptate sicut scriptū est nos ditaremur. Diuitie illi⁹ q̄d nos facture sunt cui⁹ pauptas nos ditites facit:Ap̄s ergo nō tibi negauit circūcisionē:sed exposuit:ut cē ptendit:vmbrā remouit. Nos sumus inquit circuncisio: q̄ spū deo seruimus: et gloriamur in xp̄o iesu:⁊ non in carne fidentes. Respexit quosdā in carne fidentes:ipi erāt qui de carnis circuncisione gloriabantur. De quibus alio loco dicit. Quorum deus venter est et gloria in pudendis eorum. Intelligetu circuncisionem:et esto circuncisio:intellige et esto. Intellectus enim bonus: sed omnibus qui facunt eum. Non vtiq̄ frustra octauo die iussus est infans circuncidi nisi quia petra qua circuncidiunur christus erat. Cultellis ēn petrinis circuncisus est populus. Petra autem erat christus. Qua re ergo octauo die. Quia in ebdomadibus idē primus q̄ octauꝰ. Sapientis ēn septez dieb⁹ redditur ad primū:finit⁹ septim⁹:dñs sepult⁹:redit ad primū: dñs resuscitatus. Dñe ēn resuscitatio pmisit nobis eternum diē:⁊ cōsecrauit nobis dñicum diem. Qui vocatur dominic⁹:ipse videtur proprie ad dominū pertinere:quia eo die dñs resurrexit. Reddita est petra:circuncidantur qui volunt dicere. Nos enim sumus circuncisio. Traditus est enim ꝓpter peccata nra: ⁊ resurrexit propter iustificationem nostrā Justificatio tua: circūcisio tua:non est a te Gratia salu facti estis per fidem:⁊ hoc nō ex vobis sed dei donū est. Nō ex op⁹:ne forte dicas. Promerui ⁊ ideo accepi. Non putes te promerendo accepisse:q̄ nō pmereres nisi accepisses. Gratia p̄cessit meritū tuū:nō gratia ex merito:sed meritū ex gra. Nā si gra ex merito:emisti:nō gratis accepisti. Pro nihilo inquit saluos facies illos. Quid est ꝓ nihilo saluos facies:Nihil in eis inuenis vñ salues:et tn saluas. Gratis das:gratis saluas. Oia merita p̄cedis: vt dona tua consequant merita tua. Prozsus gratis das:gratis saluas q̄ nihil inuenis vnde salues:⁊ multū inuenis vnde dānes.

Nos ergo inquit sum⁹ circūcisio q̄ spūi dei seruimus ⁊ gloriamur in xp̄o iesu. Qui gloriatur in dño glorietꝝ. Et non in carne fidentes. Et q̄d est fidere in carne? Audite inqt. Quāq̄s ego inquit habeā fiduciā ⁊ in carne. Si quis alius in carne putat se habere fiduciā:magis ego. Ne arbitremini inquit me hoc condēnare q̄d nō habeo. Quid magnum est si homo adiectus:plebeius:ignobilis contemnat nobilitatem:⁊ tunc exhibeat verā humilitatē? Quāq̄s ego (inquit) habeā fiduciā ⁊ in carne. Ideo vos (inquit) doceo contemnere quoniam videtis me habere q̄d contemnam. Si quis alius in carne putat se habere fiduciaz:magis ego. Et audi in carne fiduciam circūcisione octaui diei:id ē nō proselitus nō aduenus ad populum dei:nō maior circūcisus:sed a parentibus natus iudeus. Habeo circumcisionem octaui diei ex genere israel:de tribu beniamin:hebreus ex hebreis: fm legem pharisеus. Primarij quidem erant:⁊ quasi ad nobilitatē iudaicam segregati:nō contempti bili plebi commixti:qui dicebantur pharisei. Nam dicitur hoc verbuz quasi segregationem interpretari:quomodo in latina dicitur egregius quasi a grege separat⁹. Fuit aūt israelite:id est ex genere israel: etiā illi qui separati fuerant a templo. Remāsit autē ad templum tribus iuda:⁊ tribus beniamin. Tribus lem in sacerdotibus:tribus iuda regia:⁊ tribus beniamin:hoc soluz remansit in hierusalē:⁊ ad templū dei: quādo facta est separatio illa in seruo salomonis. Non ergo leuiter accipiatis quod ait: tribus beniamin inherens iude:non recedens a templo:hebreus ex hebreis:fm legem pharisеus: fm emulationē persequēs ecclesiam dei. Inter merita sua commemorat q̄ fuerit persecutor:fm emulationē inquit. Qua emulatione? Non eram (inquit) piger iudeus:quicquid erat quod legi mee aduersarium videbatur:impatienter ferebam acriter insequebar. Hec apud iudeos nobilitas:sed apud xp̄m q̄ritur humilitas. Ideo ibi iste saulus:hic paulus. Saulus a saule nomen deriuatur. Qui fuerit saul notus:ipse elects est statura proceris. Sic eū describit scriptura:q̄ supeminens esset de omnibus quando electus est et vngerek in regem. Non fuit sic saulus:sed fact⁹ paulus. Paulus ēn parvus:ideo paulus modicus. Ergo fm emulationē (inquit) psequēs ecclesiaz. Vnc intelligant homines qualis apud iudeos fuerim: qui christi ecclesiam persequebar emulationez traditionum patrnarum. Addit. Scōm iusticiam que in lege est:qua fueriz sine querelā. Nouit charitas vestra dictos esse sine querela:ambulasse in omnibus iustificationib⁹ domini zacharias ⁊ helizabeth. In omnibus (inquit scriptura) iustificationibus domini ambulasse sine querela. Ecce hoc erat et paulus noster. Quādo saulus erat in lege sine querela ambulabat ⁊ q̄d in eo fuit sine querela hoc de illo faciebat magnā querelaz. Quid ergo putam⁹ fratres esse sine querela:? Secundum iusticiā:que in lege est esse malum est:Si maluz est fm iusticiā que in lege est esse sine q̄rela:ergo aliquid mali est lex. Sz habemus eundē apostolum dicentē. Itaq̄ lex quidem sancta:⁊ mandatū sanctum et iustū ⁊ bonū. Si lex sancta ⁊ mādatū sctm: et iustū ⁊ bonū:fm iusticiaz q̄ est ex lege sancta cōuersaris sine querela:quō potest non esse bonum:Quomō potest nō esse sanctū: An forte sctm non est:Audiam⁹ ipm aplm quid dicat. Que mihi lucra fuerunt:hec ꝓpter christuz dāna esse duxi. Damna sua dixit:⁊ inter damna sua computat:q̄ in iusticia que est in lege fuerit sine querela. Uerū tamen inquit ⁊ arbitror oia damna esse ꝓpter eminentem scientiam xp̄i iesu domini nostri. Attendo (inquit) laudes meas:comparo eminentie dñi nostri iesu xp̄i. Illud scio:hoc contēno. Pax est hoc. Propter que arbitror (inquit) omnia non solum detrimēta esse:verum ⁊ stercora existimau esse vt christum lucrifacerem. Questio maior exorta est. Si fm iusticiam que in lege est versaris sine q̄rela:⁊ hoc in detrimentis tuis in damnis:in stercorib⁹ computas vt christum lucrifacias:ergo iusticia illa a christo prohibebat? Obsecro te:expone hoc paulum. Deo potius dicamus vt illuminet et nos:a quo ⁊ ipse illuminatus est qui epistolam istam scripsit nobis:non attramēto:ſz spiritu dei viui. Videtis charissimi q̄s sit arduum:q̄s difficile intelligere hoc: cum constet legem sanctam esse:⁊ mandatum sanctum et iustum et bonum:constetq̄ omnino inter fideles catholicos:ita vt nemo dissentiat nisi qui non vult esse catholicus:hanc legem non datam nisi a domino deo nostro scōm istam iusticiam que in lege est conuersari sine querela:im pedimentuz fuisse apos-

ps.lv. Philꝛ.iij. ij.Cor.x. Philꝛ.ij. Philꝛ.iij. Philꝛ.iij. C B ps.cx. Gen.xvij Philꝛ.iij. Josue.v j.esd.x. iij.re.xij Philꝛ.iij. Ro.iij. Ephe.ij. j.Reg.x. Luce.j. Philꝛ.iij. D Philꝛ.iij. Ro.vij. Philꝛ.iij. ij.cor.iij.

stoli ne veniret ad christum:nec enz veniſſe ad xpm:niſi hoc quod fuit ſm iuſticiaz que in lege eſt ſine querela inter damna ⁊ detrimenta ⁊ ſtercora computaſſet. Sequamur ergo ⁊ accedamus aliquãtulum:ne forte in iplis verbis apoſtoli eluceſcat nobis aliqd vnde iſta remoueatur ⁊ ſoluaꝫ obſcuritas. Detrimenta (inquit) credidi hec oia:⁊ ſtercora exiſtimaui vt chriſtum lucrifacerẽ. Intendite obſecro. Damna detrimenta:ſtercora iſta exiſtimaui in quibus etiam illud cõmemoro q̃ fuerim ſine querela ſm iuſticiaz que in lege ẽ. Exiſtimaui ergo hec detrimẽta ⁊ ſtercora vt chriſtum lucrifaciam:⁊ inueniar in illo:non habens meam iuſticiam que ex lege eſt. Qui ꝓuenitis intellectu expoſitionem:arbitramini vos tãꝯ veloces in via cum tardioribus ambulare. Celeritas aliquantum reprimatur:ne comes tardior deferatur. Ut chriſtum (inquit) lucrifaciam ⁊ inueniar in illo:non habens meam iuſticiam que ex lege eſt. Si meam diceret:quare addidit ex lege? Si enz ex lege eſſet quomodo tua eſt? Nunquid tu tibi impoſuiſti legem? Deus legem dedit:deus legez impoſuit:deus legi ſue te obtemperare precepit. Lex ſi non te doceret:quemadmodum vinere deberes: quomodo poſſes habere iuſticiam ſine querela ſcõm legem? Si ſm legem habes:quomodo dicis:non habens meam iuſticiam que ex lege eſt:ſed eaz que eſt per fidez xpi que eſt a deo? Jam ergo dicam vt potero:reuelet melius qui vos poſſidet:donet ⁊ intellectuz ⁊ effectum. Donabit enim effectum:ſi donabit affectum: hoc eſt enim quod volo dicere. Lege dei propoſita:ipſa cm dixit. Non concupiſces. Lege ergo dei propoſita:exceptis illis carnalibꝰ ſacramentis que fuerunt vmbre futurorum Lege dei ꝓpoſita quiſquis timuerit:⁊ ſuis viribus eam implere ſe poſſe putauerit:et fecerit quod lex iubet:non amando iuſticiã ſed tantummodo penaz:fuit quidem ſcõm iuſticiam que ex lege eſt homo ſine querela non furatur non adulterat:non dicit falſuz teſtimonium:non facit homicidium:nõ cõcupiſcit rem proxĩi ſui. Poteſt hoc:poteſt fortaſſis. Under Timore pene: quãquã qui timore pene non concupiſcit:puto:quia cõcupiſcit. Terrore ingenti armorum atqz telorum:et circumdantis fortitan multitudinis vel obuiam euntis etiam leo renocatur a preda:⁊ tamen leo venit:leo redit: predaz non rapuit:non maliciam poſuit. Si talis es:adhuc iuſticia eſt qua iuſticia tibi conſulis ne torqueaꝝis. Quid magnum eſt penam nõ timere? Quis eam nõ timet? Quis latro:quis ſceleratus:quis nefarius? Sed hoc intereſt inter timiorem tuum:timorẽq; latronis:q̃ latro timet leges hominum:et ideo facit latrocinium:quia ſperat ſe fallere leges hominũ:tu autem leges eius times: eius penam times que fallere non potes. Nam ſi fallere poſſes:qd nõ feciſſes? Ergo ⁊ concupiſcentiã tuã malã non amor tollit ſed timor premit. Ad ouile venit lupꝰ:latrotu canez et clamore paſtorũ ab ouili rẽuertitur ſus eſt lupus. Ipſe tamen lupus in ouẽ vertatur. Facit enz ⁊ hoc dñs:ſed ipſa eſt iuſticia eius:nõ tua. Nã q̃diu habes tuam: potes timere penam:non amare iuſticiaz. Ergo fratres mei:habet delitias ſuas iniquitas:⁊ iuſticia non habet: Delectat malum:et non delectat bonũ: Delectat omnino:ſed dñs dabit ſuauitatẽ:⁊ terra noſtra dabit fructum ſuum. Ille niſi prior det ſuauitatem:terra noſtra non dabit niſi ſteritatem. Hanc ergo iuſticiaz concupiuit apoſtolus delectatus eſt:memor fuit dei ⁊ delectatus eſt:concupiuit ata eius ⁊ eſtuauit in atria dñi:⁊ vilnerum oia que ꝑ magno habebat:facta ſunt damna: detrimenta: ſtercora:hinc eñ erat ⁊ illud quod eccleſiã perſequebatur: ſcõz emulationẽ paternarũ traditionuz. Inde erat qz ſuã iuſticiã conſtituebat:non iuſticiaz dei querebat. Ut dete eñ quia inde perſequebatur eccleſiã. Quid ergo dicimus? Aut alio loco ipſe apoſtolus. Qz gentes q̃ non ſectabantur iuſticiaz apprehenderũt iuſticiã. Sed quã? Iuſticiam autẽ q̃ ex fide eſt. Gentes autẽ que non ſectabantur iuſticiã q̃ ex lege eſt: quaſi ꝓpriã ſuã q̃ fit de timore pene non de amore iuſticie:qz nõ ſectabant iuſticiã:apprehenderũt iuſticiã:iuſticiã autẽ q̃ ex fide eſt. Iſrl aũt inquit perſequẽs legez iuſticie: in legẽ iuſticie non puenit. Quare? Qz non ex fide. Quid eſt qz nõ ex fide? Nõ ſperauit in deum:nõ illã petiuit a deo: non credidit in eũ qui iuſtificat impiũ. Nõ fuit ſiñs publicano oculos in terrã ꝯicienti:pectꝰ ſuũ percutienti ⁊ dicenti. Dñe ꝓpitius eſto mihi peccatori. Ergo ꝑſequens legem iuſticie in legem iuſticie non puenit. Quare? Quia non ex fide:ſed quaſi ex operibꝰ offenderũt in lapidẽ offenſionis. Ecce ynde ſaulus perſequebatur eccleſiã: in lapidez offenſionis offendebat. Chriſtus humilis in terra iacebat:in celis quidem ⁊ ipſe erat. Leuata i loa carne ſua a mortuis reſuſcitata:ſed niſi ⁊ in terra chriſtus iaceret:non ipſi ſaulo clamaret:quid me perſequeris. Ergo ille iacebat:q̃ humilitatez piam ꝓferebat:illi offendebat:quia non videbat. Et totum hoc nõ videre vnde erat? De tumore ſuppie. Quid eſt de tumore ſuppie? Quaſi de iuſticia ſua.

Ex lege quidem:ſed ſua. Quid eſt ex lege? Qz in mãdatis legis. Quid eſt de ſua? Tã ẽ de viribus ſuis. Amor deerat:amor iuſtitie:amor:charitatis xpi:Et vnde illi amor? Saulus poſſidebat timor:charitati ventre locum in corde ſeruabat. Cũ ſeuiret ⁊ ere eius iactabũdus gloriãs apd ipos iudeos q̃ ſm emulationem paternaꝝ traditionuz ꝑſequebatur eccleſiam:cũrſibi videretur ex celſus:audiuit deſuper vocem dñi noſtri ieſu xpi iam in celo ſedentis et adhuc humilitatem cõmendantis. Saule inquit ſaule: quid me ꝑſequeris? Durũ eſt tibi aduerſus ſtimulũ calces mittere. Poſſiz te dimittere tu eñ verareris punctionibꝰ mis:nõ ego frangerer calcibus tuis:ſed non te dimitto Deus et miſereor. Quid me perſequeris? Non eñ timeo te:ne iterũ crucifigas me:ſz volo agnoſcas me:ne occidas:non me/ſed te. Horruit ergo apls:percuſſus et ꝓſtratus: erectus ⁊ inſtructus. Factuz eſt eñ in illo. Ego percutiã ⁊ ego ſanabo. Nõ eñ ait. Sanabo ⁊ ꝑcutiã:ſed percutiã ⁊ ſanabo. Percutiaz te:⁊ dabo tibi me. Sic ꝓſtratus horruit iuſticiam ſuam:in qua erat certe ſine q̃rela:laudabilis: magnus: quaſi gloriofus apud iudeos. Detrimenta exiſtimauit:dãna credidit:ſtercora deputauit vt inueniretur in illo non habens ſuam iuſticiam q̃ ex lege eſt:ſed eam que per fidez eſt chriſti:que eſt inqt ex deo. Illi aũt qui offenderũt in lapidem offenſiõis:quid de illis dicit ipe apoſtolus? Qui non inquit ex fide:ſed tãꝯ ex operibus:qz ipſi quaſi ſua iuſticia offenderunt in lapidem offenſionis ſicut ſcriptum eſt. Ecce pono in ſyon lapidẽ offenſionis et petram ſcandali:⁊ qui crediderit in euz nõ confundetur:qui enim crediderit in eũ non habebit ſuã iuſticiam q̃ ex lege eſt:ſ̃ſ ſit bona lex:ſed implebit ipſam legẽ:nõ ſua iuſticia ſed data ex deo. Ita cm nõ confundetur. Charitas eñ ꝓlenitudo eſt legis. Et vñ iſta charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris Non vtiqz a nobis:ſz per ſpm̃ſanctum qui datus eſt nobis. Offenderunt ergo illi in lapidem offenſionis ⁊ petrã ſcandali. Et ait de illis. Fratres:bona voluntas quidẽ cordis mei:⁊ deprecatio ad dñm ꝓ illis in ſalutem. Deprecaꝝ apls ꝓ non credentibꝰ vt credant:ꝓ auerſis vt conuertantur. Videtis quia nec ipſa converſio ſine dei adiutorio. Deprecatio inquit ad deum pro illis in ſalutem. Teſtimoniuz eñ perhibeo: qz zelũ dei habent. Sic habebat et ipſe:zelum dei habebat. Sz quõ. Quomodo habebat? Sz non ſm ſcientiã. Quid eſt hoc:non ſm ſcientiam? Ignorantes eñ dei iuſticiam:et ſuaz volẽtes conſtituere. Unde iſte;correctꝰ inqt non habens meam iuſticiã. Illi volunt ſuã conſtituere:adhuc eos delectat in ſtercore incens. Ego non habeo meam iuſticiã: ſed eam que eſt per fidẽ xpi/iuſticiam ex deo:iuſticiam inq̃ ex deo qui iuſtificat impium. Tolle te:tolle inq̃ te a te:impedis te: ſi tu te edificas:ruinam edificas. Niſi dñs edificauerit domum:inuanum laborauerũt qui edificãt eam. Noli ergo velle habere iuſticiam tuaz. Certe ex lege eſt:nẽpe ex lege ẽ. Certe deus dedit legez:⁊ qz iuſticia ex lege eſt/non ſit tua. Apls paulus loquitur: minantes iuſticiam ſuam nõ calumnient. Ecce vbi illum habes. Aperi lege:audi:vide: tuam iuſticiã noli habere:ſtercora illam de putat apls:cuius ſit ex lege:tamen qz ſuaz. Ignorantes eñ dei iuſticiam ⁊ ſuam volẽtes conſtituere:iuſticie dei non ſunt ſubiecti. Noli putare quia xpianꝰ vocaris:ideo te non poſſe offendere in lapidem offenſionis. Cuius gratie derogas:in ipſum offendis. Minus eſt offendere xpm in cruce pendentem:q̃ in celo ſedentez. Juſticia ſit: ſed ex gratia ſit:a deo tibi ſit:nõ tua ſit. Sacerdotes tui (inquit) induãtur iuſticia. Veſtis accipit non cuz capillis naſcitur:pecora de ſuo veſtiunt. Hanc predicat apoſtolus paulus:a deo tibi ſit. Geme vt impetres: plora vt impetres:crede vt impetres. Qui inuocauerit nomen dñi ſaluus erit. An putatis ſic dictum eſſe. Qui inuocauerit nomen dñi ſaluus erit:quaſi a febre:aut a peſte: aut a podagra:aut aliquo dolore corporis: Nõ ſic:ſed ſaluus erit:iuſtus erit. Quia non eſt opus ſanis medicus:ſed male habẽtibus. Expoſuit cum dixit. Non veni vocare iuſtos ſz peccatores. Videte ergo quid ſequitur. Et inuenar inquit in illo: non habens meam iuſticiaz que ex lege eſt:quamuis ex lege:tamen meam ſed eam que eſt per fidem chriſti: que impetrat a deo que eſt ex deo iuſticiam in fide ad cognoſcendum eũ. et virtutem reſurrectionis eius. Aliquid magnum eſt agnoſcere virtutem reſurrectiõis chriſti. Hoc putatis eſſe magnum:quia carnem ſuam reſuſcitauit? Ipſam dixit virtutem reſurrectionis eius? Nonne erit etiaz noſtra in fine ſeculi reſurrectio? Nonne et noſtrũ corruptibile hoc induet incorruptionem:⁊ mortale hoc induet immortalitatẽ? Nõne quomodo ipſe reſurrexit a mortuis: et iam non moritur:et mors ei vltra nõ dominabitur:ſic et nos mirabiliter:vt ita dicaz. Nam illius caro non vidit corruptionem: noſtra de cinere reparatur. Magnum eſt quidem quia preceſſit in exemplo:et dedit nobis quid ſperaremus:ſed non hoc eſt ſolum. Ille qui de iuſticia loquebat non ſua:

sed illa que ex deo est: & ibi nominauit virtutem resurrectionis christi. Agnosce ibi institificationem tuaz. Ex illius enim resurrectione institificamur: tãs a petra circucidamur: ꝓpterea inde cepit. Nos sum⁹ circucisio: Un circuncisio: A petra. Qua petra: Xpo. Quo. Octauo die. Quo resurrexit: Dominico die. hãc ergo fratres mei institificationem habeamus inquantum habemus: & augeamus inquantum minores sumus: et perficiamus cum illuc venerimus vbi dicitur. Ubi est mors victoria tua: Ubi ē mors aculeus tuus: Sed totũ ex deo: non tamẽ quasi dormientes: non quasi vt non conemur: non quasi vt non velimus. Sine volũtate tua non erit in te iusticia dei. Uolũtas quidem non est nisi tua: iusticia non est nisi dei. Esse potest iusticia dei sine voluntate tua: sed in te esse non potest nisi per voluntatem tuam. Demonstratum est quid agere debeas. Jussit lex: nõ facias illud: non illud: fac hoc atq; illud. Demonstratum est tibi iussum est tibi apertuz est tibi cor: intelexisti quid facias: roga vt facias si cognoscis virtutem resurrectionis christi. Traditus est ẽm ꝓpter delicta nostra: & resurrexit ꝓpter iustificationẽ nostrã: vt iustificet nos: & iustos faciat nos. Eris opus dei non solum quia homo es: sed etiã q; iustus es. Melius est ẽm iustum esse: ꝙ hominem esse. Si hominem te fecit deus & iustum tu te facis: melius aliquid facis ꝙ fecit deus: ꝙ sine te fecit deus. Non ẽm adhibuisti aliquem consensum vt te faceret deꝰ. Quõ cõsentiebas qui non eras: Q̃ ergo fecit te sine te: non te iustificat sine te. Ergo fecit nescientem iustificat volentem. Tũ ipse iustificat ne sit iusticia tua: ne redeas ad dãna: ad detrimẽta & sercora: inuenire in illo nõ habens iusticiam tuam que ex lege est: sed iusticiam ꝑ fidem christi que est ex deo: iusticiam ex fide ad cognoscendum eum & virtutẽ resurrectiõis ei⁹: & cõmunicationẽ passionum ei⁹ & ipsa virtus tua erit cõmunicatio passionũ christi virt⁹ tua erit. Quid aũt erit in cõmunicationib⁹ passionũ xpi: si charitas non erit: Nonne inueniuntur tori latrones in tanta fortitudine corporum: vt q̃dam eorum non solum conscios ꝓdere noluerunt: sed nec omnia sua ꝓferi dignati sunt: Inter cruciatus: inter tormenta effossis latcribus: & pene perditis membris: manserit animus in obstinatione nequissima. Vide ergo quid amabant. Facere tamen ista sine magno amore non poterant. Sed non sit amator dei. Deꝰ non amaꝫ nisi de deo. Amauit ille nescio quid aliud de corde: sicut homo qui quodlibet amauit: socios suos amauerit: conscientiam sceleꝝ amauerit: gloriam in facinoribꝰ amauerit: quodlibet amauit. Multum amauit: qui torqueri potuit deficere non potuit. Si ergo ille non potuit qui torqueri potuit: deficere non potuit. Si ergo ille non potuit: tã ta perferre sine amore nec tu poteris communicare christi passionibus sine amore. Sed quero quo amore. Non sit cupiditas: sed sit charitas. Si enim inquit tradidero corpus meum vt ardeam: & charitatem nõ habeam: nihil mihi prodest. Ut promisit tibi communicatio passionum christi charitas assit. Unde tibi charitas: O mendicissima infirmitas: vñ tibi charitas dei: Unde ostendo tibi vnde sit tibi: Ipsum interroga horrearium dominicum. Si ẽm in te fuerit charitas dei: communicabis christi passionibus et verus eris in quo charitas coronatur. Ipse erat verus martyr. Unde ergo tibi: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus (ait ipse apostolus) vt eminentia virtutis dei sit et non ex nobis. Ergo vnde tibi charitas nisi quia diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctuz qui datus est nobis: Ecce ad quod geme. Contẽne spiritum tuum: accipe spiritum dei. Nõ te timeat spiritus tuus: ne cum ceperit in te habitare spiritus dei: ãgustias patiatur in corpore tuo. Cum habitare in corpore tuo ceperit spiritus dei: non inde excludet spiritum tuum. Noli timere. Si diuitẽ alique hospitio suscipias: pateris ãgustias: vbi maneas tu: nõ inuenis vbi illi lect⁹ paretur: vbi ziunt: vbi filij: vbi familia. Quid ergo inquis: Quo eo: Quo migrabo: Suscipe diuitẽ spiritũ dei: dilataberis: non angustiaberis. Dilatasti gressus meos subtꝰ me: dic. Dicis hospiti tuo. Dilatasti gressꝰ meos subter me. Qñ non hic eras: angustias patiebar: impleui cellã meam: & non me exclusisti: sed angustiã meã. Cũ ẽm dicit Charitas dei diffusa est: ipsa diffusio latitudinem significat. Non ergo timeas angustias: recipe hospitẽ istum: & non sit hospes quasi de transeuntib⁹. Non ẽm habet dare discedẽdo: veniẽs habitet in te: & dz. Ipse est: non te deseras: non inde migret: tene illum omino: & dic illi. Dñe deꝰ posside nos. Ergo ad hoc inquit habeamus iusticiaz q̃ ex deo est ad cognoscendum eum: et virtutem resurrectionis eius: & cõmunionis passionum eius: conformati morti ipsius. Consepulti enim inquit sumus cum xpo ꝑ baptismũ in morte quẽadmodũ xps surrexit a mortuis: sic et nos in nouitate vite ambulem⁹. Mori: ere vt viuas sepelire vt resurgas. Cum ẽm sepult⁹ fueris & resurrexeris

tunc verum erit: sursum cor. Sapuit qõ dixi. Nũquid iste sermo saperet nisi esset in vobis interna dulcedo: Conformatus inquit morti ipsius: si quomodo occurrã in resurrectione mortuoz. De iusticia loquebatur: iusticia q̃ est ex fide christi iusticia q̃ a deo est: & sic cuncta executus est. Et cũ iusticiam quereret dicens. Ut inueniar in illo non habẽs meã iusticiã que ex lege est: hz iusticiam que est ex fide xpi: q̃ est ex deo dicit mõ. Si quõ occurraz in resurrectione mortuorum. Quare dixisti: si quõ occurrã: Nõ q; iaz acceperim aut perfectus sim: sequor aũt si apphendam: in quo & apphẽsus sum a xpo iesu. Preuenit me iusticia ipsius: sequitur illũ mea. Tunc aũt sequaꝫ mea si nõ sit mea. Si quõ occurrã: nisi qz iam acceperiz: aut iam perfectus sim. Ceperunt mirari q̃ hoc audiebant dicentem apostolum: nõ qz iam ceperim aut perfect⁹ sim. Quid est q̃ nondum acceperat: Fidem habebat virtutez habebat: spẽ habebat: charitate flagrabat: virtutes operabatur: inuictissime ꝑdicabat: oẽs psecutiões tolerabat: in oibus patiens: amans ecclesiam: sollicitudinem oim ecclesiarũ gestans. Quid nõdũ acceperat: Nõ qz iam acceperim: aut iam perfectus sim. Quid est quod dicis: Dicis & miramur: dicis & stupemus. Nonimus ẽm q̃d audiamus. Quid dicis: Fratres ait. Quid est quod dicis: Quid dicis: Ego me nõ arbitror apprehẽdisse. Nolite inquit in me falli: plus meipse noui ꝙ vos. Si nescio q̃d mihi desit: nescio q̃d assit. Ego meipm non arbitror apprehendisse. Unuz autẽ: hoc nõ me arbitror apprehendisse. Multa habeo & vnum nõdũ apprehendi. Unam petij a domino: hanc requiram. Quid petisti: quid requiris: Ut inhabitem in domo dñi ꝑ oẽs dies vite mee. Ut quid: Ut contẽpler delectationem dñi. Ipsum est vnuz qõ dicebat nondũ apprehendisse apostolus: & quantũ illi deerat: intantũ nondum perfectus erat. Meministis fratres mei euangelice illius lectionis: vbi due sorores dominum susceperunt: martha et maria. Certe recolitis: Martha in multo ministerio consernabat: et occupata erat circa curam domini quippe dñm hospitio receperat & discipulos ei⁹. Satagebat oñi cura religiosissima: ne sancti apud eam vllaz paterentur iniuriã. Cũ ergo esset occupata circa multũ ministeriũ maria soroz eius sedebat ad pedes dñi: et verbum eius audiebat. Illa in labore stomachabũda q; illã videret sedentẽ et de suis laboribus nihil curantẽ: interpellauit dominuz. Placet inqt tibi dñe q̃ soroz mea dereliquit me: & ecce cũ in ministerio laboro: Et dñs. Martha martha circa multuz es occupata. Potrounũ est necessariũ. Maria meliorez partem elegit: que non auferetur ab ea. Tu bonã: sed ista meliorem. Tu bonã. (Bonum est eñ conuersari in obsequio sanctorũ) sed ista meliorẽ. Deniq; quod elegisti transit. Ministras esurientibus: ministras sitientibus: ministras lectulos dormituris: ꝓbes domũ habitare volentib⁹ oia ista transeunt. Erit tẽpus vbi nemo esurit: nemo sitiat: nemo dormiat. Ergo cura tua auferetur a te. Maria meliorez elegit partẽ: que non auferetur ab ea. Non auferetur. Contẽplari elegit: verbo viuere elegit. Qualis erit vita de verbo sine verbo: Modo ista viuebat de verbo: sed sonante verbo. Erit vita de verbo nullo sonãte verbo. Ipsiz verbũ vita est. Similes ei erimꝰ quoniã videbimus eiz sicuti est. Ipsa erit vna vt contẽpletur delectatione dñi. Hoc in seculi huius nocte non possumus. Mane astabo tibi & contẽplabor. Ergo ego (inquit) non me arbitror apprehendisse. Unuz autẽ. Quid ergo facio: Que recto oblitus in ea q̃ ante sunt extẽtus: fm intentionẽ sequor. Adhuc sequor ad palmã supne vocationis dei in xpo iesu: adhuc sequor: adhuc ꝓficio: adhuc ambulo: adhuc invia fuiz: ad hoc me extendo: nondũ peruenj. Ergo si et tu ambulas: si te extendis: si ea que ventura sunt cogitas: obliui scere preterita: noli in ea respicere: ne ibi remaneas vbi respexeris. Mementote vxoris loth. Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus. Dixerat: non sum perfectus: et dicit quotquot pfecti hoc sapiamus. Ego non arbitror apprehendisse. Si qz iã acceperiz: aut iã pfect⁹ sim: & dicit: quotquot pfecti hoc sapiam⁹. Perfecti & nõ pfecti. Perfecti viatores: nondũ pfecti possessores. Et vt noueritis q̃ pfectos viatores dicat: q̃ iã in via ãbulant pfecti viatores sunt. Ut scias viatores eũ dixisse non habitatores: nõ possessores audi qõ sequit. Quotq̃ ig pfecti hoc sapiam⁹: & si q̃d aliter sapit: ne forte surrepat vobis q; vos aliq̃d estis. Qui aũt seipm putat esse aliq̃d cũ nihil sit: seipm seducit. Et q̃ se putat aliq̃d scire: nondũ sit quẽadmodũ oporteat scire: ergo & si q̃d aliq̃d sapitis: q̃si paruulis id q̃q; vobis deus reuelauit. Ueruntamen in quo peruenimus in eo ambulemus: vt reuelet nobis deus: & quod aliter sapimus in quo peruenim⁹ non in eo remaneam⁹: sed in eo ãbulemus. Uidetis quia viatores sumus. Dicitis. Quid est ambulare: Breuiter dico: proficere: ne forte nõ intelligas et pigri ambuletis. Proficite fratres mei: discutite vos semper sine dolo: sine adulatione sine

ſ.cor.xv.

Rom.iiij

ſ.cor.xiij

ſ.cor.iiij

Rom.v.

ꝑs.xxvij.

Rom.v.

Rom.vj

R

phil.iij.

Ubi.ō.

ꝑs.v.

phil.iiij

Luc.xvij

phil.iij.

ꝑs.xxvj.

Luce.x.

Gal.vj.

ſ.cor.viij

phil.iij.

ſ.Jo.iiij.

palpatione. Non eñ aliquis est intus tecũ cui erubescas ⁊ iactes te. Est tibi/ sed cui placet humilitas ipse te probet. proba et teipsum tuipse. Semper tibi displiceas qđ es: si vis peruenire ad quod nondũ es. Nã vbi tibi placuisti: ibi remansisti. Si autem dixeris: sufficit ⁊ peristi: semper adde: semper ambula: semper profice: noli ↄ via remanere: noli retro redire: noli deuiare. Remanet qui nõ proficit: retro redit qui ad ea revoluitur vnde iaz absc̃esserat: deuiat qui apostatat. Melius vel claudus in via: quã cursor preter viam.

Ro. viij. ¶ De verbis apostoli. Si deus ꝓ nobis quis contra nos. Quorum gratia si pro nobis deus est: id esse quatrifariã tradit Augustinus inter nostram ⁊ demonum fidem aperte discernens. Sermo. xvj.

A



Ubi. ℣.

Postolum beatus audiuimus exhortãtem ⁊ confirmantẽ nos: cuz diceret nobis. Si deus pro nobis: quis est contra nos: pro quibus autẽ sit deus: superius ostendit: vbi ait. Quos autem predestinauit illos et vocauit: quos autẽ vocauit/ illos ⁊ iustificauit: quos autẽ iustificauit illos ⁊ glorificauit. Quid ergo dicimus ad hec: Si deus ꝓ nobis quis contra nos: Deus pro nobis vt predestinaret nos: deus pro nobis vt vocaret nos: deus pro nobis vt iustificaret nos: deus pro nobis vt glorificaret nos. Si deꝰ pro nobis: quis contra nos. predestinauit anteq̃ essemus: vocauit cũ auersi essemus: iustificauit cum peccatores essemus: glorificauit cũ mortales essemus. Si deus pro nobis quis contra nos: predestinatis a deo: vocatis: iustificatis: glorificatis: q̃ vult aduersari paret se si potest bellare aduersus deuz. Ubi enim audiuimus. Si deꝰ pro nobis quis est contra nos: nisi qui dcũ vincit: non ledit nos. Et quis est qui vincit omnipotẽtem: Quicũq; reluctari voluerit sibi nocet. Hoc est quãdo ⁊ paulo adhuc saulo de celo christus clamauit: non tibi expedit contra stimulũ calcitrare. Seuiat seuiat quantũ potest qui calces aduersus stimulum mittit: nõne in scipsum seuit: In his autem quatuor rebus quas cõmendauit apostolus insignes: que pertinẽt ad deuz pro quibus est deus: id est predestinatione: vocatione: iustificatione: glorificatione. In his ergo quattuor rebus considerare debemus quid iam habeamus ⁊ quid iam expectemus. In his enim que iaz habemus: laudemus: deum largitorẽ. in his que nõdum habemus/ tenemus debitorem. Debitor enim factus est/ non aliquid a nobis accipiendo/ sed quod ei placuit promittendo. Aliter enim dicimus homini debes mihi que dedi tibi: ⁊ aliter dicim⁹ debes mihi quia promisisti mihi. Quãdo dicis/ debes mihi quia dedi tibi/ a te processit beneficium sed mutuatuz non donatum. Quãdo autem dicis debes mihi quia promisisti mihi: tu nihil dedisti ⁊ tamẽ exigis. Bonitas enim eius qui promisit dabit: ne in malitiã fides cõcertatur. Qui autem fallit malus est. Deo datur quid dicimus: Redde mihi quia dedi tibi: Quid dedimus deo: quãdo totum quod sumus: ⁊ quod habemus boni ab illo habemus: Nihil ergo ei dedimus: non est que admoduz ista voce exigam⁹ debitoreꝫ deum: maxime dicente nobis apostolo. Quis enim cognouit sensum domini Rom. xj aut quis cõsiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei: Illo ergo modo possumus exigere dominũ nostrum vt dicamus: redde quod promisisti: quia fecim⁹ quod iussisti: ⁊ hoc tu fecisti qui laborãtes iuuisti. Nemo ergo dicat: ideo me vocauit deus quia colui deuz. Quomodo coluisses si vocatus non fuisses: Si propterea te vocauit deus qz coluisti deum: ergo prior dedisti: ⁊ retribuetur tibi: Nõne istaz tibi vocem apostolus tollit cum dicit. Aut quis prior dedit illi et retribuetur ei: Sed ecce quãdo vocatus es vel iaz eras: quãdo predestinareris nõ eras: quid deo dedisti quãdo qui aliquid dares non eras. Quid ergo fecit deus quãdo predestinauit q̃ nõ erat: Ro. iij. Quod ait apostolus. Qui vocat ea que nõ sunt tanq̃ ea que sunt. Si iam esses: non predestinareris nisi auersus esses: non vocareris: nisi impius esses: nõ iustificareris: nisi terrenus ⁊ abiectus esses: non glorificareris. Quis ergo prior dedit illi ⁊ retribuetur ei: Quoniã ex ipso ⁊ per ipsum ⁊ in ipso sunt omnia. Quid ergo reddim⁹: Ipsi gloria qz non eramus quãdo sumus predestinati: qz auersi eramus quãdo sumus vocati: quia peccatores eramus quãdo sum⁹ iustificati. Agamus deo gratias: ne remaneamus ingrati. Pro posseramus aũt considerare de his quattuor rebus quid iam consecuti fuerimus: quid adhuc adipiscendum expectemus. predestinati eñ iam sumus ⁊ anteq̃ essemus vocati sumus quando christiani facti sum⁹. Jaz ergo ⁊ hoc habemus. Justificati quid: Quid est iustificati: Audemus dicere: iam hoc tertium habere nos: Et erit quisq̃ nostrũ qui audeat

minem illū. Jlle qui plangens circunquaq̄
vagabat:inuento et lecto pitacio:venit ad
hoiem:ꝛ ne forte quereret alienū:quesiuit si
gna:interrogauit saccull qualitatē:sigillū
solidorū:etiam ꝛ numerū. Et cū oia illi fide
liter respōdisset:reddidit q̄ inuenerat. Jl
le autē repletus gaudio ꝛ querens vicē re
pendere:tanā decimas obtulit solidos ꝛ
ginti:qui nolunt accipere. Obtulit vel dece
nolunt accipere. Saltez rogauit vel quinq̄
acciperet:noluit ille. Stomachabūdus hō
piecit saccullū nihil pdidi ait. Si non vis
aliquid a me accipere:nec ego aliquid per
didi. Quale certamen fratres mei:quale
certamen:qualis pugna:qualis cōflictus.
Theatrum mundus:spectator deus. Uict⁹
tandē ille q̄ cōferebat accepit:ꝛ continuo
totū pauperibus erogauit:vnū solidū in do
mū suam nō dimisit. Quid est:Si aliquid
egi in cordibus vestris:si verbum dei infe
dit in vobis:si requiem inuenit apud vos:
hoc facite fratres mei:nolite putare dam
num vos pati si feceritis:magnus lucrū est
si feceritis quod dico. Perdidi viginti soli
dos:perdidi centos: quingentos. Quid p
didisti:De domo tua perierant:alter per
diderat:nō tu. Terra communis est:in vna
domo estis:in hoc mundo ambo viatores:
huius vite vnum stadiū intrastis. Posuit
ille:oblitus est ille:cecidit ab illo:tu inueni
sti. Quis inuenisti:Christianus. Quis in
uenisti:Qui legem audisti:christianus qui
legem audisti. Quis inuenisti. Qui cum au
dires multa laudasti:tu inuenisti. Si ergo
veracicer laudasti:redde quod inuenisti. Si
ergo non reddidisti quod inuenisti:q̄n lau
dasti:testimonium cōtra me dixisti. Estore
fideles inuentores:ꝛ tunc iniquos vitupe
rate raptores. Nam q̄ inuenisti ꝛ non red
didisti rapuisti:Quātū potuisti fecisti:quia
plus non potuisti:ideo nō plus fecisti. Qui
alienum negat si posset ꝛ tolleret. Quod nō
tollis:timor ꝓhibet:nō bonum facis:ꝛ ma
lum metuis. Quid est magnum timere ma
lum:Magnus est non facere malū: magnū
est amare bonum. Nam ꝛ latro timet ma
lum:ꝛ vbi non pōt non facit:et tamen latro
est. Deus em̄ cor interrogat:non manū. Lu
pus venit ad ouile ouium:querit inuadere/
querit iugulare/querit deuorare. Uigilant
pastores:latrant canes: nihil poterūt: non
aufert:nō occidit:sed tm̄ lupus venit:lupus
redit. Nunquid quia ouez non tulit:ideo lu
pus venit:ꝛ onis redit:Lupus venit fre
mens:lupus redit tremens:lupus est tamē
ꝛ fremens ꝛ timens. Interroga ergo te ꝙs
quis vis iudicare:ꝛ vide si tūc nō facis ma
le q̄n potes facere:ꝛ ab homine nō puniris
tūc time deū:nemo est ibi nisi tu ꝛ ille cui fa
cis malū:ꝛ deus qui ambos videt. Unde ibi
time:Parū est q̄ dico:vide:ibi time malū:
ibi ama bonum. Nā etiaz si timore gehēne
non facis malum: nondum es perfectus.
Audeo dicere:si timore gehenne non facis
malū:est quidē in te fides q̄ credis futurū
dei esse iudiciū:gaudeo fidei tue: sed adhuc
timeo malicie tue. Quid est q̄ dixi:Q̄ si ti
more gehenne non facis malū:nō amore iu
stīcie facis bonum. Aliud est timere penā.
aliud est amare iusticiā. Amor castus in te
esse debet:quo amore desideres videre:non
celū ꝛ terrā:nō cūpos liquidos maris: non
spectacula nugatoria:nō fulgores nitoresq̄
gēmarū:sed desidera videre deuz tuū:ama
re deū tuū:q̄ dictū est. Dilectissimi filij dei
sumus:et nondū apparuit q̄d erimꝰ. Sci
mus aūt q̄ cum apparuerit similes ei eri
mus q̄n videbimꝰ e ū sicuti est. Ecce ꝓpter
quā visionē fac bonū:ecce ꝓpter quaz noli
facere malum. Si em̄ amas videre deum
tuum:si in hac peregrinatiōe illo amore su
spiras. Ecce probat te dns deus tuus:qua
si dicat tibi. Ecce fac que vis:imple cupidi
tates tuas:extende nequitiaz:dilata luxu
riam:quicquid libuerit licituz puta: non te
hinc punio:nō te in gehēnas mitto: faciem

Rom. iij. si quid.

Joh. iij

Universidad de Navarra Biblioteca

mea tantū tibi negabo. Si expauisti/ amasti:si hoc quod dictum est::faciem suam tibi negauit deus tuus/ contremuit cor tuum in nō videndo deū tuū:magnam penam putasti:gratis amasti. Si ergo sermo meus inuenit in cordibus vestris aliquam scintillā gratuiti amoris dei/ipsam nutrite. Ad hāc augendam vos aduocate prece: humilitate:dolore penitentie:dilectione iusticie: operibus bonis:gemitibus sinceris:conuersatione laudabili:amicitia fideli. Hanc scintillam boni amoris flate in vobis: nutrite in vobis:ipse cum creuerit & flammam dignissimā et ālissimā fecerit: oīm cupiditatum carnalium fena cōsumit.

¶ De psalmo nonagesimoqnto. Cāntate dño cāticū nouū:deq; hūani generis edificanda domo post captiuitatē. Et q̄ rōne dictū sit. Miserebor cui miser⁹ fuero &c. Mōq; ratio illi⁹ non sit scrutanda. Ser. xx.

A



Uomō ianua itroducit in domum:sic titulus psalmi introducit i itellectū. Pre notatur enim sic. Quando domus edificabatur post captiuitatem. Queris que domus: indicat tibi iam psalmus. Cantate domino canticum nouum:cantate domino omnis terra. Ecce q̄ domus. Quando omnis terra cantat canticum nouum:domus dei est. Cāndo edificatur:credendo fundatur:sperando erigitur:diligendo perficitur. Modo ergo edificatur: sed in fine seculi dedicatur. Concurrant ergo lapides viui ad canticum nouum: concurrant et coaptentur in structuram templi dei agnoscant:saluatorem: recipiant habitatorem. Dictum est que domus:discendum est post quā captiuitatem Et hoc tibi indicat psalm⁹. Sequere paululum. Cantate dño canticū nouum:cantate domino omnis terra. Cantate domino: benedicite nomini ei⁹:bene nunciate de die in diem salutare eius. Annunciate inter gētes mirabilia eius in omnib⁹ populis gloriam eius. Q̄m omnes dij gentiū demonia Ecce sub quorum captiuitate latebat domus. Ex prima em trāsgressione primi hominis:vniuersum genus humanum natuz cum obligatione peccati victor diabolus possidebat. Si em sub captiuitate non teneremur:redēptore non indigerem⁹. Uenit ad captiuos nō capt⁹ venit ad captiuos redimēdos:nihil in se captiuatis:hoc est inq̄ tatis habens: sed carne mortali preciū nostrum portans. Si em carnē mortalez non haberet:vnde in verbo sanguis quē pro captiuis funderet:? Ille autē qui ad captiuitatem nostrā venit cum similitudine carnis peccati:non cum carne peccati: similitudo em erat illa carnis peccati:vera caro sed similis carni peccati:vera caro sed non peccati caro. Ille ergo qui ita quis erat:? Bene nūciate de die in diem. Ecce q̄s erat:? De die in diem. Deus de deo erat:lumē de lumine erat/sed ꝺ̄bū caro factuz est:vt habitaret in nobis:latens maiestas:apparēs infirmitas vt moriatur infirmitas: & tenetur maiestas. Si ergo vniuersus mūd⁹ sub captiuitate tenebat:ꝺ̄n dictum est. Miserebo cui misertus fuero: et misericordiā p̄stabo cui misericors fuero. Si em totus mundus sub captiuitate:totus mundus in peccato:totus mundus iustissime supplicio destinatus:sed? ex parte per misericordiā liberatus. Quis dicat deo:quare damnas mundum:? Quomodo accusatur iudex de⁹ q̄n damnatur mundus reus:? Reus es. Si quid debeas consideres:pena vocatur:nec cum a te debitum exigitur exactor iuste reprehenditur. Reprehēditur exactor si indebitum exigit:cum vero debitum exigit:q̄s reprehendat exactorem q̄uis expectat donatorem:? Cui vult miserē:et quem vult obdurat. Dicis itaq; mihi. Quid adhuc conq̄ritur:? Nam voluntati eius quis resistit:? O homo tu quis es qui respōdeas deo:? Quis sit ille attende:quis sis tu attende. Ille deus est:tu homo. Sed iusticiā ibi loqui videris tu:et fons ille iusticie siccatus est:? Si iustū loqueris vñ tibi:? Aut si iustuz loqueris:debes tacere. Aut si iustū loq̄ris:et nō habes vñ de fonte iusticie. Fons autez iusticie q̄s esse nisi deus. Primum ergo fundamentum fidei pone. Numquid iniquitas apud deū:? Latere te equitas potest:esse ibi iniquitas non potest. Expectas a me forte vt dicā tibi:quare cui vult miserē:? & quem vult obdurat. Expectas a me homo. Si & tu homo & ego homo ambo audiuimus. O homo tu qui es qui rideas deo:? Melior est ergo fides ignorantia:q̄s temeraria scientia. Deus mihi dicit:p apl̄m xp̄s loquitur. O homo tu qui es qui respōdeas deo:? Et ego indignor quia non noui iusticiam dei. Sū homo sum non indigner:excedaz hominē si possum: & forte attinguam. Sed & si attigero hāc non dicam excedat & ipse et attingat mecum. Et quis est inq̄s q̄ homo hoiem excedat. Ergo non quibusdam exprobrat apl̄s & dicit. C ū enim dicitis. Ego pauli:ego apollo/nonne homines estis:? Quid eos facere volebat: quib⁹ exprobrat quod homines erant. Hoc

Ro. viij.

Joh. j.

Exodi. xxxiij.

Ro. ix.

Titū. iij.

Ro. viij.

Joh. xv.

Joh. xvj

ij. cor. v.

ps. xliiij

Joh. i.

Jo. xiiij.

j. Co. iij.

mo es:ad adam pertineo. Pertine ad filiuz hominis: et forte dicit tibi. Jam non dico vos seruos/ sed amicos:quoniam que audiui a patre meo:nota feci vobis. Sed discipulis hoc dixit:apl̄is illis hoc dixit. Non debemus contristari:quia nōdum tales sumus. Et tamen etiam ipsis quō hoc dixit Oia q̄ audiui a patre meo nota feci vobis. Puto gr in spe dixi hoc nondum in re puto quod facturus erat:nō q̄ iam fecerat. Et vñ pbat cū ille dicat:nota vobis feci: non dicat nota vobis faciā:? Qr dicunt q̄dā in scripturis de preterito: que intelliguntur de futuro. Quo dicant de preterito:cū intelligant de futuro:? Foderūt inq̄ manꝰ meas et pedes meos: dinumerauerūt omia ossa mea. Nondū factum erat & tanq̄ factū annunciabat quod futurū erat. Saluos nos fecit p lauacrū regenerationis. Alio autē loco ille dicit. Sepe salui facti sum⁹. Spes aūt q̄ videt non est spes. Spe salui facti sumus:non nisi de preterito dicim⁹:& qm̄ salui sum⁹ nondū re:adhuc futurū est q̄ speramus. Nam iam videm⁹ & tenemus: sed nōdū res:sed spes. Quod em videt q̄s inq̄t q̄d sperat:? Si aūt q̄ nō videm⁹ speramus per patientiam expectamus. Et m̄ salui facti sumus:& m̄ adhuc salutē spectam⁹:& expectam⁹:nondū tenem⁹. Sic & dñs discipulis ait. Oia q̄ audiui a patre meo: nota vobis feci. Si hoc iā factum erat:quare alio loco dicit illis. Adhuc multa habeo vobis dicere:sed nō potestis portare modo:? Certe omnia que audiui a patre meo nota feci vobis. Sed cū dicit. Nō potestis illa portare modo:& dicit habeo vobis dicere: differt non aufert. Propter certā ergo spē q̄ sine dubio sciebat id fuisse futurum: apud illum tanq̄ factū cōputabat:& ideo dicebat. Nota vobis feci. Quādiu ergo sumus in corpore peregrinamur a domino. Per fidē enim ambulamus nō per speciem. Quantum nobis datur et eadem teneamus:& de iusticia dei non dubitemus: iniquitatem apud illū esse omnino non credam⁹:ne in magnā voraginē impietatis veniamus. Et cum p fecta fide tenuerimus:nullam apud eū esse iniquitatem:et si illam modo non videmus id est equitatem que est apud ipsum:finiatur via et veniemus ad patriam. Non potest videri tempore fidei:videbit ipe speciei Nūc em p fidē ambulam⁹:tunc p speciem. Quid est per speciem:? Speciosus forma p filij hominum: quia in principio erat verbum:& verbū erat apud deum:& deus erat verbuz. Qui diligit me inq̄t mandata mea custodit:et qui diligit me diligetur a patre meo:et ego diligam eum. Et quid illi dabis Et ostendā meipm illi. Hec erit species q̄m faciet quod dixit:et ostēdā meipm illi. Jbi eqtatē dei videbis: ibi sine todice in verbo legis. Ergo cū viderimus eum sicuti est:iā trāsiet peregrinatio nostra postea ho gaudebimus gaudio angelorum. Hec em in via Quid est via:? Fides est. Propter fidē tuā factus est deformis xp̄s:manet aūt speciosus christ⁹. Speciosus forma pre filijs hominum videbitur post peregrinationē. Modo autem fide qualis videtur:? Et vidimus eum et nō habebat speciē neq; decorē/ sed vultus eius abiectus: et deformis positio eius:hoc est ꝺ̄tus eius. Despectus et deformis positio ei⁹:hō in plaga positus:& sciēs ferre ifirmitates. Deformitas christi te fortma. Ille em si deformis esse noluisset:tu formam quaz pdidisti nō recepisses. Pēdebat in cruce deformis sed deformitas illi⁹ pulchritudo nostra erat. In hac ergo vita deformem xp̄m teneamus. Quid est deformē xp̄m:? Absit mihi gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu xp̄i:per quem mihi mūdus crucifixus est & ego mūdo. Hec est deformitas xp̄i. Nūquid dixi me aliquid scire in vobis nisi viam:? Hec via:credere in crucifixū:huius deformitatis signuz in fronte portam⁹: de ista deformitate xp̄i non erubescamus. Hanc viam teneāmus & ad speciem puenimus. Cū puenerimus ad speciem:equalitatem dei videbimus:& iam non erit ibi dicere quare huic subuenit:& huic nō:quare iste adductus est a gubernatione dei vt baptizetur:ille autem cuz bene cathecuminus vixerit:subito ruina mortuus est:& ad baptismū non peruenit:ille autem cū scelerate vixerit/cum luxuriosus/cum mechus/cū scenicus/cum venator egrotauit/ baptizatus est:discessit/peccatum: in eo conuictum est: peccatum in eo deletum est. Quere merita: nō inuenies nisi penam:quere gratiam. O altitudo diuitiarum. Petr⁹ negat:latro credit. O altitudo diuitiarum. Hoc nos putas perscrutari posse:q̄s apl̄s beatus expauit:? Et cum tanta: profunditatem & altitudinem inspiciens cōtremisceret:exclamauit. O altitudo diuitiarum & sapientie et scientie dei. Quid em dixerat ante:vt ad hāc exclamationem veniret:? Rem dixerat vbi si non credatur deo:q; nō est iniquitas apud deū:inimo quitas iudicabitur. Gentib⁹ dicebat:fideli bus dicebat:de iudeis:Sicut vos inq̄t non credidistis deo:nūc aūt miam ꝓsecuti estis illorum incredulitate: sic et hi non crediderunt in vestram miam vt & ipsi misericordiam consequant. Concluserat em oēs deus in incredulitate:vt oīm misereatur. Hinc post ea paulus dixit. Et q̄ ista ratio est eqtatis

Joh. xv.

Ro. xj.

Ro. xj.

Esa. xliij.

Gal. vj.

E

et iustitie dei: concludere omnes in incredulitate: vt omniū misereatur. Queris tu rationem: ego expauesco altitudinem. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei. Tu ratiocinare: ego miror. Tu disputa ego credam altitudinem video: ad profunduz non peruenio. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: q̄ inscrutabilia sunt iudicia ei⁹ & inuestigabiles vie eius: forte expositurus es? Quis enī cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi: & retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsuz et in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula seculoruz. Requieuit quia inuenit admirationem: nemo querat a me occultorum rationem. Ille dicit. Inscrutabilia sunt iudicia eius: et scrutari venisti? Ille dicit. Inuestigabiles sunt vie eius: et tu inuestigare venisti? Si inscrutabilia scrutari venisti: et inuestigabilia inuestigare venisti crede: nam peristi. Tale est velle scrutari inscrutabilia et inuestigabilia inuestigare: q̄le est velle inuisibilia videre: & ineffabilia fari. Ergo edificet dom⁹: cū puenerit ad dedicationē: tūc fortasse inueniet istoz occultoz aptissimā rationem.

Gal. vj. ¶ De verbis Apostoli. Inuicē onera vestra portate: et sic adimplebitis legem christi quod mutue dilectionis dicit esse officium. Ser. xxj.

A j. retrac. xxv.



Uia lex veteris testamenti scilicet custodia timorē habebat: non potuit aperti⁹ significari noui testamenti donum esse charitatem q̄ hoc loco vbi apostolus ait. Inuicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legez christi. Hanc enim legem christus dicere intelligitur: quia ipse dominus precepit vt nos inuicem diligamus: tantum in ea sententia p̄cepti pond⁹ constituens vt diceret. In hoc cognoscent quoniam discipuli mei estis: si vos inuicem diligatis. Huius autem dilectionis officiū est. Inuicez onera vestra portate: sed hoc officium non est sempiternū. Perducet enī ad beatitudinem sempiternaz in qua nulla erunt onera nostra que inuicem portare iubeamur: nunc vero cuz in hac vita: id est cum in hac via sumus: onera nostra inuicem portemus: vt ad eam vitam que caret omni onere peruenire possimus. Sicut enim de ceruis nonnulli taliuz cognitionum studiosi scripserunt: cum fretum ad insulam transeunt pascuarum gratia sic se ordinant: vt onera capitum suoz cum que gestant in cornibus superinuicem

Jo. xiij.

C

E

posuerint: ita vt posterior super anteriorem ceruice proiecta caput collocet. Et quia necesse est vnum esse qui ceteros precedēs nō ante se habeat cui caput inclinet: vicibus dicuntur id agere: vt lassatus suis capitis onere ille qui precedit post omnes redeat: et ei succedat cuius ferebat caput cuz ipse preiret: ita inuicez onera sua portantes fretum transeunt: donec veniant ad terre stabilitatem. Istū ceruorum naturam fortasse intenderit salomon cum ait. Ceru⁹ amicitie et pullus gratiarum collocantur tecū. Nihil enim sic probat amicum quēadmodum oneris amici portatio. Nec tamen inuicem portaremus onera nostra: si vnuz tēpus esset infirmitatis amborum qui onera sua sustinent: aut vnum infirmitatis genus sed diuersa tempora et diuersa genera infirmitatis faciunt vt onera nostra inuicem portare valeamus. ¶ Verbi gratia. Iram fratris tunc portabis cum tu aduersus euz non irasceris: vt rursum tempore quo te ira preoccupauerit: ille te lenitate et tranquillitate supportet. Hoc exemplum ad id pertinet cum diuersa sunt tempora portantium onera sua quamuis ipa diuersa nō sit infirmitas: in ambobus enī ab inuicem ita portatur. Ad diuersum autez infirmitatis genus aliud exemplum videndum est: veluti. Si quis in se loquacitatē vicerit: et pertinaciam nondum vicerit: alius vero sit ad huc loquax: sed etiam pertinax non sit: debet ille huius loquacitatem: et iste illius pertinaciam: donec illuc in illo: & istuc in isto sanetur charitate portare. Par q̄ppe infirmitas in duobus & vno accedat tempore tolerare seinuicem non valent: cum aduersus se intenditur. Nam aduersus aliquem tertium et duo irati sibi conueniunt et se tolerant: q̄ nec tolerate seinuicem dicendi sunt: sed potius seinuicē consolari: sicut et tristes de vna re magis se portant: & ssi in cubunt sibi: quasi vnus tristis esset: & alius gauderet: si aūt aduersus se tristes sunt: prius se tolerare non possunt. Et ideo huiusmodi affectionibus suscipiēda est aliquā tulum ipsa egritudo de qua vis parte aliū liberari: et sic suscipienda vt ad auxilium non ad equalitatem miserie valeat: quēad modum se inclinat qui manum iacenti porrigit. Non enī se proiecit vt ambo iacerent: sed incurrat tantūvt iacētem erigat. Nec vlla res officiosum istum laborem: ad portanda onera aliorum facit libenter impendi: nisi cum cogitamus q̄ta pro nobis pertulerit dñs. Hinc enī admonēs ait apls. Hoc sentite i vob: q̄d i xp̄o iesu. Qui cū forma dei esset: nō rapinā arbitrat⁹ est ee se equa-

Gal. vj.

Joh. j.

Pue. v. 25

Phil. ij.

lem deo: sed semetipsuz exinaniuit formam serui accipiens: in similitudinem hominū factus: & habitu inuent⁹ vt hō: humiliauit semetipm fact⁹ obediēs vsq̄ ad mortē mortē aūt crucis. Superi⁹ enī diximus. Nō que sua sunt vnusquisq̄ intendēs: sed ea q̄ alioz. Huic sententie ꝓtexuit q̄d dictū est. Nam ita sequit. Hoc sentite in vobis q̄d & in xp̄o iesu: ad hoc dūtaxat: vt quēadmodū ille in eo q̄d verbuz caro factū est: & habitu inuentus est: sine peccato cum esset peccata nostra suscepit: non attēdit sua sed nostra. Ita & nos libenter ad eius imitationē inuicem onera nostra portem⁹. Huic cogitationi accedit etiam illa cogitatio qua ille suscepit hoīem: nos autem homines sumus: et ꝓsiderare debem⁹ q̄ egritudinē siue aie siue corporis quā in hoīe alio videm⁹ etiaz nos habere potuim⁹ aut possumus. Hoc q̄ exhibeam⁹ ei cuius infirmitatē portare volumus q̄d ab illo nobis velimus exhiberi: si forte nos in ea essem⁹ & ipse non esset. Ad hoc ptinet q̄d ipse apostolus ait. Omia omnibus factus sum: vt omnes lucifacerē: cogitando scilicet in eo vitio etiam se esse potuisse vnde cupiebat alium liberare: compatiendo etiā pot⁹ id agebat: nō mētēdo sicut quidā suspicat: & hi maxime qui mē dacijs suis defendendis q̄ negare non possunt: alicuius magni exēpli patrocinū requirunt. Deinde etiā illud cogitādū: nullū esse hominē qui non possit habere aliquid boni quod tu nondum habes: etiam si lateat: in quo sine dubio possit te esse superior: q̄ cogitatio ad contundendā et edomandā superbiam valet. Ne arbitreris q̄n tua quedā bona eminent et apparēt: ideo alterum nulla habere que lateant: et fortasse maioris ponderis bona quibus te superat nescientem. Non enī falli nos adulatione potius vti ap̄s iubet cum dicit. Nihil p contentionē neq̄ per inanē gloriam: sed in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorem sibi. Non hoc ita debemus existimare vt nō existim⁹ sed nos existere fingamus: sed vere existimemus posse esse aliquid occultum in alio quo nobis superior sit: letiam si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse non sit occultum. Iste cogitationes deprimentes superbiaz et acuentes charitatem: faciunt onera fraterna inuicem: non solum equo animo sed etiam libentissime sustineri. Nullo modo autem de quoq̄ homine incognito ferenda sententia est: et nemo nisi p amicitiā cognoscitur: et ideo amicorum mala firmius sustinemus: quia bona eorum nos delectāt & tenent. Nullius itaq̄ repudiāda est amicitia sese ingerentis ad amicitiam copulandam: non vt statim recipiat: sed vt recipiēdus optetur: atq̄ ita tractet vt recipi possit. Illum enī receptum in amicitiaz possumus dicere cui ola ꝓsilia nostra refundere audeamus. Et sicut q̄sq̄ q̄ se nō audet ingerere ad amicitiā faciendā cū aliquo nro temporali honore aut dignitate renocatur descendendum est ad eū: & offerendum illi quadā comitate & submissione aie: q̄d petere p semeipm nō audet. Sane q̄uis raro: tñ aliquotiēs accidit: vt ei⁹ quē volumus in amicitiā recipere: pri⁹ nobis innotescāt mala q̄ bona quib⁹ offensi & quodāmō repcussi relinquim⁹ eū: & ad bonoz eius que forte occultioza sunt indagationē nō puenim⁹. Admonet itaq̄ dñs noster iesus xp̄s q̄ nos vult effici imitatores suos: vt ei⁹ infirma tolerem⁹: vt ad quedā sana in quoū delectatione acquiescam⁹ p charitatis tolerentiā perducamur. Ait enī. Nō est op⁹ sanis medicus: sed egrotātib⁹. Ideoq̄ si p pter christi charitatē etiā cū q̄ ex oīi parte fortassis egrotat: repellere ab aio nō debemus: quoniā sanari potest per verbuz dei: quāto minus eū q̄ ppter nos videri potest totus egrot⁹: qz q̄dā ei⁹ saucia in primo ingressu amicitie non potuim⁹ sustinere: & q̄d est grauis⁹ cū offensione animi de toto homine ausi sumus temerariā p̄iudicij ferre sententiā: non timētes q̄d dictum est. Nolite iudicare ne iudicemini: et in qua mensura mensi fueritis in ea remetitur vobis. Sepe autem illa que bona sunt prius apparent in q̄bus etiā temerariū benivolētie iudiciū cauendū est: ne cū totū bonū putaueris: ea q̄ postea mala apparuerint: securuz & imparatum te inueniant: et grauius offendant: et eum quē temere dilexeras: acerbius oderis: quod nefas est: quis etiam si nulla eius bona precederēt: et hec que postea apparuerunt mala prius eminerent: toleranda tamen erant donec omnia cum illo ageres quibus talia sanari solent: q̄ to magis cū ea bona p̄esserūt q̄ tāḡ pignora nos debēt ad posteriora tolerāda ꝓstringere. Ista est ergo lex xp̄i: vt inuicē onera nra portem⁹. Xp̄z aūt diligēdo facile sustinem⁹ infirmitatē alteri⁹ etiā que nōdū ppter sua bona diligim⁹. Cogitam⁹ enī qz ille quez dilig⁹ dñs ppter eū mortu⁹ est. Iplius enī domini charitatem nobis ap̄stolus ingessit cū diceret. Et peribit infirm⁹ in tua sciētia frater propter quem christus mortuus est vt si illū infirmum propter vitiuz quo infirmus est minus diligimus: illum in eo cōsideremus qui mortuus est propter ipsum. Christū aūt non diligere: nō infirmitas sed

Phil. ij.

E

Mat. ix.

Mat. vij. F

j. Cor. xiij

mors est. Quapropter ingẽti cura ⁊ implorata dei misse ricordia cogitãdus est: ne xpm negligamus ꝓpter infirmum: cũ infirmum debeamus diligere propter christum.

¶ De eisdẽ verbis apostoli. Quibus in sermone precedenti. Jn quo Augustinus perpulchre declarat de quibus oneribus aplus sit locutus ⁊c.

Sermo. xxij.

Gal. vj. A



Mnes nos per aplm admonuit veritas vt inuicẽ onera nostra portemus: ⁊ in eoipso quo nos admonet vt inuicẽ onera nostra portem⁹: quo fructu id faciamus ostẽdit: adiũgens dicit. Et sic adimplebitis legẽ christi. Que non implebitur: nisi inuicẽ onera nostra portemus. Que sint onera ista: ⁊ quẽadmodũ portanda sint: qm quidẽ omnes ꝓ nostris viribus conari debemus iplere legem christi: adiuuante dño conabor ostendere. Quid ẽ me demonstraturũ esse ꝓposui: memẽtote vt exigatis: vt cum reddidero nõ petatis. Hoc me demonstraturũ esse ꝓposui adiuuante dño intentionẽ meam ⁊ ꝓ o me oratione vestra: que sint onera que inuicẽ nos iubet vt portemus apostolus: ⁊ quẽadmodum portãda sint. Hoc si fecerimus: illud vbi fructũ posuit sua sponte ꝙsequitur vt impleamus legẽ christi. Dicit aliquis. Obscure eñ apostolus locutus est: vt tu concris exponere: que sint ista onera: vel quẽadmodum inuicẽ sustinenda. Est illic questio que nos cogit onera distinguere: et in ipso quippe capitulo lectionis habẽs ibi positũ. Unusquisq; autẽ proprium onus ꝑtabit. Jam ergo occurrit sensibus vestris. Si vnusquisq; proprium portabit: quõ dicit inuicẽ onera vestra portate: nisi qz onera distinguẽda sunt: ne sibi ꝛtraria loq putetur aplꝰ. Non eñ longe: nõ enim in alia epla: non eñ in hac ipsa longe superi⁹ aut inferius: sed in eo ipso loco: ita vt si sint eadem verba contigua vtrũq; posuit. Et qz vnusquisq; proprium onus portabit: qd admonuit ⁊ hortatus est: vt inuicẽ onera nostra portemus. Alia ergo sunt onera in quibus vnusquisq; ꝓprium portat: nec portat cum alio alter nec ꝓcipit in alterum: ⁊ alia sunt onera in quibus recte dicis fratri: porto tecum: aut porto pro te. Si ergo distinctione opus est: non est facilis intellectus. Contra eos ergo qui putabãt posse hominem cõtaminari peccatis alienis: respõdit apostolus. Unusquisq; onus proprium portabit. Item cõtra eos quibus per hoc possit

Gal. vj.

negligẽtia subintrare: vt quasi securi facti quod nõ cõtaminarenꝫ peccatis alienis neminẽ curarent corrigere: inuicez onera nra portare breuiter dictũ breuiterq; distinctũ est: ⁊ ꝓtum existimo manifestationẽ veritatis nõ impediũt. Nã ⁊ breuiter audistis: et cito intellexistis. Corda vestra nõ vidi: sed testes cordis voces audini. Jaz ergo tanꝯ de intellectis securi: aliquãto latiꝰ disseramus: nõ vt intelligendũ insinuet: sed vt qđ intellectuz est cõmendet. Onera q̃ vnusq̃q; sua portat peccata sunt. Has detestabiliuz onerũ sarcinas portantibus hoibus ⁊ sub eis frustra sudãtibus: dñs dicit. Uenite ad me oẽs qui laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiam vos. Quomõ reficit peccatis oneratos: nisi indulgẽtia peccatorum? Cõcionator mundi: de quadã specula excelse auctoritatis exclamat. Audi genus humanũ audite filij adam: audi genus laboriosiz ⁊ infructuosum. Uideo laborẽ vestrum: videte donũ meum. Scio laboratis et onerati estis: ⁊ qđ est miseri⁹ perniciosas sarcinas vestris humeris alligatis: adhuc qđ peius est: onera addi vobis petitis/ non deponi. Quis nostrũ breui tpe potest multiplicitatem ⁊ varietatẽ harum disserere sarcinarꝫ. Tamẽ inde pauca cõmemoremus: ⁊ de his cetera cõiectemus. Uidete hoiez oneratum sarcina auaricie: videte illuz sub hac sarcina sudantẽ/ anhelãtem/ sitientẽ/ ⁊ laborantem sarcinã addẽtem. Quid expectas o auare: amplectẽs onus tuũ ⁊ sarcinam sub humeros tuos? Quid expectas? Quid laboras? Quid inhias? Quid ꝓcupiscis. Nẽpe saciare auaricię. O vora inania ⁊ facta nequissima. Expectas ergo sanare auariciaz illa te põt premere: tu illaz nõ potes satiare. An forte nõ ẽ grauis? vsq; adeo sub hac sarcina sensum etiã perdidisti. Nõ est grauis auaricia? Quare ergo te de somno excitat: que te aliqñ etiaz ꝓmire non sinit? Et fortasse habes cũ illa alterũ onus pigricie: ⁊ ista duo nequissima onera secũq; pugnãtia premũt te: ⁊ dilamãt te. Non eñ paria imperãt: non eñ similia iubẽt. Pigricia dicit: dormi: auaricia dicit: surge. Pigricia dicit: noli pati frigidos dies: auaricia dicit: tolera in mari etiã tempestates. Illa dicit: quiesce: illa nõ sinit quiescere: iubet nõ solũ procede: sed ⁊ nauiga trãs mare: quere terras quas ignoras: merces in india deportande sunt: nõ nosti linguã indoꝝ: sed itel ligibilis videt sermo auaricie. Uenies ignotus ad ignotũ: das/ accipis/ emis/ portas/ periclitatus venisti/ cuz periculo redis/ exclamas in mari exagitat⁹ tẽpestate: deus libera me. Nõ audis rñdentez. Quare? Nisi

te? Auaricia tibi iussit vt acquireres quod nõ habebas: ego tibi iussi vt sine labore añ ostium tuũ pauperi dares qđ habebas. Ila te ad indos misit ad reportandũ aurum? ego tibi ante ostium xpm posui: a quo emeres regnũ celoꝝ. Laboras in iussione auaricie: in iussiõe mea nõ laboras. Ambo iussimus: nõ audisti me: cui obaudisti liberet te Quam multi has sarcinas portant: quãti mihi modo cõtra ipsas sarcinas loquenti sub ipsis positi exclamant. Cũ sarcinis intrarũt: cum sarcinis exeunt: auari ingressi sunt: auari descẽdunt: ego loquẽdo ? istas sarcinas laboraui. Si clamatis: ponite qđ portatis. Postremo me nolite audi⁹: rumpatoꝝ vestruz audite clamantẽ. Uenite ad me oẽs qui laboratis ⁊ onerati estis. Non eñ venitis: nisi laborare desinatis. Ultis ad me currere: sed cũ grauibus sarcinis nõ potestis Uenite inqt ad me qui laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego vos reficiã. Do veniam preteritoꝝ peccatoꝝ: tollam qđ premebat oculos vestros: sanabo qđ nocuit humeris vestris. Tollaz quidẽ sarcinas: sed inanes a sarcinis nõ dimittaz. Tollã sarcinas malas: ⁊ imponã bonas. Cum eñ dixisset. Et egoros reficiã: adiunxit. Tollite iugũ meũ supvos. Male te subiugauerat cupiditas: salubiter te subiuget charitas. Tollite iuguz meũ super vos: ⁊ discite a me. Si vobis viluit humanũ qlecũq; magisteriuz/ discite a me. Xps clamat magr: vnicus filiꝰ dei: solus verax: merus veritas clamat: discite a me. Quid? Quia in pncipio erat verbum: ⁊ verbũ erat apud deũ: ⁊ de⁹ erat verbum: et oia per ipm facta sunt. Numqd hoc ab eo discere poterimus: mundũ fabricare: cecos luminibꝰ implere: dici noctisq; vicissitudines ordinare: tpa ⁊ secula iubere ꝑcurrere seminibꝰ vim tribuere: aialibus terram replere? Nihil horũ nos inbet discere magister celestis: illa facere de⁹. Sed qz iste de⁹ ⁊ hõ esse dignatus est: in eo q̃ deus est audi vt recreeris: in eo q̃ hõ est audi vt imiteris. Discite inqt a me: nõ mundũ fabricare ⁊ creare naturas: nec illa quidez alia q̃ hic latens deus: homo manifestus effecit: nec ipsa dicit: discite a me febres ab egrotantibus pellere/ fugare demonia/ mortuos suscitare/ ventis ⁊ fluctibus iperare/ sup aqs ambulare/ nec hoc dicit: discite a me. Hec eñ dedit quibusdã discipulis suis: qbusdã non dedit. Hoc autẽ discite a me: oibꝰ dicit: ab hoc precepto nemo se excuset: discite a me: quia mitis sum⁹ ⁊ humilis corde. Quare dubitas hanc sarcinam ferre? Hec sarcina grauis est: humilitas et pietas? Hec sarcina grauis est: fides/ spes/ charitas?

Ista eñ humilez: ista mitẽ reddũt. Et vide qz oneratus nõ eris: si ipsum audieris. Jugum eñ meum leue est: ⁊ sarcina mea leuis est. Quid est: leuis est? Quid si hz pondus? Sed minus. Plus habet auaritia: minꝰ iustitia. Nolo sic intelligas. Hec sarcina non est pondus oneratu: sed alevolaturi. Habẽt enim ⁊ aues pẽnaruz suaꝝ sarcinas. Et qđ dicimus? Portant illas: ⁊ portant. Portat illas in terra: portãtur ab illis in celo. Tu misericordiaz velis prebere aui: presertim estste ⁊ dicas: miserã istam auiculã onerãt pẽne ⁊ detrahas onus hoc: in terra remanebit: cui subuenire volnisti. Porta ergo pẽnas pacis: alas accipe charitatis. Hec est sarcina: sic implebitur lex christi. Distincta sunt onera. Uidete nũc nescio quis aurus intrat: nosti illũ auarum: stat tecũ ⁊ tu non es auarus sed etiã misericors: das pauperi qđ habes: non inhias in ea que non habes: audis dicentẽ aplm. Precipe diuitibꝰ huius mundi: nõ superbe sapere: neq; sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuo qui prestat nobis oia abũdanter ad fruendum. Diuites sint in operibus bonis: facile tribuant: cõmunicẽt: thesaurizẽt sibi fundamentũ bonuz in futurũ: vt apprehendãt veram vitam. Audisti aguouisti: didicisti: tenuisti: fecisti. Fac quod facis: noli pigrescere: noli cessare. Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Bene fecisti homini: ingratus homo: nõ te poeniteat bene fecisse: ne fundas pnitẽdo quod implesti misericordiã: dic in corde tuo. Nõ videt iste i quẽ feci: videt ille, ꝓpter quem feci: qz iste si videret: si ingratus nõ esset: sibi potius q̃s mihi prodesset. Ad deũ me teneaz quẽ non latet qđ facio: non solũ quod facio/ sed etiam quo corde facio: illum sperẽ retributorez: qz facti mei nõ queret testem. Talis es: ⁊ forte i populo dei stat iuxta te auarus raptor inhians rebus alienis. Quẽ nosti talem: ⁊ fidelis est: vel potius fidelis vocaꝝ: non euz potes de ecclesia pellere: nõ habes aliquez aditum castigãdo ⁊ corripiendo corrigere: accessurus est tecũ ad altare: noli timere: vnusquisq; proprium onus portabit: memẽto aplꝰ vt securus accedas. Unusquisq; ꝓprium onus portabit: tumodo tibi nõ dicat: porta meũ. Naz si cũ illo cõicare volueris auaricię: onus non minuit: sed duo grauabunt. Portet sarcinã suam: ⁊ tu tuã: qm qñ ex humeris dñs tuus talẽ sarcinã excussit: alterã imposuit. Excussit cupiditatis: ipe sunt charitatis. Ergo ſm cupiditates malas vnusq̃q; sarcinã suã portat: malus malam: bonꝰ bonaz. Cõuerte te iam ⁊ ad illud ꝓceptum. Jnuicem onera vestra portate.

habes cū sarcinaz christi: vnde portes cū altero onus propriū. Pauper est: diues est: onus illius pauptas est: tu tale onus non habes. Vide ne forte cū te iterpellauit pauperias: dicas. Unusquisq onus ppriū portabit. hic alterū preceptuz audi. Inuicem onera vestra portate. Pauptas nō est onus meū: sed est onus fratres mei. Uide ne diuitie sint maius onus tuū. Nā nō habes onꝰ paupertatē: sed habes onus diuitias: si bñ ingēdas onus est: ille alterū onus habet tu alterū. Porta cū illo: z porta tecū: vt inuicē onera vestra portetis. Quid est onꝰ pauperatis? Nō habere. Quid est diuitiaz onꝰ? plus q̄ opus est habere. Et ille oneratus est: z tu oneratus es. Porta cū illo non habere: portet tecū plus habere: vt fiāt egles sarcine vestre. Si em dederis indigenti: minuis illi nō habenti onus ipsius quod erat nō habere: si ei dederis incipit habere: minutū est illi onus qđ vocatur nō habere: minuit z ipse onus tuū quod vocaꝝ plus hfe. Duo ambulatis viā dei in peregrinatione huius seculi: tu portabis sumptꝰ magnos supfluos: ille aūt sumptus nō habebat: adhesit tibi comes tuus esse desiderans: noli negligere: noli spernere: noli reliquere. Nō vides q̄tum portes? Nihil portāti z non habēti da aliquid: z comitē adiuuabis: z te reuelabis. Apostolica fnia satis quātū opinor exposita est. Non vobis fumos vēdant qui dicūt. Sancti sumus: nō portamꝰ sarcinas vestras: ideo vobis nō cōmunicamus. Maiores isti portāt sarcinas diuisiōis: maiores portant sarcinas precisiōis: sarcinas scismat: sarcinas hereſis: sarcinas dissensionis: sarcinas animositatis: sarcinas falsorū testimoniorū: sarcinas calūnioſaꝝ ꝯ minationū. Has sarcinas conati sumus: et conamur deponere de humeris fratrū nostroꝝ. Illi amant tenēres illas ad se: minores esse nolūt: q: ipsis sarcinis tumuerunt. Nā z qui ponit sarcinaz quā gestabat collo quasi minor fit: sed pondus posuit nō statură. Sed ego inquit nō cōmunico peccatz alienis: quasi hoc dicā: veni cōmunica peccatis alienis. Non hoc dico: noui q̄d dicat aplus: sed illud dico ppter peccata aliena. Si vera essent: z nō tua magis essent: gregem dei mixti ouibus z hedis non deseres: aream dñica q̄diu palea triturat non relinqueres: rhetia dñica quādiu bonos et malos pisces ad litꝰ traxit nō dirūperes? Et quo inquit ferrē quez nouī malū. Nōne melꝰ ipm ferres: q̄ te foras efferres? Ecce quo ferres si attenderes apostolū dicentē. Unusquisq propriū onus portabit. Liberet te ista fnia. Non em cum illo cōmunicares auaritiā: sed cōmunicares cū illo xpi mensaz. Et quid tibi obesset: si cū illo cōmunicares christi mensam? Apostolus dicit. Qui em manducat z bibit indigne: iudiciū sibi manducat z bibit. Sibi nō tibi. Sane si iudex es: si iudicandi potestatē accepisti: ecclesiastica regula si apud te accusatur: si inumeris documentis testibusq cōuincit: coerce/corripe/excōica/degrada. Si cui vis licet tolerātia vt nō dormiat disciplina. Sed dānatus est inquiunt ceciliani. Dānatꝰ. A quibus? Primo absens: deinde a traditoribus innocēs. Allegata sunt ista: gestis inserta: phata sunt. Eneruare quidē vires veritatis conati sunt: z inaniū nebulis pſecutionū: eius serenitatem nebulare quātuz potuerunt emisi sunt: affuit dñs: vicit serenitas eius nebulas eorū. Et videte qūo nescientes absoluerūt ecclesiaz orbis terraꝝ: cuius cōione gaudemus: qualescūq in ea sumus: nō ipsos nos sed ipsaz tuemur: defendimus: obtinemꝰ areaz dominicā defendēdo. Pro area dñica clamo: tu quis in ea sim nolo cures. Uentilabruz expecto: nolo inq̄ vt cures: aut si curare vis: noli cū lite curare: vt possis fratrē sanare. Cura paleam si potes: sed triticū noli relinquere si paleam curare nō potes. Excutiūtur aliq̄ de area dñica z palee: interdū z grana: sed nō longe. Sunt aūt operarū boni: circūeūt areaz: z ea que foris excussa sunt quibusdā mundatoriis tralunt z reuocāt in areaz z si tra hendo z si cogēdo. Mundatoria instrumēta sunt leges iste mūdane. Reuoca: etiam cū terra trahe triticum: ne ppter terrā pereat triticuz. Dānatus est inquiunt cecilianus: dānatus semel absens: ter absolutus est presens. Respōdemus eis: z holes indocibiles: quātuz potuimus breuiter de suis factis admonuimꝰ z diximus. Quid recitatis 3 ceciliani concilioz septuaginta epoz sentētias in absentē? roferētium? Plures plate sunt a maximianistaz concilio ptra absentē primianū. Dixim⁹: absens ab illis dānatus est cecilianus: absens ab isto dānatus est pmianus. Quo isti non pīudicant absenti pmiano: sic z illi preiudicare nō potuerunt absenti ceciliano. Quid eos putatis in hac angustia rndisse? Quid enim dicerent? Quo euaderēt inclusi rhetibus veritatis? Ut hec rhetia violenter rūperent: quid direxūt breuiter z absolute p nobis? Et quidē multa z pene ola pro nobis sicut gesta indicabant: que iam vestra charitas proponēda lectura est. Sed hoc loco rogo vos: obsecro p xpm vt teneatis: dicatis: in ore semp habeatis. Nō potuit em pro nobis breuior z certior z liquidior ferri snia.

Quid ergo dixit: cū hoc obijceremus: sic nō preiudicāt isti ceciliano: qūo nec illi pmiano. Et ille defensor illoz: nec causa cāe preiudicat: nec persona pſone. O respōsuz breue: liquidū: verum. Non em sciuit qđ dixit: sed cayphe similis cū esset pontifex pphetauit. Nec causa cāe preiudicat: nec pſona persone. Si nec cā cause: nec persona pſone preiudicat: ergo vnusq̄sq sarcinā suam portat. Eat nūc z obijciat tibi ceciliānum: non tibi cuicūq homini sed ipsi orbi terrarum obijciat ceciliānū. Quod cū facit: inconcussē obijcit innocētibus: prorsus gesta in dicabūt. Liquidissime purgatus es ceciliānus. Sed fac cū non purgatū: fac criminosum inuentū. Audi vocē tuaz ab orbe terrarū. Nec causa cāe: nec persona pſone preiudicat. Ala hęretica: insanabilis: animosa: cū in te sniam dicas: nudicē quid accusas? Si illū ego corrupi vt iudicaret pro me: re qđ corrupit vt dānares te? Utinā hec aliqn cogitent: vel detumescēte animositate cogitent: ad se redeāt: se interrogent: se discutiant: sibi rndeant pro veritate: non timeant eos quibus fallitatē diutissime vēdiderūt. Ipsos em timent offendere: erubescunt humane infirmitati: z nō erubescunt inuictissime veritati. Utiq̄ hoc timēt ne dicaī eis. Quare ergo nos decepistis? quare nos seduxistis? quare tāta inala z falsa dixistis? Rndere deberent si deū timerēt. Humanuz fuit errare: diabolicū est per aiositatem in errore manere. Melius quidē erat si nunq̄ erraremus: sed vel qđ scīm est faciamꝰ: vt erroteꝝ aliquādo emēdemus. Decepimꝰ qz decepti eramus: falsa preiudicauimꝰ: quia preiudicātibus falsa credidimus. Dicant suis: simul erravimꝰ: simul ab errore recedamus. Duces vobis fuimus ad foueaz: z secuti estis cū duceremus ad foueaz: z non sequimini cū ducimus ad ecclesiā? Possent ista dicere: indignātibus dicerent: iratis dicerent: aliqn z illi ponerent indignationez: amarēt vel sero vnitatem. Nos tñ fratres patiētes circa illos simus. In feruore sunt z tumore oculi quos curamus: non dico vt curare cessemꝰ: sed vt nō insultātibꝰ ad maiores amaritudines puocemus: rōnem leniter reddamus: nō de victoria supbe exultemus. Seruū enim dñi litigare non oportet: aplus dicit: sed mitē esse ad oēs: docibilem: patientē: in modestia corripientem: diuersis sentiētes: ne forte det illis deus penitentiā: z resipiscāt a diaboli laqueis a quo captiui tenētur fm ipsius voluntatē. Patienter ergo ferte si sani estis: patiēter ferte inquātum sani estis. Naz quis pfecte sanꝰ cū rex iustus sederit in throno? Quis gloriabitur mundū se habere cor? Aut de gloriabitur mundum se esse a peccato? Ergo quādiu tales sumus: hoc nobis debemus vt inuicem onera nostra portemus. Conuersi ad dominum.

¶ Deverbis apostoli. Spe salui facti sumꝰ. Spes aūt que videt nō est spes vbi aperte cur nob: s eterna sperātibꝰ que nō videmꝰ: ceteri falso spare se dicant tēporanea que videt. Ser. xxiij.



Icut aplm dixisse meminit sanctitas vra fratres charissimi. Spe salui facti sumus. Spes aūt inqt que videt nō spes. Quod em videt quis: qđ sperat? Si aūt quod nō videmus speramus: per patientiā expectamꝰ. Hinc vobis exhortatoriū z consolatoriū prebere sermonē admonet nos ipse dñs deꝰ noster cui dicit in psalmo. Spes mea es tu: portio mea in terra viuentiū. Ipse inquā qui spes nostra est in terra viuētiuz: iubet vt vos alloquamur in hac terra morientiū: vt nō respiciatis que videtur: sed que nō videntur. Que em videtur tpalia sunt: que aūtē non videtur eterna. Quia ergo qđ nō videmus speramus: z patientiā expectamꝰ: merito nobis in psalmis dr. Sustine dñm viriliter age: z cōfortetur cor tuū: z sustine dominū. Mundi em promissa semp fallunt: dei aūtē promissa nunq̄ fallunt. Sed qz mūdus qđ pollicet hic videtur daturus. i. in hac terra morientiū in qua nunc sumus: deus autez quod pollicet in terra viuentiū nobis daturus est. Multi fatigātur expectare veracē: non erubescūt amare fallacē. De talibus dicit scriptura. Ue his qui perdiderunt sustinentiā: z diuerterūt in vias prauas: cum etiā viriliter agētib⁹ z corde cōfortato deuz sustinētibus filij sempiterne mortis insultare non cessant tactātes suas delitias tēporales que ad tēpus obdulcāt fauces eorum: postea vero amariores felle inueniūt eas. Dicūt enim nobis. Ubi est quodvobis prom ittit post hanc vitaz? Quis huc inde reuersus est z indicauit vera esse que credi tis? Ecce nos in nostrarū voluptatuz sacietate letamur: qz qđ videmus speramꝰ: vos autē in laboribus continentie cruciamini: credēdo quod nō videtis. Deinde subiungunt quod cōmemorauit aplus. Wanducemus z bibamꝰ: cras em moriemur. Sed videte quid ipse canendū monuerit. Corrūpunt inquit mores bonos colloquia mala. Sobrij estote iuste: z nolite peccare. Cauete ergo fratres: ne talibus colloquijs mores

Universidad de Deusto Biblioteca

vestri corrūpantur:euertatur spes eneruetur patientia:z diuertatis in vias prauas Immo vo mites atq; mansueti tenete vias rectas:quas vos docet dñs:de quib⁹ psalmus dicit. Diriget mites i iudicio:docebit mãsuetos vias suas. Patientiã quippe in laboribus huius vite sine qua nõ potest cursodiri spes future vite:nemo potest perpetuo retinere nisi mitis atq; mansuetus:qui non resistit volũtati dei:cuius iugũ leue est z sarcina leuis:sed credẽtibus deo z sperãtibus in eũ z diligẽtibus eũz. Ita q̃ppe mites atq; mãsueti non solũ consolatões eius amabitis:sed etiã flagella eius tanq̃ boni filij tolerabitis:vt quoniã quod nõ videtis speratis:per patiẽtiaz expectetis. Sic agite:sic ambulate. In christo eñ ambulatis: qui dixit. Ego sum via. Qũo in illo ambulandũ sit discite:non solũ eius verbo:sz etiã eius exemplo. Hic eñ proprio filio suo non pepercit pater:sed ꝓ nobis oibus tradidit illũ:non vtiq; nolentẽ:neq; recusantẽ:sꝛ ꝓpriter volentẽ:qz vna est volũtas patris z filij sm equalitatẽ forme dei:in qua cũ esset nõ rapinam arbitratus est esse equalẽ deo z singulariter obedientẽ:sm quod semetipm sum euacuauit formã serui accipiẽs. Naz ipse dilexit nos:z tradidit semetipm ꝓ nobis oblationẽ z hostiam deo in odorẽ suauitatis. Sic ergo pater ꝓprio filio non pepercit:sed ꝓ nobis oibus tradidit eũ vt z ipse filius traderet semetipm pro nobis. Traditus est ergo excelsus:ꝓ quẽ facta sunt omma. Traditus ꝓpter formã serui in opprobriũ hominũ z abiectionez plebis:in contumelias:in flagella:in mortẽ crucis. Docuit ergo nos exẽplo passionis:cuz quãta patiẽtia in illo ambulemus:z firmauit nos exẽplo sue resurrectõis:quid ab illo patienter sperare debeamus. Si eñ quod non videmus speramus:per patientiaz expectam⁹. Quod nõ videmus quidẽ speram⁹:sed corpus sum⁹ illius capitis in quo iaz ꝓfectum est:qõ speramus. De illo eñ scriptuz est:q ipse est caput corporis ecclesie:ꝓmogenit⁹: ipse primatũ tenens. Et de nobis scriptuz est. Vos autẽ estis corpus xꝑi z membra. Si autẽ quod nõ videmus speram⁹:ꝓ patientiam expectamus securi:qm̃ qui resurrexit caput nostrũ est:seruat spem nostrã. Et qz ꝓmisꝛ resurgeret:flagellatũ est caput nostrũ:firmauit patientiã nostraz. Scriptum est eñ. Quez eñ diligit dñs corripit:flagellat autẽ oẽm filium quẽ recipit. Nõ itaq; in flagello deficiamus:vt in resurrectiõe gaudeamus. Ita eñ verũ est:q flagellat omnẽ filium quẽ recipit:vt nec vnico suo pepercerit:sed ꝓ nobis oibus tradiderit eũ. Intuẽtes ergo eũ qui sine peccati merito flagellatus est:qui mortu⁹ est ꝓpter delicta nr̃a:et resurrexit ꝓpter iustificationẽ nostraz:non timeamus ne abijciamur flagellati:sed potius cõfidamus:qz recipiemur iustificati. Quãnis eñ nõdũ venerit nostri gaudij plenitudo:nec modo tñ sine gaudio relicti sumus:qz spe salui facti sumus. Jõ z ipe apostolus qui ait. Si qõ non videm⁹ speram⁹: per patientiã expectamus. Dicit alio loco Spe gaudẽtes:in tribulatiõe patiẽtes. Hã bẽtes ergo talẽ spez multa fiducia vtamur: z sermo noster in gratia cõditus sit sale: vt sciamus quẽadmoduz oporteat vnicuiq; respõdere. Dicendũ est enim eis qui cũ perdidissent vel nunq̃ suscepissent sustinẽtiã:nobis sustinẽtibus dñm:qz qõ nõ videm⁹ sperantes:per patientiã expectannus:etiã insultare audẽt:cuz imitari deberẽt. Ubi sunt delitie vestre: ꝓpter quas ambulatis per vias prauas:ꝛ Nõ dicimus vbi erũt cũ hec vita trãsierit:sed modo vbi sunt:ꝛ Cum hesternũ diez hodiernus abstulerit:z hodiernum crastinus ablaturus sit:quid eoz que diligitis non trãscurrit z trãsuoluat. Quid non fugit pene anteq̃ capitur:cũ ex ipo hodierno die nulla possitꝛ hora retineri. Ita eni sẽa excludit a tertia:sicut prima excluſa est a sẽa:ipsius hore vnius:que pñs videt:nihil est pñs oẽs enim ptes eius et oia momẽta fugitiua sunt. Propter qd peccat hõ:si non cecat:ꝛ Cuz peccat vel cũ peccaret attẽdat:poterat videre q:voluptas trãsitura sine prudẽtia desiderat:vel cũ trãsierit: cũ penitẽtia cogitat. Nos irridetis qz speramus eterna que nõ videmus:cũ vos eis que videtur temporalib⁹ subdit:nescitis qualis vobis dies crastina illucescat. Quẽ sepe bonũ sperãtes maluz inuenitis:nec si bonus fuerit:cũ ne fugiat tenere poteritis. Nos irridetis qz speramus eterna:que cũ venerint nõ transibũt:ꝛ nec ipsa veniunt: sed semp manent:nos aũt ad illa veniem⁹: cũ per viaz dñicam ista que trãseũt trãsieri mus. A vobis vero temporalia nec sperari aliqñ desinũtur:z tñ crebro sperata vos fallunt:nec cessant vos inflãmare ventura:corrũpere venientia:torquere trãseuntia. Nõne ipsa sunt q̃ cõcupita inardescũt:adepta vilescũt amissa vanescũt:ꝛ Utimur eis:z nos fim peregrinatiõis nostre necessitatez:sz nõ in eis gaudia nostra figim⁹:ne illis labentibus subruamur. Utimur eñ hoc mũdo tãq̃ non vtẽtes:vt venamus ad eũ qui fecit hunc mundũ:z in eo maneam⁹:eius eternitate perfruẽtes. Quid est aũt quod dicitis: quis huc inde venit:z q̃d apud inferos gerat:quis hoibus indicauit:ꝛ Et hinc vobis

Wat.xj.

Jo.xiiij.

Ro.viij.

Phili.ij.

Ephe.v

ps.xxj.

Coll.j.

j.cor.xij.

Heb.xij.

Ro.viij.

Ro.iiij.

Ro.viij.

Ro.xij.

Coll.iiij.

Ro.iiij.

j.cor.xv

Ephe.v

Luc.xvj

ps.xxxij

Ro.xij.

D

Joh.xj.

Rom.vj os clausit qui mortuũ quarto die resuscitauit:z vltra nõ moriturus die tertio resurrexit:z anteq̃ moreret qualis vita mortẽtes excipiat tanq̃ ille quẽ nihil lateret z i paupere quiescẽte:z in diuite ardẽte narrauit. Sed illi ista nõ credunt:q̃ dicũt. Quis hũc inde reuersus est:ꝛ Crediturus se volunt videri:si quis parẽtũ suorũ reuiuisceret. Sed maledictus hõ qui spem suã ponit in hoie. Ideo ergo deus homo factus:mori z resurgere voluit:vt z qõ futuruz esset homini in hois carne ostẽderetur:z deo tñ nõ homini crederẽt. Et certe ecclesia fideliũ toto orbe diffusa iam ante oculos eorũ est. Ꝛ egãt eã ante tot secula vni homini ꝓmiss⁹ qui cõtra spem in spẽ credidit:vt fieret pater multarũ gentiũ. Quod ergo vni abrae credenti ꝓmissum est:iaz videmus impletũ:ꝛ quod vniuerso orbi ꝓmittitur credẽti:desperam⁹ esse venturũ:ꝛ Eant nunc z dicãt. Wanduemus z bibamus:cras eñ moriemur. Illi se adhuc eras dicũt morituros:veritas autem illos iaz cum ista dicũt inuenit mortuos. Uos autẽ fratres:filij resurrectiõis:ciues sanctoꝝ angelo⁹:dei heredes z christi coheredes:cauete imitari eos qui cras sperãdo moriũtur:z hodie bibẽdo sepeliuntur:sed sicut dicit idez apls. Ne corrũpant vestros mores bonos colloquia mala. Sobrij estote iusti z nolite peccare:ambulantes angustã:sed certã viaz ducẽtem ad altitudinẽ hierlim celestis que mater nr̃a eterna est:firmissime sperate qõ nõ videtis:patiẽter expectate qõ nõdũ habetis:qz veracem ꝓmissorem xꝑm fidelissime retinetis.

Ephe.v ¶ De verbis apostoli. Videte quomõ caute ambuletis:nõ vt insipiẽtes sed vt sapientes:redimẽtes tẽps quoniaz dies mali sunt:in quo quid tẽps sit redimere aperte declarat. Ser.xxiiij.



ta atq; sincera. In hoc pfecta est dilectio eius in nobis vt fiduciā habeam⁹ in die iudicij. Quare habebim⁹ fiduciā? Qr sicut ille est: r nos sum⁹ i hoc mūdo. Audisti cāz fiducie tue. Qr sicut ille est ind: r nos sum⁹ in hoc mundo. Nōne videt aliq̄d impossibile dixisse? Nūq̄d cū potest esse hō sicut de⁹? Jā vobis exposui: qr nō semp ad eq̄litatem dicit sicut: sed ꝺ: ad quādā similitudinē. Quō cū dicis: sicut aures habeo: ita et imago. Nūq̄d oino sic? Sed tū dicis: sicut Beñ.j. Si ḡ facti sum⁹ ad imaginē dei: quare nō sicut de⁹ sum⁹? Nō ad equalitatem ꝫ promō nr̄o. Uñ ḡ nobis dat fiduciā in die iudicij? Quia sicut ille est: r nos sum⁹ in hoc mundo. Debem⁹ ergo hoc referre ad ipsaz charitatē: r intelligere q̄d dictū sit. Dñs in euāgelio dicit. Si diligitis eos q̄ vos diligunt: quā mercedē habebitis? Nonne et publicani hoc faciūt? Quid ergo vult nos Wat.v. Ego aūt dico vobis. Diligite inimicos ve- ☞ stros: r orate p̄ psequentibus r calūniātibus vos. Si ergo iubet nos diligere inimicos nostros: vñ nobis dat exemplum? De ipo deo. Ait em̄. Ut sitis filij patris vestri q̄ in celis est. Quō illud facit de⁹? Diligit inimicos suos: qui facit solem suū oriri super bonos r malos: r pluit super iustos. Si ergo ad hanc perfectionem nos inuitat de⁹: vt diligamus inimicos nr̄os sicut r ipse dilexit suos: ea nobis fiducia est in die iudicij: quia sicut ille est: r nos sumus in hoc mundo. Quia sicut ille diligit inimicos suos: faciendo solem suū oriri sup bonos r malos et pluendo super iustos r iniustos: nos q: inimicis nostris nō possum⁹ pstare rēpotalem solē r pluuiā: p̄stem⁹ lachrymas cum ☞ p illis oramus. Jā ergo de ipsa fiducia videte q̄d dicat. Unde intelligit pfecta charC tas? [Timor non est in charitate]. Quid ergo dicimus de illo: q̄ cepit timere diē iudicij? Si pfecta i illo eēt charitas nō timeret. Perfecta em̄ charitas faceret pfectā iustitiā: r nō haberet quare timeret: imo haberet quare desideraret: vt trāseat iniq̄tas r veniat regnū dei. Ergo timor nō est i charitate. Sz in qua charitate? Nō in inchoata. In qua ḡ? [Sed pfecta charitas foras mittit timorē]. Ergo incipiat timor: q: initiū sapiētie timor dñi. Cū aūt ceperit charEccl.j. tas habitare: pellit timor q̄ ei ꝑparauit locū. Quātū em̄ illa crescit: ille decrescit. Et ꝑfectum illa fit interior: timor pellitur foras Maior charitas: minor timor. Minor charcōcor. de pe. dis. ij sicut sēta. ritas: maior timor. Si autem nullus timor nō est qua intret charitas. Sicut videm⁹ pfectā introduci linū: q̄n aliq̄d sunt secta pus i trat: sed nisi exeat: nō succedit linū. Sic timor p̄mo occupat mētez: nō aūt ibi remanet timor: quia iō intrauit vt introduceret charitatez. Jā facta securitate in alo: qua le gaudiū nobis est: vel in hoc vel in futuro sclo. Et in hoc sclo q̄s nob⁹ nocebit plenis charitate. Uidete quō exultet apls de ipa charitate. Quis nos ind̄ separabit a r oñ. viij charitate xp̄i? Tribulatio: an angustia: an p̄secutio: an nuditas: an periculū: an gladi⁹ Et petr⁹ dicit. Et q̄s vob⁹ nocere poterit si j. pet. iij. boni amatores fuerit? [Timor nō est in dilectione: sed perfecta dilectio foras mittit timorē: q: timor tormētū habet]. Torquet cor ꝓscientia pctōr: nōdū facta est institio. Est iſ̄ q̄s titillet vl̄ pugnat. Jō in psalmo de ipa pfectiōe iusticie q̄d dicit? Cōuer ꝑs. xxix. tisti luctū meū in gaudiū mihi: p̄cidisti saccū meū: r cinxisti me leticia vt cantet tibi gl̄ia mea: r nō cōpūgar. Quid est nō cōpungar? Nō sit q̄s stimulet ꝓscientia mea. Stimulat timor: ꝫ no li timere: intrat charitas q̄ sanat q̄ vulnerat timor. Timor dei sic vulnerat: quō medici ferramētū putredinē tollit: r q̄si videt vuln⁹ augere. Ecce putredo q̄s erat in corpore: min⁹ erat vulnus: sed piculosiz. Accedit ferramētū medici: min⁹ dolebat illō vuln⁹ q̄ dolet mō cū secat: pl⁹ dolet cū curat: q̄ si nō curaretur. Sz iō pl⁹ dolet accedēte medicina: vt nūq̄ doleat succedente salute. Occupet ḡ cor tuū timor: r iducta charitate succedat cicatrix ferramēti medici. Talis est medi cus vt nec cicatrices appareāt: tu tm̄ subde te dextere ipi⁹. Nā si sine timore est nō poteris iustificari. Sententia dicta est de ☞ scripturis. Nam q̄ sine timore est non poterit iustificari. Op⁹ est ḡ vt itret timor primo: p quē veniat charitas. Timor medica D mētū: charitas sanitas. [Qui aūt tiet non ij. se. dis. est pfect⁹ in dilectione]. Quare? Qr timor xxxiij. c. tormētū hz: quō sectio medici tormentū hz est auez Est aūt alia sententia: q̄ videt huic esse ꝓria si nō habeat intellectū. Dicit em̄ quodā ꝑs. xviij loco in psalmo. Timor dñi castus pmanēs in scz̄ scī. Eternū quēdā timorē nobis oñdit: sed castū. Qđ ille eternū nobis timorē oñdit: nūq̄d Jdicit illi forte ista epla q̄ dicit. Timor nō ē in charitate: ꝫ pfecta charitas foras mittit timorē. Interrogemus ambo eloquia dei. Spiritus vnus est: r si codices duo: r si ora duo: et si lingue due. Hoc cū dictū est p iohānē: illud dictū est p dō. Sed nolite putare aliud esse spīm. Si vnus flatus inflat duas tibias: non potest vnus spiritus implere duo corda: agitare duas linguas? Sed si spiritu vno: id est vno flatu implete due tibie consonant: impplete due lingue spiritu dei dissonare pos-

sit? Est ḡ ibi q̄dā ꝓcordia: ꝫ auditorē ꝺsiderat. Ecce ispirauit r ipleuit duo corda: duo ora: mouit duas linguas spūs dei. Et audiu⁹ ex vna lingua. Timor nō est in charitate ꝫ pfecta charitas foras mittit timorē. Audiuim⁹ ex alia. Timor d̄ fi casti⁹ pmanēs in scīm scī. Quid est hoc? Quasi dissonant. Nō. Excute aures: intēde melodiā. Nō sine causa hic addidit: castꝰ; illic nō addidit: nisi q: est timor: aliꝰ q̄ ꝺ: castus: est aūt aliꝰ q̄ nō ꝺ: castus. Discernam⁹ ḡ istos duos timores: r intelligem⁹ ꝓsonātiā tibiar. Quō intelligimus: vel quō discernim⁹? Attēdat charitas vra. Sunt holes qui ꝑpterea timēt ne mittant in gehēnā: ne forte ardeant cū diabolo in igne eēno. Jpe ē timor ille q̄ introducit charitatē: ꝫ sic veni: vt exeat. Si mat. xxv ei adhuc ꝑt penā times deū: nōdū amas quē sic times. Nō bona desideras: ꝫ mala caues. Sz ex eo qr mala caues corrigis te: r incipis bona desiderare. Cū bona desiderare ceperis: crit in te timor castꝰ. Quis timor castꝰ? Ne amittas ipa bōa. Intēdite. ☞ Aliō ē timere deū ne mittat te i gehēnā cū diabolo: aliō est timere deū ne recedat a te Jlle timor q̄ times ne i ignē eternū mittar; cū diabolo: nōdū est castus. Nō ei venit ex amore dei: ꝫ ex timore pene. Cū aūt times deū: ne deserat te p̄sentia ei⁹: āplecteris eū: ipo frui desideras. Nō pōt meli⁹ explanari: q̄ interfit inter duos timores: vnū quē formas mittit charitas: alterū castū q̄ pmanet in scīm scī: nisi ponas duas maritatas: q̄z vnā ita ꝓstituas volētē facere adulterium delectari ncḡtia: ꝫ timere ne dānet a marito. Timet maritū: ꝫ q: adhuc amat ncḡtiā iō timet maritū. Hunc nō grata ꝫ onerosa ē mariti p̄nia. Et si forte viuit neḡter: timet maritū ne veniat. Tales sunt q̄ timēt ne veniat dies iudicij. Fac alterā amare viz: debere illi castos āpler⁹: r nulla se adulterij i mūdicia maculari. Ptat p̄nia viri. Et quō discernunt duo isti timores? Timet illa: timet r illa. Interroga ꝑs illā vnū tibi rñdēt. Rñdeat illa. Timeo viz. Times. Interroga r illā si timeat viz. Rñdet: timeo. Una vox est ꝫ duersus alius. Jā ḡ iterrogent ꝑre. Illa dic. Timeo viz. ne veniat. Illa dicit: timeo virū ne discedat. Illa dicit: timeo ne dāner. Illa dic: timeo ne deserar. Pōe hoc i alio xp̄iano: r fueristi timorē quē foras mittit charitas: r aliū timorē castū pmanētē in scīm scī. Loquimur ḡ huic ꝑmo q̄ sic timet viz: quō illa mulier ꝫ delectat ncḡtia. Timet em̄ viz ne dānet illā. Talib⁹ ei ꝑmo loquimur. O alia q̄ sic times deū ne dānet te de⁹: quō tiet mulier ꝫ delecta ncḡtia: tiet viz. ne dānet a viro quo tibi displicet illa mulier: displice r tu tibi. Si forte habes vxorē: nūq̄d vis vt sic timeat te vxor tua: ne damneť abs te vt delecter illa ncḡtia? ꝫ pōdere timoris tui reprimaſ: nō dānatiōe liq̄tar? Castā eā vis: vt te diligat nō vt te tieat. Exhibe te talē deo: q̄lē vis hr̄e vxorē. Et si nōdū habes: et hr̄e vis talēvis hr̄e. Et q̄d dicim⁹ frēs? Illa mulier q̄ iō tiet viz. ne dānet a viro forte non facit adulteriū: ne alią mō ꝓueniat ad viz: r tollat illi lucē istā; palē. Pōt aūt vir ille r fallere. Hō est ei sicut r illa q̄ pōt fallere. Tiet illa eū extra cuius oculos pōt esse: tu non times semp facie supra te viri tui? Uult⁹ aūt Psalmo dñi sup faciētes mala. Capta illa absentia xxxiij. viri sui: r incitat forte delectatiōe adulterij r dicit sibi tñ: non faciā. Absens est q̄dē ille ꝫ difficile est vt nō ad illū quoqo mō ꝓueniat. Tpat se ne ꝓueniat ad hoiem: qui potest r nescire: qui potest r falli: q̄ potest bonā suspicari etiā malā: q̄ pōt r castā suspicari q̄ adultera est. Tu nō times oculos ei⁹: quē fallere nemo pōt. Tu nō times eius pñtiaz Ps. l. qui auerti a te nō pōt? Rogo deū vt intueat te: r auertat faciē suā a pctis tuis. Auerte faciē tuā a pctis meis. Sed vnde mereris vt ille faciē suā auertat a pctis tuis: si tu nō inde auertas faciem tuā a pctis tuis? Jpa Ubi. ē. eñ vox dicit in psalmo. Cūm iniq̄tate mea ego cognosco: r peccatū meū corā me est semper. Tu agnosce: r ille ignoscit. Allocuti sumus eā q̄ hz adhuc timorē non pmanentē in scīm scī: sed q̄ charitas excludit r foras mittit. Alloquamur r illā q̄ hz tā timorem castū pmanētē in scīm scī. Puram⁹ inuenim⁹ illā vt alloquamur illā? Putas est in hoc ppo? Putas est in ista exedra? Putas est in hac terra? Nō pōt nisi esse: sed la ti. Hyems est: intus est viriditas in radice. Forte inuenim⁹ r aures illi⁹. Sed vbicūq̄ est illa aia vtinā illā inuenirem: r nō aures suas ꝓberet mihi: sed ego aures meas illi. Illa me doceret aliq̄d potiꝰ ꝫ a me disceret. Aia q̄dam sancta ignea r desideras regnū dei: hanc nō ego alloquor: sed deus ipse est patienter viuētē in hac terra ira cōsolat. Jā vis venia: r ego noui q̄n vis vt veniā. Noui q̄lis es: vt secura expectes aduētū meū. Noui q: molestia est tibi: ꝫ magis expecta: tolera: venio r cito venio. Sz amā ti tardū est. Audi eā cātātem: tāq̄ liliū de medio spinaz. Audi suspirantē r dicētem Psallā r intelligā in via imaculata: q̄n ve- Psalm. c nies ad me. Merito nō timet: q: pfecta cha Wat. v. ritas foris mittit timorē: r cum venerit ad ij. se. dis. eius amplexū timet. Sed securitatē timet xxxiij. c. cauet: r obseruabit ab iniquitate sua ne nō potes iterum peccet: nōne mittat in ignē: ꝫ ne abillo deserat. Et erit illa. Quid? Timor castꝰ

permanēs in seculū seculi. Audiuim⁹ duas tybias cōsonātes. Ille de timore dicit: et ille de timore dicit. Sed ille de timore quo timet aīa ne dānetur: ille de timore quo timet aīa ne deseratur. Ille ē timor quē charitas excludit: ille est timor permanēs in seculuz seculi. [Nos diligimus: qz ipse prior nos dilexit]. Nā vnde diligeremus nisi ille prior diligeret nos. Diligēdo amici facti sum⁹. Sed inimicos ille dilexit: vt amici efficeremur. Prior dilexit nos: z donauit nobis vt diligeremus eū: nōdum diligebam⁹. Diligēdo pulchri efficimur. Quid facit hō deformis z distorta facie si amet pulchrā? Aut quid facit femina deformis z distorta z nigra si amet pulchrū. Nūquid amando poterit esse pulchra? Et nūquid z ille amādo poterit esse formosus? Amat pulchritudinez. Et quādo se in speculo videt: erubescit faciē suā leuare ad illā formosam quā amat. Quid facit vt pulchra sit? Expectat vt veniat pulchritudo: imo expectādo senectus additur: z turpior ē facit. Nō est ergo quid agere: non est cūo illi des consilium: nisi vt cōpescat se: z non audeat amare impar ipa rem. Aut si forte amat z ducere vxorem optat: optet vt illa castitatez amet: nō carnis faciem. Anima vero nostra fratres mei fēda est per iniquitatē: amando deū pulchra efficitur: Qualis amor est qui reddat pulchram amantē? Deus autē semp pulcher est: numq̄ deformis: nunq̄ commutabilis. Amauit nos prior: qui semper est pulcher. Et quales amauit: nisi fedos z deformes? Non ideo tamē vt fedos dimitteret: sed vt mutaret: z ex deformi pulchr̄ faceret. Cūo erimus pulchri? Amando eū qui semp ē pulcher. Quātum in te crescit amor: tantu crescit pulchritudo: qz ipsa charitas est aīe pulchritudo. Nos diligimus: qz ipse prior dilexit nos. Audi aplm paulum. Ostendit autē deus dilectionez suā in nobis: quoniā cū adhuc peccatores essemus: xps p nobis mortu⁹ est: iustus pro iniustis: pulcher p fedis. Cūo inuenimus pulchrū iesum? Speciosus forma pre filijs hominū: diffusa est gratia in labijs tuis. Unde itē videte vnde sit pulcher. Speciosus forma pre filijs hominū: qz deus. Quia in pncipio erat verbū z verbū erat apud deū z deus erat verbum. Quia vero carnē suscepit. i. mortalitatem tuā: vt aptaret se tibi: cōgrueret tibi: z excitaret te ad amandū intus pulchritudinez. Unde ergo inuenimus qz fedus z deformis iesus: sicut inuenim⁹ qz pulcher z speciosus forma pre filijs hoīuz? Unde inuenim⁹ qz z deformis? Esaīā interroga. Et vidim⁹ eū z nō habebat speciē neq̄ decorē. Ille fūt due tibie diuerse sonantes: sed vn⁹ spūs ambas inflat. Hac dī. Speciosus forma pre filijs hoīuz: hac dī in esaia. Uidimus eū: z nō habebat speciē neq̄ decorē. Uno spū implent ambe tibie: nō dissonāt. Noli aures auertere. Adhibe intellectū. Interrogem⁹ paulum aplm: z exponat nobis ysonantiā duarum tibiarū. Sonet nobis. Speciosus forma pre filijs hoīuz. Qui cū in forma dei eēt nō rapinā arbitratus est esse se eqlem deo. Ecce speciosus forma pre filijs hoīuz. Sonet nobis etiā. Uidimus eū z non hz speciē neq̄ decorē. Semetipm exinaniit formaz serui accipiēs: in similitudine hoīuz factus: et habitu inuētus vt hō. Nō habebat speciez neq̄ decorē: vt tibi daret speciē z decorem. Quā speciez? Quē decorē? Dilectionē charitatē. Ut ames curras. Curris amas. Pulcher es iam: sed noli te attendere ne pdas qđ accepisti. Illū attēde a quo fact⁹ es pulcher. Ideo sis pulcher vt ille te amet. Tu aūt totam intentionē tuā in illuz dirige: ad illū curre: eius ampler⁹ pete: ab illo time di scedere: vt sit in te timor castus permanēs in scz̄ seculi. Nos diligim⁹ qz ipse prior dilexit nos. [Si quis dixerit: qm̄ diligo deum]. Quē deum? Quare diligim⁹? Quia ipe prior dilexit nos: z donauit nobis diligere. Dilexit ipios vt faceret pios. Dilexit iniustos vt faceret iustos. Dilexit egrotos vt faceret sanos. Ergo z nos diligim⁹: qz prior dilexit nos. Interroga vnūquēq̄: dicat tibi si diligit deū. Clamat confitet. Diligo: ipse scit. Est aliud vñ interrogeť. Si qs dixerit: quoniā diligo deū: z fratrem suū oderit: mēdax est. Unde pbas qz mendax est? Audi. [Qui em̄ non diligit fratrē suū quez videt: deum quē nō videt qūo potest diligere]? Quid ergo. Qui diligit fratrē: diligit deum? Necesse est vt diligat deū: necesse est vt diligat ipsaz dilectionē. Nūquid pōt diligere fratrem: z nō diligere ipsaz dilectionē? Necesse est vt diligat dilectionē. Quid ergo. Quia diligit dilectionē: ideo diligit deū? Utiq̄ iō diligēdo dilectionē: deum diligit. An oblitus es qđ pauloante dixisti. Deus dilectio est? Si de⁹ dilectio: quisq̄s diligit dilectionē: deum diligit. Dilige ergo fratrem z securus ēsto. Non pōt dicere: diligo deum sed nō diligo fratrē. Qūo mētiris si dicas diligo deum: qñ nō diligis fratrem? Sic falleris si qñ dicis diligo fratrē: putas qz nō diligis deū? Necesse est ergo q̄ diligis fratrē: diligas ipsaz dilectionē. Dilectio aūt deus ē. Necesse est ergo vt deū diligat quisq̄s diligit fratrem. Si autē non diligis fratrez quē vides: deū quē non vides qūo potes diligere? Quare non videt deum? Quia nō habet ipsam dilectionem. Ideo nō videt deū: qz nō hz dilectionē: ideo nō habet dilectionē: qz non diligit fratrē. Propterea ergo nō videt deum: qz nō habet dilectionē. Nam si habeat dilectionez: deū videt: qz deus dilectio est. Et purgatur ille oculus magis magisq̄ dilectione: vt videat illaz incōmutabilē substātiam: cuius presentia semp gaudeat: qua p fruatur in eternū coniūctus angelis. Sed currat modo: vt aliquādo ī patria letetur. Non amet peregrinationē: non amet viā. Totum amarū sit: preter illum qui vocat: quouslq̄ inhereamus illi: z dicamus qđ dicū est in psalmo. Perdidisti oēs qui fornicātur abs te. Et qui sunt qui fornicantur? Qui discedūt z amant mūdum. Tu autem quid? Sequit z dicit. Mihi autē inherere deo bonū est. Totum bonū meuz est deo inherere gratis. Nam si interroges z dicas: quare inheres deo: z dicat vt donet mihi. Quid tibi donet? Celū ipse fecit: terram ipse fecit. Quid tibi donaturus est: iaz heres illi? Inuenit melius z donat tibi. Qui enim nō diligit fratrem suū quem videt: deū quē non videt quomō poterit diligere? [Et hoc mandatū habemus ab ipso vt qui diligit deum/diligat z fratrē suuz]. Magnifice dicebas: diligo deū: z odis fratrem. O homicida quomō diligis deū? Non audisti superius in ipsa epistola. Qui odit fratrē suum homicida est? Sed ptius diligo deū: qđ si oderim fratrē meū. Prorsus nō diligis deū si odisti fratrē. Et modo pbo alio documento. Ipse dixit. Dedit nobis preceptū vt diligamus inuicē. Quomodo diligis eum: cuius odisti preceptū? Quis est qui dicat: diligo imperatorē: sed odi leges eius? In hoc intelligit impator si diligis eum: si obseruātur leges eius per puincias. Lex imperatoris que est? Mandatū nouū do vobis: vt vos inuicē diligatis. Dicis ergo te diligere christū: serua mādata eius z fratrē dilige. Si autē fratrem nō diligis: quomō eum diligis cuius mādatū contēnis? Fratres ergo nō satio: loquēdo de charitate in nomine christi. Quātum z vos habetis hui⁹ rei auariciā: tantū speramus qz crescit in nobis ipsa: z foras mittit timorē: vt remanet ille timor castus permanēs in seculum. Toleremus mundū. Toleremus tribulatiōes ipsius. Toleremus scādala tentationum. Nō recedamus a via: teneam⁹ vnitatez ecclesie: teneamus christū: teneam⁹ charitatem. Nō diuellamur a mēbris spōse ipsius: non diuellamur a fide: vt gloriemur in presentia ipsi⁹: z securi manebimus in eo. Modo per fidē: tūc per speciem: cuius tantas arras habemus donuz spiritussancti.

Tractatus x.

Omis qui credit qm̄ iesus est xp̄s ex deo nat⁹ ē: z ois qui diligit eū qui genuit: diligit z eū q̄ nat⁹ ē ex eo in hoc cognoscim⁹ qm̄ diligimus natos dei. Cum deū diligam⁹ z mādata eius faciam⁹ hec est em̄ charitas dei vt mādata ei⁹ custodiamus: z mādata eius grauia nō sunt. Qm̄ oē qđ natū est ex deo vicit mūdum. Et hec est victoria que vicit mūdū fides nr̄a. Quis ē autē qui vicit mūdū nisi qui credit qm̄ iesus ē filiꝰ dei. Hic ē qui venit p aquā z sanguinē iesus xp̄s nō in aq̄ solum. Sed ī aqua z sanguine z spūs est q̄ testificat. Qm̄ xp̄s est veritas. Qm̄ tres sunt q̄ testimoniū dāt in celo pr̄ buz z spūssanct⁹ z hi tres vnū sunt. z tres sunt qui testimoniū dāt in terra. Spirit⁹: aqua z sanguis: z tres vnū sunt. Si testimoniū hominū accipimus testimoniū dei maius ē. Quoniā hoc ē testimoniū dei qđ maius est qm̄ testificat⁹ est de filio suo: Qui credit in filium dei: habet testimoniū dei in se. Qui nō credit filio mēdacez facit eū. Quia nō credit in testimoniuz qđ testificatus est de filio suo. Et hoc ē testimoniū. Quoniā vitaz eternā dedit nobis deus. Et hec vita in filio ei⁹ est. Qui hz filiū habet vitā. Qui nō hz filiū dei vitā non hz. Hec scribo vobis vt sciatis quoniā vitaz habetis eternā. Qui creditis in noie filij dei z hec est fiducia quā habem⁹ ad deū. Quia quecūq̄ petierimus pm volūtatē ei⁹ audit nos. Et scim⁹ qz audit nos q̄cq̄d petierim⁹. Scimus: qm̄ habemus petitiōes quas postulam⁹ ab eo. Qui scit fratrē suū peccare peccatū nō ad mortē: petat z dabit ei vita peccanti non ad mortē. Et peccatum ad mortez. Nō pro illo dico vt roget qs. Omnis iniqtas peccatū est z est peccatū ad mortez. Scimus qz ois qui natus est ex deo nō peccat. Sed generatio dei cōseruat eū: z malignus nō tāget eum. Scimus quoniā ex deo sumus

mundus totus in maligno posit⁹ est. Et scimus qñ filius dei venit ⁊ dedit nobis sensuz vt cognoscamus verum deum ⁊ simus in vero filio eius. Hic est verus deus et vita eterna. Filioli custodite vos a simulachris.

A

Eminisse vos credo: q̃ affuistis hesterno die: ad quē locū in psessu huius eple puenerit nr̃a tractatio. ſ. Qui eñ nō diligit fratrē suū quē videt: deū quez nō videt quo pōt diligere.

Ca.v. Et hoc mandatū habemus ex ipso: vt q̃ diligit deū: diligat ⁊ fratrē suum. Hucusqz disputatū erat. Que sequūtur ergo ex ordine videam⁹. [Ois q̃ credit q̃ iesus sit xp̃s: ex deo natus est]. Quis est qui non credit q̃ iesus sit xp̃s: Qui nō sic vnit quo precipit xp̃s. Multi eñ dicunt. Credo: sed fides sine

Gala.v. opibus nō saluat. Opus autē fidei ipsa dilectio est: dicēte paulo aplo: ⁊ fides q̃ē per dilectionē operat. Opa quidez tua p̃terita anteq̃ crederes: vel nulla erāt: vel si bona videbāt̃ inania erāt. Si eñ nulla erant: sic eras quasi hō sine pedib⁹: aut vexat⁹ pedibus ambulare nō valēs. Si aūt bona videbant anteq̃ crederes: currebas q̃d est: ſz p̃ter viaz currēdo errabas potiꝰ q̃s puenie-

Jo.xiiij. bas. Est ergo nobis ⁊ currēdū: ⁊ in via currendū. Qui p̃ter viā currit: inaniter currit: imo ad laborē currit. Tāto plus erat: q̃to p̃ter viam currit. Quis est via p quā currimus: Christus dixit. Ego ſuz via. Que patria quo currim⁹: Christus dixit. Ego sum veritas. Per illū curris: ad illū curris: in quo req̃escis. Sed vt currem⁹ p illū: extendamur se vsq̃ ad nos. Lōge eñ eram⁹: ⁊ lōge peregrinabamur. Parū est: qui lōge pegrinabamur: ⁊ lāguidi nos mouere nō poteramus.

Jaco.ij. Medic⁹ venit ad egrotos: via porrecta est ad pegrinos. Saluemur ab ipo: ambulem⁹ per ipm. Hoc ẽ credere q̃ iesus xp̃s est: quo credūt xp̃iani: qui nō solū note xp̃iani sunt: ſz factis ⁊ vita. Nō quo credunt demones.

mar.iij. Nā ⁊ demones credūt ⁊ cōtremiscūt. Sic dixit scriptura. Quid potuerunt demones plus credere q̃s vt dicerent. Scim⁹ qui sis:

Lu.iiij. tu es filiꝰ dei: Q̃ direrunt demones: hoc dixit ⁊ petrus: cum dñs quereret: q̃s esset:

mat.xvj quē illum dicerēt homines. Rñderunt illi discipuli. Alij dicunt iohānez baptistam: alij heliā: alij hieremiam: aut vnū ex pphetis. Et ille. Vos autē quem me esse dicitis: Respōdit petrus ⁊ ait. Tu es christus filiꝰ dei viui. Et audit a dño. Beatus es symon bariona: q̃ nō reuelauit tibi caro et ſanguis: sed pater meus qui est in celis. Videte que laudes prosequunt hanc fidem. Tu es petrus: ⁊ super hāc petrā edificabo ecclesiam meā. Quid est: super hāc petram edificabo ecclesiā meaz: Super hāc fidē: super id q̃d dictū est. Tu es filius dei viui. Super hāc petrā inquit fundabo ecclesiam meā. Magna laus. Ergo dicit petrus. Tu es xp̃s filius dei viui. Dicūt ⁊ demones. Scim⁹ qui scis: tu es filius dei: sanct⁹ dei. Hoc petrus: hoc ⁊ demones. Eadē verba: nō idem animus. Et vnde cōstat: q̃ hoc petrus cū dilectione dicebat. Quia fides xp̃iani cum dilectiōe est: demonis autē sine dilectōe. Quomodo sine dilectiōe: Hoc dicebat petrus vt

War.ſ. christū amplecteret: hoc dicebāt demones: vt xp̃s ab eis recederet. Nāq̃ anteq̃ dicerent. Scim⁹ qui sis: tu es filius dei: q̃d nobis ⁊ tibi est direrūt: quid veniſti ante tp̃s pdere nos: Aliud est ergo cōfiteri xp̃z vt teneas christū: aliud cōfiteri xp̃m vt repellas a te christuz. Ergo videtis q̃ quō hic dicit. Qui credit: ppria quedā fides est: non quō cū multis. Itaq̃ fratres: nemo hereticoruz dicat vobis. Et nos credimus. Ideo eñ de demonibus exemplū ppoſui: ne gaudeatis ad verba credētium: sed exploretis facta viuētiuz. Videamus ergo q̃d est credere in xp̃o: q̃d credere q̃ iesus ipse est xp̃s. Sequitur. [Ois q̃ credit q̃ iesus sit xp̃s: ex deo natus ē]. Sed q̃d est credere illud: [Et ois q̃ diligit q̃ genuit eū: diligit euz q̃ genit⁹ est ab ipso]. Stati fidei ꝯiunxit dilectionē: q̃ sine dilectōe fides inanis est. Cū dilectiōe fides xp̃iani: sine dilectiōe fides dēmonis. Qui au-

Johā.ſ. tē nōn credūt: peiores sunt q̃s demones: et tardiores q̃s demones. Nescio q̃s non vult credere in xp̃z: adhuc nec demones imitat. Jā credit in xp̃o: sed odit xp̃m. Hz ꝯfessionē fidei i timore pene: nō in amore corone. Nā ⁊ illi puniri timebāt. Aufer de huic fidei dilectionē: vt fiat fides quā. ẽ dicit apl⁹ paul⁹.

Gal.v. Fides que p dilectiōez opat. Inuenisti christianū: luenisti ciuē angelorū: luenisti in via suſpirantē pegrinum: adiunge te illi: comes tu⁹ est: curre cū illo: ſi tū ⁊ tu hoc es. Ois qui diligit q̃ genuit euz: diligit cū qui genit⁹ ē ab ipo. Quis genuit: Pr̃. Quis ẽ genit⁹. Filius. Quid q̃ ait: Ois qui diligit pr̃em: diligit filiū. [In hoc cognoscim⁹ q̃ diligim⁹ filios dei]. Quid ẽ hoc fratres: Pauloante de filio dei dicebat: nō de filijs dei. Ecce vnus posit⁹ est christus contemplādus nobis ⁊ dictum est nobis. Omnis q̃ credit q̃ iesus sit christ⁹: est ex deo natus. Et omnis q̃ diligit qui genuit eū: id est patrem: diligit eum qui genitus est ex ipso:

id est filium dñm nostrū iesum christuz. Et sequitur. In hoc cognoscimus q̃ diligim⁹ filios dei: quasi dictur⁹ esset. In hoc cognoscimus q̃ diligimus filiū dei. Filios dei dixit: qui filiū dei pauloante dicebat. Quia filū dei corpus sunt vnici filij dei: ⁊ cū ille ea put: nos mēbra: vnus est filius dei. Ergo q̃ diligit filios dei: filiū dei diligit. Et qui diligit filiū dei: patrē diligit. Nec pōt quisq̃ diligere patrē: nisi diligat filiū. Et qui diligit filiū: diligit filios dei: mēbra filij dei: ⁊ diligēdo fit ⁊ ipse mēbruz: ⁊ fit per dilectionez in cōpage corporis xp̃i: ⁊ erit vnus christus

1.cor.xij. amās seipsum. Cū se eñ inuicē amāt mēbra: corpus se amat. Et si patiꝰ vnū membrum: cōpatiunt oia mēbra. Et si glorificat vnū mēbrum: cōgaudent oia mēbra. Et q̃d secutus ait: Vos aūt estis corpus xp̃i ⁊ mēbra. Dicebat pauloante de dilectiōe frater na ⁊ ait. Qui nō diligit fratrē quem videt: deū quē non videt quō poterit diligere: Si autē diligis fratrē: forte fratrem diligis et xp̃m non diligis: quō q̃ mēbra xp̃i diligis. Cū ergo mēbra christi diligis: xp̃m diligis. Cum xp̃m diligis: filiū dei diligis. Cum filiū dei diligis: ⁊ patrē diligis. Non pōt ergo separari dilectio. Elige tibi q̃d diligas: sequūtur ⁊ cetera. Dicas: deuz solū diligo: deum patrē: mentiris. Si diligis nō solum diligis: sed si diligis patrē: diligis ⁊ filium. Ecce inḋ diligo patrē ⁊ diligo filium. Sed hoc solū patrem deū ⁊ filium deū dñm nostrū iesum xp̃m: qui ascēdit in celos: ⁊ sedet

Johā.ſ. ad dexterā patris. Jlud verbuz per q̃s facta sunt oia: ⁊ verbū caro factū est: ⁊ habitauit in nobis. Hoc solū diligo: mētiris. Si enim diligis caput: diligis ⁊ mēbra. Si autem membra nō diligis: nec caput diligis.

Act.ix. Nō expauescis vocē capitis de celo clamātem, p mēbris suis. Saule saule q̃d me psequeris: persecutorez suū vocauit: persecutorē membroꝝ suoꝝ. Dilectorē suum vocauit: dilectorē mēbrō suoꝝ. Jam que sunt mēbra eius nostis frēs: ipa est ecclesia dei.

Gal.v. In hoc cognoscim⁹ q̃ diligimus filios dei: q̃ deū diligimus. Et q̃s non aliud sunt filij dei: aliud deus: sed qui deū diligit: precepta ei⁹ diligit. Et que sunt p̃cepta dei: Mādatum nouū do vobis: vt vos inuicē diligatis. Nemo se excuset per aliā dilectionē: ad aliam dilectionē. Omo sic se tenet ista dilectio: q̃s ipsa cōpaginata est in vnū: sic omnes qui ex illa pendēt vnū facit: ⁊ q̃si cōflat illos ignis. Aurum est: cōflatur⁹ malla: ⁊ fit vnū aliquid. Sed nisi feruor charitatis accendat: ex multis in vnū conflari nō potest. Quia deū diligimus: inde cognoscim⁹ q̃ diligimus filios dei. Et vnde cognoscimus q̃ diligimus filios dei: [Quia deū diligim⁹: ⁊ precepta ei⁹ facimus]. Suſpiramus hic ex difficultate faciendi preceptū dei. Audi q̃d sequatur. Homo q̃ laborabas amādo auariciam: cuz labore amatur q̃ amas. Sine labore amat deus. Auaricia iuſſura est laborez: pericula: tribulatiōes: ⁊ obtēperatur⁹ es. Quo fine: Ut habeas vnde ipleas archā: perdas securitatem. Securior forte eras anteq̃ haberes q̃s cuz habere cepisti. Ecce q̃d tibi iussit auaricia. Implesti domū timētur latrones. Acquisisti aurū: pdidisti somnū. Ecce quid tibi iussit auaricia: fac ⁊ fecisti. Quid tibi iubet deus: Dilige me. Aurū diligis: quesiturus es aurū ⁊ forte nō inuēturus. Quisquis me querit: cū illo sum. Amaturus es honorē: ⁊ forte nō p̃uēturus. Quis me amauit ⁊ nō ad me puenit: Dicit tibi deus. Patronum vis facere aut amicū potentē: ambis per alium inferiorē. Me ama dicit tibi deus. Non ad me ambiſ per aliquē. Ipse amoz p̃tez me tibi fecit. Quid dulcius dilectione ista fratres:

Psalmo cxviij. Nō sine cā mō audistis in psalmo fratres. Narrauerūt mihi iniusti dilectōes suas: ſz nō sicut lex tua dñe. Que est lex dei: Mandatū dei. Q̃d est mandatū dei: Nouū illud mandatū. Q̃d ideo nouū dicit q̃: innouat.

Joh.xiij Gal.vj. Mandatū nouū do vobis: vt vos inuicē diligatis. Audi que est lex dei. Apl⁹ dicit. Jn uicē onera vestra portate: ⁊ sic adipletis legē christi. Ipsa est ꝯsummatio oiuz operū nostroz̄ dilectio. Jbi est finis: propter hoc currimus: ad illā currimus: cū venerimus: req̃escemus. Audistis in psalmo. Ois con-

Psalmo cxviij. summatiōis vidi finē. Ois consummatiōis vidi finē. Quid viderat iste putam⁹. Ascenderat in verticē alicuius altissimi montis acutissimi: ⁊ pspexerat ⁊ viderat ambitum terre ⁊ circulos orbis vniuersi: ⁊ ideo dixit. Omnis cōsummationis vidi finez: Si hoc laudabile: oculos carnis queram⁹ a domino tā acutos: vt aliquē excelsissimū montez qui est in terra req̃ramus: de cui⁹ cacumine videamus. Ois ꝯsummatiōis vidi finē. Noli ire lōge. Ecce dico tibi. Ascēde i montez: ⁊ vide finē. Christus mons est. Veni ad xp̃m: vides inde finē ois consummationis.

ſ.timo.ſ. Ro.xiij. Quis est iste finis: Paulū interroga. Finis autē precepti dei charitas: de corde puro ⁊ conscientia bona ⁊ fide non ficta. Alio loco. Plenitudo autē legis charitas. Quid taz finitū ⁊ terminatū q̃s plenitudo: Etenim fratres: finē poni laudabil⁹: nolite putare consumptionē: sed ꝯsummationez. Alr enim dr. Finiui panē: alr finiui tunicā. Finui panē manducādo: finui tunicā texēdo. Et ibi finis sonat: ⁊ illic finis sonat: sed tñ panis fi-

nitur vt cōsumatur: tunica finiť vt cōsumeť. Panis finitur vt non sit tunica finiť vt perfecta sit. Ergo sic audite finez. Et qñ legiť psalmꝰ: et auditis. In finē psalmus dauid.

Rom.x. Assidue auditis hoc in psalmis: et debetis nosse qđ audistis. Quid est in finem: Finis eñ legis est xp̄s ad iustitiam oi credēti. Et đ est finis: Christus: qz xp̄s deus: et finis p̄cepti: charitas: et deus charitas: qz pr̄ et filius et spūssanctus vnuz sunt. Jbi tibi finis est: et alibi via est. Noli herere in via et non pucnire ad finē. Ad quicđ audi veneris: trāsi vsqquo peruenias ad finez. Quis est

ps.lxxij finis: Mihi autē adherere deo bonum est. Adhesisti deo: finisti viā: pmanebis in patria. Intēdite: peccuniā aliēs querit: non fit ibi finis: trāsit tanꝫ pegrinus. Quere vbi trāseat: nō ibi remaneat. Si aūt amas: peruariciā implicatꝰes. Erit tibi auaricia cathena pedū: vltra, pgredi nō potes. Transi ergo et hoc: quere finē. Salutez corpis queris: adhuc noli ibi remanere. Que est enim ista salus corporis que morte p̄mit: q̄ egritudine debilitať: friuola: mortalis: fluxa: Quere illā: ne ipediat forte morbida valitudo opa tua bona. Ergo non est ibi finis: qz ꝓpter aliud querit. Quicđ ꝓpter aliud q̄ritur: nō est ibi finis. Quicđ ꝓpter se et gratis querit: ibi est finis. Queris honores forte: ad aliđ agendū queris: vt peragas aliquid: vt placeas deo: noli ipm honorē amare: ne ibi remaneas. Queris laudē: Si dei queris: bñ facis: si tuaz queris: male facis: remanes in via. Sed amaris et tu: laudaris et tu: noli gratulari qñ in te laudaris: laudare in dño: vt cantes. Jn dño laudabitur

Psalmo xxxiij. alia mea. Sermonē aliquē bonum dicis: et laudať sermo tuus: nō laudať quasi tuus: nō est ibi finis. Si ibi ponis finem: finiris. Sed nō finiris quasi pficiaris: sed finiris vt ꝛsumaris. Ergo nō laudēť sermo tuꝰ quasi abs te: qsi tuus. Sz qđo laudeť: Qđo dicit

psal.lv. psalmꝰ. Jn deo laudabo sermonem: in deo laudabo verbuz. Ex hoc fit vt fiat in te qđ sequiť. Jn deo sperabo nō timebo qđ faciat mihi hō. Quādo eñ oia tua in deo laudantur: nō timeť ne pereat laus tua: qz nō deficit deꝰ. Ergo trāsi et ipsa. Videte frēs: quāta trāsimus: in qbꝰ nō est finis. Jbi vtimur quasi in via: qsi in mānsionibus stabulozꝫ resicimur et transimus. Ubi ergo finis: Dilectissimi filij dei sumus: et nōdum apparuit qđ erimꝰ. Hoc dictū est in hac epla. Adhuc ergo in via sumꝰ. Adhuc quocūqz venerimꝰ trāsire debemus: vsqquo pueniam ad aliquē finē. Scimꝰ qz cū apparuerit silez ci erimus: qñ videbimꝰ eū sicuti est. Jste finis: ibi ꝑpetua laudatio: ibi semp alla sine ofectu. Ergo ipm finē dixit in psalmo. Ois ꝓssima tiōis vidi finē. Et qualit dicereť illis. Quis est finis quē vidisti: Latū mādatum tuum valde. Jpse est finis: latitudo mādati. Lati tudo mādati charitas est: qz vbi charitas: nō sūt angustie. Jn ipsa latitudie erat apls cū diceret. Os nrm patet advos o corithy: cor nrm dilatatū est: nō angustamim in nobis. Jō ergo latū mandatum valde. Qđ est latū mandatū: Mandatuz nouū do vobis vt vos inuicē diligatis. Charitas ergo nō angustať. Uis nō angustari in terra: in lato habita. Quicđ eñ tibi fecerit homo: nō te angustet: qz illud diligis qđ non nocet. Jō deū diligis: fraternitatē diligis: legē dei diligis: eccleſiā dei diligis: sempiterna erit: latoras in terra: sed puenis ad fructū ꝑmissum: qs tibi tollit qđ diligis: Si nemo tibi tollit qđ diligis: securꝰ dormis imo securus vigilas: ne dormiēdo pdas qđ diligis. Nō eñ frustra dictū est. Illumia oculos meos: ne qñ dormiā in morte. Qui claudūt oculos Jō charitatē: obdormiscunt in ꝓcupiscētijs delectationū carnalium. Euigila g̃: delectatiōes eñ sunt: māducare: bibere: luxuriari: ludere: venari. Jpas istas vanas ola mala sequūtur. Nūquid nescimꝰ qz delectationes sunt: Quis neget qz delectāt: Sz plus diligatur lex dei. Clama Jō tales suasores. Narrauerūt mihi inusti delectatiōes: sed nō sicut lex tua dñe. Jsta delectatio manet nō solū manet quo venias: sed etiā renocat fugientē. [Hec est eñ dilectio dei: vt ꝓcepta eiꝰ seruemus.] Jaz audistis. Jn his duobꝰ ꝓceptis tota lex pendet et ꝓphete. Qđo noluit te diuidere ꝑ multas paginas. Jn his duobꝰ ꝓceptis tota lex pēdet et ꝓphete. Jn qbꝰ duobus ꝓceptis: Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: et ex tota aīa tua: et ex tota mēte tua: et diliges, primū tuū sicut teipsuz. Jn his duobꝰ ꝓceptis tota lex pendet et ꝓphete. Ecce de qbus ꝓceptis narrat tota ista epla. Tenete ergo [illegible]ectionem et securi estote. Quid times ne male facias alicui: Quis male facit ei quē diligit: Dilige: non pōt fieri nisi bñ facias. Sed forte corripis: Amor hoc facit: nō seuicia. Sz forte cedis: Ad disciplinā facis: qz amor ipsi⁹ dilectōis nō te permittit negligere indisciplinatum. Et sit quodāmō quasi diuersus fructus et Jūus: vt aliqñ odiuz blandiar: et charitas seuiat. Nescio qs odit inimicū suū: et fingit illi amicitiā: videt illum facere aliqđ mali: laudat: vult eū esse precipitē: vult cecuz ire ꝑ abrupta cupiditatuz suaz: vnde forte nō redeat: laudat. Qñ laudať peccator in desideriis aīe sue. Adhibet illi vnctionē adulatiōis sue. Ecce odit et laudat. Aliter videt

Psalmo cxviij. €

ℌ. cor. vj

Joh. xiij

Psal. xij

Psalmo cxviij.

Joh. j. Luce xxiij. Matth. xxij.

Psalmo cxviij.

Psal. lx.

amicum suū tale aliqđ facere reuocat. Si illū non audiat: pferz verba etiā castigationis: obiurgat: litigat: aliqñ venit ad hāc ne cessitatē vt litiget. Ecce odiuz blādit: et charitas litigat. Noli attēdere verba blādientis et qñ seuitiā obiurgātis: venā inspice: ratiē vnde, pcedat quere. Jlle blādit vt deci piat: iste litigat vt corrigat. Ergo nō opꝰ est fratres: vt p nos distēdať cor vestrū. Impetrate a deo vt diligatis inuicez. Oēs hoies etiā inimicos vestros diligatis: nō qz sunt fratres: sed vt frēs sint. Ut semper fraterno amore flagretis: siue in fratrē factū: siue in inimicū vt frater fiat diligēdo: vbiqqz fratrē diligitis: amicū diligitis. Jaz tēū est: iā in vnitate etiā cathedra tibi ꝓuctus est: si bñ viuis: fratrē diligis factum ex inimico. Si diligis aliquē qui nōdū credit i christo: aut si credidit xp̄o vt demones credunt: repelledis vanitatē ipsiꝰ: tu diligis: fraterno amore dilige. Nōdum est frater: sed iō dilige vt sit frater. Ergo tota dilectio nra fraterna est erga xp̄ianos: ergo oia mēbra eiꝰ. Disciplina charitatis frēs mei: robur: flores: fructꝰ: pulchitudo: amenitas: pastus: potus: cibꝰ: amplexus sine satietate est. Si sic nos delectat pegrinos: i patria qđo gaudebimꝰ. Curramus g̃ frēs mei: curram⁹et diligamꝰ xp̄m. Qđ est xp̄m: Jesum xp̄z. Quis est iste: Uerbū dei. Et qđo venit ad egrotos

Joh. j. Uerbū caro factū est: et habitauit in nobis. Cōpletū est ergo qđ scriptura ꝑdixit. Oportebat xp̄z pati: et resurgere tertia die a mortuis. Corpus ipsiꝰ ybi iacet: mēbra ipsiꝰ ladorāt. Ubi esse debes vt sub capite sis: Et ꝑdicari in noie eius penitētiā et remissionē pcātoꝝ per oēs gētes incipiētes ab hierlm. Jbi diffundať charitas tua. Dicit xp̄us et

Psalmo cxviij. psalmꝰ: id est spūs dei. Latū mādatū tuum valde. Et nescio qs ponit i africa fines charitatis. Extēde charitatē p totū orbē: si vis xp̄m amare: qz mēbra xp̄i per orbez iacent. Si amas partē: totus es. Si diuisus es: in corpore nō es. Si in corpore non es: sub capite nō es. Quid, pdest qz credis et blasphemas: Adoras illuz in capite: blasphemas in corpore: Amat ille corpus suū. Si tu te ꝑcidisti a corpore ipsiꝰ: caput nō se ꝑcidet a corpore suo. Sine cā me honoras: clamat tibi caput desup: sine cā me honoras. Tanꝫ si velit tibi aliqs osculari caput et calcare tibi pedes: forte caligis clauatꝫ cōteret pedes tuos: volēs tibi tenere caput et osculari. Nōne inter verba honorātis clamares et diceres: qđ facis hō: Calcas me. Nō diceres: calcas caput meum: qz caput honorabat: ꝛz plus clamaret caput, p membris calcatis qꝫ p se qz honorabať. Nonne clamat ipm caput. Nolo honorem tuū: calcare me noli: Jam tu dic si potes q̃re te calcaui: dic huic capiti: et oscularivolui: ꝓplecti volui. Sed non vides o stulte: qz qđ vis amplecti p quādam cōpagē vnitatis puenit ad id qđ calcas: Sursuz me honoras: iussuz me calcas. Plus dolet qđ calcas quā gaudet qđ honoras: qz qđ honoras dolet, peis quos calcas. Qđo clamat ligua: Dolet mihi. Nō dicit: dolet pedi meo: ꝛz dolet mihi dicit. O lingua qs te tetigit: quis pcussit: qs stimulauit: qs pupugit Nemo. Sed ꝓiūcta suz eis que calcatur. Qđo vis nō doleaz: qñ nō sum sepata: Dñs ergo noster iesus xp̄s ideo ascēdit in celuz die q̃dragesimo: cōmendauit corpus suū: qua habebat tacere: qz vidit multos honoraturos se qz ascēdit in celū: et vidit qz honor ipsoz inutilis est: si conculcant mēbra ipsiꝰ in terra. Et ne qs erraret: et cū adorat caput in celo: calcaret pedes in terra: dixit ybi eēnt mēbra ipsiꝰ. Ascēsurus eñ dixit verba nouissima: post ipsa ꝑba: nō est locutus in terra. Ascēsirū caput in celum: cōmendauit mēbra in terra et discessit. Jā nō inuenis loqui xp̄z in terra. Jnuenis illū loqui: ꝛz in celo: et de ipso celo. Quare: Qz mēbra calcabanť in terra. Persecutori eñ saulo dixit desup. Saule saule qđ me ꝑsequeris: Ascēdi in celum: sed adhuc i terra iaces. Hic ad dexterā patris sedeo: ibi adhuc esurio: sitio pegrinus sum. Qđo ergo corpus cōmēdauit in terra ascēsurus: Cū interrogarent illū discipuli. Dñe si hoc in tpe presentaberis: et quādo regnū israel: Respōdit iturus. Non est vestruz scire tps qđ pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutez spūssanctī superuenientē in vos: et eritis mihi testes. Uiderte qua diffundat corpus suuz: videte vbi se calcari nō vult. Eritis mihi testes in hierusalē et totam iudeā et samariā: vsqz in totam terrā. Ecce qua iaceo: q̃ ascendo. Ascēdo eñ qz caput suum. Jacet adhuc corpus meū. Qua iacet: per totā terram. Caue ne pcutias: caue ne violes: caue ne calces. Nouissima verba xp̄i sunt ista ituri in celum. Cōsiderate languentē in lecto hoiez: in domo sua iacentē et maceratū egritudine primū morti: anhelātez iam animā quodāmodo inter dentes habētē: qui forte sollicitus de aliq re chara sibi quā ꝛsultū diligit: veniat illi in mentē: et vocet heredes suos et dicat. Rogo vos facite hoc. Teneat quodāmō violēter aiaz: ne aī exeat: q̃ illa ꝑba nouissima dictauerit: efflat aiaz: tollitur cadauer in sepulchrū. Heredes ipsiꝰ qđo meminerūt nouissima morientis: Qđo si quis existat: qui dicat eis.

Psal. lx.

Nolite facere. Quid ergo illi dicant? Ergo nō facio qđ mihi pr̄ me⁹ effians aiam nouissime mādauit: qđ vltimum sonuit in aures meas, pficisēte hinc pfe meo? Quenis alia ẏba ipsius aliter posluz habere nouissima verba plus tenēt. Nō em̄ vidi ampli⁹: non audiui loquentē. Ffes cogitate visceribus xp̄ianis. Si heredib⁹ sunt tā dulcia: tā gra ta: tā magni pōderis ẏba ituri in sepulchrū hered̄ib⁹ xp̄i q̄lia debēt esse ẏba nouissima: nō redituri in sepulchrū sed ascēsuri in celū Nāq; ille q̄ vixit & mortu⁹ est rapiť ad alia loca aīa ipsi⁹: corp⁹ ipsius ponit in terra: an fiant illa ẏba: an nō fiāt: nō ad eū ptinet: tñ aliud agit: aliud patitur. Aut in sinu abrae gaudet: aut in igne eterno aque modicū desiderans: in sepulchro aūt ipsi⁹ i acet cadauer sine cēsu: & custodiunť verba nouissima moriētis. Quid sibi sperāt illi q̄ ẏba nouissima sedētis in celo nō custodiūt: videte desup an ptēnať: an nō ptēnatur. Illi⁹ qui dixit. Saule saule quid me pseq̄ris? Qui seruat ad iudiciū qđ videt pati mēbra sua? Et quid nos fecim⁹ inquiūt? Nos sum⁹ passi: psecutionē nō fecimus. Uos fecistis o miseri primo: qz diuisistis eccliaz. Maior est malicia lingue q̄ ferri. Superba fuit ācilla sarę agar: & afflicta est a dña sua, ppter superbiā. Disciplina erat illa nō pena: ideo cū recessisset a dña sua qđ ei dixit angelus? Reuertere ad dñaz tuā. Sic ergo carnalis alia tāq̄ ancilla superba: si forte aliq̄s molestias passa es, ppter disciplinaz: qđ infanis? Redi ad dñam tuā: tene dñicā pacē. Ecce pferunť euāgelia: legimus qua diffundiť ecclesia. Disputať & tra: & ōt nobis. Traditores Cui⁹ rei traditores? Xp̄s cōmēdat eccliam suā: & nō credis? ego tibi credit⁹ sum mal. dicēti parētib⁹ meis: vis vt credā tibi traditoribus? Credo tu prius xp̄o. Quid est dignū. Xp̄s deus est: tu hō? Cui ẏus debet credi? Xp̄s eccliam suā toto orbe diffudit. Ego dico. Contēne. Euāgeliū loquiť. Caue Quid dicit euāgeliū? Oportebat pati xp̄m & resurgere a mortuis die tertia: & pdicari in noie eius penitētiaz & remissionē petōrū. Ubi remissio petōrū: ecclia est. Quō ecclia? Illi em̄ dictū est. Tibi dabo claues regni celoz: & q̄ solueris in terra: soluta erūt & in celis. Qua diffundiť ista remissio petōrum? Per oēs gētes: incipiētes ab hierlm. Ecce crede xp̄o. Sz qz intelligis si crediderś xp̄o: non te habere qđ dicas de traditoribus. Tibi vis vt credā parentibus meis maledicē ti: q̄ tu credas xp̄o predicāti?

Lu. xxiiij.

mat. xvj

Lu. xxiiij.

Luc. xvj

Act. ix.

Gen. xvj

¶ Finis expositiōis diui Aurelij Augustini in epistolam beati Johannis.

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B. Omnes sunt quaterni preter B qui est quinternus.

¶ Finitur Prima pars operū sermonū Diui Aurelij Augustini: in qua hi sermones cōtinent. Ad frres in heremo. Sermones. lxxvj. De verbis dñi. Ser. lxiij. De verbis apli. Ser. xxxv. In epl̄am Canonicā beati Johānis prima. Tractatus. x. q̄ oia summa dilligētia Lugduni impssa fuere in edib⁹ Jacobi Mareschal. Anno dñi. M. cccc. xx. Die vo. iij. mēsis Augusti.

Expositio beati Augustini de Sermōe domini in mōte. Prologus.



Ermonem quem locut⁹ est dñs nr̄ Jesus xp̄s in mōte sicut in euangelio sc̄z Matthēū legim⁹: si qs pie sobrieq̄ cōsiderauerit: puto q̄ immeniet in eo qđ ad mores ortimos pertinet: pfectū vite xp̄iane modū. Qđ polliceri non temere audemus: sed ex ipsis eiusdē dñi ẏbis cōijcimus. Nā sicut sepe sermo concludiť vt appareat in eo pcepta esse oia q̄ ad informandā vitā ptinēt. Sic em̄ dicit: Mat. vij. Omis ergo qui audit ẏba mea hec. Cū ergo non dixit: quis audit ẏba mea tm̄: sed addidit dicēs. Qui audit ẏba mea hec satis vt arbitror significauit hec verba que in monte locutus est tam perfecte instruere vitā eorum qui voluerint fm ea vivere: vt merito cōparentur edificanti super petram. Hoc dixi: vt appareat istum sermonē omnibus preceptis qbus christiana vita informatur esse pfectū. Nā de hoc capitulo diligēti⁹ suo loco tractabiť. Huius igitur sermonis initiū sic assumiť.

¶ Capitulum. j.



Um vidisset autē turbas multas Jesus ascendit in mōtē: & cū sedisset accesserunt ad eū discipuli eius: & aperiēs os suū docebat eos dicēs. Si queritur qđ significet mōs / bene intelligiť significare maiora pcepta iusticie: qz minora erant / que iudeis data sunt. Unus em̄ de⁹ per sanctos prophetas et famulos suos: fm ordinatissimam distributionez tēporum dedit minora precepta populo quē timore adhuc alligari oportebat / et per filium suum maiora populo quem charitate iam liberari conuenerat. Cuz autem minora minoribus: maiora maioribus dātur ab eo dantur qui solus nouit congruentes suis temporibus: generi humano: exhibere medicinā. Nec mirū est q̄ dantur pcepta maiora ppter regnū celoz: & minora data sunt ppter regnū terrenū: ab eodē vno deo q̄ fecit celum & terraz. De hac ergo iustitia que maior est: dicit p prophetaz. ps. xxxv. Justicia tua sicut mōtes dei. Et hoc bene: significat q̄ ab vno solo magistro docendis tantis rebus idoneo: docetur in monte. Sedens autem docet: qđ pertinet ad magistrū dignitatem. Et accedunt ad eū discipuli eius vt audiendis illius verbis hi essent etiam corpore vicinotes: q̄ pceptis implendis animo apptopinquabant. Et aperiēs os suum docebat eos dicens. Ista circumlocutio qua scribitur: & aperiens os suum: fortassis ipsa mora commendat: aliquanto longiorem futurum esse sermonem: nisi forte non vacet quod nunc eum dictum est aperuisse os suum: quod i pse in lege veteri aperire soleret ora prophetarum.

¶ Capitulū. ij. de ꝑma beatitudine.



Uid ergo dicit? Beati pauperes spū qm̄ ipsorum est regnū celoz. Legimus scriptum de appetitione rerū temporaliu: Ecclesiastes. j. Ola vanitas et ꝑsumptio spiritus. Presumptio autē spiritus audaciam et superbiaz significat. Uulgo etiam magnos spiritus superbi habere dicuntur: & recte. Quādoquidem spiritus etiam ventus vocatur: vnde scriptum est. ps. cxlviij. Ignis grando nix glacies spiritus tempestatis. Quis ergo nesciat: superbos inflatos dici tanq̄ vētō distentos? Unde est etiam illud apostoli. j. Cor. viij. Scientia inflat: charitas edificat. Quapropter recte hic intelligunť pauperes spiritu: humiles & timētes deum: id est nō ha- Ecclia. j bentes inflatum spiritū. Nec aliunde omnino incipere oportuit beatitudinem: siquidem perueniura est ad summaz sapientiā. Initiuz autē sapientie timor domini. Quo niam et econtrario. Initium omnis pecca ibidē. ti superbia scribitur. Superbi apperant & diligant regna terraz beati aūt pauperes spiritu qm̄ ipsorum est regnū celorum.

¶ Capitulū. iij. de scōa beatitudine.



Eati mites quoniam ipsi hereditate possidebūt terram. Illam credo terram de qua in psalmo dicitur. exli. Spes mea es tu: & ortio mea in terra viuentiū. Significat em̄ quandam soliditatem & stabilitatem hereditatis perpetue: vbi anima per bonū affectum tanq̄ loco suo requiescit / sicut corpus in terra


Universidad de Biblioteca

e inde cibo suo aliter sicut corpus ex terra ipsa est requies et vita sanctorum. Mites autem sunt qui cedunt improbitatibus: et non resistunt in malo sed vincunt in bonu malum. vt ad Roma. xij. dicitur. Rixentur ergo immites: et dimicent pro terrenis et temporalibus rebus: beati autem mites: quoniaz ipsi hereditate possidebunt terrā. de qua pelli non possunt.

De tertia beatitudine.


Beati lugentes quoniaz ipsi consolabuntur. Luctus est tristitia de amissione charorum. Conuersi autem ad deuz ea que in hoc mundo chara amplectebant: amittunt. Non enim gaudent his rebus quib⁹ autez gaudebant: e donec fiat in illis amor eternorum nonnulla mestitia sautiantur. Consolabūtur ergo spiritusancto: qui maxime propterea paracletus nominatur: id est consolator: vt talia amittentes luctuz eterna leticia perfruantur.

De quarta beatitudine.



Beati qui esuriunt et sitiūt iusticiam quia ipsi saturabuntur. Jam istos amatores dicit veri et inconcussi boni. Illo ergo cibo saturabun tur de quo ipe dicit dominus Joh. iiij. Meus cibus est vt faciam voluntatez patris mei quod est iusticia. Et illa aqua de qua quisquis biberit non sitiet vt idem dicit. Joh. iiij. Sed fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam.

De quinta beatitudine.



Beati misericordes: quoniā ipo rum miserebitur de⁹. Beatos esse dicit qui subueniunt miseris: quoniaz eis ita rependitur vt de miseria liberentur.

De sexta beatitudine.



Beati mundo corde quoniam ipsi deū videbunt: ꝯ ergo stulti sunt qui deum istis exterioribus oculis querunt: cuz corde videatur: sicut alibi scriptum est Sap. i. e in simplicitate cordis querite illum. Hoc est enim mūdum cor: quod est simplex cor. Et quemadmodum lumen hoc videri non pōt nisi oculis mundis: ita nec deus videt nisi mundū sit illud quod videri potest.

De septima beatitudine.



Beati pacifici: quoniaz ipsi filij dei vocabūtur. In pace perfectio est vbi nil repugnat. Et ideo filij dei pacifici: quoniam nihil in his resistit deo: et vtiaz filij dei similitudinē patris habere debent. Pacifici autem in semetipsis sunt: qui omnes animi sui motus cōponentes et subijcientes rationi: id est menti: et spiritui: carnalesqz cōcupiscentias habentes adomitas fiunt regnuz dei. In quo ordinata sunt omnia: vt id quod est in homine precipuum et excellens. Hoc imperat ceteris nō reluctantibus q̄ sunt nobis bestijsqz communia: atqz idipsum quod excellit in homine: id est: mens et ratio subijciatur potiori quod est ipsa veritas vnigenitus dei filius. Neqz enim imperare inferioribus potest nisi superiori seipsum subiciat. Et hec est pax que datur in terra hominibus bone voluntatis. vt Luce. ij. Hec vita consummati perfectiqz sapientis. De huiusmodi regno pacatissimo et ordinatissimo missus est foras princeps huius seculi: qui peruersis inordinatisqz dominatur: hac pace intrinsecus constituta atqz firmata: quascuncz persecutiones ille qui foras missus est: forinsecus concitauerit: auget gloriam que sc̄m deum est: non aliquid in illo edificio labefactans: sed deficientibus machinis suis innotescere faciens quanta firmitas intus extructa sit. Jdeo sequitur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiaz: quoniam ipsorum est regnum celorum.

Capitulum quartum. De octaua beatitudine.



gloriari qz dico ipm eſt. Ecce dico ipm eſt: tota catholica dicit ipz ē. Aduertit colūba ꝛ agnoſcit ꝛ gemit quia ipm foris habes. Uidet ibi q̄ agnoſcat: videt ibi ꝛ q̄ corrigat. Ipm eſt: veni. Gloriaris qz ipm eſt: et nō vis venire. Quid ergo mali qui nō ptinent ad colūbam: ait tibi colūba. Et mali inter quos gemo/ꝛ qui nō ptinēt ad membra mea: ꝛ neceſſe eſt vt inter illos gemaz. Nōne habēt q̄ te habere gloriaris? Nō ne multi ebrioſi habēt baptiſma? Nonne multi auari? Nōne multi idolatre: ꝛ q̄ eſt peius furtim? Nōne pagani ad idola cūt: vel ibāt publice? Nūc occulte xp̄iani ſorti legos querūt: mathematicos cōſulunt. Et iſti habēt baptiſma: ſz colūba gemit inter corpos. Quid ergo gaudes q̄ habes? Hoc habes: quod habet ꝛ malꝰ. Habeto humilitatem/charitatem/pacē: habeto bonum q̄ nondum habes: vt proſit tibi bonū q̄ habes. Nā q̄ habes: habuit ꝛ ſymon magus. Actus apl̄orū teſtes ſunt: ille liber canonicus omni anno in eccleſia legendus. Anniuerſaria ſolēnitate poſt paſſionē dñi noſtri: illum libꝝ recitari. Ubi ſcriptuz eſt quō cōuerſus ſit apl's: ꝛ ex pſecutore predicator factus. Ubi etiā die pēthecoſtes miſſus eſt ſpūſſanctꝰ in linguis diuiſis: velut ignis. Ibi legimus multos credidiſſe in ſamaria p predicationē philippi. Intelligit aliꝗ ſiue vnꝰ ex apoſtolis/ſiue ex diaconis: qz ſcptez ibi diaconos legimus ordinatos inter quos etiam nomē philippi. Per phi lippi ergo predicationem crediderunt ſamarite. Samaria cepit abūdare fidelibꝰ. Ibi erat iſte ſymon magus: per magicas factiones ſuas dementauerat populuz vt eū virtutē dei putarent. Cōmotus tamen ſignis q̄ a philippo fiebāt: etiam ipſe credidit. Sed quomō ipſe crediderit: poſteriora ſequentia demonſtrauerunt. Baptizatꝰ eſt aūt ꝛ ſymon. Audierunt hoc apſi qui erāt in hieruſalem miſſi ſunt ad illos petrus ꝛ iohannes. Inuenerūt multos baptizatos ꝛ quia nullus ipſoꝝ adhuc acceperat ſpm ſanctum: ſicut'runc deſcendebat ad oſtendendā ſignificationē gentiū creaturaruz: vt linguis loquerent in quos deſcendebat ſpūſſanctus: impoſuerūt illis manus/oāntes pro eis: ꝛ acceperunt ſpm ſctm. Symō ille qui non erat in eccleſia colūba: ſed corpus qz ea q̄ ſua ſunt querebat/nō que ieſu xp̄i: vnde in xp̄ianis potētiaz magis amauerat q̄ iuſtitiā/vidit per impoſitionē manuum apl̄oꝝ dari ſpm ſanctū: nō qz ipſi dabant: ſed qz ipſis orantib⁹ datus eſt: et ait apoſtolis. Quid vultis a me accipere pecunie: vt ꝛ p impoſitionē manuum mearum detur ſpūſſanctus? Et ait illi petr⁹. Pecunia tua tecū ſit in pditiōe: qm donū dei putaſti pecunia cōparandū. Cui ꝺ: pecunia tua tecū ſit in pditiōe? Utiq; baptizato. Jā baptiſma habebat: ſz colūbe viſceribꝰ nō herebat. Audi: qz non herebat. Uerba ipa petri apoſtoli aduerte. Sequiť eñ. Nō eſt tibi pars/neq; ſors in hac fide. In felle eñ amaritudinis video te eſſe. Columba fel non habet: ſymon habebat: ideo ſeparatꝰ erat a colūbe viſceribus. Baptiſma illi q̄d proderat? Noli ergo de baptiſmate gloriari quaſi ex ipo ſalus tibi ſufficiat. Noliſira ſci: depone fel: veni ad columbam. Hic tibi proderit: quod foris non ſolum nō p̄derit ſed etiā oberat. Neq; dicas/non venio: qz foris ſum baptizatus. Ecce incipe habere charitatem: incipe habere fructū: inuenia tur in te fructus: mittat te columba intro. ¶ Inuenimus hoc in ſcriptura. Imputribilibus lignis archa fuerat fabricata. Imputribilia ligna ſancti ſunt fideles: ptinētes ad xp̄m. Quō in tēplo lapides viui de quib⁹ edificať tēplū hoies fideles dicti ſūt ſic ligna imputribilia hoies perſeuerātes in fide. In ipa ergo archa ligna imputribilia erāt. Archa eñ eccl'a ē: ibi baptizat columba. Archa eñ illa in aqua ferebať. Ligna imputribilia unꝰ erant: baptizata ſūt. Inuenimꝰ quedam ligna foris baptizata: oēs arbores que erant in mundo. Ipſa tñ aqua erat/non erat altera. Omnis de celo venerat: ꝛ de abyſſis fontiuz. Ipa erat aq̄ in qua baptizata ſunt ligna imputribilia q̄ erant in archa: in qua baptizata ſunt ligna foris. Miſſa eſt colūba. Et primo non inuenit requiem pedibus ſuis: redūt in archam. Plena eñ erant aquis omnia: ꝛ mauit redire q̄ rebaptizari. Cozꝰ autez ille miſſus eſt anteq̄ ſiccaret aqua rebaptizatꝰ redire noluit: mortuꝰ eſt in his aquis. Auertat deus corui illius mortē. Nā quare nō eſt reuerſus: niſi quia aquis interfectus eſt? At vero colūba non inueniens requiem pedibus ſuis cū ciyndiqz clamaret aqua/veni/veni: hic tingere: quomodo clamant iſti heretici/veni hic habes: nō inueniens illa requiē pedibus ſuis reuerſa eſt ad archaz. Et miſit illā noe iterꝝ: ſicut vos mittit archa vt loquamini illis. Et q̄d fecit poſtea colūba? Qz erant ligna foris baptizata: reportauit ramū de oliua. Ramꝰ ille: ꝛ folia ꝛ fructum habebat. Nō ſint in te ſola verba: nō ſint in te ſola folia: ſit fructꝰ ꝛ redis ad archā/nō p teipz. Colūba te reuocat. Gemite foris: vt illos intro reuocetis. Etenī fructꝰ ille oliue ſi diſcutiať inuenies quid erat. Unde hoc ꝓbamus? Quō

Ioh. xj.

Ps.

Gen. vj.

Act. viij

Gen. viij.

eñ oleū a nullo humore ꝑmirur: ſed diſruptis olibus exilit ⁊ ſupemineꝫ: ſic eſt ⁊ charitas. Nō pōt ꝑmi in ima: neceſſe eſt vt ad ſupna emicet. Propterea de illa dicit apls Adhuc ſupemineñtioꝛē viā vobis demoſtro. Q: diximus de oleo q: ſupemineꝫ: ne forte nō de charitate dixit apls: ſupemineñtiozem viā vobis demōſtro: audiamus: qđ ſequitur. Si linguis hoim loquar ⁊ angelorū: charitatē aūt non habeā: factus ſum tanq̄ eramentū ſonās: aut cymbalum tinniens. Duo nunc donate exclama. Diſertus ſum: ⁊ clama doctus ſum. Quātuz diſertus: ēſtum doctus? Nunqđ linguis angelozum loquereris charitatē non habēs: audirem era ſonantia: et cymbala tinnientia. Soliditatez aliquā quero: fructū in foliis inueniā. Non ſint ſola ꝓba: habeant oliuam: redeāt ad archā. Sed inquies habeo ſacramentū: verū dicis. Sacramentuz diuinum eſt. Habes baptiſma. Et ego confiteoꝛ. Sed quid dicit idem apls? Si ſciero oia ſacramenta ⁊ habuero ꝓphetiaz et oēm fidem ita vt montes trāſferam: ne forte ⁊ hoc diceres credidi: ſufficit mihi. Sed quid dicit iacob? Et demones credunt et cōtremiſcūt. Magna eſt fides: ſed nihil ꝓdeſt ſi non habeat charitatē. Confitebanꝫ ⁊ demones xp̄m. Ergo credendo: ſed nō diligendo dicebāt. Quid nobis ⁊ tibi fili dei? Fidem habebāt: charitatē non habebant ideo demones erant. Noli de fide gloziari adhuc demonibus ꝓparādus es. Noli dicere xp̄o dño: mihi et tibi quid eſt. Unitas eñ xp̄i tibi loquitur. Ueni: cognoſce pacez: redi ad viſcera columbe. Foris baptizat⁹ es: habeto fructū: ⁊ redi ad archam et tu. Quid nos queritis ſi mali ſumus? Ut bo: ni ſitis. Ideo vos q̄rim⁹: q: mali eſtis. Nā ſi mali non eſſetis: inuenirem⁹ vos: nō vos q̄rerem⁹. Qui bonus eſt: iam inuētus eſt: qui mal⁹ eſt: adhuc querit. Ideo vos q̄rimus: redite ad archā. Sz iā habeo baptiſma. Si omnia ſacramenta ſciero ⁊ habuero ꝓphetiā ⁊ oēm fidē ita vt mōtes trāſferā: charitatē aūt nō habeā: nihil ſum. Fructū ibi videā: oliuā vbi videā: ⁊ reuocaris ad archam. Sed inq̄t: Ecce nos multa mala patimur. Hec ſi ꝓ xp̄o pateremini: nō ꝓ honoꝛib⁹ vr̄is. Audite qđ ſequit. Jactāt ſe eñ aliquando q: eleme ſynas multas faciunt: dāt pauperib⁹ q: patiunt molestias ſed ꝓ donato non ꝓ xp̄o. Uide quomodo patiaris. Nam ſi ꝓ donato pateris ꝓ ſuppbo pateris. Nō es colūba: ſi ꝓ donato pateris. Nō es colūba: ſi ꝓ dono pateris. Nō erat ille amic⁹ ſponſi. Nā ſi amicus eſſet ſponſi: gloziam ſpōſi q̄reret nō ſuā. Uide amicum ſponſi dicentem. Hic eſt qui baptizat. Ille non erat amic⁹ ſponſi: ꝓ quo pateris. Nō habes veſtē nuptialem ⁊ ſi ad conuiuium veniſti foras habes mitti. Immo quia foras miſſus eſt: ideo miſer es. Redi aliquando: et noli gloziari. Audi qđ dicat apostolus. Si diſtribuero oīa mea paupib⁹ ⁊ tradidero corp⁹ meū vt ardeam charitatez aūt nō habeā: nihil ſum. Ecce qđ nō habes. Si tradidero (inquit) corpus meū vt ardeā: ⁊ ytiq̄ ꝓ nole chriſti. Sed q: ſunt multi qui iactāter illđ faciunt: non cū charitate ideo ſi tradidero corpus meū vt ardeā: charitatē aūt nō habeā: nihil mihi prodeſt. Charitate fecerūt martyres illi qui in tempoze perſecutiōis paſſi ſunt: charitate fecerunt. Iſti autem de rumoze ⁊ de ſuperbia faciunt. Nam cū perſecutio deſit ſeipſos precipitant. Ueni ergo vt habeas charitatem. Sed nos habem⁹ martyres. Quos martyres? Nō ſūt colūbe: ideo volare conati ſunt: ⁊ de petra ceciderunt. ¶ Omnia ergo fratres mei videtis quia clamant aduerſus illos oēs pagine diuine: oīs prophetia: totū euangeliū oēs apostolice littere: oīs gemit⁹ colūbe: ⁊ nondū euigilāt: nondū expergiſcunt. Sed ſi colūba ſum⁹: gemamus: tolerem⁹: ſperemus. Aderit miſericoꝛdia dei: vt efferuescat igms ſpiritusſancti in ſimplicitate veſtra: ⁊ veniēt. Nō eſt deſperandū. Orate ꝓdicate: diligite: protſus potēs eſt dñs. Jā ceperūt cognoſcere frōtē ſuā. Multi cognouerūt: mīri erubueſt. Aderit xp̄s vt cognoſcāt ⁊ ceteri ⁊ certe fres mei vel palea ſola ibi remaneat: oīa grana colligent. Quicqđ ibi fructificauit: redeat ad archā ꝓ colūbā. Modo deficientes vbiq̄ qđ nobis ꝓponūt: nō inueniētes qđ dicāt: Uillas noſtras tulerunt: fundos noſtros tulerunt: ꝓperunt teſtamenta hominum. Ecce vbi gaius eius donauit fundum eccleſie: cui ꝓerat fauſtin⁹. Cuius ep̄i opus erat fauſtinus? Eccleſie. Quid eſt eccleſie? Eccleſie dixi: cui ꝓerat fauſtinus. Sed non eccleſie ꝓerat fauſtinus: ſed parti ꝓerat. Colūba aūt eccleſia eſt. Quid clamas? Nō devorabim⁹ villas: colūba illas habeat. Quaratur que ſit columba: et ipſa habeat. Nō noſtis fratres mei: quia ville iſte non ſunt auguſtim. Et ſi vos non noſtis et putatis me gaudere in poſſeſſione villarum. Deus nouit ipſe ſcit: quid ego de illis villis ſentiā: vel qđ ibi ſufferā. Nouit gemit⁹ meos ſi mihi aliquid de colūba impartiri dignus eſt. Ecce ſunt ville. Quo iure defendis villas: diuino an humano? Reſpondeāt. Diuinum ius in ſcripturis habemus: humanum eiꝰ legib⁹ regū. Unde quiſq̄ poſſidet: poſſidet? Nōne qđ iure humano? Nā iure diuino. Dñi eſt terra ⁊ plenitudo eiꝰ. Pauperes ⁊ diuites deus de vno limo fecit: ⁊ pauperes ⁊ diuites vna terra ſuppoꝛtat. Jure tñ humano dicit. Hec villa mea eſt: hec domus mea: hic ſerv⁹ meus eſt. Jure ergo humano: iure impatorū. Quare? Quia ipſa iura humana ꝓ imperatores ⁊ reges ſeculi de⁹ tribuit generi humano. Uultis legam⁹ leges impatoꝝ: ⁊ fin ipas agamus de villis? Si iure humano vultis poſſidere: reticem⁹ leges impatoꝝ: videamus ſi aliquid voluerūt ab hereticis poſſideri. Sed quid mihi eſt imperator? Scōz ius ipſi⁹ poſſides terrā. Aut tolle iura imperatorū: ⁊ qs audet dicere: mea eſt illa villa: aut meus eſt ille ſeruus: aut domus hec ines eſt? Si autē vt teneanꝫ iſta ab hoib⁹ iura accepeſt regū: vultis recitam⁹ leges vt gaudeatis: q: vel vnū hoꝝ habeatis et non imputetis niſi mānſuetudini colūbe: q: vel ibi vobis ꝓmittit permanere? Leguntꝫ eñ leges manifeſte vbi preceperunt imperatores cos qui ꝓter eccle catholice cōmunionem vſurpāt ſibi nomē xp̄ianuz: nec vocant in pace colere pacis auctorē: nihil nomine eccleſie audeant poſſidere. Sed qđ nobis ⁊ imperatoꝛi? Sed iam dixi: de iure humano agit. Et tñ apls voluit ſerui regibus: voluit honozari reges ⁊ dixit. Reges 1. Pet. ij. reuertimini. Noli dicere quid mihi ⁊ regi Quid tibi ergo ⁊ poſſeſſioi? Per iura regū poſſidentꝫ poſſeſſiones. Dixiſti: quid mihi ⁊ regi? Noli dicere poſſeſſiões tuas: q: ad ipſa iura humana renunciaſti quibus poſſidentur poſſeſſiones. Sed de diuino iure ago. Ait. Ergo euangeliū recitem⁹. Uidea mus quotiſq̄ eccleſia catholica xp̄i eſt ſup quem venit columba que docuit. Hic eſt q̄ baptizat. Cuz dicat ſcriptura: vna eſt colūba mea: quomodo ergo iure diuino poſſideat qui dicit: ego baptizo: cum dicat colūba: hic eſt qui baptizat cum dicat ſcriptura: vna eſt colūba mea: vna eſt matris ſue Quare laniaſtis colūbā? Immo laniaſtis viſcera veſtra. Nam vobis laniaſtis: colūba integra perſeueret. Ego fratres mei ſi vbiq̄ non habent qđ dicant: ego dico vobis quid faciāt. Ueniant ad catholicam ⁊ vobiſcum habebunt non ſolum terraz ſed etiā illum qui fecit celum ⁊ terram.

Tractatus. vij.

¶ Et ego vidi ⁊ teſtimoniuz ꝓhibui q: hic eſt filius dei. Altera die iteruz ſtabat Johānes ⁊ ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciēs ieſum ambulātem dixit. Ecce agn⁹ dei. Et audierūt eū duo diſcipuli loq̄tē. Et ſecuti ſunt ieſum. Cōuerſus aūt ieſus et videns eos ſeq̄ntes ſe dicit eis. Quid q̄ritis Qui dixerūt ei? Rabbi qđ dicit̄ interꝓtatū magiſter vbi habitas? Dicit eis Uenite ⁊ videte: venerūt ⁊ viderunt vbi maneret. Et apud eū māſerūt die illo: hoza aūt erat q̄ſi decima. Erat aūt Andreas fr̄ ſymonis petri vnus ex duob⁹ q̄ audierat a iohāne. Et ſecuti fuerāt eū. Inuenit hic ꝓmū ffez ſuū ſymonē. Et dicit ei inuenim⁹ meſſiam: qđ eſt interꝓtatū xp̄s. Et adduxit eū ad ieſuz: intuit⁹ aūt eū ieſus dixit. Tu es Symō filiꝰ iohāna. Tu vocaberis cephas: qđ interꝓtat. Petrus: in craſtinū voluit exire in galileā. Et inuenit philippū. Et dicit ei ſeqūre me. Erat aūt philippus a bethſaida ciuitate Andree et petri: inuenit philipp⁹ nathanael. Et dicit ei. Quē ſcripſit moyſes in lege ⁊ prophete: Inuenim⁹ ieſum filiū ioſeph a nazareth. Et dixit ei nathanael a nazareth poteſt aliqđ boni eſſe? Dicit ei philippus: veni ⁊ vide. Uidit ieſus nathanahel veniētē ad ſe: ⁊ dicit de eo. Ecce vere iſraelita in quo dolus nō eſt. Dicit ei nathanahel Uñ me noſtiſ? Rñdit ieſ⁹ ⁊ dixit ei. Priuſ q̄ te philippus vocaret cū eſſes ſub ficu vidit te. Reſpondit ei nathanahel: et ait. Rabbi tu es filius dei: tu es rex iſrael. Rñdit ieſus et dixit ei. Q: dixi tibi: vidi te ſub ficu credis: maiꝰ his videbitis. Et dicit ei. Amē amē dico vobis: videbitis celū apertum: ⁊ āgelos dei aſcēdētes ⁊ deſcēdentes ſup filiū hominis.



Ongaudemus frequentie veſtre: quia vtraq̄ ſpe rare potuimus: alacriter conueniſtis. Hoc eſt ergo quod nos letificat ⁊ conſolatur in omnibus laboribus ⁊ periculis vite huius amoꝛ veſter in deum: ⁊ pium ſtudium: et certa ſpes: ⁊ feruoꝛ ſpirit⁹. Audiſtis cuz

in decretis diſtinc. vij. quo iure.

Psalmo lxxxvij.

psalmis legeret: qr inops et paup clamat ad deum in hoc seculo. Uox eñ est vt sepi⁹ audistis ⁊ meminisse debetis nõ vni⁹ hois ⁊ tamen vnius hominis. Non vnius quia fideles multi. Multa grana iter paleas gementia diffusa toto orbe terrarum. Unus aũt quia membra christi osses: ac per hoc vnum corpus. Iste ergo vn⁹ popul⁹ inops ⁊ pauper nõ nouit gaudere de seculo: ⁊ do lorẽs intus est: et gaudiũ eius intus est vbi non vidit nisi ille qui erandit gementẽ ⁊ coronat sperantem. Letitia seculi vanitas. Cum magna expectatione sperãt vt veniat: ⁊ non potest teneri cũ venerit. Iste eñ dies q̃ letus est: pditis hodie in ista ciuitate: cras vtiq̃ nõ erit: nec idẽ ipsi cras hoc erunt/qõ hodie sunt. Et trãseũt oia/⁊ euolãt oia: ⁊ sicut fum⁹ vanescũt. Et ve q̃ amant talia. Oñis eñ aia sequit̃ qõ amat Omnis enim caro fenum: et omnis honor carnis quasi flos feni. Fenuz aruit: flos decidit: verbum autem dñi manet in eternuz Ecce qõ amas: si vis manere in eternũ. Sz dicere habeas. Unde possum apprehendere verbũ dei: Uerbũ caro factũ est: ⁊ habitauit in nobis. Quapropter fres charissimi ad inopiã nostram/⁊ pauptatẽ nostrã ptineat: ⁊ qõ illos dolem⁹ qui sibi abũdare videñt. Gaudiũ eñ iporum quasi frenetico⁹ est. Quõ aũt frenetic⁹ gaudet insania plerũq̃ ridet: ⁊ plãgit illũ q̃ san⁹ est. Sic et nos fratres charissimi si recipiam⁹ medicinam de celo venientẽ qr ⁊ nos omnes frenetici eramus tanq̃ salui facti q̃ ea que diligebamus non diligimus: gemim⁹ ad deũ de his qui adhuc insani sunt. Potest eñ vt ⁊ ipsos saluos faciat. Et opus est vt respiciant se: ⁊ displiceant sibi. Spectari volunt ⁊ spectari se nõ nouerunt. Nam si aliquã tũ oculos ad se auertant: videt cõfusion/y suã. Qõ dõec fiat/ alia sint studia nra: alia sint auocamẽta anime nostre. Plus valet dolor noster q̃ gaudiũ illoz. Quãtũ pertinet ad numerũ fratrũ: difficile est vt quisq̃ ex illa celebritate rapt⁹ fuerit ex viris. Quã tum aũt ad sororum numerũ: contristat nos. Et hoc magis dolendũ est: qr non ipe potius ad ecclesiã currunt: quas debuit si non timor: certe verecundia de publico reuocare. Uiderit hoc qui videt: et aderit misericordia eius vt saluet omnes. Nos autem qui cõuenim⁹ pascamur epulis dei et sit gaudium nostrum sermo ipsius. Inuitauit eñ nos ad euangeliuum suũ: ⁊ ipe cibus noster est quo nihil dulci⁹: sed si q̃s habeat palatum sanuz in corde. Bene eñ arbitor meminisse charitatẽ vr̃az hoc euãgelium lectionibus cõgruis ex ordine recitari: et puto vobis nõ excidisse q̃ iã tracta ta'sint: maxime recẽtioza: de iohãne ⁊ de columba. De iohanne scz/ q̃d nouum dicerit in dño p columbã: qui iã nouerat dominum. Et hoc inuentũ est inspiran te spiritu dei qõ iã quidẽ iohannes nouerat in dño. Sed qõ ipe dñs ita esset baptizatur⁹ vt baptizãdi potestatẽ a se in neminẽ trãs funderet hoc didici p colũbam: quia dictũ ei erat: sup quẽ videris spiritum descendẽtem velut columbã ⁊ manentem sup eum: hic est q̃ baptizat in spiritu sũcto. Quid est hic est: Non est alius: ⁊ si per aliũ. Quare aũt per columbam: Multa dicta sunt: nec possum: nec opus est oia retexere: precipue tamen ppter pacẽ: qr et ligna q̃ baptizata sunt foris/quia fructũ in eis inuenit columba ad archaz attulit. Sicut meministis colũbã missam a noe de archa que diluuio natabat ⁊ baptismo abluebat: non merse batur. Cum ergo esset emissa: attulit ramũ olue. Sed nõ sola folia habebat: habebat ⁊ fructum. Itaq̃ hoc optandum est fratribus nostris q̃ foris baptizãtur: vt habeãt fructum. Non illos sinit colũba foris: nisi ad archam reduxerit. Fruct⁹ aũt est tot⁹ charitas. Sine qua nihil est hõ: q̃d aliũ habuerit. Et hoc vberrime ab apostolo dicti commemorauimus et recensum⁹. Ait eñ. Si linguis hoim loquar ⁊ angelorum charitatẽ aũt nõ habeã fact⁹ sum ⁊ velut eramentũ sonans aut cymbalũ tinniẽs. Et si habuero oẽm sciẽtiã ⁊ sciã oñia sacramẽta/et habeam omnem prophetiam/ ⁊ habuero omnẽ fidẽ: fidem aũt qũo dixit oẽm vt montes transferam/charitatẽ autez nõ habeã: nihil sum. Et si distribuero oia mea pauperibus et si tradidero corpus meum ita vt ardeam. Charitatem autem nõ habeam: nihil mihi prodest. Nullo modo autem possunt dicere se habere charitatem: qui dirimunt vnitatem. Chec dicta sunt sequentis videam⁹. Perhibuit iohannes testimoniũ/quia vidit. Quale testimoniuz perhibuit: quia ipe est filiꝰ dei. Oportebat eñ vt ille baptizaret: qui est filius dei: vnicus nõ adoptiuus. Adoptati filij ministri sunt vnici. Unicus habet potestatem adoptati ministerium. Licet baptizet minister non pertinens ad numerum filiorum/ quia male viuit et male agit: quid nos consolatur: Hic est qui baptizat. Altera die iterum stabat iohãnes: ⁊ ex discipulis eiꝰ duo. Et respiciẽs iesum ambulantem: † dicit. Ecce agn⁹ dei. Utiq̃ singulariter iste agnus. Nam et discipuli dicti sunt agni. Ecce ego mitto vos: sicut agnos in medio luporũ. Dicti sunt ⁊ ipsi lumen vos autem

I. cor. xiij

B

† alia litera dicit.

Mat. x.

Joh. j.

estis lumen mundi. Sz aliter ille de quo dictũ est. Erat lumẽ verũ: qõ illuminat oẽm hoiem venientẽ in hũc mundũ. Sic ⁊ agn⁹ singulariter solus sine macula: sine peccato. Non cuius macule absterse sint: sed cuius macula nulla fuerit. Quid eñ qr dicebat iohannes de dño: ecce agnus dei: Ipe iohãnes nõ erat agnus: Nõ erat vir sanctus: Non erat amicus spõsi: Ergo singulariter ille: hic est agn⁹ dei: qr singulariter agni sanguine solo hoies redimi potuerũt Fratres mei si agnoscimus preciũ nr̃m qr sanguis est agni: qui sunt illi qui hodie celebrant festiuitatẽ sanguinis nescio cuius mulieris. Et q̃s ingrati sunt: Raptũ est aũ rũ dicunt de aure mulieris: ⁊ cucurrit sanguis. Et positũ est aur̃ in trutina vel in statera: ⁊ preponderauit multũ de sanguine. Si pondus ad inclinandũ aurum habuit sanguis mulieris: quale pondus habet ad inclinandũ mundũ sanguis agni per quez factus est mũdus: Et quidem ille spũs nescio quis vt ꝑmeret pondus: placatus est

Marc. j.

sanguine. Immũdi spũs nouerãt venturũ iesum xp̃m: audierãt ab angelis: audierãt ex pphetis ⁊ sperabant eum venturũ. Nã si non sperabant: vnde clamauerunt quid nobis et tibi est: Ue nisti ante tẽpus ꝓdere nos: scimus qui sis sanctus dei. Uenturus sciebant: sed tps ignorabãt. Sed quid audistis in psalmo de hierusalez: Quomodo beneplacituz habuerunt serui tui lapides eius: ⁊ pulueris eius miserebunt. Tu exurgens misereberis sy on: q̃m venit (inquit) tẽpus vt misereari ei⁹. Q̃m venit tps vt misereretur dñs: Uenit agnus. Qualis agn⁹ Quem lupi timẽt. Qualis agnus est: Qui leonem occisus occidit. Dictus est eñ diabolus leo: circũiens ⁊ rugiens querẽs quẽ deuoret. Sanguine agni victus est leo. Ecce spectacula xp̃ianoz̃: et quod est amplꝰ illi oculis carnis vident vanitatẽ: nos cordis oculis veritatẽ. Ne putet fratres q̃ sine spectaculis dimisit nos dñs de⁹ noster Nã si nulla sunt spectacula: cur hodie cõuenistis: Ecce qõ dixim⁹ vidistis/ ⁊ exclamastis. Non exclamaretis nisi vidissetis. Et magnum est hoc spectare per totum orbem terrarũ: victum leonẽ sanguine agni/ educta de dentibus leonũ membra xp̃i: ⁊ adiuncta corpori xp̃i. Ergo nescio quid simile imitatus est quidam spiritus vt sanguine similachrum suum emi vellet: qr nouerat precioso sanguine q̃cũq̃ redimendũ esse genus humanum. Fingunt eñ spirit⁹ malꝰ ymbras quasdam honorũ sibimetipsis vt sic decipiãt eos qui sequunt xp̃m. Usq̃ adeo fratres mei/vt illi ꝑpli qui seducunt p ligaturas: p precãtationes: p machinamẽta inimici/ miscẽt precãtatiõibus suis nomen xp̃i: qr iam nõ possunt seducere xp̃ianos/vt dent venenũ/addũt mellis aliq̃d: vt p id qõ dulce est/lateat qõ amarũ est ⁊ bibãt ad perniciez. Usq̃adeo vt ego nouerim aliquo tpe illi⁹ paleati sacerdotem solere dicere/et ipse paleat⁹ xp̃ianus est. Ut quid hoc fratres: nisi qr aliter nõ possunt seduci xp̃iani: Ne queratis ergo alibi xp̃z q̃s vbi vobis voluit predicari xp̃s. Et quõ vobis voluit predicari/sic illum tenete/sic in cordibus vestris scribite. Durus est aduersus oẽs impet⁹: ⁊ aduersus oẽs insidias inimici. Nolite timere: nec tentat ille nisi permissus fueris. Constat illum mihi⁹ facere: nisi permissum fuerit: aut missum. Uititur tanq̃ angelus malus a potestate dominãte: mittit̃ q̃si aliquid petit. Et hoc fratres nõ fit nisi vt probent iusti: puniant iniusti. Quid ergo times: Ambula in domino tuo: certus esto/qõ te nõ vult pati/non pateris: qõ te ꝑmiserit pati. Flagellũ corrigentis est: non pena dãnantis. Ad hereditatez sempiternã erudimur: ⁊ flagellari dedignamur/ Fratres mei si recusaret q̃s q̃s puer colaphis: aut flagellis cedi a patre suo: quõ diceretur superbus desperat⁹: ingratus paterne discipline: Et vt quid erudit pater homo/filiũ hoiem: vt possit nõ ꝓdere temporalia que illi acquisiuit: que illi collegit: que non vult eũ perdere: q̃ ipse qui relinquit non potuit in sempiternũ tenere. Non docet filium cũ quo possideat: sed qui post eum possideat. Fratres mei si filiũ docet pater successorẽ: ⁊ quẽ docet ⁊ ipm similiter per oia illa transiturũ: qr ⁊ ille qui mouebat trãsitur⁹ est: quõ vultis eruditi nos pater noster cui non successuri: sed ad quez accessuri sumus: ⁊ cuz quo in eternum mãsuri in hereditate q̃ nõ marcescit/nec moritur/nec grandinẽ nouit: Et ipe hereditas ⁊ ipse pater est. Upũc possidebimus ⁊ eruditi non debemus: Sufferamus ergo eruditionẽ patris: non q̃si nobis dolet caput: curramus ad precantatores/ad sortilegos/et remedia vanitatis. Fratres mei non vos plangam quotidie inuenio ista. Et quid faciam: Nõdũ ꝑsuadeo xp̃ianis in xp̃o spez esse ponendam: Ecce si cui factũ est remediũ moriat. Quã multi eñ cum remedijs mortui sũt: ⁊ q̃m multi sine remedijs vixerũt Qua fronte exit anima ad deum: Perdidit signum xp̃i: accepit signũ diaboli. An forte dicet: non perdidi signum christi: Ergo signum xp̃i cum signo diaboli habuisti. Nõ vult xp̃s cõmunionem: sed solus vult possidere quod emit. Tanti emit vt solus possi-

dear: tu facis ei consonē diabolū: cui te per
petuū vendideras. Ue duplici corde: qui in
corde suo partē faciunt diabolo. Irat⁹ de⁹
quia fit ibi pars diabolo: discedit: et totum
diabolus possidebit. Nō frustra itaq; apo
stolus dicit; neq; detis locum diabolo. Co
gnoscam⁹ ergo agnū fratres: cognoscam⁹
precium nr̄m. Ecce duo de discipulis iohā
nis: q: talis erat iohānes amicus spōsi, nō
querebat gloriā suā: sed testimoniū phibe
bat veritati. Nunq̄d voluit apud se rema
nere discipulos suos vt nō sequerent⁹ dn̄z:
Magis ipse ostendit discipulis suis quem
sequerent. Habebant eñ illū tāq; agnum.
Et ille. Quid me attenditis? Ego nō sum
agnus. Ecce agnus dei: de quo ↄ superius
dixerat. Ecce agnus dei. Et quid nobis ꝓ
dest agnus dei? Ecce ait qui tollit pcā mū
di. Secuti sunt illū hoc audito: duo q̄ erāt
cum iohāne. Videam⁹ sequētia. Ecce agn⁹
dei: hoc iohannes. [Et audierūt eū duo di
†alialit. habet se †alial⁹t. habet ei †alialst. dicit iter pretatū. scipuli loquētē: ↄ secuti sunt ihesum.† Con
uersus aūt ihesus ↄ vidēs eos sequētes† di
cit eis. Quid q̄rit⁹? Cui dixer⁹.† Rabi qđ
interpretat magister. Ubi habitas?] Non
sic illum sequebant quasi iam inhererent
illi. Nam manifestum est qñ illi inhesērūt
q: de naui eos vocauit. In his eñ duobus
erat andreas sicut mō audistis. Andreas
autem frater petri erat. Et nouim⁹ in eua
gelio q̄ petrū ↄ andreā dn̄s de naui voca
ult dicens. Uenite post me ↄ faciam vos pi
catores holim. Et ex illo iam inhesērūt illi
vt non recederent. Modo ergo qđ illum se
quuntur isti duo: non quasi nō recessuri se
quuntur: sed videre voluerunt vbi habita
ret: ↄ facere quod scriptum est. Lunē ostio
rum eius conculcet et terat pes tuus: surge
ad illū venire assidue ↄ erudiri pceptis
ei⁹. Ostēdit eis ille vbi maneret: ↄ venerūt
ↄ fuerunt cuz illo. Quā beatū diē duxerūt
ꝯ beatam noctē. Quis est qui nobis dicat
que audierint illi a dn̄o? Edificemus nos
metipsi in corde nostro: ↄ faciam⁹ domum
quo veniat ille ↄ docear nos: collocaē nob⁹
Quid queritis? Dixerunt ei. Rabbi: quod
dicit interptatum magister: vbi habitas?
[Dicit eis. Uenite et videte.† Et venerūt
ↄ viderunt vbi maneret: ↄ apud eū manse
runt die illo. Hora autem erat quasi deci
ma.] Nihil ne arbitramur pertinuisse ad
euangelistā: dicere nobis quota hora erat.
Potest fieri vt nihil ibi nos aliadocuerit: ni
hil querere voluerit? Decima erat hora.
Numerus iste legem significat: q: in decē
preceptis data est lex. Uenerat autem tē
pus vt impleretur lex per dilectionem: q:
a iudeis non poterat impleri per timorem.
Unde dn̄s dicit: Non veni soluere legē sed
implere. Merito ergo decima hora cum se
cuti sūt ad testimoniū amici spōsi duo isti:
ↄ decima hora audiuit rabbi qđ interpre-
tatur magister. Si decima hora rabbi do-
minus audiunt: ↄ decimus numer⁹ ad legē
pertinet: magister legis non est nisi⁹ dator
legis: q: filius dedit legez. Nemo dicat q:
alius dedit legem: ↄ ali⁹ docet legem. Ipse
illā docet qui illā dedit. Ipse est magister
legis sue: ↄ docet illaz. Et misericordia est
lingua ipsius: ideo misericorditer docet le
gem: sicut dictū est de sapiētia. Legem aūt
ↄ miſ[illegible]diaz in lingua portat. Noli time
re ne implere legem nō possis: fuge ad mi-
sericordiam. Si multū est ad te legem im-
plere, vtere pacto illo ↄ cyrographo: vtere
precibus quas tibi constituit ↄ composuit
iurisperit⁹ celestis. Qui eñ habent causaz
ↄ volunt supplicari imperatori: querūt ali
quem scholasticū iurisperitū, a quo sibi pa-
ces cōponant: ne forte si aliter petierint ꝙ
oportet, non solum nō impetrent qđ petūt
sed ↄ penaz pro beneficio consequant. Cū
ergo quererent supplicare apostoli, et non
inuenirent quomodo adirent imperatorez
deū: dixerunt xpō. Domine: doce nos ora- Luce.xj
re. Hoc est iurisperite noster assessor dei im
mo cōsessor: compone nobis preces. Et do
cuit dn̄s de libro iuris celestis, docuit quo
modo orarent: ↄ in ipo quod docuit posuit
quandā cōditionem. Dimitte nobis debi-
ta nostra sicut ↄ nos dimittimus debitori
bus nostris. Si non ſm legem petieris re⁹
eris. Contremiscis imperatorē factus re⁹:
offer sacrificium humilitatis: offer sacrifi-
cium misericordie: dic in precib⁹, dimitte
mihi quomodo ↄ ego dimitto. Sed si dicis
fac. Quid eñ facturus es: quo iturus es,
si mentitus fueris in precibus? Non quo-
modo dicit in foro, carebis beneficio reſcri
pti: sed nec rescriptum impetrabis. Juris
enim forensis est vt qui in precibus mentit⁹
fuerit: non illi prosit quod impetrauit. Sz
hoc inter homines: quia potest falli homo
potuit falli imperator: qñ preces misisti, di
xisti eñ qđ voluisti: et cui dixisti: nescit an
verum sit. Dimisit te aduersario tuo quin
cendum: vt si ante iudicem iniectus fueris
de mendacio quia nō potuit ille nisi presta
re, nesciens an fueris mentitus: ibi care-
bis ipso beneficio reſcripti, quo perduxisti
rescriptum. Deus autem qz nouit verum
mētiaris an verū dicas: nō facit vt in iudi
cio, tibi nō ꝓsit: sed nec impetrare te pinit-
tit: qz ausus es mentiri veritati. Quid er-
go facturus es? Dic mihi. Implere legez ex
oi parte ita vt in nullo offendas difficile est.

Beatus ergo certus est, remedio vti non
vis. Ecce fratres me: quale remedium po
suit deus contra egritudines anime. Quid
ergo? Cū caput tibi dolet: laudam⁹ si eua-
gelium ad caput tibi posueris ↄ nō alliga
turā cucurreris. Ad hoc eñ perducta est
infirmitas hoim: ↄ ita plāgendi sunt homi
nes qui currūt ad ligaturas: vt gaudeam⁹
qñ videmus hoiem in lectulo suo ꝓstitutz
iactari febribus et doloribus: nec alicubi
spem posuisse, nisi vt sibi euangeliū ad ca-
put poneret: non quia ad hoc factū est: sed
q: ꝓlatū est euangeliū ligaturis. Si ergo
ad caput ponitur vt quiescat dolor capi-
tis: ad cor non ponitur vt sanetur à pecca
tis? Fiat ergo. Quid fiat? Ponakad cor: sa
nēt cor: bonū ē. Bonū ē vt de salute corpis
non satagas: nisi vt a deo illam petas. Si
scit tibi ꝓdesse dabit illā: si nō tibi dederit
nō tibi ꝓderit habere illā. Quam multi
egrotant in lecto innocentes: ↄ si sani fue-
rint ꝓcedūt ad scelera cōmittēda. Quam
multis obest sanitas. Latro qui ꝓcedit ad
faucē occidere hoiem: ꝙto meli⁹ illi erat
vt egrotaret? Qui nocte surgit ad effodien
dum parietem alienū: ꝙto illi melius si fe-
bribus tactaret? Innocenti⁹ egrotat et: scele
rate sanus est. Nouit ꝙ de⁹ quid nobis ex
pediat: id agnam⁹ vt cor nostrū sanū sit a
petis. Et qñ forte flagellamur in corpore:
ipm deprecamur. Rogauit eū paul⁹ apūs
vt auferret ab eo stimulū carnis, et noluit
auferre. Nunquid ꝓturbat⁹ est? Et nūq̄d
ꝓtristat⁹ dixit se defectum? Magis se dixit
nō defectū: qz ablatū est qđ volebat aufer
ri: vt illa infirmitas sanaretur. Hoc eñ in-
uenit in voce medici. Sufficit tibi gra mea
ij.cor.xij nā virt⁹ in infirmitate ꝓficitur. Unde ergo
scis si qđ nō vult te sanare de⁹ adhuc tibi
expedit flagellari? Uñ scis ꝙ putre est qđ
secat medic⁹: agens ferrū ꝓ putridas? Nō-
ne nouit modū quid faciat quouscq; faciat
Nunquid vitula ꝓ eius qui secatur retra
hit manus medici artificiose secantis? Ille
clamat: ille secat. Crudelis qui nō audit
clamantē: an potiꝰ misericors? qz vulnꝰ ꝓ-
sequit vt sanet egrotū? Hec fr̄es ideo dixi:
ne qs querat aliqđ ꝓter auxiliuz dei. Si
forte in aliqua correptione dn̄i simus: vi-
dete ne pereatis: videte ne ab agno receda
tis: ↄ a leone deuorem̄i. Dixim⁹ ꝙ quare
e †al.aūt. hora decima: sciūtia videam⁹. [Erat† andreas fr̄ symonis petri: vn⁹ de duobus qui
†Als a. †al⁹ pri mū fr̄z. audierant] ab iohanne: ↄ secuti fuerāt eū
Inuenit hic† symonē fratrē suū et dicit ei.
Inuenim⁹ meſiam: qđ est interpretatum
christū. Messias hebraice latine vnctus:
greece christus est. Ab vnctione enim dici
tur christ⁹. Chrisma vnctio est grece: ergo
xp̄s vnct⁹. Jlle singulariter vnct⁹ ꝓcipue
vnct⁹: vnde oēs christiani vngunt. Jlle ꝓ-
cipue: qūo in psalmo dicit. Audi. Propter- ps.xliij.
ea vnxit te de⁹ de⁹ tuus oleo exultationis
pre participibus tuis. Participes eñ eius
omnes sancti. Sed ille singulariter sanct⁹
sanctoꝝ: singulariter xp̄s: singulariter vn
ctus. [† Et duxit ad ieſum] andreas fra- †Als ad duxit eū
trē suū symonē. [Intuit⁹ aūt eū iesus dixit †al⁹s lit. Johāna
Tu es symō filius † iohannis: tu† vocaris †al⁹s lit. vocabe-
cephas quod interptatur petr⁹]. Nō ma- ris.
gnū qz dn̄s dixit cui⁹ filius esset iste. Quid
magnū dn̄o? Omnia nomina sanctoꝝ suoꝝ
prescibat: quos ante constitutionem mundi
predestinauit: ↄ miraris quia dixit vni ho
mini: tu es filius illius: ↄ tu vocaberis illō
Magnum: quia mutauit et nomen et fecit
de symone petrum. Petrus autem a petra
petra vero ecclesia. Ergo in petri nomine
figurata est ecclesia. Et quis securus: nisi
qui ꝓdificat supra petram? Et quid ait ipe
dominus? Qui audit verba mea hec ↄ fa- Mat.vij
cit ea: similabo eum viro prudenti edifi-
canti supra petram: non cedit tentationi-
bus. Descendit pluuia: aduenerunt flumi
na: flauerunt venti, ↄ impegerunt in domū
illā ↄ nō cecidit. Fūdata eñ erat supra pe
tram. Qui audit verba mea ↄ nō facit ea:
iā vnusqsq; nostrū timeat ↄ caueat: simila
bo cū viro stulto q̄ edificauit domū suā su-
pra arenā. Descēdit pluuia: venerunt flu-
mina: flauerunt venti: ↄ impegerunt in do-
mū illā: ↄ facta est ruina ei⁹ magna. Quid
ꝓdest qz intrat ecclesiā: qui vult sup arenā
edificare? Audiendo eñ ↄ nō faciēdo: edi-
ficat quidē: sz sup arenā. Si eñ nihil audit
nihil edificat: si audit edificat. Si querim⁹
vbi? Si eñ audit ↄ facit: supra petram: si
audit et non facit: super arenaz. Duo sunt
genera edificantium: aut supra petrā: aut
supra arenā. Quid ergo illi qui nō audiūt
Securi sunt? Securos eos dicit: quia ni-
hil edificant. Audi sunt sub pluuia an-
te ventos, ante flumina: cum venerint ista
ad illos tollūt ꝯ dom⁹ deficiant. Ergo va-
na est securitas: et edificare ↄ supra petrā
nō edificare. Si audire vis ↄ nō facere edi
ficas sed ruinā edificas. Cū aūt venit tēta
tio deficit domū: ↄ cū ipsa ruina tua te tol-
lit. Si aūt nō audis nudus es: illis ten
tationib⁹ tuipse retraheris. Audi ergo et
fac. Unum est remedium. Quāti forte ho-
die audiēdo ↄ nō faciēdo rapti sunt fluuio
celebritatis hui⁹? Audiēdo eñ ↄ non faciē
do: venit fluuius ipsa celebritas annuer-
saria: impleꝰ torrēs transitur⁹ est ↄ ficca-
turus: sed ve illi quem tulerit. Illud vero

Universidad de Biblioteca

nouerit charitas vestra: qz nisi quis ꝛ audiat ꝛ faciat nō edificat supra petrā: ꝛ nō ptinet ad nomen tā magnū qō sic cōmendauit dñs. Intentū em̄ te fecit. Naz si hoc ante petrus vocaret: non ita videres mysteriū petri ꝛ putares casu eū sic vocari nō ꝓuidentia dei. Ideo voluit eū aliud prius vocari: vt ex ipa cōmutatione nois sacramenti vinacitas cōmendaret. [Et in crastinū voluit] dñs iesus exire in galileā: et inuenit philippū. ꝛ Dicit ei. Sequere me. Erat aūt de ciuitate andree ꝛ petri. Et inuenit philippus [nathanahelem] iam vocatus a dño. [Et dixit ei. Onē scriptū moyses ꝛ ꝓphete. Inuenimus filium ioseph]. Quis fil⁹ dicebat: cui desponsata erat mater ei? Nā qō ea intacta cōcept⁹ ꝛ natus sit bene nouerūt oēs christiani ex euāgelio Hoc philipp⁹ dixit nathanaheli: addidit ꝛ locum. [A nazareth pōt aliquid boni eē Quid intelligitur fratres: nō quomō aliq pronūciant. Nam et sic solet pronunciari. A nazareth potest aliquid boni esse. Secūtur enim vox philippi ꝛ [et dixit. Veni et vide]. Ambas enim pronunciationes potest ista vox sequi: sine sic pronuncies tanq̄ confirmans a nazareth potest aliquid boni esse. Et ille: veni ꝛ vide: siue sic dubitans: ꝛ totū interrogās. A nazareth potest aliquid boni esse. Veni ꝛ vide. Sine illo modo: sine isto pronuncietur: nō repugnāt verba sēntia. Nostrū est querere: q̄d pot⁹ intelligam⁹ in his verbis. Qualis fuerit nathanael iste in sequētib⁹ ꝓbam⁹. Audite qualis fuerit. Dñs ipe ꝓhibet testimoniuz Magn⁹ dñs cognitus est testimonio iohānis. Beat⁹ nathanael cognit⁹ testimonio veritatis. Quia dominus et ſl testimonio iohannis non commendaretur: ipse sibi ꝓhibuit testimonium: quia sufficit sibi ad testimonium veritas. Sed quia veritatem non poterant capere hominēs p lucernaz querebant veritatem. Et ideo iohānes pq̄ dñs oñderet missus est. Audi dñm nathanaheli testimoniuz ꝓhibentē. Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse? dicit ei philippus. Veni et vide.

F ꝛ Et vidit iesus nathanahelem ꝛ venientē ad se et dicit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus non est]. Magnum testimoniū hoc nec andree dictum: nec petro dictuz: nec philippo: quod dictum est de nathanahele: ecce vere israelita in quo dolus non est. Quid ergo facim⁹ fratres: deberet iste primus esse in apostolis. Non solum primus non inuenitur in apostolis: sed nec medius nec vltimus inter duodecim nathanael: cui testimonium perꝛibuit filius dei dicens. Ecce vere israelita in quo dolus⁹ non est. Queritur causa ēptum dñs intimat ꝓbabiliter inuenim⁹. Intelligere et debemus nathanahelem eruditum ꝛ peritum legis fuisse. Propterea voluit illū dñs inter discipulos ponere: qz idiotas elegit: vnde confunderet mundū. Audi aplm dicētem ita. Videte (inquit) vocationē vram fratres: qz non multi sapientes ſm carnē non multi potentes: nō multi nobiles: sed infirma mundi elegit deus: vt confundat fortia ignobilia mundi: et contemptibilia elegit deus: ꝛ ea que nō sunt tanq̄ ea que sunt: vtq̄ que sunt euacuentur. Si doctus eligeret fortasse ideo se diceret electum: qz doctrina meruit eligi. Dñs nr̄ iesus christ⁹ volens superborum frangere ceruices: nō quesiuit per oratorē piscatorē: sed de piscatore lucrat⁹ est imperatorem. Magnus erat pianus orator: sed prius petrus piscator per quē postea crederet: non solum orator: sed ꝛ iperator. Nullus nobilis primo electus est: nullus doct⁹: qz infirma mūdi elegit deus vt confunderet fortia. Erat autez iste magnus et sine dolo: hoc solo nō erat ne cuiq̄ videret dñs doctos elegisse. Et ex ipa doctrina legis veniebat qō cū audisset a nazareth: scrutatus em̄ erat scripturas et sciebat quia inde erat expectandus salnator: quod non facile alq̄ scribe et pharisei nouerant. Iste ergo doctissim⁹ legis cū audisset philippū dicētem: inuenim⁹ quem scripsit moyses in lege ꝛ prophete a nazareth filiū ioseph. Ille qui optime scripturas nouerat audito noie a nazareth: erect⁹ est in spez ꝛ dixit. A nazareth potest aliq̄d boni esse. Jā cetera de ipo videam⁹. Ecce vere israelita in quo dol⁹ nō est. Quid est in quo dol⁹ nō est? Forte nō habebat pctm̄ forte non erat eger? forte illi medicus non erat necessarius? Absit. Nemo sic natus est vt illo medico non egeret. Quid sibi ergo vult: in quo dolus non est? Aliquanto intentius queramus apparebit modo in nomine domini. Dolū dicit dñs: et omnis qui verba latina intelligit scit quia dolus est cum aliud agit ꝛ aliud fingit. Intēdat charitas vestra nō dol⁹ dolor est. Propterea dico qz multi fratres imperitiores latinitatis loquūtur: sic vt dicant dolus illū torquet ꝓ eo quod est dolor. Dolus fraus est: simulatio est. Quando aliquis aliquid in corde tegit: et aliud loquitur: dolus est et tanq̄ duo corda habet. Unum quasi sinum cordis habet vbi videt veritatem: et alterum sinum vbi concipit mendaciuz. Et vt noueritis hunc esse dolū: dictum est in psalmis: labia dolosa. Quid est labia do

losa? Sequit. In corde ꝛ corde locuti sunt mala. Quid est in corde ꝛ corde: nisi dupliciz corde? Si ergo dolus in isto non erat: sanabilem illū medicus iudicauit non sanū. Aliud est em̄ san⁹: aliud sanabilis aliud insanabilis. Qui egrotat in ſpe sanabilis dicitur: qui egrotat cū desperatione insanabilis: q̄ autem iam sanus est nō eget medico. Medicus ergo qz venerat sanare: vidit istum sanabilē: qz dol⁹ in illo nō erat. Quo modo dolus in illo non erat? Si peccator est fatetur se peccatorem. Si em̄ peccator est ꝛ iustū se dicit: dolus est in ore ipsius ergo in nathanaele confessionē peccati laudauit: non iudicauit non esse peccatorem. Propterea cum pharisei qui sibi videbantur iusti/reprehenderēt dñm qz miscebatur egrotis medicus ꝛ dicerēt. Ecce cū quib⁹ māducat/cū publicanis et peccatorib⁹: respondit medicus freneticis. Nō est opus sanis medicus sed male habentib⁹: nō venire vocare iustos sed peccatores. Hoc est dicere. Quia vos iustos dicitis cum sitis peccatores: sanos vos indicatis cū languentis: medicinam repellitis: nō sanitatem tenetis. Unde ille phariseus qui vocauerat dñm ad prādiū: sanus sibi videbat. Egrota aūt illa mulier irrupit in domū in qua non erat inuitata: ꝛ desiderio salutis facta impudens accessit: nō ad caput dñi: nō ad man⁹ sed ad pedes. Lauit eos lachrymis tersit capillis suis oscultata est eos: vnxit vnguento: pacē fecit cū vestigijs dñi peccatrix. Reprehendit ille tanq̄ sanus medicuz ille phariseus qui illic discūbebat: et ait apud se. Hic si esset ꝓpheta: sciret que mulier eius pedes tetigisset. Jdeo autem suspicabatur euz ignorasse/quia nō illā repulit: quasi ne immūdis manib⁹ tangeret Nouerat aūt ille: permisit se tangi vt tactus ipse sanaret. Dñs videns cor pharisei: proposuit similitudinem. Duo debitores erant cuidam feneratori: vn⁹ ei debebat quinquagint̄a denarios alter quingēt̄os. Cū nō haberēt vnde redderent donauit ambob⁹. Quis eū plus dilexit. Et ille. Credo domine: cui pl⁹ donauit. Et conuersus ad mulierem: dixit symoni. Uides istā mulierē? Intraui in domū tuā: aquam pedibus meis non dedisti: illa autem lachrymis lauit pedes meos et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: illa autem non destitit pedes meos oscolari. Oleum mihi non dedisti. illa autem vnxit pedes meos vnguento. Propterea dico tibi. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem modicum dimittit modicuz diligit. Hoc est dicere. plus egro

tas: sed sanū te putas. Modicum putasti bi dimitti: cum plus debitor sis. Bene ista: qz dolus in illa non erat/meruit medicinā Quid est dol⁹ in illa non erat? Confitebat peccata. Hoc laudat in nathanaele qō dolus in illo nō erat: qz multi pharisei q abū dabāt peccatis/iustos se dicebāt: ꝛ dolū afferebant ꝓ quē sanari nō poterant. Uidit ergo iā instū in quo dolus nō erat: ꝛ ait. Ecce vere israelita: in quo dolus nō est. [Dicit ei nathanael. Unde me nosti? ꝛ Respōdit ei iesus et dixit. Priusq̄ te philipp⁹ vocaret cū esses sub ficu vidi te]. i. sub arbore fici. [ꝛ Rndit ei et ait nathanael. Rabbi tu es filius dei: tu es rex israel]. Aliq̄d magnum potuit nathanael iste intellegere: in eo quod dictum est: cum esses sub fici arbore vidi te: priusq̄ te philippus vocaret. Nam talē vocem pertulit: tu es filius dei: tu es rex israel: qualē tanto post petr⁹ qō ei dñs ait. Beat⁹ es symon bariona/qz non tibi reuelauit caro et sanguis: sed pater meus qui est in celo. Et ibi nominauit petrā ꝛ laudauit firmamentum ecclesie in ista fide. Hic iā dicit tu es fil⁹ dei: tu es rex israel. Unde? Quia dictum est ei: anteq̄ te philippus vocaret cum esses sub ficu vidi te. Querendū est an aliq̄d significet ista arbor fici. Audite enim fratres mei. Inuenimus arborem fici maledictam quia folia habuit et fructum non habuit: in origine humani generis adā ꝛ eua cuz peccassent de folijs ficulneis succinctoria sibi fecer̄t. Folia ergo ficulnee intelligunt petā. Erat autē nathanael sub arbore fici: tanq̄ sub vmbra mortis. Uidit eum dñs/de quo dictum est. Qui sedebāt in vmbra mortis lumen ortum est eis. Quid ergo dictuz est nathanaeli/Dicis mihi. O nathanael vnde me nosti? Modo iam loqueris mecum: quia vocauit te philippus. Jam quem vocauit per apostolum: ad ecclesiam suam vidit ptinere. O tu ecclesia: o tu israel: in quo dolus non est. Si es ppls in quo dolus nō est/modo iam cognouisti xp̄m per apostolos: quomodo nathanael cognouit christum per philippuz. Sed misericordia sua ante te vidit q̄ tu eum cognosceres: cū sub peccato iaceres? Nunquid enim nos pri⁹ quesiuimus christum: ꝛ non ille nos quesiuit? Nunquid nos venimus egroti ad medicuz: ꝛ non medicus ad egrotos? Nonne ouis illa perierat: et relictis nonaginta et nouem pastor quesiuit illā et sic venit: quādo letus in humeris reportauit? Nōne perierat drachma illa ꝛ accēdit mulier lucernam: ꝛ quesiuit in tota domo sua donec inuenit? Et cum inuenisset: collectamini mihi

.coz.

Mat. ix.

Luc. vij.

Esa. ix.

Luc. xv.

†alia litera non hz. dñs. iesus.

†al's. et dicit ei iesus.

†al's lit. hz natha nahel.

†alia litera habet ei.

†al' litera habet dicit ei philipp⁹

†alia litera non hz. Et.

†alia litera hz natha nael.

†alia litera habet rñdit iesus et dixit ei.

†alia litera habet rñdit ei natha nahel et ait. mat. xvi

ait vicinis suis: qm̄ inueni drachmā quaz perdideraz. Sic z nos sicut oues perieramus z sicut drachma pieram⁹. Et sic pastor inuenit ouē: sed quesiuit ouez. Mulier inuenit dragmā: sed quesiuit dragmā. Que est mulier? Caro xpi. Que est lucerna? Parauī lucernaz xpo meo. Ergo quesiti sum⁹ vt inueniremur: inuēti loquimur. Nō superbiam⁹ qz anteq̄z inueniremur perieram⁹ si nō quereremur. Nō ergo nobis dicant ḡs amamus z volum⁹ lucrari paci ecclesie catholice. Quid nos vultis? Quid nos quertis si peccatores sum⁹? Ideo vos querimus: ne pereatis. Querimus: qz quesiti sumus. Inuenire vos volumus: qz inuēti sumus. Itaq; nathanael cum diuisset: vnde me nosti? ait dñs. Priusq̄z te vocaret philipp⁹: cū esses sub ficu vidi te. O tu israelita sine dolo quisq̄s es/o populе viuens ex fide: anteq̄z te per apl̄os meos vocarē aut cū esses sub vmbra mortis z tu non videres ego te vidi. [† Dñs deinde dicit ei. Qz dixi tibi vidi te sub arbore† fici credis: maius his videbis]. Quid hoc maius his? [Et dixit eis. Amē amen dico vobis. Videbitis † celos aptos z angelos † ascēdentes z descēdentes supra filiū hois]. Fratres nescio q̄d maius dixit: q̄z est cuz esses sub arbore fici vidi te. Plus cū est qđ nos dñs vocatos iustificauit: q̄z qđ vidit iacentes sub vmbra mortis. Quid pderat si ibi remāsissemus vbi nos vidit? Nūquid nō iaceremus? Quid est hoc maius? Qñ vidimus angelos ascēdentes z descēdētes super filium hois. Tamē aliq̄n de his ascendētibus z descēdentib⁹ angelis dixeram. Sed ne obliti fueritis breuiter dico: tanq̄z cōmemoraz. Pluribus eī dicerem si non cōmemorarē: sed mō insinuarem. Scalas vidit iacob per somniū z in ipis scalis vidit angelos ascēdentes z descēdētes: z lapidem quē sibi posuerat ad caput: vnxit. Audistis qz messyas xpus est: audistis qz vnct⁹ xp̄s est. Non cū sic posuit ad caput vnctū vt veniret z adoraret. Alioq̄n idolatria esset significatio xpi. Facta est ergo significatio quousq̄z oportuit fieri significationē: z significatus est xp̄s lapis vnctus: sed nō in idolo. Lapis vnct⁹: lapis quare. Ecce pono in syon lapidē electū ꝓciosum: z qui crediderit in illum non cōfundetur. Quare vnctus? Quia xpus a chrismate. Quid aūt vidit tūc in scalis? Ascēdentes z descēdentes angelos. Sic est z ecclesia. Angeli dei/boni p̄dicatores predicantes xp̄m: hoc est super filiū hois ascēdūt z descendūt. Quo ascēdunt: quo descēdūt? Ex vno habemus exemplū. Audi aplm paulum. Qđ in ipso invenerimus: hoc de ceteris veritatis p̄dicatorib⁹ credamus. Audi paulū ascendentē. Scio hoiez in xpo ante annos quattuordecim raptuz fuisse vsq̄z ad tertiū celū/siue in corpore/siue extra corp⁹ nescio deus scit: z audiuit ineffabilia verba/que nō licet hoi loqui. Ascendentē audistis: descendentē audite. Non potui loqui vobis quasi spūalib⁹: sed quasi carnalibus. Quasi parvulis i xpo lac vobis potum dedi nō escā. Ecce descēdit qui ascenderat. Quere quo ascēderat? Usq̄z ad tertium celū: Quere quo descēderit? Usq̄z ad lac parvulis dādū: Audi qz descēdit. Factus sum parvulis (inq̄t) in medio fratrū suā/vt possint de lingua diserta fieri blandimēta pueriliaz: qz si sic dicant: non audit infans: sed nec p̄ficit infans. Et diserti⁹ aliquis pater si sit tāmodo orator vt lingua illius fora cōcrepent/z tribunalia cōcutiāt: si habeat parvulū filium cum ad domū redierit: seponit forēsem eloquentiam quo ascēderat: z in lingua pueili descendit ad parvulū. Audi vno loco ipsum apostolū ascendētem z descendentē in vna sententia. Sive enim mēte excessimus deo: sive temperātes sumus vobis. Quid est mēte excessimus deo? vt illa videamus que nō licet homini loqui. Quid est temperantes sum⁹ vobis? Nūquid iudicauī me aliquid scire inter vos nisi iesuz xp̄m: z hunc crucifixū: Si ipse dñs ascēdit z descēdit: manifestū est qz z predicatores ipsi⁹ ascendunt imitatiōe: descendūt predicatiōe. Et si aliquāto vos diutius tenuimus: consuluimus vt fiat vt oportune hoze trāsiret. Arbitramur iaz illos peregisse vanitatē suā. Nos aūt fratres qm̄ pasti sumus epulis salutaribus/que restāt agamus: vt diem dominicū solēniter implcam⁹ in gaudijs spiritalibus: z cōparemus gaudia veritatis cū gaudijs vanitatis. Et si horremus/doleamus: si dolcamus/otemus: si otam⁹ exaudimur: si exaudimur/z illos lucramur.

Tractatus. viij.

¶ Et die tertia nuptie facte sunt in chana galilee: z mater iesu ibi: vocatus est aūt z iesus z discipuli eius ad nuptias z defic entе vino: dicit mater iesu ad eum. vinū non habent: et dicit ei iesus quid mihi z tibi est mulier? nondum venit hora mea.



quod dixerim ego nō suz christus: sed quia missus sum ante illū. Qui habet sponsam sponsus est. Amicus aūt sponsi q̄ stat ꝛ audit eū: gaudio gaudet ꝓptervocē sponsi. Nō sibi gaudiū fecit de se. Qui em̄ vult gaudere de se tristis erit: qui aūt de deo vult gaudere / semp gaudebit: qz de⁹ sempitern⁹ est Vis habere gaudiū sempiternum. Adhere illi q̄ sempiternus est. Talem se dixit iohannes: ꝓpter vocem sponsi gaudet amicus sponsi ait non ꝓpter vocē suā sed stat et audit eū. Si ergo cadit: nō audiet eū. De illo em̄ quodā q̄ cecidit dictum est: ꝙ in veritate nō stetit: diabolo dictum est: ꝙ stare debet amic⁹ sponsi ꝛ audire. Quid ē stare: / permanere in grā ei⁹ quā accepit: ꝛ audit vocem ad quam gaudet. Sic erat iohannes: nouerat vnde gaudebat. Nō sibi arrogabat: qō ipse non erat. Sciebat illuminatuz esse. nō illuminatorē Erat aūt lumē verum (ait euāgelista) qō illuminat omnē Wa.xi. hominem venientem in hunc mūdū. Si ḡ omnē: ꝛ ipm iohānē: qz ꝛ ipse de hoib⁹. Et enim ex hīs nemo exurrexit maior in natis mulierū: vn⁹ tn̄ ꝛ ipse ex his qui nati sunt ex mulieribus: mundo cōparandus est ei q̄ quia voluit natus est: ꝛ Et ideo nouo partu qz nouus natus. Ambe em̄ generationes domini inuisitate sunt: et diuina et humana. Diuina non habet matrem: humana non habet patrē. Ergo vnus de ceteris iohannes: sed tamē maioris gratie ita vt in natis mulierū nemo exurrexit maior illo Tantā testificationez tribuit domino nr̄o iesu christo: vt illū dicat sponsuz: se amicuz sponsi: non dignū tamen soluere corrigiaz calciamenti ipsius. Hinc audivit iā multa charitas vestra: quod sequitur videamus Aliquātū em̄ spissum est ad intelligendū Sed quomodo dicit iohannes qz non pōt hō accipe q̄cq̄ / nisi datū illi fuerit de celo: q̄cq̄ nō intellexerim⁹ rogem⁹ eū q̄ dat de celo quia homines sum⁹ et non possumus accipere quicq̄ nisi ille dederit qui homo non est. Hoc ergo sequitur. Et dicit iohannes. [Hoc ergo gaudium meum impletuz est]. Quod est gaudium ipsius: ꝛ vt gaudeat ad vocem sponsi. Impletum est in me habeo gratiam meam: plus non mihi assumo: me et quod accepi amittam. Quod est gaudium: ꝛ Gaudio gaudet ꝓptervocem sponsi. Intelligat ergo homo non se gaudere debere de sapientia sua: sed de sapientia quam accepit a deo. Nihil plus queratur et non amittat quod inuenit. Multi enim ideo facti sunt insipientes: quia dixerunt se esse sapientes. Arguit illos apostolus: et dicit de ipsis. Quia quod notum est dei ait: manifestum est illis. Deus enim illis manifestauit. De quibus ingratis impijs audite quid dicat. Deus em̄ illis manifestauit. Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoq; virtus eius ac diuinitas: vt sint inexcusabiles. Quare inexcusabiles: / quia cognoscentes deum: non dixi quia non cognouerunt: sed quia cognoscentes deum non sicut deū glorificaverunt aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscurata est insipiens cor eorum. Dicentes em̄ Rom. i. se esse sapientes stulti facti sunt'. Si enim deum cognouerunt: sicut cognouerant qz non eos fecerat sapientes nisi deus. Non ergo sibi tribuerant: quod a se non habebant: sed ei a quo acceperāt. Nō aūt agendo gratias insipiētes facti sunt. Ergo de⁹ qō dederat gratis tulit ingratis. Noluit esse hoc iohannes: grat⁹ esse voluit. Confessus ē accepisse se: ꝛ gaudere se dixit ꝓpter vocē sponsi: ꝛ ait. Hoc ḡ gaudiū meū impletum est. [Illū opz crescere me aūt minui.] Quid ē hoc: / Illū opz exaltari: me aūt hūiliari. Quō crescit iesus: / Quō crescit deus. ꝓfectus nō crescit. De⁹ aūt nec crescit nec minuit. Si em̄ crescit ꝓfect⁹ de⁹ nō est. B Si minuit: de⁹ nō ē. Jesus aūt quō crescit Si ad etatem: qz dignat⁹ est esse hō ꝛ fuit puer. Et cum sit verbū dei: infans in ꝑsepe iacuit: ꝛ cum ipse matrem suā condiderit: lac infantie de matre suxit. Quia creuit ego iesus etate carnis: ideo forte dictū est. Illum autem oportet crescere: me aūt minui. Sed quare: / Et hoc iohannes. Johānes et iesus qō ad carnē pertinet / coeui erant. Sex menses inter se habebant ꝛ paruit creuerāt: ꝛ si diutius ante mortē dns nr̄ iesus xp̄s qō ad carnē vellet hic esse et ipsum iohānē hic secum esse: quomō pariter creuerant ita pariter senescere poterāt Quare aūt illū oportet crescere me aūt minui: ꝓprimo qz iam ꝛ dns triginta annorū erat. Nūq̄d inuenis si iā triginta annorū sit adhuc crescit: / Jam ab ipsa etate vergere incipiunt hoies ꝛ declinare ad grauiorem etatem et inde ad senectutē. Sed et si pueri essent ambo: non diceret: illum oportet crescere me aūt minui. Sed diceret: simul nos oportet crescere. Nunc aūt triginta annorum ille: triginta ꝛ ille. Sex menses qui intererant: nullā distinguūt etatez Magis illō inuenit lectio ꝙ aspectio. Quid ergo est: illum oportet crescere me autem minui. Magnum hoc sacramentum: intelligat charitas vestra. Anteq̄ veniret dominus iesus: homines gloriabāt de se. Ue

nūt ille homo vt minueretur hois gloria: ꝛ augeretur gloria dei. Et cū venit ille sine peccato: ꝛ inuenit oēs cum peccato. Si sic venit ille vt diminueret peccata: deus largiatur: hō confiteaꝫ. Et enim cōfessio hominis: humilitas hois: miseratio dei: altitudo dei. Si ergo venit ille dimittere homini peccata sua: agnoscat homo humiliarē suam: ꝛ deus faciet mīficoꝫ: diā suaz. Illū oportet crescere me autez minui: hoc est: illū oportet darc: me autē accipe. Illuz glorificari: me aūt confiteri. Intelligat hō gradum suū ꝛ confiteaꝫ deo: ꝛ audiat apostolū dicētem homini superbiēti ꝛ elato ꝛ extollere se volēti. Quid aūt habes qō nō accepisti: Si aūt accepisti: quid gloriaris quasi nō acceperis: Intelligat ergo hō qz accepit qui volebat suū dicere qō nō esset eius/ꝛ minuaꝫ. Bonū est enim illi vt deus in illo glorificeꝫ/ipse in se minuatur: vt in deo augeaꝫ. Hec testimonia ꝛ hanc veritatez etiā passionibꝰ suis significauerūt xps ꝛ iohānes. Nam iohānes capite minuiꝫ: christus in cruce exaltatꝰ est: vt ꝛ ibi appareret quid est: illū oportet crescere me aūt minui. Hoc est: illū oportet exaltari: me autem humiliari. Deinde natus est xps cuz iam inciperēt crescere dies: natꝰ est iohannes quādo ceperunt minui dies. Attestata est ipsa creatura ꝛ ipse passiones: ꝛ vbis iohānis dicentis. Illū oportet crescere me aūt minui. Crescat ergo i nobis gloria dei ꝛ minuaꝫ gloria nostra: vt in deo crescat ꝛ nostra. Hoc enīz dicit apostolus. hoc dicit scriptura sancta. Qui gloriaꝫ in dño glorieꝫ. Jn te vis gloriari: crescerevis. Sz malo tuo male crescis. Qui ergo male crescit: iuste minuiꝫ. Crescat ergo deus qui semp perfectꝰ est crescat in te. Quāto cīn magis intelligis deum: ꝛ ẽ tomagis capis: videt in te crescere deus. Jn se aūt nō crescit sed semp perfectus est. Intelligebas cīn heri modicū: intelligis hodie amplius: intelliges cras multo amplius. Lumē ipsuz dei crescit in te: ita velut deus crescit qui semper pfectus manet. Quēadmodū si curarent alicuius oculi ex pītina cecitate: ꝛ iciat videre paululū lucis: ꝛ alia die plus videret: ꝛ tertia die amplīꝰ: videretur illi lux crescere: lux tn perfecta est sine ipse videat sine non videat. Sic est interior hō. proficit quidē in deo: ꝛ deus in illo videꝫ crescere. Ipse aūt minuitur vt a gloria sua decidat ꝛ in gloriā dei surgat. Et distincte iam ꝛ manifeste apparet qūo audiuimus. [Qui desursum venit sup omnes est]. Vide quid dicat de christo: quia de se. [Qui est de terra/terra est: ꝛ de terra loquitur]. Qui desursum venit supra oēs est: xps est. Qui aūt est de terra: terra est ꝛ de terra loquitur iohānes est. Et hoc est totū: iohannes de terra est: ꝛ de terra loquiꝫ. Totum testimoniū quod pbibet de christo: de terra loquiꝫ. Non voces dei audiūtur a iohāne: vbi testimoniū perhibet xpō. Quomodo ergo de terra loꝗtur: Sed de homine dicebat/ẽ tum ad ipsum hominē pertinet: de terra est ꝛ de terra loquiꝫ. Si enim aliqua loquiꝫ diuina: illuminatꝰ est a deo. Nam nō esset illuminatus: terra terraz loqueretur. Ergo secrsum est gratia dei: secrsum est natura hois. Modo naturam hois interroga. Nascitur: crescit: vitata ista homo dicit. Quid nouit: nisi terram: De terra humana loquiꝫ: humana nouit: humana sapit. Carnālis carnalē estimat: carnaliter suspicaꝫ. Ecce est totus homo. Ueniat gra dei: illuminet tenebras illius sicut dicit. Tu illuminabis lucernā meaz dñe deus meus illumina tenebras meas. Assumat mentē humanā: conuertatur ad lucez suam: qz incipit iam dicere qō dicit apls. Non ego aūt sed gratia dei mecū et viuo aūt iam nō ego: viuit vero in me xps. Hoc est/illū oportet crescere/me autez minui. Ego iohannes qō ad iohannē ptinet: de terra est ꝛ de terra loquiꝫ. Siqd diuinū audisti a iohāne: illuminātis est: non recipientis. [Qui de celo venit † supra omnes est: ꝛ qō vidit ꝛ audiuit hoc † testificatur: ꝛ testimoniū eius nemo † accepit]. De celo venit supra oēs est dñs noster iesus christus: de quo superiꝰ dictū est. Nemo ascendit in celū: nisi qui de celo descēdit: filiꝰ hominis qui est in celo. Est super oēs: ꝛ qō vidit ꝛ qō audiuit hoc loquiꝫ. Habet enim ꝛ patrē ipse filius dei: habet ꝛ patrē ꝛ audiuit a patre. Et qō audiunt a patre qd est: Quis hoc explicat: quādo lingua mea qñ cor meū sufficere potest: vel cor ad intelligendū vel lingua ad proferendū: Quid est qz filius audiuit a patre: Forte filius verbum patris audiuit: imo filius verbū patris est. Videtis hic quēadmodum fatigetur omnis conatus humanꝰ. Uidetis hic quēadmodum deficiat ois comectura pectoris nostri: ꝛ omnis intētio mentis caligātis. Audio dicentē scripturaz: qz filius hoc loquiꝫ quod audiuit a patre. Et rursum audio dicētem scripturam: qz ipse filius verbū patris est. Jn pncipio erat verbum: ꝛ verbū erat apud deū: ꝛ deꝰ erat verbum. Nos loquimur verba volātia ꝛ trā scūtia. Vox vt sonuerit ex ore tuo verbum tuū: tranlit: peragit ꝛ crepitum suū ꝛ trāsit in silentiū. Nūquid potes sequi sonū tuū: ꝛ tenere vt stet: Cogitatio tn tua permanet ꝛ de ipsa cogitatiōe permanente dicis multa verba transcūtia. Quid dicim⁹ fratres mei: deus cū loqueret adhibuit vocē adhibuit sonos: adhibuit syllabas: Si adhibuit ista: qua lingua locutꝰ est: Hebrea an greca an latina: Jbi necessarie lingue: vbi distinctio gētiū. Jbi autē nemo potest dicere: illa lingua vel illa lingua locutum esse deū. Cor tuū attende quādo concipis verbū qō dicas. Dicam cīn si potuero qō in nobis attēdamus: nonvnde illud cōpte hēdamus. Quādo ergo cōcipis verbū qō proferas: rē vis dicere: ꝛ ipsa rei conceptio in corde tuo iam verbū est. Nōdū processit sed iā natū est in corde: ꝛ manet vt pcedat. Attendis aūt ad quez pcedat: ꝛ cum quo loquaris. Si latinus est: vocē latinaz queris. Si grecus est attēdis: verba greca meditaris. Si punicus est: attēdis si nosti linguā punicā. Pro diuersitate ergo auditorū diuersas linguas adhibes vt pferas verbū illud: verbum conceptū. Illud aūt quod corde cōceperas: nulla lingua tenebaꝫ. Cum ergo deus loquēs: linguam nō quereret: ꝛ genus locutionis non assumeret: qūo auditus est a filio: cū ipsuz filiū sit locutus deus: Quo enim tu verbuz qō loqueris in corde habes ꝛ apud te est: ꝛ ipsa conceptio spiritalis est: nā sicut alia tua spūs est ita ꝛ verbū quod cōcepisti spiritꝰ est: nōduz cīn accepit sonū vt per syllabas diuidatur: sed manet in cōceptiōe cordis ꝛ in speculo mēris sic deus edidit verbuz: hoc est genuit filiū. Et tu quidez ex tēpore gignis verbū etiā in corde. Deus sine tpe genuit filiū per quez creauit oia tempora. Cum ergo verbū dei filius sit: filius autez locutus est nobis non verbū suū: sed verbum patris: se nobis loqui volunt qui verbum patris loquebaꝫ. Hoc ergo quomodo decuit ꝛ oportuit: dixit iohānes. Quomodo potuimus nr̄ expositum⁹. Cui ad cor nondū peruenit dignus de tanta re intellectus: habet quo se querat: habet quo se pulset: habet a quo querat: habz a quo petat: habet a quo accipiat. Qui de celo venit supra oēs est: ꝛ qō vidit ꝛ audiuit hoc testatur: ꝛ testimoniū eius nemo accepit. Si nemo: vt quid venit: Quorūdam ergo iste nemo est: quidā populus preparatus ad iram dei dānandus cum diabolo: hoz nemo accepit testimoniū christi. Nā si omnino nemo: nullus homo. Quid est quod sequtur: [Qui autez accepit testimonium eius signauit qz deus verax est]: Certe ergo nemo sicut tuipse dicis: qui accipit testimoniū eius: signauit: qz deus verax est. Respondet fortasse iohānes interrogatus ꝛ diceret. Noui quid dixerim/ nemo. Est enim quidā populus natus ad iram dei: ꝛ ad hoc pnecognitus. Qui sint enim credituri ꝛ qui nō sint crediturī: nouit deus. Qui sunt persueraturi in eo quod crediderunt: ꝛ qui sunt lapsuri nouit deus: ꝛ numerati sunt a deo: omnes futuri in vitam eternā: ꝛ nouit iam illuz populū distinctū. Et si ipse nouit ꝛ prophetas dedit nosse p spiritum suū: dedit ꝛ iohāni. Attendebat ergo iohānes: non oculo suo. Nam quantum ad ipsuz pertinet: terra est ꝛ de terra loquitur: sed in eo spūs gratia quam accepit a deo: vidit quēdam populuz impium infidelem: attendens illum in infidelitate sua ait. Testimoniū eius qui venit de celo nemo accepit. Quorum nemo? Eorum qui ad sinistrā futuri sunt. Eoū quibus dicetur. Jte in ignem eternū qui preparatus est diabolo ꝛ angelis eius. Qui ergo accipiunt: Illi qui ad dexteram futuri sunt: illi quibus dicetur. Uenite benedicti patris mei: percipite regnū quod vobis paratuz est ab origine mundi. Attēdit ergo in spiritu diuinionē: in genere autē humano cōmixtionem. Et quod nōdum locis separatum est: separauit itellectu/separauit cordis aspectu: ꝛ vidit duos populos: fideliū ꝛ infideliū. Attendite infideles et ait. Qui de celo venit: super omnes est: ꝛ quod vidit ꝛ audiuit hoc testatur. Et testimoniuz eius nemo accepit. Deinde tulit se a sinistra: et asperit ad dexteram: ꝛ secutus ait. Qui accepit testimoniuz eius signauit: qz deus verax est. Quid est signauit qz deus verax est: Nisi homo mendax est: ꝛ deus verax est. Quia nemo hominum potest dicere quod veritatis est: nisi illuminetur ab eo qui mentiri nō potest. Deus autem verax: christus autē deus. Uis probare: Accipe testimoniū eius ꝛ inuenies. Qui enim accepit testimoniuz eius signauit qz deus verax est. Quis ipse: Qui de celo venit et super omnes est. Deus verax est. Sed si nōdum illum intelligis deum: nondum accepisti testimonium eius. Accipe ꝛ signa. Presumēter intelligis. Definienter agnoscis: quia deus verax est. [Quē enim misit deus: verba dei loquitur]. Ipse est deus verax. Et misit illum deus. Deus misit deum. Junge ambos: vnus deus. Deus verax missus a deo. De singulis interroga: deus ꝛ de ambobus interroga deus. Sunt nō singuli deus/ꝛ ambo dij: sed singuli quiqz deus ꝛ ambo deus. Tanta enī ibi est charitas spīritussancti: vt de singulis cū interrogatur: deus tibi respondeaꝫ.

1. Cor. 1.

† Alia lra habet sup.

† Alia lra hz testat.

† Alia lra accipit.

Matth. xxv.

De trinitate cum interrogaꝝ: deus tibi respondeatur. Si enim spūs hominis qñ inheret deo/ vnus spūs est: ꝙtomagis filius adherēs patri: simul cū illo deus est. Audite alterum testimoniū. Nostis ꝙ multi crediderunt quādo omnia que habebant ad pedes apostolorū vendita posuerunt: vt distribueret vnicuiq; sicut opus erat. Et de illa cōgregatione sanctoꝝ quid dicit scriptura: Erat illis aia vna: ꝛ cor vnū in deum. Si charitas de tot animabꝰ fecit animaz vnam: ꝛ de tot cordibus fecit cor vnum: quāta est charitas inter patrem et filium: Maior vtiq; potest esse ꝙ inter illos homines quibus erat cor vnū ꝛ anima vna. Si ergo multoꝝ fratrum cor vnū ꝓpter charitatem: vna ꝛ multoꝝ fi atruz anima ꝓpter charitatē: deus pater ꝛ deꝰ filius dicturus est/ qz duo sunt. Si duo dū sunt: nō est summa charitas. Si enim hic tanta charitas est vt animā tuam ꝛ aiam amici tui vnam animaz faciat: quomō ibi non est vnus deus pater ꝛ filius. Absit vt hoc sentiat fides non ficta. Prorsus ꝙ tuz excellat charitas illa: hinc itelligite. Multe aie sunt multorū hominū ꝛ si se diligūt: vna alia est. Sz possunt dici multe anime: possunt dici ꝛ in hominibus: qz nō est tanta coniūctio. Ibi autem vnū deum licet dicas: duos aut tres nō licet vt dicas. Hinc tibi cōmendatur supereminētia ꝛ summitas charitatis: tanta vt maior esse non possit. Quē enim misit deus verba dei loquitur. Hoc vtiq; de christo dicebat: vt se ab illo distingueret. Quid enim ipsuz iohānem nōne deus misit: An non ipse dixit: missus sum ante eū: ꝛ qui me misit baptizare in aqua: Et de illo dictū est. Ecce mitto angelū meum: qui preparabit viā tuam ante te. Nonne ꝛ ipse verba dei loquit: de quo etiam dictū est quod sit amplius quā ꝓpheta: Si ergo ꝛ ipsuz deus misit ꝛ verba dei loquitur: qūo ad distinctionem de christo: eū dixisse dicimus: quē enim misit deus verba dei loquit. Sed vide qđ adiūgat. [Non eñ ad mensurā dat deus spiritum]. Quid est hoc. Nō enim ad mēsuraz dat deus spūm: Inuenimus qz ad mensuram dat deus spiritū. Audi aplm dicētez: ephe.iiij fm mensurā donationis xpi. Hominibus ad mensurā dat: vnico filio non dat ad mēsuram. Quomō hoibus ad mensurā: Alij quidē datur per spūm sermo sapientie: alij sermo scientie/ fm eūdez spūm. Alij fides in eodem spū: alij ꝓphetia: alij discretio spiritū: alij genera linguaꝝ: alij donatio curationū. Nūquid oēs apostoli: Nunqđ omnes ꝓphete: Nunquid omnes doctores: Nunqđ oēs virtutes: Numqđ oēs dona habent sanitatū: Nūquid oēs linguis loquūtur: Nunquid oēs interpretantur: Aliud habet ille: aliud ille. Et qđ hz ille nō habet ille. Mēsura est: diuisio quedam donoꝝ est. Ergo hoibus ad mensurā dat: ꝛ concordia ibi vnū corpus facit. Quomō aliud accipit manus vt operet: aliud oculus vt videat: aliud auris vt audiat: aliud pes vt ambulet. anima tñ vna est que agit omnia: in manu vt operet: in pede vt ambulet: in aure vt audiat: i oculo vt videat. Sic ergo etiā diuersa dona fideliuz tanq; membra ad mensurā vnicuiq; propriam distribuūt. Sed xps qui dat: non ad mēsurā accepit. Audi enim adhuc quid sequit: qz de filio dixerat: non enim ad mensurā dat deus spiritū. [Pater diligit filiuz: ꝛ omnia dedit in manu eius]. Et adiecit/ oia dedit in manu eius: vt nosses et hic qua distinctione dictū sit/ pater diligit filiuz. Quare enim pater nō diligit iohānez: ꝛ tamē non omnia dedit in manu eius. Pater non diligit paulū. Et tamen nō oia dedit in manu eius. Pater diligit filiuz: sed qūo pater filium: non qūo dñs seruum. Qūonyncum: non qūo adoptatuz. Itaq; omnia dedit in manu eius. Quid est oia: Ut tantus sit filius ꝙtus est pater. Ad equalitatez eñ sibi genuit eū: cui rapina non esset in forma dei esse equalē deo. Pater diligit filium: et oia dedit in manu eius. Ergo cum ad nos pater dignatus est mittere filiū: non putemus aliquid minus missum ꝙ est pr̄. Pater mittens filiū se alterutruz misit. Nāq; putantes adhuc discipuli: qz pater aliqđ maius est ꝙ filius: videtes carnem ꝛ non intelligētes diuinitatem. Direruūt ei. Domine ostende nobis patrem: ꝛ sufficit nobis. Tanq; si dicerēt: iam nouimus te: benedicimus te qz nouimꝰ te. Gratias eñ tibi agimꝰ qz ostendisti te nobis: sed patrem nōdū nouimus. Propterea cor nr̄m ardet ꝛ satagit ꝛcupiscentia quadā: sancti videndi patris tui q̄ te misit. Ꝛpm nobis ostēde: ꝛ nihil amplius a te desiderabimꝰ. Sufficit eñ nobis cum ille fuerit demōstratus: quo maior esse nō potest. Bona ꝛcupiscentia: bonū desideriuz: sed paruꝰ intellectus. Attēdens eñ ipse dñs iesus/ paruus magna querētes/ ꝛ seipsum maguū inter paruos/ paruū inter paruos: ait philippo qui hoc dixerat vni ex discipulis. Tanto tpe vobiscū suz: ꝛ nō cognouistis me philippe. Posset hec philippus rñdere. Cognouimꝰ te. Sed nunqđ diximus tibi ostēde nobis te: Te cognouimus: sed patrē querimus. Subiecit statī. Qui me videt: videt ꝛ ꝓpz- Jo.xiiij.

Qui ergo equalis patri missus est: ne eum estimemus ex infirmitate carnis: sed cogitemꝰ maiestatē indutā carne: nō oppressam carne. Manēs eñ deus apud patrē: apud hoies factꝰ est hō: vt tu per illuz qui apud te factus est hō fieres talis qualis capit deū. Nō enim homo potest capere deum. Videre poterat homo hominē: capere deū non poterat. Unde nō poterat cape deuz: qz oculū cordis vnde caperet nō habebat. Erat autē aliquid intus sanctum: ꝛ aliqđ foris sanū. Corporis oculos habebat sanos: cordis habebat saucios. Factꝰ est ille homo ad corporis oculū: vt credēdo eum q̄ videri corporaliꝝ potuit: curreres ad euz ipm videndū quē spūaliter videre non poterat. Tanto tpe vobiscum sum: ꝛ non cognouistis me philippe: Qui me videt: videt ꝛ patrē. Quare illi non illū videbant: Ecce videbāt illū: ꝛ patrē non videbāt. Videbāt carnez: sed maiestas latebat. Quod videbāt discipuli qui amauerūt: viderunt ꝛ iudei qui crucifixerunt. Intus ergo erat totus ille: ꝛ sic intus in carne: vt apud patrē maneret. Nō enim deseruit patrē: quādo venit ad carnē. Carnalis cognitio non capit qđ dico. Differat intellectum: ꝛ incipiat a fide. Audiat qđ sequtur. [Qui credit in filiū: hz vitam eternā. Qui aūt incredulus est filio nō videbit vitā: sed ira dei manet super eū]. Nō dixit ira dei veniet ad eū: sed ira dei manet super eū. Oēs qui nascūtur mortales: habēt secuz irā dei. Quā iram dei. Quā excepit primꝰ homo adam. Si eñ peccauit primꝰ hō: ꝛ audiuit: morte morieris: factꝰ est mortalis ille ꝛ cepimus nasci mortales cū ira dei nati sumꝰ. Unde inde filius nō habēs peccatuz ꝛ indutꝰ est carne: indutꝰ mortalitate ꝛ si ille nobiscuz cōmunicauit iram dei: nos pigri sumꝰ cuz illo cōicare gratiā dei. Qui ergo non vult cōmunicare filiuz: ira dei manet sup eum.

Ephe.ij Que ira dei? De qua dicit aplꝰ. Fuimus enim ꝛ nos natura filij ire sicut et ceteri. Omnes ergo filij ire: qz de maledicto mortis veniētes. Crede in xpm factum ꝓpter te mortalē: vt illum capias imortalē. Quādo ergo ceperis eius imortalitatez nec tu eris mortalis. Uiuebat: moriebaris: mortuus est vt vivas. Attulit gratiam dei: ꝙ abstulit iram dei. Deus bibit mortem: ne mors biberet hominem.

Tractatus.xv.

Ca.iij. [Ut ergo cognouit iesus qz audierunt pharisei qz iesus plures discipulos facit ꝛ baptizat ꝙ iohānes. (ꝙꝙ tamen iesus non baptizaret sz discipuli eiꝰ:

nit hora & nūc est: quando veri adoratores adorabunt patrē in spiritu & veritate. Nā & pater tales querit qui adorēt eū. Spūs est deus: & eos qui adorant eū in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: scio quia messias venit qui dicitur christ⁹. Cū ergo venerit: ille nobis annunciabit oia. Dicit ei iesus ego sum qui loquor tecū. Et continuo venerūt discipuli eius: & mirabātur q̄ cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: quid queris: aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriā suā mulier & abiit in ciuitatē: & dicit illis hominibus: venite & videte hoiem qui dixit mihi omnia quecūq; feci. Nūquid ipse est christus: Exierūt de ciuitate & veniebāt ad eū. Interea rogabāt eū discipuli dicētes. Rabbi manduca. Ille autē dixit eis. Ego cibum habeo māducare quē vos nescitis. Dicebāt ergo discipuli adinuicē. Nūquid aliquis attulit ei māducare: Dicit eis iesus. Meus cib⁹ est vt faciam voluntatē eius qui me misit: vt perficiam opus ei⁹. Nōne vos dicitis q̄ adhuc quattuor mēses sunt & messis venit: Ecce dico vobis: leuate oculos vestros & videte regiones: q̄ albe sunt iā ad messem. Et qui metit mercedē accipit & congregat fructū in vitam eternā: vt & q̄ seminat simul gaudeat & qui metit. In hoc enī est verbū verum: q̄ alius est qui seminat & alius est qui metit. Ego misi vos metere q̄ vos nō laborastis. Alii laborauerūt: & vos in labores eorū introistis. Ex ciuitate aūt illa multi crediderūt in eū samaritanoꝝ ꝓpter verbū mulieris testimoniū phibētis q̄ dixit mihi oia q̄cūq; feci. Cū venissent ḡ ad eū samaritāi rogauerūt eū vt ibi maneret. Et māsit ibi duos dies & multo plures crediderūt ꝓpter sermonē ei⁹ & mulieri dicebāt: q̄ iā nō ꝓpter tuā loquelā credim⁹: ipsi enī audiuimus & scim⁹ q̄ hic est ꝙ saluator mundi.

A

Otum est nō rude est auribus charitatis vestre cuāgelistam iohannem velut aquilam volare altius caliginemq; terre transcēdere: & lucem veritatis firmioribus oculis intueri. Multa enim iam ex euangelio eius per ministeriū nostrum domino adiuuante tractata sunt. Ex ordine autem sequitur hec lectio que hodie recitata est. Ea que dicturus sum domine donāte sic audituri estis: vt magis recognoscatis q̄ discatis. Non ideo tamē pigra debet esse intentio: quia nō est cognitio: sed recognitio. Hoc lectum est & hanc lectionem tractandam suscepimus: gestamus in manibus quod dominus iesus ad puteum iacob: loquebatur cum samaritana muliere. Dicta enī ibi sunt magna mysteria: & magnarum similitudines rerum: pascentes animā esurientem: & reficientes languentem. [†Dominus autem hec cuꝫ audisset cognouisse phariseos q̄ plures discipulos faceret q̄ iohannes et plures baptizaret q̄ iesus non baptizaret sed discipuli eius: reliquit iudeam †terram & abiit iterum in galileā]. Hinc dicitur disputandum non est: ne imorantes in manifestis: angustias temporis patiamur ad obscura tractanda & aperienda. Utiq; dominus si sciret phariseos ita de se cognouisse quod plures discipulos faceret & quod plures baptizaret: vt hoc eis ad salutem valeret sequēdi eum vt et ipsi essent discipuli & ipsi vellent ab eo baptizari: magis non relinqueret iudeam terram: sed propter illos maneret ibi. Quia vero cognouit eoꝝ scientiā: simul cognouit & inuidētiam: quia non propterea didicerunt vt sequerētur: sed vt persequerentur: abūt inde. Poterat quidem ille & presens ab eis non teneri & nollet: non occidi si nollet: quia poterat & non nasci si nolet. Sed quia in omni re quā gessit vt homo: hominibus in se crediturīs prebebat exemplum quia vnusquisq; seruus dei nō peccat si cesserit in alium locum videns furorem persequētium se: aut querentiuꝫ in malum animā suam. Videretur autem ibi seruus dei peccare si faceret nisi in faciendo dominus precessisset. Fecit hoc ille magister bonus vt doceret: nō quod timeret. Fortassis etiaꝫ hoc moueat cur dictum sit: baptizabat ielus plures q̄ iohānes: & postea q̄ dictū est baptizabat: subiectum est: q̄q; iesus non baptizabat sed discipuli. Quid ergo: falsus dictū erat & correctum est cū additum est q̄q; iesus nō baptizabat sed discipuli eius: An vtrūq; verum est: quia iesus baptizabat & non baptizabat: Baptizabat enī quia ipse mundabat: non baptizabat q̄ non ipse tingebat. Ꝓcebebāt discipuli ministerium corporis prebebat ille adiutorium maiestatis. Quando enim cessaret a baptizando: quādo non cessat a mundādo: De quo dictum est ab eodem iohanne: per iohannis baptiste personā dicentis. Hic est qui baptizat. Ergo iesus adhuc baptizabat et quouisq; baptizādi sint q̄ baptizati sunt: iesus baptizat. Securus hō accedit ad inferiorem ministrū. Habet enim superiorez magistrū. Sed forte ait aliquis. Baptizabat quidē christus in spiritu non in corpore. Quasi vero alterius dono q̄q; illi⁹ quisq; etiam sacramēto corporalis & visibilis baptismatis imbuatur. Uis nosse quia ipse baptizat: non solum spiritu sed etiam aqua. Audi apostolum. Sicut christus inquit dilexit ecclesiam suam & seipsum tradidit pro ea mundans eam lauacro in verbo: vt exhiberet gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam: aut aliquid huiusmodi. Mundans eam. Unde: Lauacro aque in verbo. Quid est baptismum christi: Lauacrum aque in verbo: Tolle aquam: nō est baptismum. Tolle verbum: & non est baptismum. Jam enim his peractis: per que peruenit ad collocutionem cū illa muliere videamus. Que res stant plena mysterijs: & grauida sacramentis. [Oportebat autem inquit eum transire per †samariam. Uenit inquit in ciuitatem samarie que dicit sychar: iuxta predium quod dedit iacob filio suo ioseph. Erat† autem ibi fons iacob]. Puteꝰ erat. Sed omnis puteus fons: nō omnis fons puteus. Ubi ergo aqua de terra manat et vsui prebetur hauriētibus fons dicitur. Sed si in promptu et superficie sit: fons tm̄ dicitur. Si aūtem in alto & profundo sit: ita puteus vocatur vt fontis nomen non amittat. [Jesus †ergo fatigatus ex itinere sedebat: sic †super fontem. Hora erat quasi sexta]. Jam incipiunt mysteria. Non enim frustra fatigatur iesus: nō enim frustra fatigatur virtus dei. Non enim frustra fatigatur: per quem fatigati recreantur. Non enim frustra fatigatur: quo peserente fatigamur quo presente firmamur. Fatigatur tamen iesus: & fatigat ab itinere: & sedet: & iuxta puteum sedet: & hora sexta fatigatus sedet. Oia ista inuūt aliqd & indicare volunt aliqd: intentos facūt: vt pulsemus hortant. Ipse ergo aperiat & nobis & vobis: q̄ dignat⁹ est ita hortari vt diceret. Pulsate: et aperiet vobis. Tibi fatigatus est ab itinere iesus. Inuenimus aūt virtutem iesum: & inuenimus infirmū iesum: fortem & infirmum. Fortez q̄ in principio erat verbū: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. hoc erat in principio apud deū. Uis videre: q̄q; iste filius dei fortis sit: Omnia per ipsū facta sunt: & sine ipso factū est nihil: & sine labore facta sunt. Quid ergo illo fortiꝰ per quē sine labore facta sunt oia: Infirmū vis nosse: Uerbum caro factum est: & habitauit in nobis. Fortitudo xp̄i te creauit: ifirmitas christi te recreauit. Fortitudo xp̄i fecit vt quod nō erat esset: infirmitas christi fecit vt q̄ erat non periret. Cōdidit nos fortitudine sua: q̄fuit nos infirmitate sua. Nutrit ergo ipse infirmus ifirmos: tanq̄ gallina pullos suos. Huic enim se ifirmi fecit. Quotiens volui inquit ad hierm: congregare filios tuos sub alas tāq̄ gallina pullos suos: & noluisti. Videtis autez fratres: quēadmodum gallina infirmetur in pullis suis. Nulla em̄ alia anis quod sit mater agnoscit. Uidem⁹ nidificare passeres quoslibet ante oculos nostros: hyrūdines ciconias: colūbas quotidie videmus nidificare. Quas nisi q̄n in nidis videmus: parentes esse nō agnoscimus. Gallina ꝙ sic infirmatur in pullis suis: vt etiam si ipsi pulli non sequant & filios non videas: matrez tm̄ agnoscas. Ita sit alis demissis plumis hyspida voce rauca: oibus membris demissa & abiecta: vt quēadmodum dixi vt si etiam filios nō videas: matrem tm̄ intelligas. Sic ergo infirmꝰ iesus fatigatur ab itinere. Jter ipsi⁹ est caro: pro nobis assumpta. Quo enim iter hz quiquiq; est: q̄ nisi q̄q; est: Quo it: aut vnde it: Nisi q: non ad nos veniret: nisi formā vilibus carnis assumeret: Quia ergo venire ad nos eo modo dignatus est: vt infirma dei assumpta carne appareret: ipa carnis assumptio est iter ipsi⁹. Ideo fatigatus ab itinere: quid est aliud q̄q; fatigatus in carne: Infirmus in carne iesus: sed noli tu infirmari. Jn illius infirmitate tu fortis esto. Quia q̄ infirmū est deo: fortius est hominibus. Sub hac rez imagine adam qui erat forma futuri: prebuit nobis magnum indicium sacramenti: imo deus in illo prebuit. Nam & adam dormiens meruit accipere vxorē: & de costa eius facta est vxor: quomō christo in cruce dormiente futura erat ecclesia de latere eius: de latere scilicet dormientis: quia & de latere in cruce pendētis lancea percusso sacramēta ecclesiastica pro-

† Alia hz mediū.
† Alia hz ergo.
† Alia hz autem.
† Alia supra.

B

† Al. lit. vt ḡ cognouit iesus q̄ audiert pharisei q̄ iesus plures discipulos facit et baptizat q̄q; iohānes.

† Alia lra non hz terrā

Eph. v.

Joh. j.

Matth. xxiij.

j. Cor. j.

Universidad de Navarra Biblioteca

ſuxerūt. Sed quare hoc dicere voluit ſſes Quia infirmitas chriſti nos facit fortes. Magna ibi magno pcessit. Potuit deꝰ carnem detrahere homini vnde faceret feminam: et magis videtur quasi congruere potuisse. Fiebat eñ sexus infirmior: et magis de carne infirmitas fieri debuit q̄ de osse. Ossa eñ in carne firmiora sunt. Nō detrahit carnez vnde faceret mulierē: sed detraxit os. Et detracto osse formata est mulier et in locum ossis caro adimpleta est. Poterat pro osse os reddere: poterat ad faciēdam mulierem non costam sed carnem detrahere. Quid igitur significabat? Facta est mulier in costa tanq̄ fortis: factus est adam in carne tanq̄ infirmus. Chriſtꝰ est et ecclesia. Illius infirmitas: nostra est fortitudo. Quare ergo hora sexta? Qz etate seculi sexta. Computa in euangelio tanq̄ vnam horam: vnam etatem ab adam vsq̄ ad noe. Secundam a noe vsq̄ ad abraam. Tertiam ab abraam vsq̄ ad dauid. Quartam a dauid vsq̄ ad transmigrationez babylonis. Quintā a trāsmigratiōe babylōis vsq̄ ad baptismū iohānis. Inde sexta agitur. Quid miraris. Venit xp̄s: et hūliādo se venit: ad puteū fatigatꝰ venit: qz infirmaz carnem portauit. Hora sexta: qz etate seculi sexta. Ad puteuz: quia ad profunditatē huius habitationis nostre. Unde dicitur in psalmis. De pfundis clamaui ad te domine. Sedit. vt dixi quia humiliatus est.

†Alr. venit autē C [Et venit †mulier]. Forma ecclesie: nō iaz iustificate sed iustificande. Nam hoc ait sermo. Uenit ignara: inuenit eum: et agitur cum illa. Uideamus. Quid videamꝰ? Quare vēit mulier [de samaria haurire aquā] Samaritani ad iudeorum gentem nō pertinebant: alienigene fuerūt: quoꝝ vicinas terras incolerent. Longum est originē samaritanorum retexere: ne nos multa teneant et necessaria non loquamur. Sufficit ergo vt samaritanos inter alienigenas deputemus. Et ne hoc audacius me arbitremini dixisse q̄ verius. Audite dominū iesum: quid locutus sit de illo samaritano vno de decem leprosis quos mundauerat: qui solus rediit vt gratias ageret. Nonne decem mundati sunt: et nouem vbi sunt? Nō erat alius qui rediret et daret gloriaz deo nisi alienigena iste. Pertinet ad imaginem rei quod ab alienigenis venit ista mulier: que typum gerebat ecclesie. Uentura erat ecclesia de gentibus: alienigena non de genere iudeorum. Audiamꝰ ergo in illa nos et in illa agnoscamus nos: et in illa gratias deo agamus pro nobis. Illa enim figura erat non veritas: quia et ipsa premisit figurā et facta est veritas. Nam credidit in eū qui de illa figuram nobis pretendebat. Uenit: ergo haurire aquam. Simpliciter venerat haurire aquam: sicut solent vel viri vel femine. [Dicit ei iesus. Da mihi bibere. Discipuli eñ eius abierant in ciuitatez vt cibos emerent. Dicit ergo †mulier illa samaritana. Quomodo tu cum sis iudeus bibere a me poscis que sum mulier samaritana? Non eñ coutuntur iudei samaritanis]. Uidetis alienigenam. Omnino vasculis eorum iudei non vtebantur: et qz frequenter mulier secum vas culum vnde aquā hauriret: eo mirata est quia iudeus petebat ab ea bibere: quod nō solebant facere iudei. Ille autem qui bibere querebat fidē ipsius mulieris sitiebat. Denicz audi quis petat bibere. [Respondit iesus et dixit ei. Si scires donum dei et quis est qui dicit tibi da mihi bibere: tu forsitan petisses abeo et dedisset tibi aquam viuam]. Petit bibere et promittit bibere. Eget quasi accepturus: et affluit tanq̄ satiaturus. Si scires inquit donum dei. Donum dei est spiritussanctꝰ. Sed adhuc mulieri recte loquitur: et paulatim intrat cor. Fortassis iā docet. Quid eñ ista hortatione suauius et benignius. Si scires donum dei et scires qs est qui dicit tibi da mihi bibere: tu peteres et daret tibi aquam viuam. Hucusq̄ suspēdit. Uius aqua dicitur vulgo. illa q̄ de fonte exit. Illa eñ q̄ colligit de pluuia in lacunas aut cisternas: aqua viua non dicitur. Et si de fonte manauerit et in loco aliq̄ collecta steterit: nec ad se illud vnde manabat admiserit sz irrupto meatu tāq̄ a fontis tramite separata fuerit: non dicitur aq̄ viua. Sed illa aqua viua dicitur: que manās excipitur. Talis aqua erat in illo fonte. Quid ergo promittebat quod petebat. Tamen mulier suspēsa †ait. [Domine neqz in quo haurias habes: et puteus altus est]. Uidete quomodo intellexerit aquam viuam: aquam scilicet que erat in illo fonte. Tu mihi vis dare aquam viuam et ego fero vnde hauriam: et tu non fers. Aqua viua hic est quomō mihi daturus es. Aliud intelligens et carnaliter sapiens: quodam modo pulsat vt aperiat magister. Pulsabat ignorantia non studio. Adhuc miserā da nondum instruenda. Dicit aliquid euidentius dūs: de illa aqua viua. Dixerat eñ mulier. [Nunquid tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteuz et ipse ex eo bibit et filij eius et pecora eius?] De hac aqua viua dare mihi non potes: quomam hauritorium non habes: forte aliunde fontem promittis. Patre nostro meliora tes esse: qui hūc puteuz fodit: et ipse ex eo sitis est eo. Dñs ḡ dicat: qd dixerit aquaz viuam. [Respōdit iesus et dixit ei. Omnis qui †biberit ex hac aqua: sitiet iteruz. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei: non sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternaz.] Apertius locutus est dominus fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Qui biberit de aqua ista nō sitiet in eternuz. Quid euidentius quia nō aquā visibilem sed inuisibilez ꝓmittebat? Quid euidentius quia non carnaliter sed spiritualiter loquebatur? Adhuc tamē ista mulier carnem sapit delectata est non sitire: et putabat hoc ſm carnē promissum sibi esse a domino. Quod quidē fiet: sed in resurrectione mortuōrū. Jam hoc volebat illa. Decerat eñ deus aliquando seruo suo helye: vt per quadraginta dies nec esuriret nec sitiret. Qui hoc potuit dare p quadraginta dies: non potuit dare semper? Suspirabat eñ illa nolens indigere nolēs laborare assidue venire ad illū fontē: onerari ponere quo indigētia suppleretur: et finito qō hauserat rursus redire cogebatur. Et quotidianus ei fuit iste labor: quia indigentia illa reficiebatur non extinguebatur. Delectata ergo tali munere: rogabat vt aquam ei viuam daret. Uerūtamen non ꝓteream quoniā dominus spiritualiter aliquid promittit. Quid est qui biberit de aqua hac sitiet iterum? Et verū est ſm hanc aquā. Et verū est fz qō significabat illa aqua. Etem aqua in puteo: voluptas seculi est in ꝓfunditate tenebrosa. Hic eā hauriūt homines: hydria cupiditatū. Cupiditate quippe proni submittūtur vt ad voluptatē hanstā de ꝓfundo ꝓueniant. et fruunt voluptate precedente et premissa cupiditate. Nā qui nō ꝓmiserit cupiditatez: peruenire non pōt ad voluptatē. Pone ergo hydriā cupiditatez et aquā de ꝓfundo voluptatē. Cū peruenerit quisq̄ ad voluptatē seculi huius: cibus est: potus est: lauach̄ū est: spectaculuz est: ebrietas est. Nunqd nō iterū sitiet? Ergo de hac aqua q̄ biberit itez inquit sitiet. Si autē acceperit a me aquā: non sitiet in eternū. Satiabimur inquit in bonis domꝰ tue. De qua ergo aqua daturus est: nisi de illa aqua de qua dictū est: apud te est fons vite. Nā quō sitient qui inebriabunt abyberta te domus tue? Promittebat ergo saginam quandā et satietatē spūssancti: et illa nōdū intelligebat. Et nō intelligens: qd rñdebat [Dixit ad euz mulier. Dñe da mihi hanc aquā vt non sitiā: neqz veniā †huc haurire. Ad laborē indigentia cogebat: et laborem infirmitas recusabat. Utinā audiret: venite ad me oēs qui laboratis et oneratis estis: et ego vos reficiaz. Hoc eñ ei dicebat iesus vt iam non laboraret: sed illa nondū intelligebat. Denicz volens vt intelligeret [Dicit ei iesus. Uade voca virum tuum: et veni huc.] Quid est: voca virum tuum et veni huc? Per virū suū ei volebat aquā illaz dare. An quia intelligebat: per virum suā eam volebat docere? Forte quomō ait apostolus de mulieribꝰ: si quid autē discere volunt domi viros suos interrogent. Sed ibi dicit: domi viros suos interrogent: vbi nō est iesus: qui doceat. Denicz dicitur mulieribꝰ quas prohibebat apostolus loqui in ecclesia. Cum vero ipse dñs aderat: et ꝑsona presenti loquebatur: quid opus erat vt per virum eius ei loqueret? Nunquid per virum suum loquebatur marie sedenti ad pedes suos et excipienti verbū suuz: quando martha circa multum ministeriū etiā de sororis felicitate occupatissima murmurauit? Ergo fratres mei audiamꝰ et intelligamꝰ quod ait dominus voca virum tuum mulieri. Forte eñ et anime nostre dicit voca virum tuū. Queramus et de viro aie. Cur iaz non ipse dñs vir aie verus est? Assit intellectus: quō qō dicturi sumus vt capiat: et ipse intellectꝰ erit fortasse vir anime. Uidens ergo iesus qz mulier non intelligebat. Ideo eñ nescis qō dico: qz intellectus tuus non adest. Loquor ego ſm spīm: tu autē ſm carnē. Que loquor nec ad voluptatē auriū pertinent: nec ad oculos: nec ad olfactum: nec ad gustū: nec ad tactum. Mente sola capiunt: intellectu solo hauriunt. Ille intellectus non tibi adest quomodo capis qō dico. Uoca virum tuū: presenta intellectum tuum. Quid est eñ aiam habere? Nō est magnum. Haz et pecus habet. Unde tu melior? Quia intellectum habes qō pecus non habet. Quid est ergo voca virum tuū? Non me capis: nō me intelligis. De dono dei tibi loquor: tu autez ſm carnē cogitas: ſm carnē sitire non vis: ego spīm alloquor. Absens est intellectus tuꝰ: voca virū tuū. Nolite fieri sicut equus et mulus: in quibꝰ non est intellectus. Ergo fratres mei animam habere et intellectum nō habere: hoc est non adhibere: nec ſm intellectum viuere: bestialis est vita. Est eñ in nobis quoddam bestiale quo in carne viuimus: sed intellectu regendū est. Motus eñ anime ſm carnem se mouentis: et in delitias carnales immoderate defluere cupientis: regit de super intellectus. Qui debet dici vir: qui regit an qui regit? Proculdubio cū ordinata

†Alr. ei.

† Alia littera habet ex aq̄

† Alia dicit aūt D

† Terꝰ hz dicit ei mier. † Pter mutatur iste ter. Uñ hz habes aquā viuam.

ꝑs.xxxi.

Universidad de Sevilla Biblioteca

vita est: intellectꝰ aīam regit ad ipsam animaz pertinens. Non cm aliquid aliud est ꝙ anima. Sed aliquid anime est intellectus. Quomodo non aliquid aliud ꝙ caro est oculus: sed aliquid carnis est oculus: Cum autem aliquid carnis sit oculus: cetera tm mēbra carnalia luce perfundi possunt: lucem sentire non possunt: solus ea oculus et perfunditur et perfruitur. Sic in anima nostra quidda est quod intellectus vocatur. Hoc ipsum anime quod intellectus et mens dicitur: illuminatur luce superiore. Ja superior illa lux qua mēs illuminatur humana: deus est. Erat enim verū lumen: qđ illuminat omnē hoiem venientem in hunc mundum. Talis lux christus erat: talis lux cum muliere loquebatur. Et in illa intellectus non aderat qui illa luce illuminaretur: nec tantuz perfunderetur verumetiam frueretur. Ego dominus tanꝙ diceret: illustrare volo et nō adest quem. Voca inquit virum tuum: adhibe intellectum per quem docearis: quo regaris. Ergo constitue animam excepto intellectu tanꝙ feminam: intellectum autez habere tanꝙ virum. Sed iste vir non bene regit feminam suam: nisi cum a superiore regitur. Caput enim mulieris vir: caput autem viri christus. Loquebatur caput vir cum femina: et non erat vir. Et tanꝙ diceret dominus: adhibe caput tuum: vt ille suscipiat caput suum: ergo voca virum tuum et veni huc: id est adesto presens esto Uelut enim absens es: dum non intelligis presentis vocem veritatis. Presens esto: ꝫ noli sola: cum viro tuo adesto. Et adhuc illa nondum aduocato illo viro non intelligit: adhuc carnem sapit: absens est enim vir. [† Non habeo inquit virum] Et dominus sequitur: et mysteria loquitur. Je telligas reuera istam mulierem non habuisse tunc virum: sed vtebatur nescio quo non legitimo viro: adultero magis ꝙ viro Et† dominus ei. [Bene dixisti: quia nō habeo virum.] Unde ergo tu dixisti voca virum tuum. Et audi quia bene nouit dominus non eam habere virum: dicit ei ꝛc. ne forte putaret ideo dixisse dominum: bene dixisti qz nō habeo virum: quod hoc a muliere didicerit: non quod ipse istud diuinitate cognouerit: audi aliquid quod non dixisti. [Quinq enim viros habuisti: et] istū quem habes non est vir tuus. Hoc vere dixisti.] Iterum cogit de istis quinq viris subtilius aliquid perscrutari. Multi quippe intellexerunt non quidem absurde nec vsq quaqz improbabiliter: quinq viros mulieris h̄ntis quinq libros moysi. Utebatur enim eis samaritani: et sub eadem lege erant. Nam inde illis et circumcisio inerat. Sed quomodo angustat nos quod sequitur: et nunc quem habes non est vir tuus videtur mihi facilius nos posse accipere quinq viros priores anime: quinq sensus corporis esse. Quando enim quisq nascitur: ante ꝙ vti possit mente atq ratione: non regitur nisi sensibus carnis. Anima in puero paruo: quod auditur: quod videtur: quod olet: quod sapit: quod tactu sentitur: hoc appetit aut fugit. Appetit quicquid mulcet: fugit quicquid offendit. Hos enim quinq sensus mulcet voluptas: offendit dolor. Sōm hos quinq sensus tanꝙ quinq viros: prius vult anima: qz istis regitur. Quare autem viri dicti sunt? Qz legitimi. Adeo quippe facti: et adeo donati anime. Infirma est hec que istis quinq sensibus regitur: et sub istis quinq viris agit. At vbi venerit ad annos excrescende rationis: si eam fuscepit optima disciplina et doctrina sapientie: quinq illis viris ad regendum non succedit: nisi vir verus legitimus et illis melior: et qui melius regat: et qui ad eternitatē regat: ad eternitatem excolat: ad eternitatē instruat. Naz isti quinq sensus non ad eternitatem nos regunt: sed ad ista temporalia vel appetenda vt fugienda. Ubi vero intellectus sapiētia imbutus regere ceperit animam: scit iā non soluz fugere foueam et ambulare in eā li quod oculi ostendunt animę infirmę: nec tantum canoras voces suauiter audire dissonasq repellere: vel blandis odoribꝰ delectari: putoreſq respuere: aut dulcedine capi: aut amaritudine offendi: aut lenibus mulceri et asperis ledi. Ista em oia infirme aie sunt necessaria. Quid ꝙ reguinis adhibetur per illum intellectum? Non alba et nigra discreturus est: sed iusta et iniusta. bona et mala: vtilia et inutilia: castitatem et impudicitiaz: hanc et illam: illā vt ames istam vt viteꝛ: charitatē et odium: vt diligat charitatem et viteꝛ odiū in hac vt sit: in illo vt nō sit. Hic vir qnq illis viris in ista muliere non succesſerat. Ubi em nō succedit ille: error dñatur. Naz cū ceperit alia capax esse rationis aut a sapiente mēte regitur: aut ab errore. Sed error nō regit ꝫ perdit. Post istos ergo quinq sensus mulier illa adhuc errabat: et error eam ventilabat. Error autem iste non erat legitimꝰ vir sed adulter. Jdeo ei dominus ait. Bene dixisti: quia non habeo virum. Quinq em viros habuisti. Quinq te sensus carnis primo reperunt: venisti ad etatem vtende rationis nec ad sapientiā peruenisti: ꝫ in errorē incidisti. Ergo post illos quinq viros iste quē habes non est tuus vir. Et ōd erat si vir nō erat nisi adulter? Uoca inq. Uoca itaq nō adulterū sed virū tuū: vt intelleꝛu me capias: non errore de me aliqđ falsum sapias. Adhuc enim errabat mulier q̄ aquā illā cogitabat: cum iā dñs de spūsctō loqueret. Quare errabat nisi qz adulteruz nō virū habebat? Tolle ergo istū a adulterū q̄ te corrūpit: et voca virū tuū. Uoca et veni: vt intelligas me. [Dicit ei mulier. Dñe † vt video ꝓpheta es tu.] Tūc cepit venire vir nōdum plene venit: ꝓphetā dñs ostendebat. Erat quidē et propheta. Nā de ipso ait. Nō est ꝓpheta sine honore: nisi in patria sua. Jtē de illo dictū ē ad moysen. Prophetam eis suscitabo de fratribꝰ eorū: similem tui. Similē. s. ad formā carnis: non ad eminentiā maiestatis? Ergo inuenimus dñm iesum dictū propheta. Proinde non multū errat mulier ista. Uideo inquit qz ꝓpheta es tu. Incipit vocare virū: adulterū excludere. Uideo qz ꝓpheta es tu: incipit quere quod illā solet mouere. Contētio quippe fuerat iter samaritanos et iudeos: quia iudei in tēplo a salomone edificato adorabāt deū. Samaritani longe inde positi nō in eo adorabāt. Et iudei meliores se esse iactabant quia in templo adorabant deum. Non em contuntur iudei samaritanis: qz dicebant eis. Quomō vos iactatis et ideo vos meliores nobis esse perhibetis: qz templum habetis qđ nos non habemus? Nūquid patres nostri qui deo placuerūt in illo templo adorauerunt? Nonne in monte isto adorauerunt vbi nos sumus? Melius ergo nos inquiunt in hoc monte deū rogamus: vbi patres nostri adorauerunt. Contendebant vtiq ignari quia virum non habentes: illi pro tēplo: illi pro monte instabāt aduersus inuicē. Dñs tamen modo ꝺ docet mulierē: tanꝙ cuius vir ceperat presens esse. [Dicit ei iesus. Mulier crede mihi.] Uenit em hora sicut dictū ē in cātic cātico: veniet et ptransiet. Ab initio fidei veniet vt pertranseat et pertransire nō potest nisi ab initio fidei. Merito etiaz presente viro: audit mulier crede mihi. Jam enim est in te qui credat quia presens est virtus Cepisti adesse intellectu quādo me ꝓpheta appellasti. Mulier crede mihi: quia nisi crediderit is non intelligetis. Ergo mulier crede mihi: [quia venit hora: quando neqz in monte hoc neqz in hierosolymis adorabitis patrem. Uos adoratis qđ nescitis: nos adoramꝰ qđ scimꝰ: qz salus ex iudeis est. Sed † venit hora.] Quādo? [Et nunc est.] Que ergo hora? [Qñ veri adoratores adorabunt patrē: in spū et veritate.] Non in monte isto: non in tēplo isto: sed in spū et veritate. [Nā et pater tales querit q̄ adorent eū.] Quare pater tales querit q̄ adorent eū non in monte nō in tēplo: sed in spiritu et veritate? [Spūs est deus.] Si corpus esset deꝰ oportebat eū adorari in monte qz corporeus mons. Oportebat eū adorari in templo: quia corporeuz est tēplum. Spiritus est deus: [et eos qui adorant euz in spiritu et veritate oportet adorare.] Audiuimus et manifestū est: foris eramus: intro missi sumus. O si inuenirē diceebas mōtem aliquē altū et solitariū. Credo em quia in alto est deus: magis me exaudit in alto Quia in mōte es: propinquū te deo putas et cito te exaudiri: quasi de proximo clamā tē. In excelsis habitat: ꝫ humilia respicit. Prope est dominus. Quibus? Forte altis vis quis obtrinerunt coz. Mira res est: et in altis habitat et humilibus propinquat. Humilia respicit: excelsa autez a longe cognoscit. Superbos longe videt: eo illis minus propinquat: quo sibi videtur altiores. Querebas ergo montē: descende vt attingas. Si ascendere vis ascende: noli montē querere. Ascēsiones inquit in corde eiꝰ. Hoc psalmus dicit: in cōualle plorationis. Conuallis em humilitatē habet: ergo intrage totū. Et si forte queris aliquē locū altū locum sanctū: intus exhibe te templū deo. Templum em dei sanctum est: quod estis vos. Jn tēplo vis orare: in te ora. Sed priō esto templū dei quia ille in tēplo suo exaudiet orantē. Uenit ergo hora et nūc est: qñ veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Nos adoramus quod scimus: vos adoratis quod nescitis: quoniaz salus ex iſrl est. Multum dedit iudeis. Sz noli istos reprobos accipere. Paretē illuz accipere cui adiunctus est alius: vt pacati in lapide angulari quod est christus copularentur. Unus em paries a iudeis: vnus a gentibus. Longe a se isti parietes: sed do nec in euangelio coniungātur. Alienigene autem hospites erant et peregrini a testamento dei. Scōm hoc ergo dictuz est: nos adoramus qđ scimus. Ex persona quidez iudeorū dictū est: ꝫ nō omniū iudeoz. Nō reproborum iudeorū sed de quibus fuerāt apostoli: quales fuerunt prophete: quales fuerūt illi oēs sancti qui oia sua vendiderunt: et precia rerum suarū ad pedes apostolorū posuerunt. Non enim repulit deus plebem suā quā presciuit. Audiuit hoc mulier ista et addidit. Jaz dudū ꝓphetā dixerat. Uidit talia dicere euz cū quo loquebat que iam plus essent ꝙ prophetā: et quid re

j.Co. xj.

† Textꝰ habet respōdit ei mulier et dixit.

† Textꝰ habet dicit ei ies

† Alis nunc.

† Alis vi deo qz.

Deuter. xviij.

Psalmo cxxxviij

j.Co. iij.

† Alis venit.

Universidad de Sevilla Biblioteca

spōdit videte. [Dicit ei mulier. Scio quia messias venit q̄ dicitur xp̄s. Cū ergo venerit: ille oīa nobis † demōstrabit]. Quid est hoc: Modo inquit de templo contēpto cōtendunt iudei: ⁊ nos de monte cōtendim⁹ Cum ille venerit et montē contēnet ⁊ templum euertet: docebit nos iste omnia vt in spū ⁊ veritate nouerimus adorare. Sciebat enim quis eā posset docere: sed iaz docentem nōdum agnoscebat. Jam ergo digna erat cui manifestaret. Messias aūt vn eius est: vnct⁹ grece christus est: hebraice messias est. Uñ et punice/messe dr vnge. Cognate puippe sunt lingue iste ⁊ vicine hebraica punica et syra. Ergo dicit ei mulier. Scio q̄ messias venit: q̄ dicitur christ⁹ Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit oīa. [Dicit ei iesus. Ego sum q̄ loquor tecū Uocauit ergo virū suū. Factus est vir eius caput mulieris: factus est christus caput viri. Jam mulier ordinatur in fide: ⁊ regit benevictura. Postea q̄ audiuit hoc: ego sū qui loquor tecum. Jam vltra quid diceret quando dominus iesus manifestari se voluit mulieri cui dixerat crede mihi. [Et cōtinuo venerunt discipuli eius et mirabant quia cum muliere loquebatur]: quia querebat perditam qui venerat querere quod perierat. Hoc enim illi mirabantur: bonuz enim mirabantur: non malum suspicabantur. [Nemo tamen dixit quid queris aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo mulier hydriam suam.] Mulier audito: ego sum qui loquor tecum: et recepto in corde christo domino: quid faceret nisi iam hydriam dimitteret et euāgelizare curreret. Proiecit cupiditatem: ⁊ ꝑpauit annūcia re veritatem. Discāt q̄ volūt euangelizare ⁊ proiciant hydriam ad putcum. Recordamini q̄d supertus dixerim de hydriis vas erat vnde aqua hauriebatur. Greco nomine appellatur hydria: quomodo grece hydor aqua dicitur: tanq̄ si aquarium diceretur. Proiecit ergo hydriam suam: q̄ iam nō vsui sed oneri fuit. Aquida quippe desiderabat aqua illa satiari: ⁊ vt nuncia ret christus onere abiecto. [† Cucurrit ad ciuitatem ⁊ dicit illis hoib⁹. Uenite ⁊ vide te hominē q̄ dixit mihi omnia quecūq̄ feci]. Pedetentim: ne illi quasi irascerentur ⁊ persequerentur. Uenite ⁊ videte hoiem: q̄ dixit mihi oia quecūq̄ feci. [Nūq̄d † non ipe est christus: Exierūt † de ciuitate: ⁊ veniebant ad eū †. Et rogabant eū discipuli dicētes. Rabbi manduca]. Jerāt em̄ emere cibos ⁊ venerant. [Ille aūt dixit †. Ego habeo cibum manducare: quē vos nō † scitis. Dicebāt ḡ discipuli ad inuicē. Nūq̄d aliq̄s attulit ei manducare]: ⁊ Quid mirum si mulier illa nō intelligebat aquā: Ecce discipuli non intelligūt escā. Audiuit aūt cogitationes illorū ⁊ iaz instruit vt magister nō p cirūstum sicut ⁊ illā cuius adhuc virū requirebat: sed iam aperte. [† Meus inq̄t cibus est: vt faciam voluntatem eius qui misit me]. † Ergo ⁊ potus ipse erat in mu liere vt faceret voluntatem eius qui misserat eum. Ideo dicebat: sitio: da mihi bibere scilicet vt fidem in ea operaretur ⁊ fidē eius biberet: ⁊ eam in corp⁹ suū traficeret. Corp⁹ em̄ eius ecclesia: ergo ipse est inquit cibus meus: vt faciē voluntatem eius qui mⁱsit me. Nōne vos dicitis q̄ adhuc quattuor menses sunt: ⁊ messis venit: In opus feruebat: ⁊ oparios mittere: disponebat vos quattuor menses computatis ad messem: ego vobis aīa messem albā ⁊ paratam ostendo. [Ecce dico vobis. Leuate oculos vestros ⁊ videte: † qz iaz albe sunt regiones ad messem]. Ergo messores mittsurus est. [† In hoc em̄ verbum verum: qz alⁱ⁹ est qui metit: alius est qui seminat: vt qui seminat simul gaudeat et qui metit. Ego misi vos metere: quod vos non laborastis. Alij laborauerant: ⁊ vos in † laborem eor⁹ introistis. Quid ergo ⁊ Messores misit nō seminatores. Quo messores? Ubi iam alij laborauerūt. Nā vbi iā laboratū est vtiq̄ seminatū erat: ⁊ q̄ seminatū erat iam maturatum factū erat: falcē ⁊ triturā desiderabat. Quo ergo erant messores mittendi: Ubi iam ꝑphete p̄dicauerāt: ipi em̄ seminatores. Nam stipsi nō seminatores vnde ad illam mulierem puenerat: scio q̄ messias venit: Jam ista mulier fructⁱ⁹ maturus erat: et erant albe messes et falcem querebant. Misi vos quoq̄ metere q̄ non seminastis. Alij seminauerunt ⁊ vos in laborem eorum introistis. Qui laborauerūt: Ipse abraem ysaac iacob. Legite labores eorum. In omnibus laboribus eorum prophetia christi: ⁊ iō semi[illegible]tores. Moyses ⁊ ceteri patriache et omnes prophete: quāta pertulerunt in illo frigore quando seminabant. Ergo iam in iudea messis parata erat. Merito ibi tanq̄ matura leges fuit: quando tot hominum milia: precia rerum suarum afferebant: et ad pedes apostolorum ponentes expeditis humeris a farcinis secularibus: christum dominum sequebātur. Uere matura messis. Quid inde facū est. Me ipa messe electa sunt pauca grana ⁊ seminauerⁱ orbē terraz: ⁊ surget alia messis q̄ in fine scī metēda ē. De ista messe dr Qui seminat in lachymis in gaudio metet. Ad istā ḡ messez: nō agēs sed angelis

† Terr⁹ habet di tit eis le sus.

† Nōp⁹ nitur hic iste terr⁹ vt pficiā opus ei⁹

Alia litera non habz hec verba. † Alis ḡ ad illū.

† alis ibi

† Alia ita nō hz nos.

† Alis re gōes qz albe sunt iam.

† Hic trāsluit il le text⁹ ⁊ qui mercede acc pit ⁊ congregat fructum in vitam eternaz: post quē sequit in alia ira: vt et qui seminat sil gaudeat ⁊ q̄ met.

† Alis la bores.

† Alis et sic ipi i ciuitatē.

† Alia dr. nō habet nō.

† Alis ḡ † Alis interea.

† Alr. eis

† Alis ne scitis.

mittenť. Messores inquit angeli sunt. Ista ergo messis crescit inter zizaniam: et expectat purgari in fine. Illa vero messis iam matura erat quo pr⁹ missi sunt discipuli: vbi prophete laborauerunt. Sed tamē fratres videte q̄d dictū sit. Simul gaudeat: ⁊ qui seminat ⁊ qui metet. Disparis rpis labores habuerunt apostoli ⁊ pphete: ſz gaudio pariter perfruenť. Mercedē simul accepturi sunt vitā eternā. [Ex ciuitate aūt illa multi crediderūt in eū sameritani propter sermonē eius non ꝑpter verbū mulieris testimoniuz phibētis: q: dixit mihi oia q̄cūq̄ feci. Cū venissent † ad eū samaritani rogauerunt vt † apud eos manerē: ⁊ mansit ibi duos dies. Et multo plures credidē rūt ꝑpter sermonē ei⁹. Et mulieri dicebāt q: nō ꝑpter tuā loquelā credimus: ipi em̄ † nos audiuim⁹ ⁊ scim⁹: q: hic ēvere saluator mūdi.] Et hoc paululū a iaduertēdū est q: lectio terminata est. Mulier prima nunciauit ⁊ ad mulieris testimoniū credidēť samaritani: ⁊ rogauerūt eum vt apud eos maneret: ⁊ mānsit ibi biduo: ⁊ plures crediderūt. Et cū credidissent dicebant mulieri. Non iam ꝑpter tuū loquelā tuū credimus: sed ipi cognouim⁹ et scim⁹ q: hic est vere saluator mūdi. Primo p famā: postea p presentiaz. Sic agit hodie cū eis qui foris sūt ⁊ nōdū sūt christiani: xp̄s nunciať p xp̄ianos amicos: tāq̄ illa mulier: hoc est ecclesia annūciante. Ad xp̄m veniūt: credunt per istā famā: manet apd eos biduo: hoc est dat illis duo p̄cepta charitat⁹: ⁊ multo plures ⁊ firmi⁹ credūt: quō vere ipe est saluator mūdi.

Tractatus.xvj.

Post duos autē dies exīt inde et abiit in galileā: ipe em̄ iesus testimonū phibuit: q: ꝑpheta in sua patria honorē nō hz. Cum ergo venisset in galileā exceperūt eū galilei. Cū oīa vidissent q̄ fecerat hierosolymis in die festo. Et ipi em̄ venerant ad dē festū. Uenit ergo iteruz in chana galilee vbi fecit aquā vinum. Et erat q̄ dam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset: quia Jesus adueniret a iudea in galileam abiit ad eum: ⁊ rogabat eum: vt descenderet ⁊ sanaret filium eius Incipiebat em̄ mori. Dixit ergo Jesus ad eum. Nisi signa ⁊ prodigia videritis non creditis. Dicit ad euz regulus. Domine: descende priusq̄ moriatur filⁱ⁹ meus. Dicit ei iesus. Uade filⁱ⁹ tuus viuit. Credidit hō sermoni quem dixit ei Jesus ⁊ ibat. Jā aūt eo descendente serui occurrerūt ei et nūciauerūt dicentes: q: filⁱ⁹ ei⁹ viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit ⁊ dixerunt ei qz heri hora septima: reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora i qua dixit ei iesus filius tuus viuit. Et credidit ipse et domus eius tota: hoc iterum secundum signum fecit iesus cuz venisset a iudea in galileam.

A ꝑtermittitur hic text⁹ post duos autez dies exūt inde ⁊ abiit in galileaz.



Odierna euangelij lectio hesterne diei sequitur lectionem: que ad disputādum nobis ꝑponitur. In qua quidē sensus nō sunt iste. inuestigatione difficiles: sed digni predicatione: digni admiratione ⁊ laudatiōe. Proinde locum istum euangelij cum cōmendatiōe cō uertit inde ⁊ memoremus: potiusq̄ cū difficultate tractemus. Abiit em̄ iesus post biduū q̄ fecerat in samaria in galileā: vbi nutrit⁹ erat. Secutus autē euangelista ait. [Ipse enim iesus testimoniū perhibuit: q: ꝑpheta in † patria sua honorē nō hz. [Non propterea post biduū de samaria discessit iesus: quia honorē in samaria nō habebat. Nō em̄ samaria patria ipsius erat ſz galilea. Cū ergo ista deseruisset tam cito ⁊ ad galileā venisset vbi nutrit⁹ erat sicut testať q: ꝑpheta in patria sua honorē nō hz. Magis videre attestari potuisse q: ꝑpheta in patria sua honorē nō hz: si cōtēneret ꝑsere in galileā: ⁊ in samaria remānisset. Intēdat ergo charitas vra insinuatū nobis nō modicū sacramētū: suggerente dño ⁊ donāte q̄ loquar. Questionē ꝑpositā cognouistis: solutionē eius exārite. Sed repetam⁹ ꝑpositionē: vt solutionē desiderabilē faciamus. Mouet nos cur euāgelista dixerit: ipse em̄ iesus testimoniuz phibuit: q̄ propheta in patria sua honorē nō hz. Hoc cōmoti rete ramus verba supiora: vt inueniamus cur hoc euāgelista dicere voluerit. Et inuenimus superiora verba ei⁹ ita narrantis: quomodo post biduz ꝑfectus est de samaria in galileā. Propter hoc ergo dixisti o euangelista testimoniū phibuisse iesum: q̄ propheta in patria sua honorez non haberet: q: post biduum reliquit samariā ⁊ ꝑperauit venire in galileam. Immo ꝓ quasi vi-

† Alr. sua patria.

deo: mihi congruẽtius intelligere: qz ſi homo tem in patria ſua chriſtus nõ haberet: nõ ad eas ꝛ relicta ſamaria feſtinaret. Sed niſi fallor: immo qz verũ eſt et nõ fallor: melius eſt ꝗs ego vidit euãgeliſta: q̃d diceret: melius me veritatẽ videbat q̃ eã de pectore dñi bibebat. Ipſe eſt eñ iohannes euãgeliſta ꝙ inter oẽs diſcipulos ſup pectꝰ dñi diſcũbebat: ꝛ quem dñs charitatẽ debebens omnibus tñ pre ceteris diligebat: ergo ille falleretur: ꝛ ego recta ſentirem. Immo ſi pie ſapio: obedienter audiaz quod dixit: vt merear ſentire quod ſenſit. Accipite itaqꝫ chariſſimi quid hic ſentiam ſine preiudicio: ſi vos melius aliq̃d ſenſeritis. Magiſtrum enim vnum omnes habemus: ⁊ in vna ſchola condiſcipuli ſumꝰ. Hoc ego ſentio: et videte ſi non aut verum eſt/aut propinquat veritati quod ſentio. In ſamaria biduum fecit: ⁊ crediderunt in eum ſamaritani. Tot dies in galilea fecit: et non in eum crediderunt galilei. Reteritevel recolite memoria: heſterni diei ⁊ lectionez ⁊ ſermonem. Venit in ſamaria vbi primo eum mulier illa predicauerat cum qua ad puteum iacob locutus eſt magna myſteria: eo viſo ſamaritani et audito crediderũt in eum propter verbum mulieris: ⁊ firmius crediderunt propter verbum eius et plures crediderunt ſicut ſcriptuz eſt ibi facto biduo. Quo numero dierum myſtice commendatus eſt duorum numerus precepto rum: in quibus duobus preceptis tota lex pendet ⁊ prophete ſicut heſterno die commendaſſe meminiſtis. † Pergit in galileaz ⁊ venit in ciuitatem chana galilee: vbi de aqua vinum fecit. Ibi autem quãdo aquã in vinum conuertit/ſicut ſcribit iohannes ipſe: crediderunt in euz diſcipuli eius: ⁊ vtiqꝫ plena erat domus turbis conuiuantiũ. Factum eſt tam magnum miraculuz: ⁊ nõ in eũ crediderunt niſi diſcipuli eius. Hanc ciuitatem galilee modo repetiuit. [† Ecce quidaz regulus cuius filius infirmabatur venit ad eũ: et rogare cepit vt deſcẽderet] ad illam ciuitatẽ vel domum. [⁊ ſanaret filiã eius. Incipiebat eñ inquit mori.] Qui rogabat non credebat. Quid a me expectas audire: Dñm interroga: quid de illo loquꝫ ſenſerit. Rogatus enim talia reſpondit. [Niſi ſigna ⁊ prodigia videritis non credi tis.] Argmt hominez in fide tepidum/aut nõ obſer frigidum: aut omnino nullius fidei: ſed tenere cupientem de ſanitate filij ſui qualis eſſet chriſtus: ⁊ quis eſſet: quantum poſſet Verba enim rogantis audiumus: cor diſfidentis non vidimus. Sed ille pronunciauit qui ⁊ verba audiuit ⁊ cor inſpexit. Deniqꝫ ipſe euangeliſta teſtimonio narrationis ſue oſtendit quia nondum crediderat: qui venire ad domũ ſuam dñm cupiebat: ad ſanandũ filiũ eius. Naz poſtea q̃s ei nũciatum eſt ſanũ eſſe filium eiꝰ: ⁊ inuenit ea hora ſanatum. [Qua hora dñs dixerat va de filius tuus viuit: et credidit inquit ipſe ⁊ domꝰ eius tota.] Si g̃ ꝓpterea credidit ipſe ⁊ domꝰ eiꝰ tota qz nunciatũ eſt ei qz filius eius ſanus eſſet: ⁊ cõparauit hora nũciantiũ hore prenũciantis: qñ rogabat nõ dũ credebat. Samaritani nullũ ſignũ expectauerũt: verbo eius tãtummodo crediderant. Viues aũt eius meruerũt audire: niſi ſigna & prodigia videritis non creditis. Et ibi tñ facto tanto miraculo: nõ credidit niſi ipſe ⁊ domus eius. Ad ſolum ſermonem crediderũt plures ſamaritani: ad illud miraculum ſola illa doꝰ credidit vbi factũ eſt. Quid igitur fratres: quid nobis cõmẽdat dñs: Tunc galilea iudee pñia erat dñi quia ibi nutritus eſt. Nunc vero qz portendit aliquid res illa/nõ eñ ſine cauſa dicta ſunt prodigia/niſi quia aliquid portendũt prodigiũ eñ appellatũ eſt quaſi porro dictum q̃d porro dicat/porro ſignificet ⁊ aliquid futurũ eſſe portendat. Quia ergo aliquid illa oĩa portendebãt: aliquid illa oĩa predicebant. Faciamus nos modo patriã dñi nñi ieſu chriſti ſm carnem. Non eñ patriam habuit in terra: niſi ſm carnem quã accepit in terra. Faciamus ergo patriam dño pplꝫ iudeoꝝ. Ecce in patria ſua honorem non habet. Modo attende iudeorum turbas: attende iam gentem illam diſperſam toto orbe terrarum ⁊ eruulſam radicibus ſuis: attẽde ramos fractos: eoncíſos: diſperſos: aridos. Quibus fractis inſeri merut oleaſter. Vide turbam iudeorũ: q̃d dicit modo. Quẽ colitis quẽ adoratis frater noſter erat. Et nos reſpondeamus: propheta in patria ſua honorẽ nõ habet. Deniqꝫ illi ambulantẽ dñm ieſum in terra/ſacientẽ miracula/cecos illuminantẽ/ſurdis aures aperientẽ/mutoꝝ lora ſoluẽtẽ/paralyticorum mẽbra reſtringentẽ/ſupra mare ambulantem/ventis ⁊ fluctibus ĩperantem/mortuos ſuſcitantẽ/tanta ſigna videruntfacientez: ⁊ vix inde pauci crediderũt Populo dei loquor. Tam multi crediditm? q̃ ſigna vidimus? Illud ergo q̃ factum eſt tunc: hoc q̃ nunc agitur portendebat. Iu dei fuerunt vel ſunt ſimiles galileis: non ſimiles illis ſamaritanis. Euangelium audiuimus: euangeliũ credidimus: euãgelio conſenſimus: per euangelium in chriſtum credidimus: nulla ſigna vidimꝰ: nulla cregimus. Quãuis eñ vnus de duodecim ſit

† Augꝰ. preterit hic textũ iſtum.

† Augꝰ. ab hoc loco vſqꝫ ad finez huius. c. nõ obſer mat. viij

ꝓterit q̃dam variat.

Rom. xj.

Rom. xj.

eis et ſctis tamen iſraelita fuit de gẽte. ſ. dñi. Thomas ille q̃ in loca vulnerũ digitos mittere cupiebat: ſic cũ arguit dñs quomõ iſtum regulũ. Huic dixit: niſi ſigna ⁊ ꝓdigia videritis nõ creditis. Illi aũt dixit q: vi diſti credidiſti. Et ad galileos venerat poſt ſamaritanos qui ſermoni eiꝰ crediderant apõ quos nulla miracula fecerat: quos firmos in fide ſecurꝰ cito dimiſerat: qz diuinitatis pñtia nõ dimiſerat. Ergo qñ dicebat dñs thome. Veni mitte manũ tuã ⁊ noli eẽ incredulus ſed fidelis: ⁊ cũ ille exclamaret tactis vulnerũ le eis ⁊ diceret: dñs meꝰ et deꝰ meꝰ: increpat ⁊ dr ei. Q: vidiſti me credidiſti. Quare: Niſi qz ꝓpheta i patria ſua honorẽ nõ hz. Q: vero alienigenas ꝓpheta iſte honorẽ hz q̃d ſequit: Vri q̃ nõ viderunt ⁊ crediderunt. Predicti ſumus nos ⁊ q̃ dñs ante laudauit: ⁊ in nobis implere dignatus eſt. Viderunt qui crucifixerũt palpaueruntet ſic pauci crediderũt: Nos non vidimꝰ nõ cõtrectauimus: audiumus credimus: fiat in nobis. pfciatur in nobis beatitudo quã pmiſit: ⁊ hic: qz patrie ipſi prelati ſumꝰ: ⁊ in futuro ſeculo: qz p ramis fractis inſerti ſumꝰ. Hos eñ ramos ſe fracturus eſſe monſtrabat ⁊ hunc oleaſtrum inſerturuz qñ commotus centurionis fide q̃ ei dixit: non ſum dignus vt ſub tecũ meũ intres: ſed tñ dic verbo ⁊ ſanabitur puer meus: mã ⁊ ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus habẽs ſub me milites ⁊ dico huic vade et vadit: ⁊ alio veni ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo fac hoc ⁊ facit. Cõuerſus ad eos q̃ ſeq̃bantur dixit. Amen dico vobis: non inueni tantã fidem in iſrael. Quare nõ inuenit tantã fidem in iſrael: Quia ꝓpheta in patria ſua honorẽ nõ habet. Nũquid nõ ⁊ illi cẽturioni poterat dicere dñs qõ dixit huic regulo: vade puer tuus vivit: ⁊ Videte diſtinctionem. Regulus iſte dñm ad domuz ſuã deſcẽdere cupiebat: ille centurio indignuz ſe eſſe dicebat. Illi dicebat: ego venio ⁊ curabo eũ Illi dictũ eſt: vade filius tuꝰ vivit. Illi preſentiam ſuaz ꝓmittebat: hũc verbo ſanabat. Iſte tñ preſentiã ſuã extorquebat ille ſe preſentia eiꝰ indignũ eſſe dicebat. Huic ſucceſſum eſt elationi: illi ꝛſen tiz eſt humilitati: tãqꝫ huic diceret. Vade filius tuus viuit: noli mihi tediũ facere: niſi ſigna ⁊ ꝓdigia videritis nõ creditis. Preſentiã meã vis in domo tua: poſſum ⁊ verbo iubere. Noli tu de ſignis credere: centurio alienigena credidit me verbo poſſe facere: ⁊ antecꝫ facerem credidit: vos niſi ſigna et prodigia videritis non creditis. Ergo ſi ita eſt: frangantur ſuperbi rami: humilis inſeratur oleaſter. Maneat tñ radix illis ꝑciſis: iſtis receptꝰ. Ubi manet radix In ꝓiarchis. Eteñ patria chriſti ppꝰ iſrael: qz ex eis venit ſm carnẽ. Sed huius arboris radix abraaz ⁊ iſaac ⁊ iacob ꝓiarche ſancti. Et vbi ſunt iſti: In reqe apud deum in honore magno: vt in abrae ſinu/iuſtus ille pauper poſt corporis exitũ lenarẽt: et in abrae ſinu de longinquo a ſuperbo diuite videretur. Ergo radix manet: radix laudatur ſed rami ſuperbi: ⁊ ꝑcidi ⁊ areſcere meruerũt. Oleaſter aũt humilis illoruz ꝑciſione inuenit locũ. Audi & quẽadmodũ ꝑcidantur rami naturales: quẽadmoduz inſerat oleaſter ex ipſo cẽturione: quẽ ꝓpter cõparationẽ huiꝰ reguli cõmemorandum putaui. Amẽ inqt dico vobis nõ inueni tãtã fidẽ in iſrael. Propterea dico vobis: quia multi ab oriente ⁊ occidẽte venient. Quaz latam terrã occupauerat oleaſter. Amara ſilua: mundus hic fuit. Sed ꝓpter humilitatem: non ſum dignus vt intres ſub tecũ meũ: multi ab oriente ⁊ occidẽte veniẽt. Et putõ qz venient q̃d de illis fiet: Si eñ venient iam ꝑciſi ſunt de ſilua: vbi inſerendi ſũt ne areſcant: Et recũbẽti inqt cũ abraã ⁊ iſaac ⁊ iacob. In quo cõiuio: ne forte nõ innites ad ſempviuẽdũ ſed ad multum bibendũ: recũbent cũ abraaz et iſaac ⁊ iacob Ubi: In regno inqt celorum. Et q̃d erit de illis qui venerũt de ſtirpe abrae: Quid fit de ramis: quibus arbor plena erat: Quid niſi quia ꝑcidentur vt iſti inſerantur. Docequia ꝑcidentur. Audi. Filij aũt inquit regni ibunt in tenebras exteriores. Habeat ergo apud nos honorẽ ꝓpheta: quia nõ habuit in patria ſua. Non habuit honorem in patria in qua cõditus eſt: habeat honorem in patria quam condidit. In illa enim conditus eſt conditor omnium: condit? in illa eſt ſm formã ſerui. Nam ipſam ciuitatem in qua cõditus eſt: ipam ſyon: ipam iudeorum gentem ipſam hierlm: ipe cõdidit cũ eſſet apud patrẽ verbũ dei. Oĩa enim p ipſum facta ſunt ⁊ ſine ipo factũ eſt nihil. De illo ergo hoie de quo ⁊ hodie audiumus: vnus mediator dei et hominum homo chriſtus ieſus etiam pſalmus prelocutus eſt dicens. Mater ſyon dicet hõ. Quidam homo mediator dei ⁊ hoiz: homo mater ſyõ dicet: Quare mater ſyon dicet: Q: inde accepit carnem. Inde virgo maria de cuius vtero forma ſerui ſuſcepta eſt in qua dignatus eſt apparere humillimus. Mater ſyon dicet homo. Et homo iſte qui dicit mater ſyon: factus eſt in ea: homo factus eſt in ea. Nam deus erat ante eam ⁊ homo factus eſt in ea. Qui homo factus eſt in ea: ipſe fundauit eam altiſſimus nõ

Pſalmo lxxxvj.

humillim⁹. hō fact⁹ i ea humillim⁹: q: verbum caro factū est/ ⁊ habitauit in nobis. Ipe fundauit eā altissim⁹: q: i pncipio erat verbū: ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ de⁹ erat verbū. Oia p ipm facta sunt. Q: vero ꝺidit istā patriam: hic habeat honorem. Repulit eū patria in qua nat⁹ est: suscipiat eū patria quam regenerauit.

Tractatus. xvij.

Cap. v. Post hec erat dies festus iudeorū ⁊ ascendit iesus hierosolymam. Est aūt hierosolymis pbatica piscina q̄ cognominabaṫ hebraice bethsaida q̄nq; portic⁹ habēs. In his iacebat multitudo magna lāguētiū cecorū claudor: aridor: expectātū aq̄ motum. Angel⁹ aūt dñi descēdebat ſm tēp⁹ in piscinā: et mouebaṫ aq̄. Et q̄ primus descēdisset in piscinā post motionem aque sanus fiebat a quacūq; detinebaṫ infirmitate. Erat aūt quidā hō ibi triginta ⁊ octo ānos habēs in infirmitate sua. Hūc cū vidisset iesus iacētē: ⁊ cognouisset q: iam multū tēp⁹ haberet dicit ei. Uis san⁹ fieri: respōdit ei lāguid⁹. dñe: hoīem nō habeo vt cū turbata fuerit aq̄ mittat me in piscinā. Dū venio em̄ ego: alī⁹ ante me descēdit. Dicit ei iesus. Surge tolle grabatū tuū ⁊ ambula. Et statim san⁹ fact⁹ est hō ille: ⁊ tulit grabatū suū: ⁊ ābulabat. Erat aūt sabbatum in die illo. Dicebant ergo iudei illi q̄ natus fuerat. Sabbatum est. Nō licet tibi tollere grabatū tuū. Respondit eis. Qui me sanum fecit ille mihi dixit. Tolle grabatū tuum et ambula. Interrogauerūt ergo eū Quis est ille hō qui dixit tibi tolle grabatū tuū ⁊ ābula: Ie aūt q̄ san⁹ fuerat effect⁹ nesciebat q̄s eēt. Ies⁹ em̄ declinauit ꝫ turba ꝫstituta in loco. Postea inuenit eū iesus in tēplo ⁊ dixit ei. Ecce sanus fact⁹ es: iā noli peccare. Ne deteri⁹ tibi aliquid cōtigat. Abijt ille hō ⁊ nūciauit iudeis q: iesus esset q̄ fecit eū sanū. ꝓpterea psequebant iudei iesū. Q: hec faciebat in sabbato. Jesus aūt respondit eis. Pater meus vsq; modo operat ⁊ ego operor. Propterea ergo magis q̄rebāt eū iudei interficere. Q: non solum soluebat sabbatum. Sed et patrem suum dicebat deum. equalem se faciens deo.



Jrū nō esse dū a deo factū miraculum. Mirum enī esset si homo fecisset. Magis gaudere q̄ mirari debemus: quia dñs noster ⁊ saluator iesus christ⁹ hō factus est: q̄ diuina inter hoīes deus fecit. Plus est em̄ ad salutē nostrā q̄ fact⁹ est ꝓpter hoīes: q̄ q̄ fecit inter hoīes: ⁊ plus est q̄ vitia sanauit aiarū nostrarū: q̄ q̄ sanauit lāguores corporū mortuor. Sz q: ipsa aīa nec eū nouerat a quo sanāda erat: ⁊ oculos habebat in carne vñ facta corporalia videret: nōdū habebat sanos in corde vnde deū latētē cognosceret: fecit q̄ videri poterat vt sanaretur vñ videri nō poterat. Ingressus est locum vbi iacebat magna multitudo lāguētiū: cecorū/claudor:/aridor:. Et cū esset medic⁹ et animarum ⁊ corpor: ⁊ q̄ venisset sanare oculos alios creditor: de illis languētib⁹ vnū elegit quē sanaret vt vnitatē significaret. Si mediocri corde ⁊ q̄si hūano captu eius genio consideremus facientē: ⁊ q̄ ad testatem pertinet/ non magnū perfecit: et quod ad benignitatem parū fecit. Tot iacebant ⁊ vnus curatus est: cum posset vno verbo oēs erigere. Quid ergo intelligendum est: nisi quia potestas illa ⁊ bonitas illa magis agebat quid anime in factis ei⁹ pro salute sempiterna intelligerent: q̄ q̄ p tempor: ali salute corpora merer̄tur? Corpor: em̄ salus que vera expectatur a dño: erit in fine in resurrectione mortuor. Tūc quod viuet non morietur: tunc quod sanabit non egrotabit: tūc q̄ sat[illegible]itur nō eluriet neq; sitiet: tūc q̄ renouabit nō veterescet. Nūc vero in illis factis dñi ⁊ saluatoris nostri iesu xpi ⁊ cecor: aperti oculi/ mēbra ꝫstricta/ morte dissoluta sūt: ⁊ quicquid sanatū est tpaliter in mēbris mortalibus/ in fine deficit. Alia ꝫo q̄ credidit: ad vitā eternā trāsitum fecit. Alie vero crediture cuius peccata dimittere venerat: ad cuius languores sanādos se humiliauerat. De hoc languido sanando sanato: magnum sign̄ dedit. Cui⁹ rei ⁊ cuius signi ꝓfundū sacramentum: q̄ tum dñs donare dignetur: attendentibus vobis et orando adiuuantibus me vestris.

tem nostram: loquar vt potero. Quicquid aūt nō possum supplebit in nobis ipe: quo adiuuante facio q̄ possum. De hac piscina que quinq; porticibus cingebaṫ in quibus iacebat magna multitudo languētiū assidue nos tractasse memini: ⁊ rem dictus sum quā mecū plures recognoscāt potius q̄ cognoscāt. Uerū nihil est ab re etiā nota repetere: vt ⁊ q̄ nō nouerāt instruant. Proinde tanq; nota breuiter pstringenda sunt: nō ociose inculcāda. Piscina illa ⁊ aq̄ illa: populum mihi videtur significasse iudeorum. Significare enim populos/ nomine aquarum aperte nobis indicat apocalypsis iohannis vbi ei cum ostenderentur aque multe: et interrogasset quid essent: respōsum accepit populos esse. Aqua ergo illa. i. populus ille: q̄ q̄nq; libris moysi tanq; quinq; porticibus claudebatur. Sed illi libri ꝓtendebāt languidos nec sanabāt. Lex em̄ peccatores conuincebat nō absolucebat. Ideo littera sine gr̄a reos faciebat: quos confitentes gratia liberabat. Nam Cal. iij. hoc dicit apostolus. Si em̄ data esset lex que posset vinificare: omnino ex lege esset iusticia. Quare ergo data est lex? Sequit et dicit. Sed conclusit de⁹ oīa sub peccato vt pmissio ex fide iesu christi daretur credētibus. Quid cuidēti⁹? Nōne verba hec exposuerunt nobis ⁊ quinq; porticus ⁊ lāguētiū multitudinem? Quinq; portic⁹ lex est. Quare quinq; porticus non sanabant languentes? Quia si data esset lex que posset vinificare: omnino ex lege esset iusticia. Quare ꝯ cōtinebat quos nō sanabat? Q: cōclusit oīa sub peccato: vt pmisso ex fide iesu xpi daretur credentib⁹. Quid ergo fiebat vt in aqua illa turbata sanarent: q̄ in porticibus sanari nō poterāt? Subito em̄ videbatur aqua turbata: ⁊ a quo turbabatur nō videbaṫ. Credas angelica ꝫtute solere fieri: nō tamen sine significante aliquo sacramēto. Post aq̄ turbatā mittebat se vn⁹ q̄ poterat: ⁊ sanabatur solus. Post illū quisq; se mitteret: frustra faceret. Quid sibi ergo hoc vult: nisi q: venit vnus xps ad populum iudeorum: ⁊ faciendo magna docēdo vtilia: turbauit peccatores: turbauit aquam presentia sua ⁊ excitauit ad passionem suam. Sed latens turbauit. Si em̄ cognouissent: nunq; dñm glie crucifixissent. Descendere ergo in aquas turbatam: hoc est humiliter credere in dominī passionem ibi sanabatur vnus/ significans vnitatem postea quisquis veniret/ non sanabatur: quia quisquis preter vnitatē fuerit/ sanari non poterit. Uideamus ergo quid voluit significare in illo vno quem etiam ipse seruans vnitatis mysteriū: sicut locutus sum de tot languētib⁹ vnū sanare dignatus est. Inuenit in annis ei⁹ numer⁹ quēdā lāguorīs: [Triginta ⁊ octo annos habebat in infirmitate]. Hic numerus quō magis ad lāguorem pertineat ad sanitatē: paulo diligentius exponendum est. Intentos vos volo qn̄ aderit de⁹ vt congrue loquar: ⁊ sufficienter audiatis. Quadragenarius numerus sacratus nobis in quandā perfectione cōmendat. Notū esse arbitror charitati vre. Testant sepissime divine scripture ieiunii hoc numero ꝓsecratū est: dñs noster Nā ⁊ moyses quadraginta diēb⁹ ieiunauit: ⁊ helias totidē: ⁊ ipse dñs nr̄ saluator iesus xps: hunc ieiunij numerū impleuit. Per moysen significatur lex: per heliam significatur prophetia: per dominum significatur euangelium. Ideo in illo monte tres apparuerunt: vbi se discipulis ostēdit in claritate vultus et vestis sue. Apparuit enim medius inter moysen et heliam tanq; euangelium testimoniū haberet a lege ⁊ pphetis. Siue ergo in lege siue in prophetia: siue in euangelio: quadragenarius numerus in ieiunio cōmēdatur. Ieiunium aūt magnū ⁊ generale est: abstinere ab inq̄tatib⁹ ⁊ voluptatib⁹ seculi. Quid est pfectum ieiunii? Ut abnegātes impietatem ⁊ secularia desideria: tēperate ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo. Huic ieiunio quaz mercedem addit apls? Sequitur et dicit. Expectātes illā beatā spē ⁊ manifestationē glie beati dei: ⁊ saluatoris nr̄i iesu xpi. In illa spe/ cū fuerit de spe facta res accepturi sumus mercedē denariū. Ipa enim merces redditur operarijs i vinea laboratib⁹ ſm euāgeliū q̄ vos credo reminisci. Neq; em̄ omnia cōmemorāda sunt tanq; rudibus ⁊ imperitis. Denari⁹ q̄ accepit nomē a numero decē redditur: ⁊ cōiunct⁹ q̄dragenario fit quinquagenari⁹. Uñ cuz laboze celebramus quadragesimā ante pascha. Nā huic tanq; salutari labori boni operis: qui pertinet ad quadragenarium numerum additur quietis ⁊ felicitatis denarius: vt quinquagenarius fiat. Significauit hoc ⁊ ipe dominus iesus multo ꝫgri⁹ quando post resurrectionē: quadraginta diebus conuersatus est in terra cū discipulis suis: quadragesimo aūt die cum ascēdisset in celum: peractis decem diēb⁹ misit mercedem spiritū sancti. Significata sunt ista: ⁊ quibusdam significationib⁹ res ipse pmente sunt. Significationibus pascimur: vt ad res ipsas durantes peruenire possimus. Operarij enim sum⁹: et adhuc in vinea laboramus. Finito die/ finito ope

De ysa. dist. v. ie iunium.

Universidad de Deusto Biblioteca

merces restituet. Sed quis operari⁹ perdurat ad percipiendā mercedem: nisi qui pascitur ad laborem? Nō enim ⁊ tu operario tuo mercedē solam daturus es. Nō enim afferes illi: vnde vires reparet. In labore pascis: vtiq; cui mercedē daturus es proinde ⁊ nos dñs in istis significationibus laborātes pascit. Nam si ista intelligendo tū sacramētorum leticia subtrahatur a nobis: desistimus in laboze: ⁊ nō erit qui perueniet ad mercedē. Quomodo ergo quadragenario numero perficit opus. Fortasse ideo q; lex in decē preceptis data est: ⁊ per totum mūdum predicāda erat lex: qui totus mūdus quattuor partibus cōmendatur oriente ⁊ occidēte: meridie et aquilone. vnde denarius p quattuor multiplicat⁹ ad quadragenariuz peruenit. vel q; per euāgeliuz quod quattuor libros habet/impletur lex q; in euāgelio dictuz est: non veni soluere legē sed adimplere. Siue ergo illa: siue ista causa: siue alia aliqua probabilio ⁊e que nos latet/doctores non latet: certum est tamē quadragenario numero significari quādam perfectionē in operib⁹ bonis: que maxime opera bona exercētur in abstinentis quadā ab illicitis cupiditatib⁹ seculi: hoc est: generali ieiunio.

Ro. xiij. Roīn. v. Audi ⁊ apostolū dicentez: plenitudo legis charitas. Charitas vnde? Per gratiā dei: per spm̄ sanctum. Nō enim habemus illam ex nobis quasi facientes illam nobis. Donū dei est ⁊ magnū donū: quomō charitas dei inquit diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis. Charitas ergo implet legez: ⁊ verissime dictum est: plenitudo legis charitas. Queramus hanc charitatē: quēadmodū cōmendatur a domino. Memēto quid posuerim: numerū triginta octo annoꝝ in illo languido. Volo exponere quare numerus trigesimus ⁊ octauus: languoris sit potius q̄ sanitatis. Ergo vt dicebam charitas implet legē. Ad plenitudinem in omnibus operibus: pertinet quadragenari⁹ numerus. In charitate aūt duo precepta nobis cōmendātur. Intuemini obsecro et figite memorie quod dico ne sitis cōtemptores verbi: ne fiat anima vestra via vbi grana iactata non germinēt: ⁊ venient inquit volatilia celi ⁊ colligēt ea. Percipite ⁊ recondite cordibus vestris. Charitatis

Matth. xxij. precepta duo sunt a dño cōmendata. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex tota mente tua. Et diliges proximū tuum sicut teipsum. In his duobus preceptis tota lex pēdet ⁊ prophete. Merito ⁊ illa vidua oēs facultates suas: duo minuta: misit i dona dei. Merito ⁊ pro illo lāguido a latrombꝰ sanciato: stabularius duos nummos accepit vnde sanetur. Merito apud samaritanos biduum fecit dñs: vt eos charitate firmaret. Binario ergo isto numero cū aliq̄d boni significat: maxime bipartita charitas cōmendatur. Si ergo quadragenari⁹ numer⁹ habet perfectionē legis: ⁊ lex nō impletur nisi gemino precepto charitatis. Quid miraris q; languebat qui quadraginta duo minus habebat? Videam⁹ proinde ista quo sacramēto iste lāguidus curetur a dño. Venit enim ipse dominꝰ charitatis doctor charitate plenus: breuians sicut de illo predictū est verbum super terram: ostēdit in duobus preceptis charitatis pendere legē ⁊ prophetas. Inde ergo pependit moyses quadragenario suo: inde helias cū suo. hunc numerū attulit dominus in testimonio suo. Curat iste languidus a presente dño: sed prius quid ei dicit: [Vis sanus fieri]? Respōdit ille homine se non habere a quo in piscinaz mittatur. Vere necessarius erat illi homo ad sanitatem. Sed homo ille qui ⁊ deus est. Unus enim deus: vnus mediator dei ⁊ hominū: homo christus iesus. Venit ergo homo qui erat necessarius: quare sanitas differretur? [Surge] inquit [tolle grabatuz tuum ⁊ ambula]. Tria dixit. Surge: tolle grabatum tuū: ⁊ ambula. Sed surge non operis imperiū fuit: sed operatio sanitat⁹. Sano aūt duo imperauit: tolle grabatū tuum: ⁊ ambula. Rogo vos cur non sufficeret ambula? Aut certe cur non sufficeret: surge? Neq; enim cū ille sanus surrexisset in loco remāsisset. Nōne ad hoc surrexisset vt abiisset? Mouet ergo me etiam quod duo precepit: qui illū iacētem duobus minus inuenit. Tanꝫ enim duo quedam iubendo: quod minꝰ erat implenit. Quomodo ergo inueniamus in his duobus domini iussis: duo illa precepta significata esse charitatis? Tolle inquit grabatū tuum ⁊ ambula. Que sunt illa duo precepta/fratres recolite mecū. Notissima enim esse debent: nec modo tantū venire in mentē cuz cōmemorantur a nobis: sed deleri numq̄ debent de cordibus vestris. Semper oino cogitate: diligendū deum ⁊ primū. Deum ex toto corde: ex tota anima: ⁊ ex tota mente: ⁊ proximū tanꝫ teipsum. Nec semp cogitanda: hec meditāda: hec retinēda: hec agēda: hec implēda sunt. Dei dilectio/ prior est ordine precipiēdi: proximi aūt dilectio prior est ordine faciendi. Neq; eū qui tibi preciperet dilectionē istam in duobus preceptis: prius tibi cōmendaret proximū et postea deum: sed prius deū postea proximum. Tu autē q; deum nōdum vides: diligendo primum promereris quē videas. Diligēdo purgas oculū ad videndum deū:

1. Jo. iiij. euidenter iohāne dicente. Si fratrē quem vides non diligis deū quem nō vides quō potes diligere? Ecce dicit tibi dilige deuz. Si dicas mihi: ostēde mihi quem diligaz: quid respōdebo nisi q; ait ipse iohannes? Deū nemo vidit vnq̄. Et ne te alienū oīno a deo videndo esse arbitreris. Deus inquit charitas est: ⁊ qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. Dilige ergo primū ⁊ intuere in te: vnde dilegis primū: ibi videbis vt poteris deū. Incipe ergo diligere proximū: frange eluriēti panez tuū: ⁊ egenos sine tecto induc in domum tuā. Si videris nudū vesti: ⁊ domesticos seminis tui ne despexeris. Faciens autez ista quid consequeris? Tunc erūpet quasi matutina lux tua. Lux tua deus tuus est. Tibi matutina: q; post noctē seculi tibi venit. Nam ille nec oritur nec occidit: quia semper manet. Erit tibi matutin⁹ redeunti: qui tibi occasum fecerat pereūti. Ergo tolle grabatum tuū/ mihi videtur dixisse: dilige proximū tuum. Sed clausuz est adhuc ⁊ expositōe indiget quātum arbitror: quare in tollēdo grabato dilectio proximi cōmendetur: nisi forte hoc nos offendit: q; per grabatum rem quādam stolidā ⁊ insensatā proximus cōmēdatur. Nō irascatur primus: si cōmendatur nobis per rez que sine anima ⁊ sensu est. Ipse dñs ⁊ saluator noster iesus christus lapis angularis dictus est: vt duos cōderet in se. Dict⁹ est et petra: vnde aqua pfluxit. Petra autē erat christus. Quid ergo mirum si petra xps liguuz proximus? Non tamē qualecūq; lignum/ qūo nec illa non qualiscūq; petra: sed vnde aqua pfluxit sitiētibus. Nec qualiscūq; lapis sed angularis: qui in se copulauit duos pietate diuerso venientes. Sic nec qualecūq; lignum proximū acceperis: sed grabatū portans. Quid ergo in graba to obsecro te? Quid nisi q; ille languidus grabato portabat? Sanatus autē grabatum portat. Quid dictuz est ab apostolo?

Gal. vj. Inuicē onera vestra portate: ⁊ sic adimplebitis legem xpi. Lex ergo christi charitas est. Nec charitas implet: nisi inuicem onera nostra portemus. Sufferētes inuicem in dilectiōe: studentes seruare vnitatem spūs in vinculo pacis. Cū esses lāguidus portabat te prim⁹ tuus. Sanꝰ factus es: porta ꝓximuz tuū. Inuicē onera vestra portate: ⁊ sic adimplebitis legem xpi. Sic imples o homo qō tibi deerat. Tolle ergo grabatū tuū: sed cuz tuleris noli remanere: ambula. Noli remanere/diligēdo proximū ⁊ curam agendo de primo tuo/iter agis. Quo iter agis: ad dñm deuz tuū. Et ad eū quem diligere debemus/ex toto corde/ex tota aia/ex tota mente. Ad deū eīm nondū peruenimus sed proximū nobiscuz habemus. Porta ergo eū cum quo ambulas: vt ad deū peruenias cum quo manere desideras. Tolle grabatū tuum ⁊ ambula. † Fecit hoc ille: ⁊ scādalizati sunt iudei. Videbāt enim hoīem die sabbati portantē grabatum suū: nec calūniabant domino qō sanum fecerat sabbato vt eis respōdere posset/q; si cuiusq̄ eoꝝ iumētum in puteū cecidisset: vtiq; die sabbati eruere t illud: ⁊ saluaret iumētum suum. Non vtiq; iam illi obijciebat quod die sabbato sanus factus esset hō: sed q; portabat grabatum suū. Si sanitas non erat differenda: nunqd ei op⁹ fuerat iperandū? [† Nō licet tibi inquiunt facere qō facis: tollere grabatum tuū]. Et ille aucrorē sanitatis sue obijciebat calūniatoribꝰ. [Qui inquit me fecit sanū: ille mihi dixit. Tolle grabatum tuū ⁊ ambula]. Nōne acciperez iussionē: a quo acceperam sanitatem? Et illi. [Quis est ille homo q̄ tibi dixit: tolle grabatum tuuz ⁊ ambula? Sed qui sanꝰ erat factus: nesciebat] a quo hoc audierat. [Jesus autem] cū hoc fecisset ⁊ iussisset: [declinauerat ab eo in turba]. Videte quomō ⁊ hoc impleatur. Portamus primū ⁊ ambulamus ad deū: sed eum ad quē ambulam⁹ nōdum videmus. Ideo ⁊ ille nondū nouerat iesum. Sacramentū hoc cōmendatuz est: quia in eū credimus quē nondum videmus. Et vt nō videamus: declinat in turba. Difficile est in turba videre xpm. Solitudo quedā necessaria est menti nostre: quadaz solitudine intētionis videt deus: Turba strepitū habet: visio ista secretum desiderat. Tolle grabatum tuū/porta portatus proximum tuū: ⁊ ambula vt peruenias. Noli iesum querere in turba. Non est vnus tanꝫ de turba. Preuenit omnez turbam: prior ascendit de mari piscis ille magnus: ⁊ in celis sedet interpellās p nobis. Tanꝫ sacerdos magnus vnus introuit in interiora veli: turba foris stat. Ambula tu qui portas proximū tuum: si didicisti portare qui solebas portari. Denicq; mō nondū nosti iesum: nōdum videz iesuz. Quid postea sequit? Qm̄ nō destitit ille tollendo grabatum suū ⁊ ambulando: vidit eū postea iesus in tēplo. In turba nō eum vidit: in templo eum vidit. Dñs qui-

† Alias litte. Et stati⁹ fact⁹ ē hō ille ⁊ sustulit grabatuz suum et ambulabat. erat aūt sabbatū in die illo: dicebāt ⁊ iudei illi q̄ sanat⁹ fuerat ⁊c.

† A pincipio. v. cap. vsq; ad hunc locū tot⁹ fere ter. vel pter. miss⁹ vel variat⁹ ē ppter ꝥba augu. iter. posita ita ēt fit i plib⁹ locis vsq; ad finez hui⁹ tractatus.

€

Universidad de Sevilla Biblioteca

dem ihesus ⁊ in turba eum vidit ⁊ in templo. Ille autem languidus in turba ihesum non agnouit/in templo cognoscit. Peruenit ergo ille ad deū:vidit eum in templo: vidit eū in loco sacrato/in loco sancto. Et quid ab eo audit:[Ecce iam factus es sanꝰ noli peccare:ne quid tibi deterius ꝓtingat.] Nunc ille postea quā vidit ihesum ⁊ cognouit ihesum auctorē sanitatis sue/nō fuit pīger in euāgelizando quez viderat. [Abijt ⁊ nunciauit iudeis:qz ihesus esset qui eū sanum fecerat.] Ille annūciabat:⁊ illi insaniebant. Ille salutē suaz predicabat:illi salutem suā non querebāt. [Persequebātur iudei dominū ihesum:qz hec faciebat in sabbato]. Quid ergo dñs modo respondit iudeis audiamꝰ. De sanis factis hominibꝰ sabbato:diri quid soleat respōdere: qz inmenta sua non contēnunt sabbato vel liberādo vel alēdo:de portato grabato ād respōdit. Manifestū opus corporale factū erat ante oculos iudeorū/non sanitas corporis:sed operatio corporis que non videbāt ita necessaria quēadmodum sanitas. Aperte ergo dominꝰ dicat sacramētū sabbati ⁊ signū obseruādi vnius diei/ad tempus esse datum iudeis:impletionem vero ipsam sacramenti in illo venisse.

Textus hz Ihesus aūt respondit eis. F

MAter meus inūt vsqz modo operat:⁊ ego operor.] Milit in eos magnuz tumultum:aduētu dñi turbatur aqua:sed q̄ turbat latet. Tamē sanādus est turbata aqua:eger vnus magnus:passo dño totus mundus. Videamus ergo responsionē veritatis. Pater meus vsqz modo operat:et ego operor. Falluz ergo dixit scriptura:qz deus requieuit ab omnibꝰ operibus suis in die septimo:Et cōtra hanc scripturā per moysen ministratā:loquit dominꝰ ihesus:cum ipse dicat iudeis: Si crederetis moysi crederetis vtiq; mihi:de me ergo ille scripsit. Videte ergo:ne aliquid voluit significare moyses qō deus requieuit die septimo. Non enim defecerat deus operando creaturā suaz:⁊ indigebat requie sicut homo. Quomodo defecerat qui verbo fecerat:Tamē ⁊ illud verum est qz requieuit deus ab omnibꝰ operibus suis in die septimo:⁊ hoc verū est quod ait ihesus:pater meus vsqz modo operatur ⁊ ego operor. Sed quis explicet verbis/homo hominibus/infirmus infirmis/indoctus discere cupientibus. Et forte si quid sapit promere ⁊ explicare nō valens hominibꝰ difficile forte capientibus etiā si explicari possit quod capitur:Quis inquā fratres mei explicet verbis: quomodo deus ⁊ quietus operet ⁊ operās quiescat:Obsecro vos:vt hoc vobis proficiētibus differatur. Vilio enim ista templum dei querit:sanctum locū querit. Portate proximū ⁊ ambulate: ibi eum videbitis vbi verba hominuz non queratis. Hoc forte potius dicere valemus:quia et in eo quod deus die septimo requieuit ipsum dominū ⁊ saluatorem nostrum ihesum christū qui hec loquebatur ⁊ dicebat: pater meus vsqz modo operatur et ego operor: magno sacramento significauit:quia ⁊ dominus ihesus vtiq; Ds:ipse est enim verbū dei:⁊ audistis quia in pncipio erat verbum. Et non qualecūqz verbum/sed deus erat verbuz: ⁊ omnia per ipsum facta sunt. Forte significatus est:requietuꝰ in die septimo ab omnibus operibus suis. Legite eīm euangelium ⁊ videte:quanta operatus sit ille. Operatus est salutem nostraz ⁊ in cruce: vt implerētur in eo omnia predicta prophetarū. Coronatus est spinis:suspensus est ligno:dirit sitio. Accepit acetū in spongia:vt impleretur quod dictum est. Et in sitī mea potauerunt me aceto. Ar vbi impleta sunt omnia opera eius/sexta sabbati/inclinato capite tradidit spiritum:⁊ in sepulchro sabbato requieuit ab omnibus operibus suis. Ergo tanꝫ diceret iudeis. Quid expectatis vt non operer sabbato:Sabbati dies vobis ad significationem meā preceptus est. Opera dei attenditis:ego ibi eram cum fierēt:⁊ per me facta sunt omnia. Ego noui:pater meus vsqz modo operatur. Operatus est pater iucem:sed dixit vt fieret lux. Si dixit:verbo operatus est. Verbum eius ego eram ego sum:per me factus est mūdus in illis operibus:per me regitur mūdus in istis operibus. Pater meus ⁊ tunc operatus est cū fecit mūdum:⁊ vsqz nunc operatur cum regit mūdum. Ergo ⁊ pr me fecit cuz fecit: ⁊ per me regit cum regit. Dirit hec. Sed quibus:Surdis/cecis/claudis/languidis medicum nō agnoscentibus:et tanꝫ in freneſi mente perdita occidere volentibus. Proinde quid secutus euāgelista dixit. † [Hinc ergo magis querebant eū iudei interficere: qz nō solum soluebat sabbatum:sed ⁊ patrem suū dicebat deum.] Non qūocūqz sed quid:[Equalem se faciens deo.] Naz oēs dicimus deo. Pater noster qui es in celis. Legimꝰ ⁊ iudeos dixisse:cuz tu sis pater noster. Ergo nō hinc irascebātur quia patrem suū dicebat deū: sed quod longe alio modo ꝑ homines.

† Alias l it. propterea.

Ecce intelligūt iudei:qō non intelligūt arriani. Arriani quippe inequalē patri filiū dicunt:⁊ inde heresis pulsat ecclesiā. Ecce ipsi ceci/ipsi interfectores christi:intellexerunt tamē verba christi. Non eū intellexerunt esse christū/nec eum intellexerūt filiuz dei:sed tamē intellexerūt in illis verbis:qz talis cōmendaretur filius dei qui equalis esset deo. Quis erat nesciebāt:talem tamē predicari agnoscebāt:qz patrez suum dicebat deū equalem se faciēs deo. Non ergo erat equalis deo:Non ipse se faciebat equalem: sed ille illum genuerat equalē deo. Si se ipse faceret equalē deo: caderet per rapinā. Qui enim se voluit eē lem facere deo cum non esset/cecidit:⁊ ex angelo factus est diabolus. Et hanc superbiam homini ꝓpinauit:vnde ipse deiectꝰ est. Nam hoc dixit homini/cui stanti lapsus suidit:gustate ⁊ eritis sicut dij:id est vsurpatione rapite quod facti nō estis:qz ⁊ ego rapiendo deiectus sum. Non prodebat:sed hoc suadebat. Christus aūt equalis patri natus erat nō factus: natus de substātia patris. Unde illuz sic cōmendat apostolus. Qui cū in forma dei esset:nō rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Quid est non rapinā arbitratus est esse se equalē deo:Non vsurpauit equalitatem dei:sed erat in ea in qua natꝰ erat. Et nos ad equalē deum qūo peruenirem⁹:semetipsum exinaniuit formaz serui accipiens. Nō ergo se exinaniuit amittens qō erat: sed accipiens qō non erat. Hanc formam serui cōtēnentes iudei/dñm christū equalem patri intelligere non poterāt:cuius cū hoc de se dicere minime dubitabāt. Et iō seuiebant/⁊ adhuc tamē eos ille perferebat:⁊ sanitatem seuientium requirebat.

Phil.ij.

Tractatus.xviij.

¶ Amen dico vobis. Non potest filius a se facere quicqz nisi quod viderit patrem facientē. Quecūqz enim ille fecerit hec ⁊ filius similiter facit. pater enim diligit filiuz ⁊ omnia demonstrat et que ipse facit.

R



OHānes euangelista inter cōsortes ⁊ cōparticipes alios euangelistas. hoc precipuū donum et proprium accepit a domino/super cuius pectus in cōuiuio discūbebat vt per hoc significaret quia secreta ⁊ altiora de intimo pectore eius potabat: vt ea diceret de filio dei:que parvulorum mentes/ fortassis intentas excitare possint:implere autem nōdum capaces nō possint. Sed diuisculis autē quibusdam mētibus et ad etatem quādam interius virilē peruenientibus/dat aliquid verbis his:quos ⁊ exerceātur ⁊ pascantur. Audistis cum legeretur:⁊ vnde sermo iste venerit memnistis. Hesterno enim die lectū est quod ꝓpterea volebant iesum iudei interficere:qz nō solum soluebat sabbatuz:sed etiam patrem suū dicebat deum equalē se faciens deo. Quod iudeis displicebat:hoc ipsi pīi placebat. Hoc sine dubio placet etiaz his qui honorificant filiū/sicut honorificāt patrē: quia si illis nō placeat displicebunt. Non enim deus erit maior:qz placet tibi:sed tu minor/si displicet tibi. Aduersus hāc autem calūniam eoū venientem vel de ignorantia vel de malicia loquit dominꝰ. Non omnino quod capiant:sed vnde agitarent ⁊ cōturbētur:⁊ fortasse vel conturbati medicum querāt. Dicebant autē que scriberentur:vt etiā a nobis postea legerentur. Uiderimus ergo quid in iudeorū cordibꝰ factum sit eū hec audirent: quid in nobis fiat cū hec audimus amplius cogitemus. Neqz enim nate sunt hereses/⁊ quedam dogmata peruersitatis illa queantia animas/⁊ in profundū precipitātia nisi dum scripture bone intelligerētur non bene: et quod in eis nō bene intelligitur/etiam temere ⁊ audacter asserit. Itaqz charissimi valde caute hec audire debemus ad que rapienda paruuli sumus/⁊ corde pio ⁊ cū tremore sicut scriptū est:hanc tenētes regulā sanctitatis/vt quod ſm fidē qua imbuti sumus intelligere valuerimus:tanꝫ de cibo gaudeamus. Quod autē ſm sanā fidei regulaz intelligere nō poterimus dubitatione auferamus:intelligentiā differamus. Hoc est etiā si quid sit nesciamꝰ:bonum tamē ⁊ verus esse minime dubitemꝰ. Et ego fratres qui suscepi loqui vobis:cogitandus sum a vobis qui susceperim et que susceperim. Suscepi eīm tractanda diuina hō:spiritualia carnalis:eterna mortalis. Etiā a me charissimi longe sit vana presumptio:si volo sanus in domo dei cōuersari que est ecclesia dei viui: colūna et firmamentū veritatis. Pro modulo meo capio:qō vobis appono. Ubi aperitur/pascor vobiscū:vbi clauditur/pulso vobiscū. Cōmoti sunt ergo iudei ⁊ indignati sunt. Merito quidē quod audebat homo equalem se facere deo. Sed ideo inmerito quia in homine nō intelligebant deum. Carnez videbant:deū nesciebant. Habitaculū cernebant/habitatorē ignorabāt. Caro enim

illa templum erat. deus inhabitat intus. Non ergo iesus carnē equabat patri: non formā serui domino cōparabat. Nō quod factum est propter nos: sed qō erat quando fecit nos. Quis nāq; sit christus catholicis loquor nostis: quia bene credidistis. Non verbum tantū/nec caro tantum: sed verbū caro factū est ⁊ habitauit in nobis. Recēsete de verbo quod nostis. In principio erat verbū: ⁊ verbum erat apud deuz: ⁊ deus erat verbū. Hic equalitas cum patre. Sed verbū caro factum est: ⁊ habitauit i nobis: hac carne maior est pater. Ira pater ⁊ equalis ⁊ maior: equalis verbo/maior carne. Equalis ei per quē fecit nos: maior eo qui factus est ꝓpter nos. Ad hāc regulam sanā catholicā/quā precipue nosse debemus/quā tenere qui nostis a qua ꝑsus fides vestra labi nō debet: que in illis hominū argumentis extoqueda est: cordi vestro dirigamus ea que intelligimus: et que forte nō intelligim⁹: dirigenda ad hāc regulam quādoqz differamus cum idonei fuerimus. Nouimus ergo equalē patri filium dei: qz nouimus in principio deū verbuz. Quid ergo iudei volebāt interficere? Quia non solū soluebat sabbatū/sed ⁊ patrem suū dicebat deum equalez se faciens deo: videntes carnem nō videtes verbuz. Loquar ergo ⁊ contra eos verbū per carnem: ⁊ interior habitator sonet per habitaculum suū: vt qui potest nouerit quis intus habitet. Quid ergo eis dicit? [Respōdit itaqz iesus ⁊ dixit eis]: cōmotis quod equalē se faceret deo. [Amen amen dico vobis: nō potest filius a se facere quicq̄/ nisi quod viderit patrē faciētem]. Ad hec quid responderunt iudei: scriptū non est: ⁊ fortasse tacuerūt. Quidam tamē qui christianos se haberi volunt/nō tacent: quo dāmodo ex his verbis cōcipiunt quedam dicēda contra nos. Que continenda non sunt ⁊ ꝓpter nos. Arriant quippe heretici dicentes/nō per carnem sed ante carnē filium qui suscepit carnez minorē esse q̄ pater est/⁊ nō esse substantie eius cuius pater est: capiūt ex his verbis ansaz calūnie ⁊ respōdent nobis. Uidetis qz dominꝰ iesus cū animaduerteret iudeos ex hoc moueri quod patri deo equalē se faceret/⁊ talia verba subiūxit: vt se equalē nō esse mōstraret. Mouebātur enim iudei aiunt aduersus christū qz equalem se faciebat deo: ⁊ volens eos corrigere ab hoc motu christus ⁊ eisdem mōstrare filiuz nō esse equalez patri: id est equalē deo: ait quasi dicēs. Quid irascimini/quid indignamini? Nō sum equalis: qz nō potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrem facientē. Qui enim non potest inquiunt facere a se quicq̄ nisi quod viderit patrem faciētem: vtiq; minor est nō equalis. In hac regula cordis sui distorta ⁊ prana/hereticus audiat nos nōdum obiurgantes: sed adhuc quasi querētes: ⁊ explicet nobis quod sentit. Puto enim o quisquis ille est: facian⁹ cuz tanq̄ presentē adesse. Tenes nobiscū: quia in principio erat verbum? Teneo inquit. Et qz verbū erat apud deum. Et hoc inquit teneo. Sequere ergo ⁊ hoc fortius tenē: qz deus erat verbū. Et hoc inquit teneo. Sed ille deus maior: ille deus minor. Jam nescio quid paganū redolet: cū christiano loqui me arbitrabar. Si est deꝰ maior ⁊ deus minor: duos deos colimus non vnum deuz. Quare inquit/⁊ tu non duos deos dicis equales tibi. Hoc ego non dico. Equalitatē enim istā sic intelligo: vt ibi intelligam etiā indiuiduā charitatem/⁊ si indiuiduā charitatem: perfectā vnitatez. Si enim charitas quaz misit hoib⁹ deus/ de multis hominū cordibus fecit corpuū/ ⁊ multas hominū animas fecit aiam vnā sicut de credētibus sesēq̄ inuicem diligentibus scriptū est in actibus apostolorum/ erat illis anima una ⁊ cor vnum in deum. Si ergo anima mea: ⁊ anima tua cū idem sapimus noscq̄ diligimus/sit anima una: quātomagis pater deus ⁊ filiꝰ deus in fonte dilectiōis deus vnus est? Ueruz ad hec verba quibus cōmotum est cor tuū: intende ⁊ recole mecuz/quod de verbo requirebamus. Si iam teneinus deus erat verbum: adiungo illud qz cū dixisset/hoc erat in principio apud deum: continuo subiecit euāgelista. Omnia per ipsuz facta sunt: et sine ipso factū est nihil. Nunc te querēdo exagito: nunc te cōtra me moueo: ⁊ te contra te iterpello. Tene tātuz memoriter ista de verbo. Quia deus erat verbum: ⁊ omnia per ipsum facta sunt. Audi iam verba quibus cōmotus es vt minorē diceres filium. Nempe qz dixit/nō potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrem faciētē. Ita inquit. Expone mihi paululuz. Sic quātum opinor intelligis. Quo quedam facit pater: filius autē attendit quē admodum facit pater: vt possit et ipse ea facere que viderit patrem facientē. Duos quasi fabros cōstituisti: ita patrem ⁊ filiuz vt etiā magistrum ⁊ discipulū. Quomodo solent patres fabri/docere filios suos artem suā. Ecce descēdo interim ad carnale sensum tuū: interim ita cogito vt tu. Videamus si cogitatio hec nostra inuenet exitū scōm illa que iam de verbo pariter locuti

sumus/pariterq; sentimus/qz deus verbum: ⁊ oia per ipsum facta sunt. Pone ergo patrē tanq̄ fabrū quedam opera faciētem: filiū autem tanq̄ discipulū: qui nō potest facere quicq̄ nisi quod viderit patrez facientē. Intēdit enim quodāmodo in manus patris: vt quomodo eū viderit fabricare/sic ⁊ ipse tale aliquid fabricet in operibus suis. Sed pater ille omnia illa que facit ⁊ vult vt attendat eū filius: ⁊ talia ⁊ ipse faciet per quem facit. Eya: nūc est vt assis sentētie tue priori quā mecum recensuisti: mecūq̄ tenuisti: qz in puncipio verbum ⁊ apud deū verbum: ⁊ deus verbuz: ⁊ omnia per ipsum facta sunt. Tu ergo cū mecū tenueris: qz per verbū facta sunt omnia/rursum carnali sapore ⁊ puerili motu facis tibi in animo deū faciētē ⁊ verbum attendentē: vt cū fecerit deus/faciat ⁊ verbum. Quid cīm fecit deus preter verbuz? Si enim facit: nō omnia per verbuz facta sunt. Perdidisti qō tenebas. Si autē omnia per verbū facta sunt: corrige quod male intelligebas. Fecit pater: ⁊ nō fecit nisi per verbū. Quomodo attendit verbū vt videat patrem facientē sine verbo: quod similiter faciat verbum? Quicquid fecit pater: per verbū fecit: aut falsum est/ oia per ipsum facta sunt. Sed verū est: omnia per ipsum facta sunt. Parū forte tibi videbatur: ⁊ sine ipso factū est nihil. Recede ergo ab ista carnis prudētia: ⁊ queram⁹ quē admodū dictum sit/nō potest filius a se facere quicq̄ nisi qō viderit patrē facientē. Queramus: si digni sumus qui apprehendamus. Fateor cīm magna res est/ ardua oino: videre facientē patrem per filiū: non singula opera faciēte patre ⁊ filio: sed qōlibet opus patre per filiū: vt nulla opera fiāt vel a patre sine filio: vel a filio sine patre: qz oia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factū est nihil. Quibus in fundamentū fidei firmissime cōstitutis: iam quale est videre qz non potest filius a se facere quicq̄ nisi qō viderit patrez facientē. Queris (vt opinor) nosse filiū facientē: quere pr⁹ nosse filium vidētē. Certe cīm ait: non potest filius a se facere quicq̄: nisi qō viderit patrem facientē. Intende qō dixit: nisi quod viderit patrē facientē. Precedit visio: ⁊ sequit effectio. Uidet cīm vt faciat. Tu quid queris iam nosse quo faciat: cuz nondum scias quo videat. Quid curris ad id quod posterius est: relicto qō prius est: Uidētez se dixit ⁊ facientē: non facientē ⁊ vidētē: qz nō potest a se facere quicq̄ nisi qō viderit patrē facientē. Dis vt explicē tibi quo faciat: Tu explica mihi quo videat. Si hoc explicare non potes nec ego illud. Si hoc percipe nondū es idoneus: nec ego illud. Uterq; ergo nr̄z querat/vterq; pulsetur vterq; accipere mereat. Quid quasi doctus calūniaris indocto: Ego ad faciendum/tu ad videndū. Ambo indocti a magistro queram⁹: nō in schola cius puerilitter litigem⁹. Tamē simul iam didicimus: qz oia per ipm facta sunt. Ergo manifestū est qz nō alia facit pater: alia filius. Sed oia facit pater per filiū: qz omnia per verbū facta sunt. Jam quo faciat deus quis nouit? Non dico quo fecerit mundus: sed quo fecerit oculus tuus: cui carnaliter inhe rens: visibilia inuisibilibus cōparas. Talia cīm de deo cogitas: qualia his oculis videre cōsuesti. Si autē istis oculis videri possit deus: nō diceret. Beati mundo corde: qz ipsi deū videbunt. Ergo habes oculum corporis ad videndū fabrū: sed nōdū habes oculū cordis ad videndum deum. Ideo quod soles videre in fabro: trāsferre vis in deū. Pone in terra terrena: sursum cor. Quid ergo fratres charissimi? Explicaturi sumus nos qō interrogauim⁹ quomodo videat verbuz: quomodo pr̄ videatur a verbo. Quid sit videre verbi? Non sum tam audax: tam temerarius vt explicare pollicear me vobis. Utcunq; suspicor modulū vestrum: noui tamē meū. Si ergo placet nō diutius inoremur: percurram⁹ lectionē ⁊ videamus verbis domini turbari corda carnalia: ne in eo qō tenent: remanēat. Extoqueatur tanq̄ puerile iudicrū nescio quid quo se male auocant vt possint inseri vtiora gradioribus: vt possint proficere qui repebāt in terra. Surge: quere/suspira: anhela desiderio: ⁊ ad clausa pulsa. Si autē nondum desideramus: nō sum inhiamus: nōdū suspiram⁹: margaritas quibuscūq̄ proiecturi sumus aut margaritas q̄lescūq̄ nosipsi inuenturi sumus. Noueri ergo charissimi desiderū in corde vestro. Mores perducū ad intelligēciaz. Genus vite pducet ad genus vite. Alia vita terrena: alia vita celestis. Alia vita pecoz: alia vita hoīm: alia vita angeloz. Uita pecoz: terrenis voluptatibus estuat: sola terrena requirit: in ea pna atq; pfecta est. Uita angeloz sola celestis. Uita hoīm media est inter angeloz ⁊ pecoz. Si viuit hō fm carnē pecoribus cōparat. Si viuit fm spm: angelis sociat. Quando fm spm viuis quere etiam in ipsa angelica vita: vtrū parvus an grādis sis. Si cīm adhuc parvus es: dicunt tibi angeli/crescere. Nos panē māducamus: tu lacte nutrire: lacte fidei vt puenias ad cibū spei. Si aut

Johā. j.

Mat. v.

Universidad de Sevilla Biblioteca

iniuriā ſordidis voluptatib⁹: ſi adhuc fraudes cogitantur: ſi mendacia non vitantur ſi mendacia piu⁹ ijs cumulantur: tam immundum cor audet dicere: explica mihi q̄modo videt verbū. Etiam ſi poſſim: etiam ſi iam videam? Porro aūt ſi forte ego non ſum in his moribus: ⁊ tamen ab iſta viſione longe ſim: quārū ille q̄ nō dū iſto ſupno deſiderio rapitur terrens deſideriis p̄grauatur? Multū intereſt inter aduerſantem ⁊ deſiderantē. Et iterū multum intereſt inter deſiderantē ⁊ fruentē. Viuis vt pecora aduerſarijs: angeli fruunt. Tu autē ſi non viuis vt pecora: iā nō aduerſaris. Deſideras aliquid ⁊ nō capis. Inchoaſti ipſo deſiderio vitā angelorum. Creſcat in te ⁊ p̄ficiatur in te. Et capias hoc nō a me: ſed ab illo: qui ⁊ me fecit ⁊ te. Tamen non vt cūcta nos dimiſit dominus qui voluit intelligi. Quia in eo quod dixit: non poteſt filiꝰ a ſe facere quicq̄ nisi quod viderit patrem facientem/non alia opera pater facit que videat filius/⁊ alia filius cum viderit patrē facientē: ſed eadē opera ipſa ⁊ p̄ ⁊ filius

† Alia lra habz cū.

Secut⁹ eīm ait. [Quecūq; ille fecerit: hec ⁊ filiꝰ ſimiꝛ facit]. Nō cū ille fecerit: alia filiꝰ ſimiliter facit: ſed quecūq; ille fecerit/ hec ⁊ filius ſimiliter facit ſi hec facit filius que fecerit pater: per filiū facit pater. Si per filiū facit que facit pater: non alia pater alia filius facit: ſed eadē opera ſunt patris ⁊ filij. Et q̄uo eadē facit ⁊ filiꝰ: ⁊ eadē ⁊ ſimiliter? Ne forte cadez ſed diſſimiliter Eadē inquit: ⁊ ſimiliter. Et quomō poſſit eadē non ſimiliter: accipite exēplū: q̄ puto ad vos non ſit grande. Cum ſcribimus litteras facit eas primo cor noſtrū: ⁊ deinde manus noſtre. Certe eīm oēs acclamaſtis: niſi q⁊ cognouiſtis? Certū eſt q̄ dixi. ⁊ manifeſtum omnib⁹ nobis. Littere fiunt, p̄mo a corde: deinde a corpore noſtro. Manus ſeruit iperanti cordi eaſdē lras facit ⁊ cor ⁊ manꝰ. Nūq̄d alias cor alias manꝰ

☞ Nā aliud eſt cor: aliud eſt manꝰ. Eaſdē q̄dem facit manus: ſed nō ſimiliter. Cor eīm noſtrū facit eas intelligibiliter: manꝰ aūt viſibiliter. Ecce quō fiunt eadem ⁊ diſſimiliter. Unde parum fuit domino dicere: que cunq; pater fecerit hec ⁊ filiꝰ facit: niſi adderet ⁊ ſimiliꝛ. Quid ſi eīm hoc mō intellige res/quō q̄cūq; cor facit hec ⁊ manꝰ facit: ſz nō ſimiliꝛ. Hic ꝙ addidit: hec ⁊ filius ſimiliter facit. Si ⁊ hec facit ⁊ ſimiliter facit: expergiſcere: ſtringuatur iudeꝰ credat xp̄ianus. Conuincatur arrianꝰ heretic⁹ equalis eſt patri filius. [Pater eīm diligit filiū: ⁊ oia demonſtrat ei q̄ ipſe facit]. Ecce eſt illud demōſtrat: cui? vnq; quaſi videti. Rdim⁹ ad id q̄ explicare nō poſſumus: quo modo verbum videat. Ecce homo factꝰ eſt p verbum. Sed homo habet oculos/hz aures: habet manus: diuerſa mēbra in corpore. Per oculos poteſt videre: per aures poteſt audire: p manꝰ opari. Diuerſa mēbra/ diuerſa mēbroꝝ officia: nō poteſt illud mēbrum quod poteſt alterū. Tamē ꝓpter corporis vnitatez/oculus ⁊ ſibi ⁊ auri videt: ⁊ auris ſibi ⁊ oculo audit. Nunq̄d tale aliquid in verbo arbitrandū eſt eſſe: quomō omnia p ipſum? Et dixit ſcriptura in pſalmo. Intelligite q̄ inſipientes eſtis in ppō: ⁊ ſtulti aliq̄n ſapite. Qui plantauit aurem nō audiet: aut q̄ finxit oculū nō conſiderat Si ergo finxit oculū verbū: ſi plantauit aurem verbum: q⁊ oia p verbū: nō poſſumus dicere: non audit verbū: non videt verbuz ne obiurget nos pſalmus ⁊ dicat/ſtulti aliquando ſapite. Itaq; ſi audit verbuz ⁊ videt verbum: audit filius: ⁊ videt filiꝰ. Nūquid tamen ⁊ in ipſo diuerſis locis q̄ſituri ſumus oculos ⁊ aures? Aliūde audit/aliū de videt: ⁊ auris eius non poteſt quod oculus ⁊ oculus nō poteſt/quod poteſt auris. An totus ille viſus eſt: ⁊ totꝰ audit? Forte ita: immo nō forte ſed vere ita: dū tamen ⁊ ipſum eius videre: ⁊ ipſm eiꝰ audire: lōge alio modo q̄ noſtrum ſit. Et videre ⁊ audire ſimul in verbo eſt: nec aliud ibi eſt audire: aliud videre: ſed auditus viſus: ⁊ viſus auditus. Et nos qui alter audiuimus: alter videmus: hoc vnde nouimus? Redim⁹ forte ad nos: ſi non ſumus preuaricatores quibus dictum eſt. Redite p̄uaricatores ad cor. Redite ad cor. Quid itis a vobis: ⁊ paritis ex vobis: quid itis in ſolutudinis vias? Erratis vagādo. Redite. Quo? Ad dñm. Cito eſt. Primo redi ad cor tuū. Exulate vagaris foris. Teipſum nō noſti: ⁊ q̄ris a quo factus es? Redi redi ad cor: tolle te a corpore. Corpus tuuz habitatio tua eſt. Cor tuum ſentit etiam per corpus tuū Sed corpus tuum nō cor tuū. Dimitte et corpus tuū: ⁊ redi ad cor tuū. In corpore tuo luenieba⁹ alibi oculos: alibi aures in corde tuo nūq̄d hoc inuenies? an in corde non habes aures? De quib⁹ eīm dominus dicebat. Qui habet aures audiēdi audiat. An in corde nō habes oculos? Uñ dicit apoſtolus. Illuminatos oculos cordis veſtri. Redi ad cor: vide ibi q̄d ſentias forte de deo quis ibi eſt imago dei. In interiore homine habitat chriſtꝰ: in interiore homine renouaris ad imaginem dei in imagine ſua cognoſce auctorez eius. Unde quē admodum omnes corporis ſenſus: cordi intro nunciēt id q̄ ſenſerit foris. Unde ꝙ

Esa. xlvi

Ephe. i.

multos miniſtros habeat/vnꝰ interior imperator: ⁊ quid apud ſe etiā ſine his miniſtris agat. Renūciant oculi cordi alba ⁊ nigra: renūciāt aures eidē cordi canora ⁊ diſſona. Renūciant nares eidē cordi odora ⁊ putētia. Renūciat guſtus eidē cordi amara ⁊ dulcia. Renunciat tactꝰ eidē cordi lenia ⁊ aſpera. Renunciat ſibi ipm cor iuſta ⁊ iniuſta. Cor tuū ⁊ videt ⁊ audit: ⁊ cetera ſenſibilia dijudicat: ⁊ quo non aſpirat corporis ſenſus: iuſta ⁊ iniuſta: mala ⁊ bona: diſcernit. Oñde mihi oculos: aures: mares cordis tui. Diuerſa ſunt q̄ ad cor tuū referunt: ⁊ diuerſa ibi mēbra nō inuenit. In cārne tua alibi audis: alibi vides in corde tuo ibi audis vbi vides. Si hoc imago: cui? to potenti? ille cuiꝰ imago? Ergo ⁊ audit filius ⁊ videt filiꝰ. Et ea viſio ⁊ auditio filius. Et hoc eſt illi audire q̄ eſſe: profecto ⁊ hoc videre q̄ eſſe. Tibi nō hoc eſt videre q̄ eſſe: q⁊ ⁊ ſi perdas viſum potes eſſe: ⁊ ſi pdas auditū potes eſſe. Putamus ne pulſauimus? Erectū eſt aliq̄d in nobis q̄ vel tenuit ſuſpicemur: vnde lumen veniat nobis. Puto fratres: q⁊ cū loquimur iſta: ⁊ cū meditamur exercem⁹ nos. Et cū exercem⁹ nos in ipſis: ⁊ rurſus quaſi inflectimur p̄ derenō ad iſta cōſueta: tales ſumus quales inſipiētes cū ꝓducunt ad videndū lumen: ſi forte antea viſum oino nō habebāt ⁊ incipiunt eundē viſum p diligentiā medicoꝝ vtcūq; reparare. Et cū ꝓbare vult medicus ſtū ſalutis eis acceſſerit: tentat eis oñdere q̄d videre deſiderabāt ⁊ non poterant cū ceci eſſent ⁊ redeunte iam vtcūq; acie oculoꝝ ꝓducunt ad lucē. Et cū viderint fulgorē in ipſo reuerberanꝫ quodāmō ⁊ reſpondent medico demōſtranti. Jamiā vidi: ſed videre nō poſſuz. Quid ḡ facit medicus? Reuocat ad ſolita ⁊ addit collyriū: vt ad illud q̄d viſum eſt ⁊ videri non pōt: deſideriū nutriat: ⁊ ex ipſo deſiderio cureꝫ plenius: ⁊ ſi qua cordacia reparāde ſanitati ad hibent: fortiter ferat: vt amore illi⁹ lucis accēſus dicat ſibi. Qñ erit vt illud firmis oculis videā q̄d ſaucijs infirmiſq; nō potui? Urget medicū: ⁊ rogat vt curet. Ergo fres ſi tale aliq̄d factū eſt in cordib⁹ veſtris: ſi vtcūq; erexiſtis cor veſtrū ad videndū verbū: ⁊ ipſius luce reuerberati ad ſolita recidiſtis. Rogate medicū vt adhibeat collyria mordācia: p̄cepta iuſticie. Eſt q̄d videas: ſz nō eſt vnde videas. Nō mihi ante credebas q⁊ eſt q̄d videas: duce quadā rationis adductus es: propinquaſti: intendiſti: palpaſti: refugiſti. Scis certe eſſe q̄d videas: ſed idoneū nō te eſſe q̄ videas. Erſo curare. Que ſunt collyria? Noli mētiri noli piurare: noli adulterari: noli furari: noli fraudare. Sed ꝙſueti et cū aliquo dolore ⁊ ꝙſuetudine reuocaris: hoc eſt q̄d mordet ſz ſanat. Nā dico tibi liberius ex timore ⁊ meo ⁊ tuo. Si curari reſtiteriſ ⁊ eſſe idoneꝰ ad pfruendū hac luce neglexeris: valitudine oculoꝝ ſuoꝝ tenebras amabis: ⁊ amando tenebras i tenebris remanebis: ⁊ remanēdo in tenebris etiā i tenebras exteriores p̄cipieris. Ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dentiū. Si mihil añ faciebat amor lucis: faciat timor doloris. Sufficiēter me loquutū arbitroꝝ/ lectionē tñ euāgelicā nō finini. Si dicā reliqua: onerabo vos: ⁊ timeo ne etiā q̄d hauſtū eſt: effundaꝫ. Sufficiāt ḡ iſta charitati vē. Debitores ſumꝰ/nō nūc ſz ſemp ꝓdimus viuimꝰ: q⁊ ꝓpter vos viuimꝰ. Uerūtn vitā noſtrā iſtam infirmā: laboriоſam: periculoſam in hoc mundo cōſolamini beneviuendo: uolite vos contriſtari ⁊ atterere malis moribus vr̄is. Cū eīm offendimur mala vita veſtra/ſi refugiamus a vobis: ⁊ ſeparemus nos a vobis: ⁊ ad vos non accedam? Nōne ꝙquerimini ⁊ dicet? ⁊ ſi lāguebam⁹ curaretis: ⁊ ſi infirmabamur viſitaretis? Ecce curamus ecce viſitamur: ſed non nobis fiat quō audiſtis ab apō. Timeo ne ſi ne cauſa laborauerim in vos.

Tractatus. xix.

Nō pōt filius a ſe facere quicq̄ nſi quod viderit patrē facientē. Quecunq; eīm ille fecerit: hec ⁊ filiꝰ ſimiliter facit. Pater enim diligit filium ⁊ omnia demonſtrat ei que ipſe facit ⁊ maiora his demōſtrabit ei opera: vt vos miremini. Sicut enim pater ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat: ſic ⁊ filius quos vult viuificat. Neq; enīz pater iudicat quēq̄. Sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium ſicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui miſit illum. Amen Amen dico vobis. Quia qui verbuz meum audit ⁊ credit ei qui miſit me habet vitam eternam. Et in iudiciū non venit: ſz transiet a morte in vitā Amen amen dico vobis. Quia venit hora ⁊ nūc eſt: quando mortui audient vocē filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Sicut eīm pater habet vitā in ſemetipſo ſic dedit ⁊ filio habere vitaz

in semetipo: ⁊ potestatē dedit ei ⁊ iudiciū facere: quia filius hominis est: nolite mirari hoc. Quia venit hora in qua omnes qui in monumētis sunt audient vocē filij dei: ⁊ bona fecerunt in resurrectionē vite: qui vero mala egerūt in resurrectionem iudicij. Nō possum ego a meipo facere quicq̄. Sicut audio iudico: ⁊ iudicium meum iustum est. Quia nō quero voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me.

A



Ermone pristino quantū nostrum mouit affectū et intelligēdi paupertatē: locuti sum⁹ ex occasione vere boz euangelicoz: vbi scriptum est: non pōt filius a se facere quicq̄ nisi qđ viderit patrē facientē. Quid sit videre filij hoc est videre verbi: qz filius verbū: ⁊ qz p verbum facta sunt oia. Quō possit intelligi qđ videt filius primo patrē facientem: tūc demum ⁊ ipse faciat q̄ facta cōsperexerit: cū pater nihil nisi p filium fecerit. Oia em̄ p ipm facta sunt ⁊ sine ipso factuz est nihil. Non tamen explicatuz aliquid diximus: qz nec explicatum aliquid intellexerimus. Aliquādo em̄ sermo deficit: vbi etiam intellect⁹ p ficit: ⁊ tomagis sermo patit defectionem: quando intellectus nō habet pfectionem: Nūc itaq̄ ⁊ tū dñs donat: breuiter percurramus lectionē: ⁊ vel hodie expleamus debitum pensum. Si quid forte remanserit: vel tpis vel viriū: retractabimus si potuerimus ⁊ tuz ⁊ a nobis ⁊ apud vos fieri p̄ testē. Quid sit videre verbi: demōstrari ꝑ bo non pōt. Oia quippe dicta sunt hic. Que si intelliganť ſm humanum sensum carnaliter: nihil aliud nobis facit: aia plena phātasmatis: nisi quasdā imagines velut duorum hominū patris ⁊ filij: vni⁹ ostēdentis alterius videntis: vni⁹ loquētis: alteri⁹ audiētis: que oia idola cordis sunt. Que si iā deiecta sunt de templis suis: quātomagis deijcieda sunt de cordibus xp̄ianis. [Nō potest inquit ⁊ a se facere quicq̄: nisi qđ viderit patrē facientē.] Uerū est hoc: tenete hoc: dū tū non amittatis qđ in ipsius enāgelij exordio tenuistis: qz in principio erat verbū ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ deus erat verbū: ⁊ p̄cipue qz omnia per ipsum facta sunt. Quod nunc enim audistis cōiungite illi auditui: et vtrūq̄ cōcordet in cordibus elyistris. Sic itaq̄ non potest filius a se facere quicq̄ nisi qđ viderit patrē facientez: vt tū pater ea q̄ facit nō faciat nisi p filiū: qz eius est verbuz. Et in principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deū: ⁊ deus erat verbum: qz oia per ipsuz facta sunt. [Que cūq̄ em̄ ille fecerit hec ⁊ filius similiter facit.] Non alia sed hec: nō dissimiliter sed similiter. [Pater em̄ diligit filiū: ⁊ omnia demonstrat ei que ipse facit.] Ad hoc qđ supra dixit: nisi qđ viderit patrē facientē: videtur ptinere: ⁊ qđ omnia demonstrat ei q̄ ipse facit. Sed si pater demonstrat que facit: nō alij⁹ potest facere nisi pater demonstrauerit. Pater q̄ demonstrare nō pōt nisi fecerit: consequēs erit vt nō p filium faciat oia pater. Porro si firmum atq̄ inconcussuz tenemus: qz p filiuz oia pater facit: anteq̄ facit demonstrat filio: ⁊ filius demōstrata faciat / que demōstrata iā facta sunt: aliqđ ꝑculdubio pater sine filio facit. Sz non facit pater aliquid sine filio: qz filius dei⁹ vbū est: ⁊ oia per ipz facta sunt. Remanet ergo fortasse: vt q̄ pater facturus est: demōstraret facienda: vt p filium sint facta. Nam si filius ea facit que pater facta demonstret: non vtiq̄ per filium facit. Wonstrari enim non possent nisi facta: facere filij⁹ nō posset nisi mōstrata fuerint. Ergo sine filio facta. Sed verum est omnia per ipsuz facta sunt Ergo anteq̄ facta / mōstrata sunt. Sz hoc diximus differendū esse: quo redeūdum sit percursa lectiōe si vt diximus aliquid vel temporis velvtriū nobis remanserit: ad ea que distulimus retractanda. Amplius audite difficilia. [Et maiora his iquit demōstrabit ei opa: ⁊ ita vt vos miremini.] Maiora his. Quibus maiora? Facile occurrit que modo audistis curationibus languorum corporalium. Wde isto em̄ qui triginta ⁊ octo annis habebat infirmitatē ⁊ christi verbo sanatus est: nata est hui⁹ occasio tota sermonis. Et propter hoc dñs dicere potuit / maiora his demonstrabit ei opera: vt vos miremini. Sunt em̄ opera maiora q̄ ista: ⁊ demōstrabit ea pater filio. Non demonstrauit ei tanq̄ de preterito: sed demōstrabit de futuro: hoc est demonstraturus est. Rursus difficilis oritur q̄stio. Est em̄ aliquid apud patrez / qđ adhuc latebat filiū: quando ista filius loquebatur. Si enim de monstrabit: hoc est demōstraturus est: nōdum demonstrauit: ⁊ filio tunc demonstraturus est quando⁊ istis. Sequit em̄ ita: vt vos miremini. Et hoc difficile est videre: quō tāq̄ tpaliter filio coeterno aliquid demonstret eternus pater: oia scienti q̄ sunt apud patrez. Que sunt tū illa maiora. hoc em̄ forte facile est intelligere. [Sicut enim

Joh. 5.

†Alia lit. filiꝰ.

Joh. 5.

B

†Alia lit. nō ꝓ ita.

pater inquit suscitat mortuos ⁊ vinificat: sic ⁊ filij⁹ quos vult vinificat]. Maiora em̄ sunt opa mortuos suscitare: q̄ languidos sanare. Sz resuscitat pater mortuos ⁊ vinificat: sic ⁊ filij⁹ quos vult vinificat. Alij⁹ q̄ pater alij⁹ filij⁹: sed oia p ipm. Ipos itaq̄ filius quos ⁊ pater: qz non alia: nec aliter: sz hec et filij⁹ similiter facit. Ita plane intelligendū est: et ita tenendū. Sed mementote qz filius quos vult vinificat. Tenete hic ergo nō solū potestatē filij: verūetiam volūtatē. Et filij⁹ q̄s vult vinificat: ⁊ pr̄ quos vult vinificat: et ipos filij⁹ quos ⁊ pater: ac per hoc eadē patris ac filij potestas et volūtas. Quid est q̄ q̄ sequtur. [Neq̄ em̄ pater iudicat quēq̄: sed iudiciū oē dedit filio vt oēs honorificent filiū sicut honorificant patrē. [Quod ita subiūxit: tanq̄ rationem reddēs superioris sententie. Multum mouet. Intenti estote. Filius quos vult vinificat: pater quos vult vinificat. Filius suscitat mortuos: sicut pater suscitat mortuos. Neq̄ enim pater iudicat quēq̄. Si in iudicio suscitandi sunt mortui quomodo pater suscitat mortuos si non iudicat quemq̄? Oīne quippe iudiciū dedit filio. In illo quippe iudicio suscitantur mortui ⁊ resurgunt alij ad vitam eternaz: alij ad penā. Quod totuz si filius facit / pater aūt ideo nō facit qz pater nō iudicat quēq̄: sed oē iudicium dedit filio: contrarium videbitur ei qđ dictū est. Sicut pater suscitat mortuos ⁊ vinificat: sic et filius quos vult vinificat. Simul ergo suscitāt. Si simul suscitāt: simul vinificant: simul ergo iudicant. Quō itaq̄ verū est: neq̄ em̄ pr̄ iudicat quēq̄: sed iudiciū oē dedit filio? Wouēāt interim ꝓposite questiones: prestabit dominus vt solute declarent. Ita est fratres. Ois questio nisi intentū fecerit ꝓpositā: non letificabit exposita. Sequať ergo ipse dñs: ne forte in his que subiecit apiat se aliquātuz. Subtexit em̄ nubilo lucē suā: ⁊ difficile est aquile mo revolare sup omnē nebulā qua tegit omis terra ⁊ videre ꝑbū domini sincerissimā lucem. Ne forte ergo calore radiorum suorū discutiat caliginem nostram ⁊ aliquantuz se in conseqntiꝰ aperire dignetur: dilatis illis sequentia videamus. [Qui nō honorificat filium: non honorificat patrē qui misit illū]. Hoc verum est et planum est. Omne quippe iudicium dedit filio sicut supra dixit: vt omnes honorificent filiū sicut honorificāt patrē. Quid si inueniūtur qui patrem honorificant ⁊ nō honorificant filiū? Non potest inquit fieri qui nō honorificāt filium: non honorificant patrem qui misit illum. Nō potest ergo dicere aliquis. Ego patrem honorificabam: qz filiū nō nouerā. Et si nondū filiū honorificabas: nec patrē honorificabas. Quid est enim honorificare patrē nisi qđ habeat filiū? Aliud est em̄ cū tibi cōmēdatur de⁹ qz de⁹ est: ⁊ aliud est cū tibi cōmendat de⁹: qz pr̄ est. Cū tibi qz de⁹ est cōmendat: creato: tibi cōmēdat: omnipotens tibi cōmendatur. Spiritus quidē summus eteru⁹ inuisibilis tibi cōmendat Incōmutabilis tibi commendat. Cū vero tibi qz pater est commēdat: mihil tibi aliō q̄ ⁊ filius commendatur. Quia pater dici nō potest: si filiū non habet: sicut nec filius si patrē nō habet. Sed forte quidē patrem honorifices tāq̄ maiorē: filiū vero tāq̄ minorē: vt dicas mihi: honorifico patrez: scio em̄ qđ habeat filiū: ⁊ nō erro in patris nomine / non em̄ patrē intelligo sine filio: honorifico tū ⁊ filiū tanq̄ minorem. Corrigite ipe filius ⁊ reuocat te dicens: vt oēs honorificent filium: non inferius sed sicut honorificant patrē. Qui ergo nō honorificāt filium: non honorificāt patrē q̄ misit illum Ego inq̄s maiorē honorē volo dare patri. minorem filio. Ibi tollis honorē patri: vbi minorē das filio. Quid em̄ aliud tibi videť ita sentienti: nisi qz pater equalem sibi filium generare / aut noluit / aut non potuit: Si noluit inuidit: si nō potuit: deficit. Nō ergo vides quia ita sentiendo vbi maiorez honorem vis dare patri: ibi es contumelios⁹ in patrem: Proinde sic honorifica filium / quomodo honorificas patrem: si vis honorificare et patrem et filium. [Amen Amen dico vobis: quia qui verbum meuz audit et credit ei qui misit me habet vitaz eternam. Et in iudicium nō venit: sed ↑trā sijt a morte in vitam]. Non nunc transit: sed iam trāsijt a morte in vitam Et hoc audite qui verbum meum audit: ⁊ non dixit et credit mihi: sed credit ei qui me misit Uerbum ergo filij audiat vt patri credat. Quare verbum audit tuum: et credit alteri: Nonne cum verbum alicuius aud: m⁹: eidem verbum proferenti credimus: lo q̄nti nobis fidem accōmodamus: Quid ergo voluit dicere qui verbum meū audit ⁊ credit ei qui misit me: nisi ꝗuia verbum eius est in me: Et quid est audit verbum meuz nisi audit me: Qui credit mihi: credit ei q̄ misit me: quia cum illi credit / verbo et⁹ credit. Cum autē verbo eius credit / mihi credit: quia verbum patris ego sum. Pax ergo in scripturis et omnia dispositā nequa q̄ rixantia. Tu abijce litem cordis tui: intellige cōcordiam scripturarū. Nūqd ↑tra ria sibi diceret ꝟitas: Qui audit inq̄t verbum meū ⁊ credit ei qui misit me habet ꝟi

C

†Alia tra siet.

tam eternam: ⁊ in iudiciũ nõ venit: ſed trã
ſit a morte ad vitam. Weminiſtis qõ ſupe
rius poſueram⁹: qz ſicut pater ſuſcitat mor
tuos ⁊ viuificat: ſic et filius quos vult viui
ficat. Incipit iã aperte ſe loqui de reſurre
ctione mortuoꝝ: ⁊ ecce iam reſurgũt mor
tui. Qui eñ verbum meum audit et credit
ei q̃ miſit me habet vitã eternã: ⁊ in iudiciũ
non venit. Proba qz reſurrexit: ſed tranſiit
iniquit a morte ad vitaz: nullo dubitãte vti
q̃ reſurrexit. Non eñ tranſiret de morte
ad vitaz: niſi primo eſſet in morte ⁊ nõ eſſet
in vita. Cũ autem tranſierit/erit in vita: et
nõ erit in morte. Mortuus ergo erat ⁊ reui
xit: pierat et inuẽtus eſt. Fit pinde iã q̃dã
reſurrectio: ⁊ trãſeũt hoies a morte quadã
ad quãdã vitã. A morte ifidelitas ad vitã
fidei: a morte falſitatis ad vitaz veritatis
A morte iniquitatis ad vitam iuſticie. Eſt
ergo iſta quedam reſurrectio mortuorum
Aperiat illam plenius: ⁊ diluceſcat nobis
vt cepit. [Amen amen dico vobis: quia ve
nit hora et nunc eſt]. Nos expectamus in
finem reſurrectionem mortuorum: naz ita
credimus: immo nõ expectamus. Sz pla
ne expectare debem⁹. Neq; eñ falſum cre
dimus in fine mortuos reſurrecturos. Cũ
ergo vellet dominus ieſus inſinuare no
bis quandã reſurrectionem mortuorũ: an
te reſurrectionez mortuoꝝ. Nõ ſicut lazari
vel filij illius vidue: vel filie archiſynagogi
q̃ reſurrexerunt morituri: nam ⁊ ipoꝝ mor
tuorũ quedã reſurrectio facta eſt: ante re
ſurrectionez mortuoꝝ. Sed ſicut hic dicit
habet inquit vitã eternã: ⁊ in iudiciũ non
venit ſed tranſit a morte ad vitã. Ad quaz
vitã: Ad eternã. Nõ aũt ſicut corp⁹ lazari
Trãſit eñ et ille a morte ſepulchri ad vitã
hominũ: ſed nõ eternã: iteruz moritur. Re
ſurrecturi aũt in fine ſeculi mortui: in vi
eternam tranſibunt. Cum ergo vellet do
minus ieſus chriſtus magiſter celeſtis: ver
bum patris et veritas demonſtrare nobis
quandam reſurrectionez in vitã eternam/
añ reſurrectionem mortuorũ in eternam vi
tam. Uenit hora inquit. Tu ꝓculdubio in
dutus fide reſurrectionez carnis expecta
bas horam illam finis ſeculi diem iudicij
quam ne in iſto loco expectares addidit ⁊
nunc eſt. Quod ergo dicit venit hora. Non
dicit de illa hora nouiſſima vbi in iuſſu et
voce archangeli: ⁊ in tuba dei dñs ipe de
ſcendet de celo et mortui in chriſto reſur
gent primi deinde nos qui viuimus viuen
tes qui reliqui ſumus/ſimul rapiẽmur cũ
illis in nubibus obuiam chriſto in aera: ⁊
ita ſemp cuz domino erimus. Et veniet ho
ra illa: ſed nõdũ nunc. Hora vero iſta que
ſit. Audiuerite. Quid in ea fit: Quid niſi re
ſurrectio mortuorũ: Qui q̃ reſurgũt: in eter
nũ viuãt: Hoc erit ⁊ nouiſſima hora. Quid
ẽ: Nõ intelligim⁹ duas iſtas reſurrectio
nes: Nõq̃d forte qui nũc reſurgũt: tũc nõ
reſurgent: vt aliorum fiat tunc reſurrectio
aliorum nunc: Non eſt ita. Nam iſta re
ſurrectione ſi recte credidim⁹ reſurrexim⁹
⁊ noſipſi qui iaz reſurreximus/altera in ſi
ne reſurrectionẽ expectam⁹. Sed ⁊ nũc in
eternam vitã reſurrexim⁹: ſi in fide ipſa ꝑ
ſeueranter meminem⁹. Et tũc in eternã vi
tam ꝓ-ſurgem⁹ qñ angelis coequabimur.
Ipſe ergo diſtinguat/ipſe aptet quod loq̃
auſi ſumus. Quõ fiat reſurrectio ãte reſur
rectionem: Non aliorum ſet aliorũ: ſed eo
rundem: nec talis qualis lazari: ſed in vi
tam eternã. Aperiet. Iane. Audite diluce
ſcentẽ magiſtrũ et illabentem cordib⁹ no
ſtris ſolẽ nr̃m. Nõ quẽ deſiderãt oculi car
nales: ſed cui eſtuant aperiri oculi cordis
Ipſum ergo audiamus. Amẽ amẽ dico vo
bis: qz venit hora ⁊ nũc eſt qñ mortui. Uide
te exẽplũ reſurrectionem: [qñ mortui au
dient/vocem filij dei: ⁊ qui audierint/vi
uẽt: Quare addidit q̃ audierit viuẽt: Poſ
ſent eñ audire niſi viuerent: Sufficeret q̃
venit hora ⁊ nũc eſt: qñ mortui audient vo
cẽ filij dei. Iã nos ſi intelligerem⁹ viuẽtes
eos: qñ niſi viuerẽt audire nõ poſſent: non
inquit qz viuunt audiunt: ſed audiẽdo reui
uiſcunt. Audiẽt: ⁊ q̃ audierint viuẽt. Quid
eſt ergo audient: niſi obaudient: Quãtum
eñ pertinet ad auris auditũ: non omnes q̃
audient/viuent. Multi enim audiunt ⁊ nõ
credunt. Audiẽdo ⁊ nõ credẽdo/nõ obau
diunt. Non obaudiendo/non viuent. Ita
q̃ hic qui audiẽt: vnhil eſt aliud q̃ ẽ q̃ obau
dient. Qui ergo obaudierint viuent. Cer
ti ſunt ſecuri ſunt viuent. Predicatur chri
ſtus verbum dei filius dei: per quem facta
ſunt omnia / certe diſpenſationis gratia
aſſumpta carne natus ex virgine: infans
in carne: iuuenis in carne: patiens in car
ne: moriens in carne: reſurgens in carne:
aſcendens in carne: ꝓmittens reſurrectio
nem carni/promittens reſurrectionẽ mẽ
ti ante carnem/carni poſt mentẽ. Qui au
dit et obaudit viuet. Qui autez audit ⁊ nõ
obaudit: id eſt qui audit et contemnit/au
dit et non credit non viuet. Quare non vi
uet: Quia non audit. Quid eſt non audit:
Non obaudit. Ergo qui audierint viuent
Attende nunc quid dixeramus differen
dum: vt nunc ſi fieri potuerit aperiatur.
Subiecit continuo de hac ipſa reſurrectio
ne. [Sicut enim pater habet vitam in ſe
metipſo: ſic dedit et filio vitam habere in

ſemetipſo. [Quid eſt habet vitã pater in ſe
metipſo: Non alibi habet vitam niſi in ſe
metipſo. Uiuere quippe ſuũ in illo eſt et nõ
aliunde. Et nõ alienũ eſt: non quaſi mutua
tur vitam/nec quaſi particeps ſit vite: ei⁹
vite que nõ eſt qõ ipſe: ſed habet vitã in ſe
metipſo: vt ipſa vita ſibi ſit ipſe. Si potue
ro adhuc modicũ quid inde dicere exẽplis
poſitis ad intelligentiã veſtrã infozmã
dam/domino adiuãte potuero: ⁊ pietate
intentionis veſtre. Uiuit deus: viuit ⁊ aia
Sed vita dei immutabilis eſt: vita anime
mutabilis eſt. De⁹ nec proficit: nec ꝓficit:
ſed eſt ipſe ſemp: in ſe eſt vita vt eſt. Nõ ali
ter nũc/nõ aliter poſtea/aliter antea. Ani
me vero vita/valde aliter atq; aliter. Uiue
bat ſtultus: viuit ſapiẽs: viuebat iniqua: vi
uit iuſta. Nunc mer⁹ nũc obliuiſcitur.
Nũc diſcit: nunc diſcere non poteſt. Nunc
perdit qõ didicerat: nunc recipit qõ amiſe
rat. Mutabilis vita aie. Et cũ viuit anima
in iniquitate/mors eius eſt. Cum aũt fit iu
ſta: fit particeps alteri⁹ vite: que non quod
ipſa. Erigendo ſe quippe ad deũ ⁊ inheren
do deo: et illo iuſtificatur. Dictuz eſt enim.
Credenti in eum qui iuſtificat impium: de
putaẽ fides eius ad iuſticiã. Deficiẽdo ab
illa fit iniqua: ꝓficiendo ad illum fit iuſta.
Nonne videẽ tibi quaſi aliquid frigidum:
illi ad motũ ferueſcere: remotũ ab igne tor
peſcere: Nonne videtur tibi quiddã tene
broſum ad motum luci clareſcere: remotũ
a luce nigreſcere: Tale quiddã eſt aia: nõ
tale aliquid de⁹. Poteſt ⁊ homo dicere ha
bere ſe lucez nunc in oculis ſuis. Dicãt er
go quaſi quadam voce ꝓpria oculi tui ſi
poſſunt. Habemus lucez in nobiſipſis. Cõ
tra dicitur/non ꝓprie dicitis: habere vos
lucem in vobiſipſis. Habetis lucez: ſed in
celo. Habetis lucẽ ſi forte nox eſt: ſed in lu
na/in lucernis: nõ in vobiſipſis. Nã clauſi
amittitis: qõ aperti percipitis. Non in vo
biſipſis habetis lucem. Sole occidente: te
nete lucem ſi poteſtis. Nox eſt: ⁊ in lumine
nocturno perfruimini. Subducta lucerna
tenete lucem. Cũ vero ſubducta lucerna in
tenebris remaneatis/non lucem in vobiſ
ipſis habetis. Hoc eſt ergo habere lucem
in ſemetipſo: non indigere lucem ex altero
Ecce vbi ſi quis intelligat/oſtendit filium
equalem pater: vbi ait. [Sicut habet pa
ter vitam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio vitã
habere in ſemetipſo.] Ut hoc ſolum inter
ſit inter patrem ⁊ filium: quia pater habet
vitã in ſemetipſo/quã nemo ei dedit. Filiꝰ
aũt hz vitã in ſemetipo quaz ꝓ dedit. Sz
etiam hic oritur aliquod nubilum diſcutiẽ
dum. Non deficiamus/intenti ſimus: pa
ſcua mentis ſunt/nõ faſtidiamus vt viua
mus. Ecce inquis fateris ipſe/quod vitaz
filio pater dedit: vt habeat eam quidem in
ſemetipſo ſicut pater habet vitaz in ſemet
ipſo. Non indigens ille: nõ indigeat ⁊ iſte
vt ſit ille vita ſit ⁊ iſte: ⁊ vtrũq; coniunctuz
vna vita/non due: quia vnus deus: nõ duo
dij: ⁊ hoc ipſum ſit eſſe vitaz. Quomodo er
go dedit filio vitã pater. Non ſic quaſi an
te fuerit filiꝰ ſine vita: atq; vt viueret a pa
tre accepit vitam. Nam ſi hoc eſſet: nõ ha
beret vitam in ſemetipſo. Ecce de anima
loquebar. Eſt anima ⁊ ſi non ſit ſapiens: ⁊
ſi non ſit iuſta anima eſt: ⁊ ſi non ſit pia ani
ma eſt. Aliud eſt eſſe animã/aliud vero eſſe
ſapientem: eſſe iuſtam/eſſe piam. Eſt ergo
aliquid quod nondum eſt ſapiens/nondum
iuſta: nondum pia: non tamen nihil eſt/nõ
tamen nulla vita eſt. Nam ex operibus
quibuſdam ſuis oſtendit ſe vitam: ⁊ ſi non
ſe oſtendit ſapientem/piam iuſtã. Niſi eñ
viueret: corpus non moueret pedibus gr.
ſum: manibus opus/oculis intuitum/au
ribus auditũ/non aperiret os ad vocẽ/in
guam ad diſtinctionez vocũ non moueret.
Uis itaq; operib⁹ viuere ſe oſtendit: et eſſe
aliqd qõ eſt corpore melius. Sed nunquid
his operibus ſapientẽ/piam/iuſtã ſe oſtẽ
dit: Nõne ambulant: operant: vident: au
diunt: loquuntur ⁊ ſtulti: ⁊ impij: ⁊ iniuſti:
Cum vero ſe erigit ad aliquid qõ ipſa non
eſt et quod ſupra ipſam eſt et a quo ipſa
eſt: percipit ſapientiam/iuſticiam/pieta
tem/ſine quibus cũ eſſet/mortua erat: nec
vitam habebat qua ipſa viueret: ſed qua
corpus viuificaret. Aliud eſt enim in ani
ma: vnde corpus viuificat: aliud vnde ipſa
viuificatur. Melius quippe eſt ꝓ corpus.
Sed melius q̃ ipſa/eſt deus. Eſt ergo ipſa
Nam ſi ſit inſipiens iniuſta et impia: vita
corporis. Quia vero vita eius eſt deus:
quando cum ipſa eſt in corpore/preſtat il
li vigorem/decorem/nobilitatẽ/officia mẽ
brorum: ſic cum vita eius deus in ipſa eſt:
ꝑſtat illi ſapientiam: pietatẽ: iuſticiaz: cha
ritatem. Aliud eſt ergo qõ preſtatur corpo
ri de anima: aliud qõ preſtat anime de deo
Uiuificat et viuificatur. Mortua viuificat:
ſed ipſa non viuificatur. Uenite itaq; ver
bo ⁊ infuſo audiẽtibus factiſq; illis nõ ſo
lum audientibus: ſed etiam obedientibus
reſurget anima a morte ſua ad vitam ſuã:
hoc eſt ab iniquitate: ab inſipientia: ab im
pietate ad deum ſuum/qui eſt illi ſapiẽtia
iuſticia: charitas. Reſurgat ad illum: illu
minetur ab illo. Accedite inquit ad deuz. Pſalmo
Et qd nobis erit: Et illuminamini. Si er- xxxiij.
go accedendo illuminamini ⁊ recedẽdo te

dicta sunt: Merito et iesu in fluctib⁹ ambulante: [timuerunt.] Quomodo christiani ꝙ suis habētes spem in futuro seculo: quādo viderint deprimi altitudinē seculi huius plerūq; conturbantur de contritiōe rerum humanarum. Aperiunt euangeliū: aperiunt scripturas diuinas et inueniunt ibi ista oia p̄dicta: quia hoc dñs facit. Deprimit celsitudines seculi vt ab humilibus glorificetur. De quorum altudine predictuz est: ciuitates firmissimas destrues: et inimici defecerunt framee in finem et ciuitates destruxisti. Quid ergo timeris: † Christus loquitur. [Ego sum: nolite timere]. Quid hec expauescitis: Quid timetis Ego ista p̄dixi ego facio: necesse est vt fiāt Ego sum: nolite timere. [Uoluerūt ergo accipere in nauim]. Agnoscentes et gaudentes securi facti. [Et statim fuit nauis ad terram qua ibant]. Fact⁹ est finis ad terrā: de humido ad solidū: de turbato ad firmū: de itinere ad finē. [Altera die turba q̄ stabat trans mare (vnde illi venerāt) vidit qz nauicula alia non erat qz ibi nisi vna: et qz nō introisset cū discipulis suis † in nauē sed noli discipuli ei⁹ abissent alie vero sup uenerunt naues a tyberiade: iuxta locum vbi manducauerūt panem gratias agentes † domino. Cum ergo vidisset turba qz ihesus non esset ibi neq; discipuli ei⁹. Ascenderūt in nauiculas et venerūt capharnaū querentes iesum]. Insinuatum tamen est illis tam magnum miraculum. Uiderunt enim q̄ discipuli soli ascendissent in nauim: et quia alia nauis non ibi erat. Uenerunt aūt inde et naues iuxta locum illū vbi manducauerūt panes: in quib⁹ eū turbe secute sunt cū discipulis suis. Ergo non ascēderat: alia nauis illic nouerat. Unde subito trans mare factus est ihesus: nisi qz sup mare ambulauit vt miraculū monstraret [Et cum inuenissent eum turbe]. Ecce representat se turbis: a quibus se rapi timuerat et in montem fugerat. Omnino confirmat et insinuat nobis in mysterio dicta eē illa omnia: et facta in magno sacramento vt aliq̄d significarent. Ecce est ille q̄ in mōtem fugerat turbas: nonne cū ipsis turbis loquitur: Modo teneant modo regem faciant. Et cum inuenissent eū [trans mare dicunt ei. Rabbi quando huc venisti]: Ille post miraculi sacramentum et sermonez infert: vt si fieri potest qui pasti sunt pascātur: et quorum satiauit panibus ventres/ satiet et sermonibus mentes. Sed si capiunt: et si non capiunt: sumatur quod capiunt ne fragmenta pereant. Loquatur ergo et audiamus. [Respondit ihesus et dixit. Amen amē dico vobis: queritis me: nō qz vidistis signa: sed quia māducastis ex panibus meis] †. Propter carnez me q̄ritis: nō ꝓpter spiritū. Quā multi nō querūt ihesum: nisi vt illis faciat bene fz tps. Ali⁹ negocium habet querit intercessionē cleri eorum. Alius p̄mitur: a potētiore: fugit ad ecclesiā. Alius ꝙ se vult interuenire apud eum apud quē paruz valet. Ille sic: ille sic. Impletur quotidie talib⁹ ecclesia. Uix quēritur ihesus propter iesum. Queritis me: nō quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus. [Operamini cibum / nō cibuz qui perit: sed qui permanet in vitam eternam]. Queritis me propter aliud: querite me ꝓpter me. Seipsum charissimi dominus insinuat istum cibum: quod in sequentibus illucescit: [quem filius hominis dabit vobis]. Expectabas credo iterum panes māducare iterū discūbere / iterum saginari: sed dixerat cibum nō qui perit sed q̄ permanet in vitam eternam. Quomodo dictum fuerat mulieri illi samaritane. Si scires quis est qui petit a te bibere tu forsitan postulasses ab eo: et daret tibi aquaz viuā. Cum illa diceret: vñ tibi quādoq̄dē nō habes hauritorium et puteus alt⁹ est: samaritane respōdit. Si scires qui a te petit bibere / tu petisses ab eo et daret tibi aquam viuam vnde qui biberit amplius nō sitit. Nā de hac aqua qui biberit sitiet iterū. Et gauisa est illa et voluit accipere q̄ si nō passura sitim corporis q̄ labore hauriendi fatigabatur: et sic inter huiusmodi sermocinationes puenit ad potū spiritualem. Omnino isto modo et hic. Hunc ꝙ cibū operamini non qui perit sed qui permanet in vitā eternā: quē filius hominis dabit vobis. [Hunc em̄ pater signauit deus]. Istū illium hominis nolite sic accipere quasi alios filios hominū de quibus dictum est. Filij autem hominum in ꝓtectione alaxtuarum sperabunt. Iste filius hominis sequestratus quadā gratia spūs et fm carnē filius hominis exceptus a numero hominum: filius hominis est. Iste et filius hominis et filius dei est. Iste homo etiā deus est. Alio loco interrogans discipulos ait. Quē putant esse homines filium hois: Et illi. Alij iohannē / alij helyā alij hieremiā aut vnū ex ꝓphetis. Et ille. Uos vero quē me dicitis esse? Respōdit petr⁹. Tu es christus filius dei viui. Ille dixit se filiuz hois et petrus eū dixit filiū dei viui. Optime ille cōmemorabat qō misericorditer exhibuerat. Ille commemorabat quod in claritate permanebat. Uerbum dei cōmendabat humilitatē suam: homo agnoscit claritatē

† Text⁹ hz. Et saturati estis.

† Text⁹ hz. Ille ait dicit

† Als ie sus.

† al. deo

mat. xvi

dñi sui. Et reuera fratres: puto quia iustū est. Humiliauit se ꝓpter nos: glorificemus illū nos. Non eñ filius hominis ꝓpter se est: sed ꝓpter nos. Ergo filiꝰ hominis erat illo modo: cū verbū caro factū est ⁊ habitauit in nobis. Ideo enim hunc deus pater signauit. Signare quid est nisi ꝓpriū aliquid ponere: hoc est enim signare: impone re aliquid quod non ꝓfundatur cū ceteris Signare est signū rei ponere. Cuicunq; rei ponis signū: ideo ponis signum ne confusa cum alijs a te non possit agnosci. Pater ergo eū signauit. Quid est signauit: ꝓpriū quiddā dedit ne ceteris ꝓparet hoibus Ideo de illo dictuz est. Unxit te deus tuus oleo exultationis: ꝑ participib⁹ tuis. Ergo signare quid est: Exceptuz habere: hoc est ꝑ participibus tuis. Itaq; nolite inquit me cōtinere: quia filius sum hominis ⁊ querite a me cibuz qui non perit: sed permanet in vitam eternam. Sic eñ filius hominis sum: vt non sim vnus ex vobis. Sic sum filius hois vt pater deꝰ me signaret. Quid est signaret: ꝓpriuz aliquid mihi daret: quo nō cōfunderer cū genere humano: sed per me liberaret genus humanuz. [Dixerunt ergo ad eū. Quid faciemus: vt operemur opa dei.] Dixerat eñ illis. Operamini escam nō q̄ perit ſz que ꝑmanet in vitaz eternam. Quid faciemus inquiunt: Quid obseruando hoc ꝑceptū implere poterimus. [Respōdit iesus ⁊ dixit eis. Hoc est opꝰ dei vt credatis in eū quē misit ille] Hoc est ergo manducare cibū nō qui perit: sed qui ꝑmanet in vitā eternā. Ut quid paras dentes ⁊ ventrē: Crede ⁊ manducasti. Discernitur quidem ab operibus fides: ſi cut apostolus dicit iustificari hominez per fidem sine operib⁹ legis / et sunt opera q̄ videtur bona sine fide christi ⁊ nō sunt bona: quia non referunt ad eum finez ex quo sunt bona. Finis enim legis christus ad iusticiam omni credenti. Ideo noluit discernere ab opere fidem: sed ipsam fidem dixit esse opus dei. Ipsa est enī que per dilectionem operatur. Nec dixit: hoc est opus vestrum / sed hoc est opus dei / vt credatis in eum quem misit ille: vt qui gloriatur in domino glorietur. Quia ergo inuitabat eos ad fidem: illi adhuc querebant signa quibus crederent. Uide si non iudei signa petunt. [Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signuz: vt videamus et credamus tibi quid operaris:] Parum ne erat: q̄ de dnq; panib⁹ pasti sunt: Sciebāt hoc q̄dē: sed huic cibo mana de celo ꝓferebat. Dñs autem iesus talem se dicebat: vt se moysi ꝓponeret. Non enim ausus est moyses dicere q̄ daret cibum nō qui perit: sed qui ꝑmanet in vitam eternam. Aliquid plus iste ꝓmittebat q̄s moyses. Per moysen ꝙppe ꝓmittebatur regnū ⁊ terra fluens lac ⁊ mel temporalis pax / abundantia filiorū / salus corporis ⁊ cetera omnia / tēporalia quidē / in figura tamen spiritualia: quia veteri homini in veteri testamento ꝓmittebantur. Attendebant ergo promissa per moysen / attendebant ꝓmissa per christuz. Ille plenum ventrem promittebat in terra: sed cibo qui perit: iste ꝓmittebat cibum nō qui perit. Sed qui permanet in vitam eternaz. Attendebat eum plus ꝓmittentē: ⁊ quasi nondū videbāt maiora facientem. Attēdebant itaq; qualia fecisset moyses: ⁊ adhuc aliqua maiora volebant fieri ab eo qui taz magna ꝓmittebat. Quid inquiūt facis vt credamus tibi: Et vt noneritis q̄ miracula illa huic miraculo cōparabant. Et ideo quasi minora ista iudicabant que faciebat iesus. [Patres eniz nostri inquiunt: māna manducauerunt in deserto.] Sz q̄d est māna: Forte contēnitis. [Sicut scriptum est, †Dedit illis māna māducare.] Per moysen patres nostri panē de celo acceperunt: ⁊ non est dictū eis a moyse. Operamini cibum qui non perit. Tu promitis cibuz qui non perit: sed qui permanet in vitam eternam: ⁊ non talia operaris qualis moyses. Panes ordeaceos ille non dedit: sed manna de celo. [Dixit ḡ eis iesus. Amē amen dico vobis: non moyses dedit vobis panē de celo: sed pater meus †dedit vobis panē de celo. Uerus eñ panis est: qui de celo descendit: ⁊ dat vitam mundo.] Uerus ergo ille panis qui dat vitam mundo: et ipse cibus est de quo paulo ante locutus fuz: operamini cibū q̄ non perit: sz q̄ ꝑmanet in vitam eternā. Ergo ⁊ illud māna hunc significabat: ⁊ illa omnia signa mea erāt. Signa mea dilexistis: q̄ significabatur contēnitis. Nō ergo moyses dedit panē de celo. Dedit panē. Sed quez panem: Forte māna: Nō. Sed panē quem significabat manna: ipsum sz dñm iesum. Pater meus dat vobis panem verum. Panis eñ dei est qui descendit de celo: et dat vitā mundo. [Dixerunt ergo ad eū: dñe da nobis semper panem hunc.] Quomodo mulier illa samaritana cui dictū est: qui biberit de hac aqua nō sitiet ynq̄: cōtimo illa ſm corpus accipiens / sed tamen carere indigētia volens / da mihi inquit dñe de hac aqua: sic ⁊ illi domine da nobis panem hūc qui nos reficiat nec deficiat. [Dixit aūt ei iesus. Ego sum panis vite: q̄ venit ad me non esurit: ⁊ qui credit in me nō sitiet † ynq̄.] Qui venit ad

†als pnē de celo dedit eis manducare.

†alsdat †Ter⁹ hz verū.

F †Als in eternuz.

me hoc est q̄ dixit ⁊ qui credit in me: ⁊ q̄ dixit non esuriet: hoc intelligendū est ⁊ nō sitiet ynq̄. Utroq; illa significat eterna satietas vbi nulla est egestas. Panē de celo desideratis: ate vos habetis ⁊ nō māducatis. [Sed dixi vobis q̄ ⁊ vidistis me ⁊ nō credidistis.] Sed non ideo ego ꝑdidi. Nunquid eñ infidelitas vestra fidem dei euacuauit: Uide eñ q̄ sequit. [Omne q̄ dat mihi pater ad me veniet: ⁊ eum qui venit ad me non ejiciam foras.] Quale est intus illud: vnde nō exit foras: Magnuz penetrale: ⁊ dulce secretū. O secretum sine tedio: sine amaritudine malaꝝ cogitationū: sine interpellatione tentationū et doloruz.

mat.xxv Nōne illud secretū est quo intrauit ille cui dictuꝝ est dñs seruo bene merito: euge serue bone ⁊ fidelis: intra in gaudiū dñi tui: Et eū qui veniet ad me non ejiciam foras. [Q: descendi de celo non vt faciam voluntatem meā: sed eius qui misit me.] Ideo ergo eum q̄ veniet ad te non ejicias foras: q: descendisti de celo non facere voluntatem tuā: sed voluntatē eiꝰ qui te misit: Magnū sacramentū. Obsecro vos simul pulsemus exeat ad nos aliquid quod nos pascat: ſm q̄ nos delectauit. Magnum illud et dulce secretum. Qui veniet ad me attende ⁊ appende. Qui venit ad me nō ejiciam foras. Ergo qui veniet inquit non ejiciam foras Quare: Quia descendi de celo: nō vt faciā voluntatem meam sed voluntatē eius qui misit me. Ipsa est ergo causa quare nō ejicias eum foras qui venit ad te: q: non voluntatem tuam facere descēdisti de celo: ſz volunt atē eius qui te misit: Ipsa. Quid ergo querimus vtrū ipsa sit: Ipsa est: ipse loquitur. Qui venerit ad me non ejiciā foras Et quasi quereres quare: Quia nō veni facere voluntatē meam: sed voluntatē eius q̄ misit me. Timeo ne foras ꝓpterea exierit

Eccli.x. anima a deo / q: ſuꝑba erat: immo non dubito. Scriptum est eñ. Initium oīs peccati: superbia: ⁊ initium superbie hominis apostatare a deo. Scriptum firmum est: verum est. Deinde quid de superbo dicitur mortali / accincto pannis carnis pregrauato pondere / corruptibili corpore / et tñ extollenti se / ⁊ obliuiscenti q: pelle vestitus sit: Quid ei dicit scriptura: Quid superbit terra ⁊ cinis: Quid ſuꝑbit: Dicat quid ſuꝑbit. Quō in vita sua ꝓiecit intima sua.

Eccl.x. Quid est ꝓiecit nisi ꝓrzo iecit: Hoc est exire foras. Et eñ intrare itro / appetere itima est: ꝓicere intima / foras exire est. Intima piecit superbꝰ: intima appetit hūilis. Superbia ejicimur: hūilitate regredimur. Caput olim morboꝝ ſuꝑbia: q: caput omniuz peccatorum ſuꝑbia. Medicus quādo egritudinez discutit / si curet q̄ per aliquā causam factum est: ⁊ ipsam causam ꝙ quā factum est nō curet: ad tempꝰ videtur mederi. Causa manente morbꝰ repetitur. Uerbi gratia: apertius hoc dicā. Humor in corpe scabiē vel vlcera gignit in corpore: fit māgna febris ⁊ non paruus dolor. Exhibent quedam medicamēta que scabiē cōpescāt ⁊ feruoꝝ illum vlceris sedāt ⁊ adhibentur ⁊ ꝓficiūt. Uides hoiem q̄ fuit vlcerosus et scabiosus sanatū. Sz q: humor ille nō ejectus est: rursus ad vlcus redit. Cognoscēs hoc medicus purgat humorem: detrahit causam: et nulla erunt vlcera. Unde ergo abūdat iniquitas: Per ſuꝑbiā. Cura ſuꝑbiam ⁊ nulla erit iniquitas. Ut ergo causa omniuz morborum curaret: id est superbia descendit ⁊ humilis factꝰ est filiꝰ dei. Quid superbis homo: Filius dei ꝓpter te humilis factꝰ est. Puderet te fortasse imitari hominem humilem: saltem imitari humilem deum. Uenit filius dei in homine ⁊ humilis factus est. Precipitur tibi vt sis humilis: nō tibi precipitur vt ex homine fias pecus. Ille deus factꝰ est homo: tu homo cognosce q: es homo. Tota humilitas tua ē: vt cognoscas te. Ergo quia humilitatē docet deus: dixit non veni facere voluntatez meā: sed eius voluntatē qui misit me. Hec eñ cōmēdatio humilitatis est. Superbia quippe facit voluntatem suam: humilitas facit voluntatem dei. Ideo qui ad me venerit: nō ejiciaz foras. Quare: Quia nō veni facere voluntatem meā: sed voluntatem eius qui misit me. Humilis veni: humilitatem docere veni. Qui ad me venit: incorporatur mihi. Qui ad me venit: humilis fit. Qui mihi adheret humilis erit: q: non facit voluntatē suam sed dei. Et ideo nō ejicietur foras: q: cum ſuꝑbꝰ esset: ejectus est foras. Uide illa interiora cōmēdari in psalmo. Filij autem hominū in ꝓtectione alaꝝ rum tuarū sperabūt. Uide q̄d sit ire intro: vide quid sit ad illius ꝓtectionē confugere: vide quid sit etiā sub vbera patris currere: Flagellat eñ oēm filium quē recipit. Filij aūt hominum in tegmine alarū tuarum sperabūt. Et quid est intus: Inebriabuntur ab vbertate domus tue. Cum miseris intro: intrantes in gaudiū dñi sui inebriabuntur ab vbertate domus tue. Cum miseris intro: intrantes in gaudiū dñi sui inebriabuntur ab vbertate domus tue ⁊ torrente voluptatis tue potabis eos: quomō apud te est fons vite non foris extra te: sed intus apud te: ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. Pretende miam tuaz scientibus te: et iusticiam tuam his qui recto sunt corde. Qui sequunt voluntatē dñi sui: nō grex

ps. xxxv

tes tua ſed q̃ ieſu xp̃i: ipſi ſunt recti corde: ipſis non cõmouent pedes. Bonus eñ deꝰ iſrael: rectis corde. Mei autez inquit pene ꝓmoti ſſit pedes. Quare? Qz zelaui in peſ. xxxij. catoribus pacẽ peccatorum intuẽs. Ergo qui bus bonus eſt deus: niſi rectis corde. Naz mihi toto corde diſplicuit deus. Quare diſplicuit? Quia dedit felicitatem malis. Et ideo mutatũ: mihi pedes quaſi ſine cauſa ſeruiſſem deo. Ideo ergo mei pene cõmoti ſunt pedes qz nõ fui rectꝰ corde. Quid eſt ergo rectus corde? Sequẽs voluntatẽ dei. Felix eſt ille: laborat ille. Ille male viuit & felix eſt: ille iuſte viuit & laborat. Non iudi gnetur iuſte viuẽs & laborãs: intus hz qõ felix ille non habet. Nõ ergo triſtetur/non macerẽ/nõ deficiat. Felix ille/habet aux the in archa: iſte deũm cõſcientia. Cõpara nũc auruz & deum archã & cõſcientiam. Il le illud habet qõ perit: & ibi habet vnde perit. Iſte deũ habet & eũ qui perire nõ põt: & ibi habet vnde auferri non põt: ſed ſi ſit re ctus corde. Tũc eñ intrat & nõ exit. Ideo ille dicebat: quõ apud te eſt fons vite: & nõ apud nos. Ideo intrare debemus vt viua mus: nõ quaſi nobis ſufficere vt pereamꝰ. Nõ quaſi de nõ velle ſatiari vt areſcamꝰ. ſed os ad ipm fontẽ ponere: vbi aqua non deficit. Quia volut ſuo cõſilio viuere adã: & lapſus eſt per euz qui ante ceciderat per ſuperbiam qui ei calicẽ ipſius ſuperbie ꝓ pinauit. Quia ergo apud te eſt fons vite & in lumine tuo videbimus lumen intus bi bamꝰ intus videamus. Quare eñ inde exi tum eſt? Audi quare. Nõ veniat mihi pes ſuperbie. Ergo ille exijt cuivenit pes ſuper bie. Oſtendit qz ideo exijt. Et manus pec catorum nõ moueat me: ppter pedem ſup bie. Quare hoc dicis? Vbi ceciderũt oẽs q̃ operantur iniquitatẽ. Ubi ceciderunt? In ipſa ſupbia expulſi ſunt nec potuerunt ſta re. Si ergo ſuperbia expulit eos qui nõ po tuerunt ſtare: humilitas intromittit qui poſſunt in perpetuum ſtare. Ideo etenim ps. l. ille qui dixit: exultabũt oſſa humiliata: pre dixit: auditui meo dabis exultationez & le ticiam. Quid eſt auditui meo? Audiendo te felix ſum. De voce tua felix ſum. Intus bibendo felix ſum. Ideo non cado: ideo ex ultabunt oſſa humiliata: ideo amicus ſpõ ſi ſtat & audit euz: ideo ſtat quia audit. De interiore fonte bibit: ideo ſtat. Illi qui no luerunt de interiore fonte bibere: ideo ceci derunt & expulſi ſunt nec potuerunt ſtare.
D Doctor itaq; humilitatis venit non facere voluntatem ſuam: ſed voluntatem eius q̃ miſit illum. Ueniamus ad eum/intremus ad eum/inco: poremur ei/vt nec nos facia mus voluntatem noſtram: ſed voluntatem dei: et non nos ejiciet foras quia membra eius ſumus: quia caput noſtruz eſſe voluit docendo humilitatem. Ad extremum ipm audite concionantem. Uenite ad me qui la boratis & oneratis eſtis. Tollite iugũ meũ ſuper vos & diſcite a me qz mitis ſum & hu milis corde. Et cũ hoc dixeritis: inuenie tis requiem aiabus veſtris/vnde non ejiciamini foras? Qz deſcendi de celo: non vt faciam voluntatem meam/ſed voluntatẽ eius qui miſit me. Humilitatem doceo: ad me venire non põt niſi humilis. Non mit tit foras niſi ſuperbia: quõ non exit foras qui ſeruat humilitatem: & non labit a ve ritate. Dicta ſunt ſtum dici potuerunt de abſcõdito ſenſus fratres. Satis eñ hic la tet ſenſus & neſcio vtrũ ꝑgruis ꝟbis a me ſit depõptus et excultus: quare ideo non ejiciat foras qui venit ad illum: qz non ve nit facere voluntatẽ ſuã. ſed voluntatẽ eiꝰ q̃ miſit eũ. [Hec eſt aũt ĩnãt voluntas eiꝰ q̃ miſit me patris: vt omne qõ dedit mihi nõ pdãm ex eo]. Ipſe illi datꝰ eſt q̃ ſeruat hu militatem: hoc accepit. Qui nõ ſeruat hu militatẽ: longe eſt a magiſtro humilitatis. Ut omne qõ dedit mihi nõ pdã ex eo. Sic nõ eſt voluntas in conſpectu patris veſtri vt pereat vn⁹ de puſillis iſtis. De tumẽti bus poteſt perire/de puſillis nihil perit. Quia niſi fueritis ſicut puſillus iſte nõ in trabitis in regnum celorum. Omne quod dedit mihi pater non perdaz ex eo: ſed † re ſuſcitabo illũ ĩ nouiſſimo die]. Videte quẽ admodum & hic geminam illã reſurrectio nem diliniet. Qui venit ad me modo reſur git humilis factꝰ in medijs meis: ſed et re ſuſcitabo eum in nouiſſimo die ſm carnez [Hec eſt enĩz voluntas patris mei q̃ miſit me vt omnis qui videt filiuz & credit in eũ habeat vitam eternam/et ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die.] Superius dixit q̃ au dit verbũ meũ & credit et hz i miſit me: mo do autẽ: qui videt filium & credit in eũ. Nõ dixit videt filium: & credit in patrem. Hoc eſt enim credere in filium qõ & in patrem. Quia ſicut habet pater vitã in ſemetipſo: ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo: vt omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitã eternam. Credendo & trãſeũ do ad vitam: tanꝫ prima illa reſurrectiõe & quia non eſt ſola: et reſuſcitabo ego eum inquit in nouiſſimo die.

¶ Tractatus.xxvj.

¶ Murmurabãt iudei die illo/qz dixiſſet. Ego ſum panis viuus q̃ de ce lo deſcendi. Et dicebãt: nõne hic eſt filiꝰ ioſeph cuiꝰ nos nouimꝰ patrẽ & matrẽ quomodo ergo dicit hic: quia de celo deſcẽdi? Reſpõdit ergo ieſus & dixit eis. Nolite murmurare inuicẽ Nemo poteſt venire ad me niſi pater q̃ miſit me traxerit eũ: et ego reſuſcita bo eũ in nouiſſimo die. Eſt ſcriptũ in ꝓphetis. Et erunt omnes docibi les deiꝰ: qui audiuit a patre et di dicit venit ad me. Nõ qz patrez vidit q̃ſq̃ niſi is qui eſt a deo hic videt pa trem. Amẽ amẽ dico vobis: q̃ credit in me habet vitã eternã. Ego ſuz pa nis vite: patres veſtri manducauerũt mãna in deſerto & mortui ſunt. Hic eſt panis de celo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo mãducauerit nõ moriat Ego ſum panis viuus q̃ de celo deſcẽdi. Si qs manducauerit ex hoc pa ne viuet ĩeternũ. Et panis quẽ ego dabo caro mea eſt ꝓ mũdi vita. Liti gabãt ergo iudei ad inuicẽ dicentes Quomõ põt hic nobis carnẽ ſuã da re ad mãducãdum. Dixit ergo eis Ie ſus. Amẽ amẽ dico vobis niſi mãdu caueritis carnem filij hoĩs & bibertis eius ſanguinẽ nõ habebitis vitã in vobis. Qui mãducat meã carnẽ & bibit meũ ſanguinẽ habet vitã eter nã: & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Caro eñ mea vere eſt cibꝰ: & ſan guis meꝰ vere & potꝰ. Qui manducat meaz carnẽ & bibit meũ ſanguinẽ in me manet et ego in illo. Sicut miſit me viuẽs pr̃ & ego viuo ppter patrẽ & q̃ manducat me et ipſe viuet ppter me: hic eſt panis q̃ de celo deſcendit Non ſicut manducauerunt pres vr̃i mãna & mortui ſunt. Qui manducat hũc panẽ viuet in eternũ: hec dixit in ſynagoga docẽs in Capharnaũ.

† Als reſuſciten.

A



† hec eſt ſnia rerũ ſubis parũper mutatis

Um dñs noſter ieſus xp̃s ſicut in euangelio cum legeretur audiuimus panẽ ſe eſſe dixiſſet qui de celo deſcẽdit. † [Murmurauerunt iudei et dixerũt. Nõne hic eſt ieſus filiꝰ ioſeph cuius nos nouimus patrem & matrẽ. Quõ q̃ hic dicit qz deſcẽdit de celo]? Iſti a pane de celo lõge erãt: nec eũ eſurire nouerant. Fauces cordis languidas habebãt: auri bus aptis ſurdi erãt: videbãt & ceci ſtabãt Panis ãppe iſte iteriotis hoĩs q̃rit eſurirẽ Uñ alio loco dicit. Beati q̃ eſuriũt et ſitiũt iuſticiã qm̃ ipſi ſaturabunt. Juſticiã vero nobis eſſe xp̃z: paulꝰ apl's dicit. Ac p hoc q̃ eſurit hũc panẽ: eſuriat iuſticiã. Sz iuſticiã q̃ & e celo deſcendit: iuſticiã quã dat deꝰ nõ quẽ ſibi facit homo. Si eñ nullã ſibi homo faceret iuſticiã: non diceret idẽ apl's de in deis. Ignorãtes eñ dei iuſticiã & ſuã volẽ tes ꝓſtituere: iuſticie dei nõ ſunt ſubiecti. Inde erant iſti q̃ panẽ de celo deſcẽdentẽ nõ intelligebant: qz ſua iuſticia ſaturati: iu ſticiam dei nõ eſuriebãt. Quid eſt hoc: iuſti cia dei & iuſticia hoĩs? Juſticia dei hic dici tur: nõ qua iuſtus eſt deꝰ: ſed quã dat hõi deus: vt iuſtus ſit homo ꝑ deũ. Que autez erat illoz iuſticia qui de ſuis viribꝰ preſu mebant: et quaſi impletores legis ſeipſos ex ſua virtute dicebant? Nemo implet le gez niſi adiuuerit gratia id eſt panis q̃ de celo deſcendit. Legis eñ plenitudo: cõpen dio (vt ait apl's charitas eſt: charitas nõ nummi: ſed dei. Charitas nõ terre/nõ celi ſed eius q̃ fecit celum et terram. Unde iſta charitas homini? Ipſuz audiamus. Cha ritas inquit dei diffuſa eſt in cordibus no ſtris: per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis. Daturus ergo dñs ſpũſanctuz di xit ſe panem qui de celo deſcendit: hortãs vt credamꝰ in eũ. Credere eñ in eũ: hoc eſt manducare panẽ viuum. Qui credit in euz manducat: inuiſibiliter ſaginatur: qz & in uiſibiliter renaſcit. Infans intus eſt: nouꝰ intus eſt. Ubi nouellaꝫ ibi ſatiaꝫ. Quid er go talibus murmurantibꝰ. [Reſpondit ie ſus. Nolite murmurare inuicem] Tãq̃s di cens. Scio quare nõ eſuriatis: & iſtũ panẽ nõ intelligatis neq; queratis. Nolite mur murare inuicem. [Nemo poteſt venire ad me niſi pater q̃ miſit me traxerit eũ]. Ma gna gratie cõmendatio. Nemo venit niſi tractus. Quẽ trahat & quem non trahat: q̃ re illum trahat. Noli velle indicare ſi non vis errare. Semel accipe et intelige. Non traheris: oraut traharis. Quid hic dicimꝰ ffes? Si trahimur ad xp̃m: ergo inuiti cre dimus. Ergo violentia adhibetur: non vo luntas excitatur? Intrare q̃ſq̃ eccleſiã po teſt nolẽs: accedere ad altare poteſt nolẽs: accipe poteſt ſacramentuz nolens: credere non poteſt niſi volẽs. Si corpore crederet fieret in nolẽtibus. Sed nõ corpore credit ad iuſticiã. Apoſtolum audi dicẽtẽ. Corde credit ad iuſticiã. Et q̃d ſequitur? Ore aũt

Wat. vj

Roñ. x

Roñ. v

De cõſe. dif. ij. cre dere. iiij. ſẽ. di. ix. c. j. circa panci.

Ij

q. ſen. l. ij. dif. xxxvj. c. Nõ eſt tñ.

Roñ. x

cōfessio fit ad salutē. Ve radice cordis surgit ista cōfessio. Aliqñ audis ꝓfitentē: & nescis ardentē. Vocas cōfitentē: & nescis credentē. Sed nec debes vocare ꝓfitentē: quē iudicas nō credentē. Hoc est em cōfiteri dicere qđ habes in corde. Si autem aliud in corde habes: aliud dicis: loqris nō cōfiteris. Cuin ergo in xpm corde credat: qđ nemo ꝓpter hoc facit inuitꝰ. Qui aūt trahit: tanq̄ inuitꝰ cogi videt: quo ista soluiꝰ questionē. Nemo venit ad me: nisi pr̄ qui me misit traxerit eū: Si trahit aliqs: inuitus venit. Si inuitꝰ venit nec credit: si non credit nec venit. Nō em ad xp̄m ambulando currimꝰ sed credēdo nec motu corporis: sed volūta
Lu. viij. te cordis accedimꝰ. Ideo illa mulier q̄ fimbriā tetigit magis tetigit q̄ turba q̄ ꝑssit. Ideo dns dixit qs me tetigit: & mirātes discipuli dixerūt. Turba te cōprimit: & dicis qs me tetigit. Et ille repetiuit. Tetigit me aliquis. Illa tāgit: turba ꝑmit. Quid est tetigit nisi credidit: Unde & mulieri post resurrectionē dixit volenti se mittere ad pe-
Joh. xx. des eiꝰ. Noli me tāgere: nōdū em ascendi ad patrē. Quod vides: hoc solū me esse putas. Noli me tangere qđ est: Hoc me soluz eē putas: qđ tibi appareo. Noli me sic credere: hoc est noli me tangere. Nōdū enim ascēdi ad patrē meū. Tibi nondū ascendi: nā inde nunq̄ recessi. Interea nō tāgebat stantē: & quō tangeret ad patrē ascendentem: Sic tñ sic se tāgi voluit: si tangitur ab
C eis a quibus bene tangit: ascendēs ad patrem: manēs cū patre: equalis patri. Inde & hic si aduertis: nemo vēit ad me nisi quē pater attraxerit. Noli te cogitare inuituz trahi. Trahit animus & amore. Nec timere debemus ne ab hominibꝰ q̄ verba ꝓpendunt: & a rebus maxime diuinis intelligendis longe remoti sunt: in hoc scripturarū sanctarū euangelico verbo: forsitan reprehendamur: & dicat nobis. Quomodo volūtate credo si trahor: Ego dico. Parū est voluntate: etiā voluptate traheris. Quid ē trahi voluntate: Delectare in dño & dabit tibi petitiones cordis tui. Est quedam voluptas cordis: cui panis dulcis ē ille celestis. Porro si poete dicere licuit: trahit sua quē q̄s voluptas: non necessitas sed voluptas: non obligatio sed delectatio: quanto fortiꝰ nos dicere debemus trahi hoiem ad xp̄m qui delectatur veritate: delectatur beatitudine: delectatur iusticia: delectatur sempiterna vita qđ totum christus est. An vero habent corporis sensus voluptates suas: & animus deseri voluptatibus suis: Si animus non habet voluptates suas: vñ di
Ps. xxxv citur: Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt inebriabuntur ab vbertate domꝰ tue & torrente voluptatis delitiarum tuarum potabis eos: quomodo apd te est fons vite & in lumine tuo videmus lumen. Da amantem: & sentit qđ dico. Da desiderantem: da feruentē: da in ista solitudine peregrinantez atq̄ sitientē & fontem eterne patrie suspirantem: da talem: & scit qđ dicam. Si aūt frigido loquor: nescit qđ loquor: Tales erāt illi qui inuitem murmurabant. Patet inđt quē traxerit: venit ad me. Quid est aūt pater quem traxerit: cū ipe christus trahat: Quare volunt dici: a pater quē traxerit: Si trahēdi sumus: ab illo trahamur cui dicit quedaz D que diligit. Post odorem vngūtoꝝ tuoꝝ curremus. Sed qđ intelligi voluit aduertamus fratres: & quā ſt possumus capiamus. Trahit pater ad filium eos q̄ ꝓpter ea credūt in filiū: quia eū cogitāt patrē habere deū. Deus em pater equalem sibi genuit filiuz: & qui cogitat atq̄ in fide sua sentit & ruminat equalē esse patri eū in quem credidit: ipsum trahit pater ad filiuz. Arrius credidit creaturā nō eū traxit: pater: qz nō considerat patrē qui filium nō credit equalem. Quid dicis o arrie: qđ dicis heretice: qđ loqueris. Quid est xp̄s: Non inđt deus verus sed quē fecit deus verus. Nō te traxit pater. Non intellexisti patrē cuius filium negas. Aliud cogitas: nō est ipe filius. Nec a patre traheris nec ad filium. Aliud est enim filiꝰ: aliud qđ tu dicis. Fortimus dicit. Homo solus est christus: non Ma. xvj est & deus. Qui sic credit: non pater eum trahit. Quez traxit pater: Tu es inđt christus: filius dei viui: nō sicut ꝓpheta: non sicut iohānes: nō sicut aliquis magnus iustus sed sicut vnicus sicut equalis. Tu es christꝰ filius dei viui: ait. Uide qz tractus est: & a patre tractus est. Et dns qđ: Beatus es symon bariona qz nō tibi reuelauit caro & sanguis: sed pat̄ meꝰ q̄ in celis est Ista est releuatio: ista est attractio. Ramū viridem ostendis oui & trahis illam. Nuces puero demonstrant & trahitur: & quod currit trahitur. Amando trahitur sine lesione corporis trahit: cordis vinculo trahitur. Si ergo ista que inter delitias et voluptates terrenas reuelant amātibꝰ trahūt quō verz est: trahit sua quēq̄ voluptas nō trahit reuelatus xp̄s a patre: Quid enim fortius desiderat aia q̄s veritatē: Quo audas fauces habere debet/vnde optare/vt sanum sit intus palatū vera iudicā dīnisi vt manducet & bibat/ sapientiā/iusticiaz/ veritatem/eternitatez. Ubi autem hoc ibi melius: verius ibi/plenius ibi. Nam hic

Mat. v. facilius possumus esurire & hoc si bonam spez habemꝰ: q̄s saturari. Beati em inđt q̄ esuriūt & sitiunt iusticiam/sed hic. Qm saturabunt/sed ibi. Jō cū dixisset: nemo venit ad me nisi pr̄ q̄ misit me traxerit eum. Quid subiecit. [Et ego resuscitabo euz in nouissimo die]. Reddo illi qđ amat. Reddo qđ sperat. Uidebit: qđ adhuc nō videdo credidit. Māducabit qđ esurijt: saturabit eo qđ sitit. Ubi: In resurrectione mortuoruz/qz ego resuscitabo: eū in nouissimo die. [Scriptum est em in ꝓphetis. Et erūt omnes docibiles dei]. Quare hoc dixi. Oiudei: ꝓr vos non docuit: quō potestis me agnoscere. Omnes regni illiꝰ homines docibiles dei erunt: nō ab hominibus audiēt Et si ab hominibus audiūt: tñ qđ intelligunt/intus datur/ intus chorruscat/intus reuelat. Quid faciunt homines foris nec annūciantes. Quid facio modo ego cū loquor. Strepitū verborum ingero auribus vestris. Nisi ergo reuelet ille qui intus est quid dico aut quid loquor: Exterior cultor arboris interior est creator. Qui plan-
Jcor. iij tat & qui rigat: extrinsecus operat. Hoc facimꝰ nos. Sed nec qui plantat est aliqd nec qui rigat: sed q̄ incrementū dat deus Hoc est erūt omnes docibiles dei. Qui omnes: [Omnis qui audiuit a patre et didicit venit ad me]. Uidete qđ trahit pater. Docendo delectat: nō necessitatē imponēdo. Ecce quomō trahit: erūt oēs docibiles dei. Trahere dei est. Omnis qui audiuit a patre & didicit: venit ad me. Trahere em dei est. Quid igit fratres: Si omnis q̄ audiuit a patre et didicit ipse venit ad xp̄m: christꝰ nihil hic docuit. Quid qđ patrem magistrū homines nō viderūt: filium viderunt: Filius dicebat: sed pater docebat. Ergo cū homo sim qđ doceo: Quem fratres nisi eū q̄ audit verbū meū. Si ego cum homo sim illum doceo q̄ audit verbū meum: illum docet pater qui audit verbū eius. Si illum docet pater qui audit verbū eiꝰ. Quere qđ sit christus & invenies verbū eius. In ꝓncipio erat verbū. Nō in ꝓncipio fecit deus verbū: quomodo in ꝓncipio fecit deus celuz & terrā. Ecce qz nō est creatura. Disce trahi ad filiū a patre doceat te pater: audi verbū eiꝰ. Quod verbū inquies audio: In principio erat verbum Non factū est sed erat: & verbū erat apud F deum: & deus erat verbum. Quomodo homines in carne constituti audiant taleverbum: Quis verbum caro factum est: & habitauit in nobis. Exponit hoc et ipe & ostendit nobis qđ dixerit: qui audiuit a patre & didicit venit ad me. Continuo subiecit qđ cogitare possemus. [Nō quia patrem vidit quisq̄ nisi is qui est a deo hic vidit patrem]. Quid est quod ait: ego vidi patrem vos non vidistis patrem: et tamen non venitis ad me nisi trahamini a patre. Quid est autem nobis trahi a patre: nisi discere a patre. Quid est discere a pr̄e: nisi audire a patre. Quid est audire a pr̄e: nisi audire verbum patris: id est me. Ne forte q̄ cum dico vobis: omnis qui audiuit a patre & didicit dicatis apud vos: sed nūq̄ vidimus patrē quomodo ergo discere potuim⁹ a patre. A meipso audite. Non qz patrē vidit quisq̄: sed q̄ est a deo hic vidit patrez. Ego noui patrem: ab illo sum. Sed quō verbuz ab illo cuius est verbum: nō qđ sonat & trāsit sed qđ manet cum dicente attrahit audientem admoneat qđ sequit. [A mē amē dico vobis q̄ credit in me habet vitā eternam]. Reuelare se voluit qđ esset. Nā cōpendio dicere potuit: q̄ credit in me/habet me. Ipse em christus verus deus est & vita eterna. Quid est autē habere me: Habere vitā eternā: vita eterna morte assumpsit: vita eterna mori voluit. Sed de tuo nō de suo. Accepit a te: vbi morere ꝓ te. Ab hominibus em carnē assumpsit: sed nō mortē hoim. Nā patrem habēs in celo: matrem elegit in terra: & illic natꝰ sine matre: & hic sine patre. Assumpsit ergo vitā mortē: vt vita occideret mortem. Nā q̄ in me credit in quit habet vitā eternā. Nō qđ patet ſz qđ latet. Uita em eterna verbum in principio erat apud deū: & deus erat verbuz: & vita erat lux hoiz. Ipse vita eterna: dedit & carni suscipe vitam eternaz. Mori voluit: sed die tertio resurrexit. Inter verbū suscipiēs et carnem resurgentē: mors media cōsumpta est. [Ego sum inđt panis vite]. Et vu illi superbiēt: [Patres vestri inđt māducauerūt in deserto mānā: & mortui sunt Quid est vnde superbitis: Māducauerunt mānā & mortui sunt. Quare māducauerūt & mortui sunt: Quia qđ videbāt credebāt qđ nō videbāt non intelligebant. Ideo patres vestri qz similes estis illoꝝ. Nā quā tum ptinet fratres mei ad mortē istā visibilē & corporalē: numqđ nos non morimur qui manducamus panē de celo descendentem. Sic sunt mortui & illi quē admoduz & nos sumus morituri: quantum attinet vt dixi/ad mortem huius corporis visibilem atq̄ carnalem. Quantuz autē pertinet ad illam mortem de qua terret dns qz mortui sunt patres istoꝝ. Manducauit manna & moyses: manducauit manna & aarō: manducauit manna et finees: manducauerunt ibi multi q̄ dño placuerūt: & mortui nō sunt.

Quare. Quis visibilē cibuz spiritaliter intellexerit: spiritaliter esurierunt: spiritaliter gustauerūt vt spiritaliter satiarent. Nam ⁊ nos hodie accepimus visibilē cibū. Sed aliud est sacrm: aliud est virtus sacramenti. Quā multi de altari accipiūt ⁊ moriuntur: ⁊ accipiēdo moriunt. Unde dicit apostolus. Judiciuz sibi māducat ⁊ bibit. Nō em̄ bucella dñica veneno fuit iude ⁊ tamē accepit ⁊ cū accepit in eum inimicus itrauit. Non qz malū accepit: sed qz bonū male malus accepit. Uidete ergo frēs panem celestē spiritaliter māducate: innocētiam ad altare appottate. Peccata ⁊ si sūt quotidiana vel nō sint mortifera: antecz ad altare accedatis attēdite quod dicatis. Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Si dimittis dimittet tibi. Securus accede: panis non venenū est. Sed vide si dimittis. Nam si non dimittis/mentiris: ⁊ ei mētiris quem non fallis: mētiri deo potes: deum fallere non potes. Nouit ille quid agat: intus te videt intus te examinat/intus inſpicit/intus iudicat/intus aut dānat aut coronat. Patres ergo istoz: id est mali patres malorū: infideles patres infidelium: murmuratores: patres murmuratorū. Nā de nulla re magis dñs offendisse ille populus dictus est: q̄ cōtra deum murmurādo. Jdeo ⁊ dñs volens ostendere eos talium filios: hic ad eos cepit. Quid murmuratis inuicem murmuratores/filij murmuratorum? Patres vestri māna māducauerūt: ⁊ mortui sunt. Non qz malū erat manna: sed qz male manducauerūt. [Hic est panis qui de celo descendit]. Hunc panē significauit māna. Hunc panē significauit altare dei. Sacramēta illa fuerunt: in signis diuersa sunt: sed in re que significatur. paria sunt. Aptm audi. Nolo em̄ vos inquit ignorare fratres qz patres nostri oēs sub nube fuerunt ⁊ oēs mare trāsierunt: ⁊ omnes p moysen baptizati sunt in nube ⁊ in mari: ⁊ oēs eādem escā spiritalem māducauerunt. Spiritalē vtiq; eādem. Nam corporalē alteraz: qz illi māna/nos aliud: spiritalē vero quā nos: sed patres nostri/nō patres illoz quib⁹ nos similes sumus: nō quib⁹ illi similes fuerunt. Et adiungit. Et oēs eūdez potū spiritalem biberūt. Aliud illi/aliud nos/sed specie visibili q̄dem: tamē hoc idē significāte virtute spūali. Qūo em̄ eundē potum? Bibebāt inqt de spūali sequente petra. Petra aūt erat xps. Jnde panis: ide pot⁹. Petra xps in signo: verus xps in verbo ⁊ in carne. Et qūo biberunt? Percussa est petra de virga bis. Gemina percussio duo ligna crucis significat. Hic est ergo panis q̄ de celo descēdit: [vt si q̄s māducauerit ex ipso nō moriat]. Sz qui ptinet ad virtutē sacr̄i: nō qui ptinet ad visibile sacrm. Qui māducat intus nō foris: qui māducat in corde non qui p̄mit dente. [Ego sum panis viu⁹ qui de celo descēdi]. De celo descēdit ⁊ māna. Sed māna vmbra erat: ista veritas est. [Si quis māducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Et panis quē ego dabo caro mea est p mundi vita]. Hoc q̄n caperet caro: q̄ dixit panem carnez? Uocatur caro q̄ non capit caro. Et ip̄a magis nō capit caro qz vocat caro. Hoc enim exhorruerūt. Hoc ad se multum esse dixerūt. Hoc enim nō posse fieri putauerūt. Caro mea est inquit p mundi vita. Nolūt fideles corpus xp̄i: si corp⁹ xp̄i non negligāt esse. Fiant ꝯ corpus xp̄i: si volūt viuere de spiritu xp̄i. De spū christi nō viuit: nisi sit corpus xp̄i. Jntelligite frēs meci q̄d dixerim. Homo es: ⁊ spm̄ habes ⁊ corpus habes. Spiritū dico que aia vocatur: qua constat q̄ homo est. Cōstat enim ex aia ⁊ corpore. Habes itaq; spiritū inuisibilē: corpus visibile. Dic mihi quid ex quo vivat? Spūs tu⁹ viuit ex corpore tuo: an corpus tuū ex spiritu tuo? Respōdet ois qui viuit. Qui aūt hoc nō potest rndere: nescio si viuit. Quid rndet omnis qui viuit? Corpus vtiq; meū viuit de spiritu meo. Uis ergo ⁊ tu viuere de spiritu xp̄i in corpore esto xp̄i. Nūquid enim corpus meū viuit de spiritu tuo? Meū viuit de spiritu meo: ⁊ tuū de spiritu tuo. Non pōt viuere corpus christi nisi de spū christi. Jnde est q̄d exponēs nobis apl̄us paulus: hūc panē. Unus panis inqt: vnum corpus multi sumus. O sacrm pietatis/o signū vnitatis/o vinculū charitatis. Qui vult viuere hz vbi viuat. Habet vnde viuat. Accedat credat incorporet⁹ vt viuificet. Non abhorreat a cōpage membroz q̄ resecari mereat⁹: non sit distortuz de quo erubescat. Sit membrū: sit aptum sit sanū/hereat corpori viuat deo de deo. Nūc laboret in terra: vt postea regnet i celo. [Litigabāt ergo iudei ad inuicē dicentes. Qūo potest hic carnē suaz nobis dare ad māducandū]. Litigabāt vtiq; ad inuicem: quonia panem cōcordie non intelligebant: nec sumere volebāt. Nā qui mandu cant talez panem/nō litigant ad inuicem qūo vnus panis vnū corpus multi sum⁹. Et per hūc facit deus vnius modi habitare in domo. Quod aūt adinuicē litigabant ⁊ querūt qūo possit dñs carnem suā dare ad māducandū: non statim audiunt sed adhuc eis dicit. [Amen amē dico vobis nisi mānducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius sanguinē: non habebitis vitā in vobis]. Quomō quidem dēt et quis nā modus sit mānducandi istum panem ignoratis. Uerūtamē nisi mānducaueritis carnem filij hois ⁊ biberitis eius sanguinē: non habebitis vitam in vobis. Hoc nō vtiq; cadauerib⁹ sed viuētibus loquebat. Unde ne istā vitam intelligentes ⁊ de hac re litigarēt: secut⁹ adiūxit. [Qui manducat meā carnem ⁊ bibit meū sanguinez habet vitā eternam]. Hāc ergo nō habet qui istū panem nō manducat: nec istū sanguinē bibit. Nā temporalē vitam habere hoies possunt: eternā vero omnino nō possunt. Qui ergo nō manducat ei⁹ carnem: nec bibit eius sanguinez nō habet in seipsis: ⁊ qui manducat eius carnē: ⁊ bibit eius sanguinē habet vitam eternam. Ad vtrūq; aūt respōdit q̄b⁹ dixit eternaz. Nō ita est in hac esca quā sustētande hui⁹ corporis vite causa sumimus/nā qui eam nō sumpserit nō viuet: nec tamē qui eaz sumpserit viuet. Fieri enim potest: vt senio vel morbo vel aliquo casu/plurimi ⁊ qui eam sumpserint moriātur. Jn hoc vero cibo et potu: ad est corpore ⁊ sanguine dñi non ita est. Nam ⁊ qui eā non sumit nō habet vitam: ⁊ qui eā sumit habet vitā: ⁊ hāc vtiq; eternā. Hunc itaq; cibū ⁊ potuz/societatē vult intelligi corporis ⁊ mēbroz suoꝝ q̄b⁹ est sancta ecclesia in predestinatis ⁊ vocatis/⁊ iustificatis/⁊ glorificatis sanctis et fidelibus eius. Quoz primū iam factum est: id est predestinatio: scōm ⁊ tertium est factū est/⁊ fit/⁊ fiet: id est vocatio ⁊ iustificatio. Quartū vero nūc in spe est. Jn re autem futuruz est: id est glorificatio. Hui⁹ rei sacrm: id est vnitatis corporis ⁊ sanguinis christi/alicubi quotidie/alicubi certis intervallis dierū in dñica mensa preparat ⁊ de mēsa dñica sumitur. Quibusdam ad vitā: quibusdam ad exitiū. Res vero ipsa cuius ⁊ sacrm est/omni homini ad vitam: nulli ad exitiū: quicūq; eius particeps fuerit. Ne aūt putarent sic in isto cibo ⁊ potu pmitti vitam eternā: vt qui eam sumerēt: iam nec corpore morerētur: huic cogitationi dignatus est occurrere. Nā cum dixisset qui māducat meā carnem ⁊ bibit meū sanguinem habet vitā eternam/continuo subiecit ⁊ dixit. [Et ego resuscitabo eum in nouissimo die]. Ut habeat interim ſm spiritū vitaz eternā in requie que sanctoz spūs suscipit. Quod aūt ad corpus attinet nec caro eius vita eterna fraudet: sed in resurrectiōe mortuoz in nouissimo die [Caro em̄ mea inqt vere ē cib⁹: ⁊ sanguis me⁹ vere est potus]. Cum em̄ cibo et potu id appetant hoies vt neq; esuriāt neq; sitiant: hoc veraciter nō prestat nisi iste cibus ⁊ potus: qui eos q̄ quibus sumitur i mortales ⁊ incorruptibiles facit: id est societas ipsa sanctorum: vbi pax erit ⁊ vnitas plena atq; perfecta. Propterea quippe sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines dei: dominus noster iesus christus corpus ⁊ sanguinem suum in eis rebus cōmendauit: que ad vnum aliquid redigunturex multis. Nāq; aliud in vnuz ex multis granis conficitur et constat. Aliud in vnum ex multis acinis confluit. Deniq; iam exponit quomō id fiat quod loquitur: ⁊ q̄d sit manducare corpus eius ⁊ sanguinem eius bibere. [Qui manducat meam carnem ⁊ bibit meum sanguinem: in me manet ⁊ ego in illo]. Hoc est ergo manducare illā escam ⁊ illum bibere potum: in christo manere ⁊ illum manē tez in se habere. Ac per hoc qui nō manet in christo ⁊ in quo nō manet christus: procul dubio nec manducat spiritualiter carnem eius: nec bibit eius sanguinem/ licet carnaliter et visibiliter premat dentibus sacramētum corporis ⁊ sanguinis christi: sed magis tante rei sacramentū ad iudicium sibi mandducat ⁊ bibit: qz immūdus presumpsit ad christi accedere sacramenta: que aliquis non digne sumit: nisi qui mūdus est: de quibus dicitur. Beati mundo corde: quoniā ipsi deum videbūt. [Sicut inquit misit me viuēs pater ⁊ ego vivo propter patrem: ⁊ qui manducat me ⁊ ipse viuet propter me]. Non ait sicut manduco patrē: ⁊ ego vivo/ppter patrē: ⁊ q̄ mā ducat me ⁊ ipse viuet/ppter me. Nō enim filij⁹ participatōe patris fit melior q̄ est natis cēlis: sicut participatōe filij per vnitatē corporis ei⁹ ⁊ sanguis: q̄b illa mandu catio potatioq; significat nos efficimur meliores. Uiuim⁹ ergo nos/ppter ipm̄ manducantes euz: id est ipm̄ accipientes eternaz vitam qua nō habeamus ex nobis: viuit aūt ipse/ppter patrem missus ab eo: qz semetipm̄ exinaniuit factus obediens vsq; ad mortē crucis. Si em̄ ſm id accipim⁹ viuo/ppter patrem: q̄b alibi ait p̄ maior me est. Sicut ⁊ nos viuim⁹/ppter ipz q̄ maior est nobis: hoc ex eo q̄b missus est factū est. Missio q̄ppe ei⁹ exinanitio suimetipsi⁹ est ⁊ forme huius acceptio. Q̄b recte intelligit̄ seruata etiā filij cū patre eq̄litate nature. Maior em̄ est pater hoie filio: sed eq̄les habet deum filiū: cum idē sit ⁊ deus ⁊ hō: dei filius ⁊ hois filius vnus xps. Jn qua sctētia si recte accipiūtur hec ſba: ita dixit.

1.cor.xj. De ꝓse. di.ij. Et facta.s. Sicut tu das.

De ꝓse. di.ij. panem de altari.

De ꝓse. di.ij. inquit.

1.Cor.x. De ꝓse. di.ij. hoc ē sacrm.

De ꝓse. di.ij. q̄ di cordat.

Mat.v.

Sicut me miſit viuēs pater ⁊ ego viuo ꝓpter patrem: ⁊ qui manducat me ⁊ ipſe viuet ꝓpter me. Ac ſi diceret. Ut ego viuam ꝓpter patrem: id eſt ad illuz tanꝯ ad matorē referam vitā meaz: exinanitio mea fecit in qua me miſit. Ut aūt quiſcꝫ viuat ꝓpter me: participatio facit qua manducat me. Ego itaqꝫ humiliatꝰ viuo ꝓpter patrē ille erectus viuit ꝓpter me. Si autē ita dictum eſt viuo ꝓpter patrem qz ipſe de illo nō ille de ipſo eſt: ſine detrimēto equalitatis dictū eſt. Nec tamē dicendo ⁊ qui māducat me ipſe viuet, ꝓpter me/eādem ſuā ⁊ noſtrā equalitatem ſignificauit: ſed gratiā mediatoris oſtēdit. [Hic eſt panis qui de celo deſcēdit]: vt illum manducādo viuamus: qz eternā vitam ex nobis hē non poſſumus. [Nō ſicut inquit manducauerunt pres veſtri māna ⁊ mortui ſunt. Qui manducat hunc panē viuet in eternum]. Qō ergo illi mortui ſunt: ita vult intelligi vt nō viuant in eternū. Nam tpaliter ⁊ hi, perfecto moriūtur qui ſpm manducāt ſed viuunt in eternū: qz chriſtus eſt vita eterna.

Tractatus. xxvij.

[Multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerunt. Durus eſt hic ſermo ⁊ quis poteſt eū audire: Sciens aūt ieſus apud ſemetipm qz murmurarent de hoc diſcipuli eiꝰ dixit eis. Hoc vos ſcādalizat: Si ergo videritis filium hois aſcendētem vbi erat prius: Spūs eſt q̄ viuificat caro non ꝓdeſt quicqꝫ: verba que ego locutus ſum vobis ſpūs ⁊ vita ſunt. Sed ſunt q̄dam ex vobis qui nō credūt. Sciebat eñ ab initio ieſus qui eſſent nō credētes: ⁊ quis traditurus eſſet eū. Et dicebat ꝓpterea dixi vobis: qz nemo poteſt venire ad me niſi fuerit ei datū a patre meo. Et hoc multi diſcipuloꝝ eius abierūt retro: etiā nō cū illo ambulabant. Dixit ergo ieſus ad duodecī. Nunqd ⁊ vos vultis abire: Rñdit ergo ei ſymō petrus. Dñe ad quem ibimus: verba vite eterne habes. Et nos credim⁹ et cognouimus qz tu es xps filius dei. Rñdit ieſus: nōne ego vos duodecī elegi: ⁊ ex vobis vn⁹ diabolus ē. Dicebat aūt de iuda ſymonis ſcariothis. Hic eñ erat traditur⁹ euz cū eſſet vn⁹ ex duodecī.

A

Verba domini ex euangelio que ſermonē priſtinuz conſequunt auditiuimus. Hinc ſermo debet auribꝰ et mētibus veſtris: ⁊ hodierna die nō importunꝰ eſt. Eſt eñ de corpore domini: quod dicebat ſe dare māducandum ꝓpter eternam vitā. Expoſuit autē modū attributionis huius ⁊ doni ſui qūo daret carnem ſuā manducare dicēs. Qui manducat carnē meam ⁊ bibit ſanguinē meū: in me manet ⁊ ego in illo. Signū qz manducat ⁊ bibit hoc eſt: ſi manet ⁊ manet. Si habitat ⁊ inhabitatur: ſi heret nō deſeratur. Hoc ergo nos docuit ⁊ ammonuit myſticis verbis: vt ſimus in eius corpore ſub ipſo capite in membris eius edētes carnem eius: nō relinquētes vnitatē eiꝰ. Sed qui aderāt: plures nō intelligendo ſcādalizati ſunt. Nō eñ cogitabant hec audiendo niſi carnē q̄ ipſi erāt. Apoſtolus autē dicit: ⁊ verū dicit. Sapere ſm carnē mors eſt. Carnem dat nobis ſuam dominꝰ manducare: ⁊ ſapere ſm carnē mors eſt. Cū de carne ſua dicat: qz ibi eſt vita eterna: ergo nec carnē debemus ſapere ſm carnem: ſicut in his verbis. [Multi itaqꝫ audiētes] non ex inimicis: [ſed ex diſcipulis ſuis dixerunt. Durus eſt hic ſermo: ⁊ quis poteſt eum audire]. Si diſcipuli durum habuerunt iſtū ſermonē quid inimici: Et tamen ſic oportebat: vt diceret quod non ab omnibus intelligeretur. Secretū dei intētos debet facere: nō aduerſos. Iſti autem cito defecerūt. Talia loquēte domino ieſu chriſto: non crediderūt aliquid magnum dicētem ⁊ verbis illis aliquā gratiam cooperiētem ſed prout voluerūt ita intellexerūt: ⁊ more hominum: quia potuerat ieſus aut hoc diſponebat ieſus: carnem qua indutū erat verbū: veluti cōciſam diſtribuere crudentibus in ſe. Durus eſt inquiūt hic ſermo/quis poteſt cum audire: [Sciens autem ieſus apud ſemetipſum qz murmurabant de hoc diſcipuli eius]. Sic eni apud ſe iſta dixerunt: vt ab illo non audirentur: ſed ille qui eos nouerat in ſeipſis audiens apud ſemetipſum. [Reſpōdēs ait: hoc vos ſcandalizat]: quia dixi carnem meam do vobis māducare et ſanguinem meum bibere: Hoc vos nempe ſcandalizat. [Si ergo videritis filium hois aſcendētem: vbi erat priꝰ]. Quid eſt hoc: Hinc ſoluit illos quos nouerat: hinc aperuit vñ fuerāt ſcādalizati hinc plane ſi intelligerēt. Illi eñ putabāt eū erogaturū corpꝰ ſuū: ille aūt dixit ſe aſcēſurz in celū vtiqꝫ integrū.

Rō. viij.

Preterit hic terr⁹ hic dic vſq; caphar: naum.

B

Tractatus. xxvij. Capitulum. vj. fo. LXXI

Cum videritis filiū hominis aſcēdentem vbi erat prius. Certe vel tūc videbitis qz nō eo modo quo putatis erogat corpꝰ ſuū: certe vel tunc intelligetis qz gratia eiꝰ nō ꝓſumitur moribus. Et ait. [Spiritus eſt qui viuificat caro nō prodeſt quicqꝫ]. Hoc antecꝫ exponitur vt dñs donat illud non negligēter pretereūduz eſt quod ait. Si ergo videritis filium hois aſcendentem vbi erat prius. Filius eñ hois: chriſtus ex virgine maria. Ergo filius hois ſic cepit eſſe in terra vbi carnē aſſumpſit ex terra. Unde ꝓphetice dictum erat: veritas de terra orta eſt. Quid ſibi ergo vult qō ait. Cum videritis filium hois aſcendentem vbi erat prius: Nulla eñ eſſet queſtio ſi ita dixiſſet: ſi videritis filiū dei aſcendētez vbi erat prius: Cum vero filium hois dixit aſcendentēvbi erat prius: niſiquid filius hois in celo erat prius cꝫ in terra eſſe cepit: Hic quidē dixit vbi erat prius: quaſi tūc non ibi eſſet: qñ hec loquebatur. Alio aūt loco ait. Nemo aſcēdit in celum niſi qui de celo deſcēdit filius hois qui eſt in celo. Non dixit erat ſed filius inquit hois qui eſt in celo. In terra loquebaꝫ ⁊ in celo ſe eſſe dicebat. Et nō ita dixit. Nemo aſcēdit in celum niſi qui de celo deſcēdit: filiꝰ hois qui eſt in celo. Quo pertinet niſi vt intelligamus qō etiam priſtino ſermone cōmendauit charitati veſtre: ynā perſonam eſſe chriſtū deum ⁊ hoiez nō duas: ne fides noſtra nō ſit trinitas: ſed quaternitas. Chriſtus ergo vnus eſt/verbuz/anima ⁊ caro vnus chriſtus filius dei ⁊ filius hois/vnus xps filius dei ſemp: filius hominis ex tpe. Tamen vnus xps ſm vnitatē perſone in celo erat quādo in terra loquebaꝫ. Sic erat filius hominis in celo: quēadmoduz filius dei erat in terra. Filius dei in terra in ſuſcepta carne: filius hominis in celo in vnitate perſone. Quid eſt ergo qō adiūgit: ſpiritus eſt qui viuificat: caro nō prodeſt quicqꝫ: Dicamus ei. Patitur enim nos nō contradicētes: ſed noſſe cupientes. O dñe magiſter bone: quomō caro non ꝓdeſt quicqꝫ: cum tu dixeris: niſi quis māducauerit carnem meā ⁊ biberit ſanguinē meum nō habebit in ſe vitam: An vita non ꝓdeſt quicqꝫ: ⁊ ꝓpter quid ſumus qō ſumus: niſi vt habeamus vitā eternam: quā tua carne ꝓmittis: Quid eſt ergo nō prodeſt quicqꝫ: Caro non ꝓdeſt quicqꝫ: ſed qūo illi intellexerunt: Carnē quippe ſic intellexerūt qūo in cadauere dilaniaꝫ aut in macello vēditur: non qūo ſpiritu vegetaꝫ. Proinde ſic dictum eſt: caro nō prodeſt quicqꝫ: quomō dictum eſt/ſciēcia inflat. Jam ergo debemus odiſſe ſcientiā: Abſit. Et q̄d eſt ſcientia inflat: Sola ſine charitate. Jō adiunxit: charitas vero edificat. Addeiergo ſcientie charitatē: ⁊ vtilis erit ſcientia non per ſe: ſed per charitatē. Sic etiam nunc caro nō prodeſt quicqꝫ: ſed ſola caro. Accedat ſpiritus ad carnē: quomodo accedit charitas ad ſcientiā: ⁊ prodeſt plurimū. Naz ſi caro nihil prodeſſet/verbū caro non fieret vt inhabitaret in nobis. Si per carnē nobis multū profuit chriſtus: qūo caro nihil prodeſt: Sed per carnez ſpūs aliquid ꝓ ſalute noſtra egit. Caro vas fuit. Quod habebat attēde: non quod erat. Apoſtoli miſſi ſunt. Nūquid caro ipſorū nihil nobis ꝓfuit: Si caro apoſtolorū nobis ꝓfuit: caro dñi poterat nihil prodeſſe: Unde eñ ad nos ſonus verbi: niſi per vocem carnis: Unde ſtilus: Unde ſcriptio. Iſta oia opa carnis ſunt: ſed agitāte ſpū tanꝯ organum ſuū. Spūs ergo eſt qui viuificat: caro nō prodeſt quicqꝫ. Sicut illi intellexerunt carnē: non ſic ego do ad māducāduz carnem meā. Proinde [verba inquit que ego locutus ſum vobis ſpūs ⁊ vita ſunt]. Diximus eñ fratres hoc dñm cōmēdaſſe in māducatione carnis ſue ⁊ potione ſanguinis ſui: vt in illo maneamus et ipſe in nobis. Maneamus aūtē in illo: cū ſumus mēbra eius: manet aūt ipſe in nobis: cum ſumus templū eius. Ut autē ſimus membra eius: vnitas nos cōpaginat. Ut cōpaginet vnitas: q̄ facit niſi charitas. Et charitas dei vnde: aptz interroga. Charitas inquit dei diffuſa eſt in cordibus nr̄is: per ſpm ſanctuz qui datus eſt nobis. Ergo ſpiritus eſt qui viuificat. Spūs enim facit viua mēbra. Nec viua mēbra, ſpiritus facit: niſi que in corpore qō vegetat ipſe ſpiritꝰ inuenerit. Nam ſpūs qui eſt in te/o homo qui cōſtas vt homo ſis: munquid viuificat mēbrum quod ſeparatū inuenerit a carne tua: Spiritum tuū dico animā tuaz. Anima tua nō viuificat niſi membra que ſunt in carne tua. Unū ſi tollas: iam nō viuificatur ex aīa tua: qz vnitati corporis tui non copulatur. Hec dicūtur vt amemus vnitatez: ⁊ timeamus ſeparationē. Nihil enim ſic debet formidare chriſtianꝰ cꝫ ſeparari a corpore chriſti. Si enim ſeparaꝫ a corpore chriſti: nō eſt mēbrum eius. Si non eſt mēbrū eius non vegetaꝫ ſpiritu eiꝰ. Quiſquis aūt inquit apls ſpm chriſti nō hz: hic nō eſt eius. Spūs ergo eſt qui viuificat: caro aūt non ꝓdeſt quicqꝫ. Uerba que ego locutꝰ ſum vobis: ſpūs ⁊ vita ſunt. Quid eſt ſpūs ⁊ vita ſunt: Spūaliter itelligēda ſunt. Intellexiſti ſpūaliter: Spūs ⁊ vita ſunt. Ja-

Ro. v.

1. Cor. viij.

xxj. q. iij. Nihil.

Universidad de Navarra Biblioteca

C tellexiſti carnaliter: Etiã ſic illa ſpũs ⁊ vita ſunt: ſed tibi nõ ſunt. [Sed ſunt quidã (inquit) in vobis qui nõ credunt]. Nõ dixit: ſunt quidã in vobis qui nõ intelligũt: ſed cauſam dixit ꝛre nõ intelligant. Sunt enim quidã in vobis qui non credunt: ⁊ iõ non intelligũt quia non credũt. Prophetaesa.vij. enim dixit: niſi crediderit̃is non intelligetis. Per fidẽ copulamur: per intellectuz viuificamur. Prius hereamus per fidem: vt ſit qõ viuificet per intellectũ. Nam q̃ non heret/reſiſtit: qui reſiſtit nõ credit. Nã qui reſiſtit: qõ viuificatur. Aduerſari⁹ eſt radio lucis quo penetrãdus eſt: non auertit aciẽ ſed claudit mentẽ. Sunt ergo quidaz qui nõ credũt. Credãt ⁊ aperiant: aperiãt ⁊ illuminabũtur. [Sciebat enim ab initio ieſus qui eſſent credẽtes: ⁊ quis traditurus eſſet eum]. Ibi eñ erat ⁊ iudas. Naz quidã ſcandalizati ſunt. Ille autẽ manſit ad inſidiandũ non ad intelligẽdum. Et qz ideo manſerat: nõ de illo tacuit dominus. Non illũ expreſſit ſed nec ſiluit: vt oẽs timerẽt/q̃uis vnus periret. Sed poſtea qz dixit ⁊ diſtinxit credẽtes a nõ credentib⁹: expreſſit cãm q̃re non credãt. [Propterea dixi vobis (inquit) qz nemo poteſt venire ad me niſi fuerit ei datũ a patre meo]. Erj.cor.iiij go ⁊ credere datur nobis. Nõ enim nihil eſt credere. Si autẽ magnũ aliq̃d eſt gaudes qz credidiſti: ſed noli extolli. Quid eñ habes quod non accepiſti? [Ex hoc multi †Al⁹.diſciplox. †Alias ambulabant. cum illo †ambulauerũt]. Alij abierũt retro: ſed poſt ſathanã: non poſt xp̃m. Nam aliq̃n dñs chriſtus petrum appellauit ſathanã: magis qz volebat precedere dominuz ſuũ ⁊ conſiliũ dare ne moreret illi qui venerat vt moreret: ne nos in eternũ moreremur: ⁊ ait illi. Redi poſt me ſathanas. Nõ enim ſapis que dei ſunt/ſed que hois ſunt. Nõ enim illũ repulit retro ire poſt ſathanã ⁊ appellauit ſathanã: ſed fecit poſt ſe ire: vt nõ eſſet ſathanas ambulãdo poſt dñm. Iſti autẽ ſic redierunt retro: quomõ de quibuſdã feminis dicit ap̃ls. Quedam ſ.timo.v cõuerſe ſunt retro poſt ſathanã ⁊ ylterius cum illo non ambulauerũt. Ecce precisi a corpore vitã perdiderũt: qz forte in corpore non fuerũt. Inter nõ credẽtes ⁊ ipſi deputandi ſunt: q̃nis diſcipuli dicerentur. Abierũt retro: nõ pauci/ſed multi. Hoc factũ eſt ad conſolationẽ: qũo aliq̃n cõtingat vt dicat homo vez ⁊ quod dr̃ non capiat: atq; illi qui audiũt ſcandalizẽtur ⁊ diſcedant. Penitet autẽ hoiem dixiſſe qõ veruz eſt. Dicit autez apud ſe hõ. Non debui ſic dicere: nõ hoc dicere debui. Ecce dño cõtigit. Dixit ⁊ perdidit multos: remanſit ad paucos. Sed non turbabat ipſe qz ab initio nouerat: ⁊ qui credẽtes eſſent/⁊ qui nõ credentes. Nos ſi nobis cõtingat perturbamur: ſolatiũ in dño inueniamus. Et tamẽ caute verba dicamus: ea q̃ ille ad paucos qui remãſerant. [Dixit ergo ieſus ad duodecim]: id eſt illis duodeci qui remanſerunt. [Nũquid ⁊ vos inq̃t vultis† ire? †Alias abire. Nõ diſceſſit nec iudas. Sed quare manebat? Dño iam apparebat: nobis poſtea manifeſtatus eſt. Reſpõdit petrus p̃ omnib⁹ vnus pro multis: vnitas pro vniuerſis. [Reſpõdit ergo ei ſymõ petrus: domine ad quẽ ibimus]? Repellis nos a te: da nobis altez̃. te. Si a te recedimus: ad quẽ ibimus? [Verba vite eterne habes]. Videte quẽadmodum p̃ petrus dante deo recreante ſpũſancto intellexit. Unde niſi qz credidit? Verba vite eterne habes. Uitaz enim eternã habes in miniſtratiõe corporis ⁊ ſanguinis tui: ⁊ nos credidim⁹ et cognouimus. Non cognouimus et credidimus: ſed credidim⁹ ⁊ cognouimus. Credi- ij. ſen. dimus eñ vt cognoſceremus. Nã ſi prius dil. ſtũ. cognoſcere ⁊ deinde credere vellemus: nec c. Notã cognoſcere: nec credere valeremus. Quid dũ. in fi. credimus ⁊ q̃d cognouimus? Quia. [Tu es xp̃s filj⁹ dei viui]: id eſt qz ipſa vita eterna tu es: ⁊ nõ das in carne ⁊ ſanguine tuo niſi qõ es. [Ait ergo dñs ieſus. Nõne ego vos duodecim elegi: ⁊ vn⁹ ex vobis diabolus eſt]? Ego vndeci elegi diceret/an eligitur ⁊ diabolus ⁊ in electis eſt diabolus. Electi in laude ſolẽt dici. An electus eſt ⁊ iſte: de quo nolẽte ⁊ neſciente magnũ aliquid boni fieret: Hoc eſt p̃prium dei: contrariũ iniquis. Sicut eñ iniqui male vtitur bonis operib⁹ dei: ſic cõtra deus bene vtit̃ malis operib⁹ iniquoz. Quã bonum eſt mẽbra corporis ita eſſe: quẽadmodum diſponi nõ poſſunt niſi ab artifice deo. Pe tulãtia tñ quam male vtitur oculis: fallacia quã male vtitur lingua. Falſus teſtis nõne linguã ſuam ⁊ aiam ſuã prius trucidat ⁊ alterũ ledere ſe peremptо conatur. Male vtit̃ lingua: nec ideo malũ eſt ligua. Opus eſt dei lingua/ſed bono opere dei/ male vtit̃ illa nequitia. Quo vtũtur qui pedib⁹ currunt ad ſcelera. Quo vtunt̃ manibus homicide: ⁊ illis adiacẽtibus formſe cus bonis creaturis dei. Quã male vtunt̃ mali auro. iudicia corrũpunt: innocentes oppr̃imũr. Luce iſta mali male vtunt̃. Male viuẽdo enim etiã ipſam lucez quã videt ad miniſterium ſcelerũ ſuorum vſurpant. Jens vt faciat aliq̃d malꝰ malus/ lucere ſibi vult ne offendat: qui iam intus offendit ⁊ cecidit. Quod timet in corpore: tã incurrit in corde. Oibus ergo bonis dei ne p ſingula currere longũ ſit male vtit̃ malus: cõtra malis hominũ malorum: bñ vtit̃ bonus. Et quid tam bonũ q̃z vnus de⁹? Quã doquidẽ ipſe dñs dixit/nemo bonus niſi vnus deus? Quãto ergo ille melior: tanto melius vtitur ⁊ malis noſtris. Quid iuda pcius? Inter oẽs adherẽtes magſo inter duodecim: loculi illi cõmiſſi ſunt: ⁊ diſpenſatio pauperũ diſtributa. Ingratus tanto beneficio/honoꝛi tãto/accepit pecuniam: perdidit iuſtitiã. Tradidit vitã mortuus quẽ vt diſcipulus ſecutus/vt inimic⁹ pſecutus eſt. Et totũ hoc malum iudę malo eius bene vſus eſt dñs. Tradi ſe ptulit: vt redimeret nos. Ecce malũ iude in bono cõuerſum eſt. Sathanas quãtos martyres perfecut⁹ eſt. Sathanas pſequendo ceſſaret: hodie tã gloꝛioſam coronã ſancti laurẽtij nõ celebꝛaremus? Si ergo ipſius diaboli malis operib⁹ bene vtitur de⁹: qõ facit malus mala vtẽdo ſibi nocet/non bonitati dei cõtradicit. Artifex illo vtitur et magnus artifex. Si illo vti non poſſet: nec cũ eſſe permitteret. Ergo vn⁹ ex vobis diabolus eſt ait: cũ ego vos duodecim elegerim. Poteſt ⁊ ſic intelligi qõ ait duodecim elegi: qz ſacratus eſt numerus. Non enim qz perijt inde vnus ideo illius numeri honoꝛ demptus eſt. Nam in locuz pereuntis alius ſubꝛogatus eſt. Mãſit numerus cõſecrat⁹/numerus duodenarius: quia per vniuerſum mũdum/ hoc eſt per quattuoꝛ cardines mũdi/trinitatem fuerãt annunciaturi: ideo ⁊ quaterni. Si ergo exterminauit iudas/nõ duodenarium numerum violauit. Ipſe deſeruit preceptoꝛem: nam deus illi appoſuit ſucceſſoꝛẽ. Hoc totuz qõ dñs de carne ⁊ de ſanguine ſuo locut⁹ eſt: ⁊ qõ in eius diſtributiõis gratia/vitã nobis p̃miſit eternã: ⁊ quod hinc voluit intelligi manducatoꝛes ⁊ potatoꝛes carnis et ſanguinis ſui: vtiq; illo maneãt: ⁊ ipſe in illis: ⁊ qõ non intellexerũt: qui non crediderunt: ⁊ qõ ſpiritalia carnaliꝛ ſapiendo ſcãdalizati ſunt: ⁊ q̃ eis ſcãdalizatis ⁊ pereũtibus: cõſolatio dñi affuit diſcipulis q̃ remãſerãt: ad quos probãdos iterrogauit. Nũquid ⁊ vos vultis ire/vt reſpõſio permãſionis eoꝝ inotеſceret ⁊ nobis: nã ⁊ ille nouerat qz manebãt. Hoc ergo totuz ad hoc nobis valeat dilectiſſimi vt carnẽ xp̃i ⁊ ſanguinez xp̃i non edamus tantũ in ſacramẽto qõ ⁊ multi mali: ſed vſq; ad ſpiritus participationẽ manducemus ⁊ bibamus/vt in dñi coꝛpe tanq̃ mẽbra maneamus: vt eius ſpũ vegetemur: ⁊ nõ ſcãdali-


zemur etiã ſi multi mõ nobiſcũ mãducant ⁊ bibũt tpaĩr ſacrã: q̃ habebũt in fine eterna tormẽta. Modo eñ coꝛpus xp̃i mixtuz eſt tanq̃ area: ſz nouit dñs q̃ ſunt eius. Si tu noſti q̃d trituras qz ibi eſt latẽs maſſa: nec p̃ſumit trituratio qõ purgatura eſt vẽtilatio. Certi ſum⁹ fratres qz oẽs q̃ ſumus in coꝛpoꝛe dñi ⁊ manem⁹ in illo: vt et ipſe maneat in nobis: in hoc ſeculo neceſſe habem⁹ vſq; in finẽ inter malos viuere. Nõ inter illos dico malos q̃ blaſphemãt xp̃m. Raro eñ taz inueniunt̃ qui ligua blaſphemant: ſed multi q̃ vita. Neceſſe eſt ergo vt iter illos vſq; i finẽ viuam⁹. Sed q̃d eſt qõ ait. Qui manet in me ⁊ ego i illo? Quid niſi qõ martyres andiebant: q̃ pſeuerauerit vſq; in finẽ: hic ſalu⁹ erit? Quo mãſit in illo ſanct⁹ laurẽtius: cuius hodie feſtũ diez celebꝛam⁹? Mãſit vſq; ad tẽtationẽ: mãſit vſq; ad tyrãnicã interrogationẽ: mãſit vſq; ad carrimã cõminationẽ: mãſit vſq; ad pemptionẽ. Pax eſt vſq; ad imanẽ excruciationẽ mãſit. Non eñ occiſus eſt cito: ſz cruciat⁹ eſt in igne. Diu viuere permiſſus eſt: imo nõ diu viuere pmiſſus eſt: ſz tarde mori cõpulſus eſt. In illa ergo lõga morte in illis tormẽtis que bñ manducauerat et bñ biberat tanq̃ illa eſca ſaginat⁹ a illo carnifice ebꝛiat⁹ tormẽta nõ ſenſit. Ibi eñ erat qui dixit: ſpũs eſt q̃ viuificat. Caro eñ ardebat: ſed ſpũs aiaz vegetabat. Nõ ceſſit: ⁊ in regnũ ſucceſſit. Dixerat aũt illi ſixt⁹ martyꝛ ſanct⁹ cuius die q̃nto ab hic retro die celebꝛanim⁹. Noli merere fili. Eps eñ erat ille: iſte diacon⁹. Noli merere inquit: ſequeris me poſt triduũ. Triduũ autez dixit mediũ inter die paſſiõis ſancti ſixti: et die hodiernuz paſſiõis ſancti laurẽtij: triduũ eſt mediũ. O ꝛſolatio. Nõ ait: noli merere fili/deſinet pſecutio/⁊ ſaluus eris: ſed noli merere/quo ego precedo tu ſequeris: nec conſecutio tua differtur. Triduuz medium erit: ⁊ mecum eris. Accepit oraculũ: vicit diabolum: puenit ad triũphuz.

Tractatus.xxviij.

C Poſt hec aũt ãbulabat ieſus in galileã: non eñ volebat in iudeã ambulare: qz querebãt euz iudei interficere. Erat autẽ in p̃timo dies feſtus iudeoꝛũ ſcheno phegia. Dixerũt aũt ad eũ fratres eius. Trãſi hinc ⁊ vade in iudeam: vt ⁊ diſcipuli tui videãt opera tua que facis. Nemo q̃ppe in occulto aliq̃d facit: ⁊ querit ipſe in palã eſſe. Si hec facis manifeſta te ꝑſum

mundo. Neq; em̄ fratres eius credebant in eu3. Dixit ergo eis ihesus. Tēpus meū nondum aduenit: tēp⁹ autem vestrum semper est paratū. Non potest mundus odisse vos. Me autē odit quia ego testimoniu3 perhibeo de illo: quia opera el⁹ mala sunt. Vos ascendite ad diem festu3 hunc. Ego non ascendā3 ad diē festum istū: quia meum tempus nondum impletū est. Hec cū dixisset ipse mānsit in galilea vt autem ascenderunt fratres el⁹ tūc et ipse ascendit ad diem festū nō manifeste sed quasi in occulto. Judei ergo querebant eu3 in die festo: ⁊ dicebant. Ubi est ille? Et murmur mult⁹ de eo erat in turba. Quidam eniz dicebant: quia bonus est: alij autē dicebant non: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebaf de illo ꝓpter metum iudeorum.

A



N isto euangelij capitulo fratres dñs noster ihesus xp̄s fm hoiem se plurimū commēdauit fidei nostre Etem̄ semper hoc agit dictis et factis suis vt ⁊ de⁹ credatur et homo. Deus qui nos fecit: homo qui nos quesiuit. De⁹ cū patre semper: homo nobiscum ex tēpore. Non em̄ quereret quē fecerat: nisi ipe q̄ fecerat fieri voluisset. Verum hoc memēto te et de cordibus vestris nolite dimittere: sic esse xp̄m hoiez factū/ vt nō desisteret de⁹ esse. Manens de⁹ accepit hoiem q̄ fecit ꝓ hominem. Quando ergo latuit vt hō: nō potentiam perdidisse putandus est: sed exēplum infirmitati pbuisse. Ille em̄ q̄n voluit detent⁹ est: q̄n voluit occisus est. Sed q̄o futura erāt membra ei⁹. i. fideles ei⁹ q̄ non haberēt illā potestatem quaz habebat ipe de⁹ nr̄: q̄o latebat: q̄o se tanq̄ ne occideret occultabat/ hoc indicabat factura esse mēbra sua in q̄b⁹ vtiq; membris suis ipe erat Nō em̄ xp̄s in capite ⁊ nō in corpe: fz christus totus in capite ⁊ in corpore. Q̄o ergo
Act.ix. mēbra eius ipse. Q̄o aūt ipse nō continuo membra eius. Nam si nō ipsi essent membra eius: nō diceret saulo/ q̄d me perseq̄ris Nō em̄ saulus ipm̄ sed mēbra ei⁹. i. fideles eius in terra ꝑsequebatur. Noluit tñ dicere sanctos meos / seruos meos / postremo honorabilius fratres meos sed me: hoc est membra mea quibus ego sum caput. His predictis puto nos in hoc capitulo q̄o modo lectum est non esse laboraturos. Sepe em̄ significatum est in capite q̄o futurum erat in corpore. [Post hec inquit. Ambulabat iesus in galileam: nō em̄ volebat in iudeam ambulare: quia querebant eū iudei interficere]. Hoc est q̄o dixi infirmitati nostre ꝓtebebat exēplum. Nō ipse pdiderat potestatem: sed nostram ꝓsolabat fragilitatem. Futurū em̄ erat vt dixi: vt aliquis fidelis eius absconderet se ne a persecutoribus inueniretur. Et ne illi pro crimine obiceret latibulum ꝓcessit in capite: q̄o in mēb̄ confirmaretur. Sic em̄ dictum est. Nolebat ambulare in iudeam quia querebant eum iudei occidere. Quasi non possit christus et ambulare inter iudeos et non occidi a iudeis. Hanc em̄ potentiam quan do voluit demonstrauit. Nam cum eū iam passurum tenere vellent ait illis. Quē quer itis? Responderūt: iesum. Et ille. Ego su3 non se occultans sed manifestans. Ad eā tamē manifestationem illi non subsistiterūt sed recedentes retro ceciderunt. Et tamen q̄t pati venerat/ surrexerunt et tenuerunt: ad iudicem adduxerunt: ⁊ occiderunt. Sz quid fecerunt? Q̄o ait quedā scriptura: terra tradita est in man⁹ impij/ caro data est in potestatē iudeis. Et hoc ꝓptera vt qua si sacculus cōscinderet vnde nostrū ꝑcium maneret. [Erat autē in ꝓmo dies festus iudeoz scenophegia.] Quid sit scenophegia: scripturas qui legerunt nouerunt. Faciebāt die festo tabernacula ad similitudinem tabernaculoz: in quib⁹ habitauerūt cū ex egypto educti peregrinarentur in heremo. Iste erat dies festus ⁊ magna solēnitas. Celebrabāt hoc iudei velut reminiscētes bñficia dñi: qui occisuri erant dñz. Hoc ergo die festo q̄t plures erāt dies festi. Sic em̄ appellabatur apud iudeos dies festus vt non esset dies vnus: sed plures †[Locuti sunt fratres eius ad illum nostrū.] Fratres eius sic accipite sicut nostis. Non em̄ nouum est q̄o auditis. Consanguinei virginis marie fratres dñi dicebant. Erat eniz cōsuetudinis scripturarum/ appellare fratres quoslibet cōsanguineos ⁊ cognationis ꝓpinquos: ⁊ extra vsum nr̄m: non quo more nos loquimur: nā quis dicat fratrē auū culum et filium sororis? Scriptura tamen etiam huiusmodi cognationis fratres appellāt. Nā abrahā ⁊ loth fratres sunt dicti cum esset abrahā patruus loth. Et laban ⁊ iacob fratres sunt dicti: cū esset auūculus laban iacob. Cū ergo auditis fratres dñi/ marie cogitare consanguinitatem: non ite

Cap. vij

Jo. xvij

Job. ix.

† Terr⁹ habz. Dixerūt autē ad eu3 fres ei⁹.

rū pariēt⁹

Joh. xix rum parientis vllā ꝓpaginē. Sicut em̄ in sepulchro vbi positū est corpus dñi nec antea nec postea inortn⁹ iacuit: sic vterus marie nec antea nec postea quicq̄ mortale cōcepit. Diximus fratres qui fuerint: audiamus quid dixerint. [Trāsi hinc ⁊ vade in iudeam: vē ⁊ discipuli tui videant opa tua que tu facis.] Opera dñi discipulos nō latebāt: sed illos nō latebāt. Illi em̄ fratres: id est cōsanguinei xp̄m cōsanguineū habere potuerunt: credere aūt in eū ipsa ꝓpinquitate fastidierūt. Dictū est in euangelio non em̄ hoc nos audemus opinari: nō au
†Al. ꝙ dist⁹: addūt ⁊ monent. [Nemo † in occulto quid facit ⁊ q̄rit in palaz esse. Si hec
pe. †Al. ꝙpe facis: manifestas temetipsu3 mūdo] ⁊ cōtinuo. [Neq; em̄ fratres eius credebāt in eum. Quare in eū n credebāt? Q̄t humanam gloriā requirebāt. Nā ⁊ q̄o eū videntur monere fratres: gloriē ipsius cōsulunt/ facis mirabilia: innotesce. i. appare omnibus: vt laudari possis ab oibus. Loqueba
Joh. i. tur caro carni: sed caro sine deo/ carni cum deo. Loquebatur em̄ prudētia carnis: verbo q̄o caro factu3 est ⁊ habitauit in nobis
C Quid ad hec dñs? [Dicit ergo eis ihesus. Tēpus meū nondū venit: tēpus autem vestrum semp est paratū.] Quid est hoc? Nō dū venerat xp̄s? Quare ergo christus
Gal. iiij. venerat: si tēpus eius nondū venerat? Nō ne audiuimus aplm dicentē? Cū aūt venit plenitudo tēporis: misit deus filiū suū. Si ergo in plenitudine tēporis missus est: q̄n debuit missus est: q̄n opportuit venit. Quid ergo est tēpus meū nondū venit? Intelligite fratres quo animo illi loquebantur qui quasi fratrē suum monere videbant. Dabant ei cōsilium cōsequende gloie veluti seculariter ⁊ terreno affectu monentes / ne esset ignobilis ⁊ latitaret. Q̄o ergo ait dominus: tēpus meum nondū venit: illis respōdit qui ei consiliū de gloria dabant. Tēp⁹ glorie mee nondū venit. Videte q̄z ꝓfundū sit/ de gloria illi ammonebāt: sed ille voluit
Mar. x. altitudinē humilitate precedere: ⁊ ad ipaz celsitudinem per humilitatē viā sternere. Nā ⁊ illi discipuli vtiq; gloriā requirebāt qui volebant sedere: vnus ad dexterā ei⁹/ ⁊ alter ad sinistrum. Attendebāt quo ⁊ nō videbant qua via dñs eos vt ordinate venirent ad patriā reuocauit ad vitam. Excelsa est em̄ patria: humilis via. Patria est vita xp̄i: via passio christi. Qui recusat viā quid querit patriaz? Denicq; ⁊ illis hoc respondit: querentibus altitudinez. Potestis bibere calicē quem ego bibiturus sum? Ecce qua venit ad celsitudinē quam desiderātis. Calicē quippe commemorabat humi-

litatis atq; passionis. Ergo ⁊ hic: tempus meū nondū venit: tp̄s aūt vr̄m. i. mūdi gloria semp est paratiz: hoc est tp̄s de quo in ꝓpheta loquit xp̄s. i. corpus xp̄i. Cū acce ꝑsalmo pero tēp⁹ ego iusticiā iudicabo. Modo em̄ lxxiij. non est tēpus iudicandi: sed iniquos tolerādi. Ferat igitur modo corpus xp̄i: ⁊ toleret iniquitatē maleviuentium: habeat tamen iusticiam modo: anteq̄ habeat iudicium. Per iusticiam em̄ peruenit ad iudiciū. Tolerant ib⁹ quippe mēbris iniquitatē seculi huius: quid scriptura sancta dicit in psalmo? Nō repellit deus plebez suā. Laborat ꝑs. xciij. quidē pleba eius inter indignos / inter inquos / inter blasphemantes / inter murmurantes / detrahentes / insectātes: ⁊ si liceat perimentes. Laborat quidez: sed nō repellit dñs plebē suam / ⁊ hereditatē suam nō derelinquet quoaduq; iusticia q̄ modo est in sanctis eius cōuertat in iudiciū: cuz implebit q̄o eis dictū est. Sedebitis sup duo mat. xix. decim sedes iudicantes duodecim trib⁹ israel. Habebat iusticiā apl⁹s: sed nōdū illud iudicium de quo dicit. Nescitis quia ange i. cor. vj. los iudicaturi sumus. Sit ergo modo tp̄s iuste viuendi: postea erit tempus cos qui male vixerunt iudicādi. Quousq; iusticia (inquit) cōuertatur in iudiciuz: hoc erit tēpus iudicij de quo dñs dixit: tp̄s meū nondū venit. Erit tp̄s glorie: vt quivenit in humilitate: veniet in altitudine. Qui venit iudicandus: veniet iudicaturus. Qui venit occidi a mortuis: veniet iudicare de viuis ⁊ mortuis. Deus (inquit psalm⁹) manifest⁹ ꝑs. xlix. veniet: de⁹ noster ⁊ nō silebit. Quid est manifestus veniet? Q: venit occultus: tūc nō Esa. liij silebit. Nam q̄n venit occultus / sicut ouis ad immolandū ductus est: ⁊ sicut agn⁹ coram tondente se nō aperuit os suū. Veniet ⁊ nō silebit. Tacuit inq̄t: nunq̄d semp tacebo? Modo autem quid necessariū est eis q̄ habēt iusticiā: q̄o i illo ipso psalmo sequit. Quoaduq; iusticia cōuertat in iudiciū. Et qui habent eaz? Omnes qui recti sunt corde. ¶ Queritis fortasse qui sint recti corde D Illos inuenim⁹ in scriptura rectos corde: qui mala seculi tolerant et non accusant deum. Videte fratres. Rara causa est ista quam loquor. Nescio quo enim modo quā do enenit homini aliquid mali: deum currit accusare qui debet se. Q̄n bonū aliquid agis / te laudas. Quando mali aliquid pateris deum accusas. Hoc est cor tortum nō rectum. Ab ista distortione et prauitate si corrigaris: conuertitur in contrarium q̄o faciebas. Antea em̄ q̄d faciebas? Laudabas te in bonis dei / accusabas deū in malis tuis: cōuerso corde ⁊ directo: laudabis

deum in bonis suis: accusabis te in malis tuis. Isti sunt recto corde. Deniq; ille non dum recto cui displicebat felicitas malor. ps. lxxij. ℣. z labor bonor: aut correctº. Quā bonº deº israel rectis corde: mei aūt quādo nō eraz rectus corde/ pene commoti sunt pedes: paulominº effusi sunt gressus mei. Quare Quia zelauī in peccatoribus: pacez peccatorum videns. Uidi (inquit) malos felices et displicuit mihi deus. Hoc eñ volebat/ pacem peccatorum intuens: vt non permitteret deus malos esse felices. Intelligat homo: nunq̄ hoc permittit deº. Sz iō malº felix putat: quia q̄d sit felicitas ignoratur. Simus ergo recti corde. Tēpus cñ gloriē nostre nondū venit. Dicitur amatoribus huiº seculi quales erant fratres dñi tēpus vestrū semper adest paratū. Tēpus nostrū nōdum venit. Audemº eñ; hoc dicere z nos qñ corpº dñi nostri sumº: qñ mēbra eius sumº: qñ caput nostruz gratāter agnoscimus. Dicamus prorsus: quō propter nos z ipse hoc dignatº est dicere. Qñ nobis insultant amatores huiº seculi: dicamus eis. Tempº vestrū semp adest paratū: tempus autem nostrū nonduz venit. Col. iij. Nobis eñ, dixit apostolº. Mortui eñ estis z vita vestra absc̄dita est cuz xp̄o in deo. Quando venict tēpus nostrū: Cū xp̄s (inquit) apparuerit vita vestra: tūc z vos apparebitis cuz ipso in gloria. Quid deinde addit: [Nō pōt mundº odisse vos]. Quid est hoc: nisi nō potest mundus odisse amatores suos testes falsos suos: Bona eñ dicitis que mala sunt: et mala q̄ bona sunt. [We aūt odit qz testimoniū ego perhibeo de illo: qz opera eius mala sunt. Uos ascēdite ad diē festū hunc]. Quid est hūc: Ubi gloriā humanam queritis. Quid est hūc: Ubi extendere vultis carnalia: gaudia: nō eterna cogitare. [Ego nō † ascēdo ad diez festū hunc: qz meū tēpº nōdū impletū est]. † Alia lra ascendam. In die festo hoc gloriā vos humanā requiritis. Meum vero tempus. i. gloriē mee nō dum venit. Ipse erit dies festº meº nōs diebus istis percurrens z transiens: sed permanēs in eternū. Ipsa erit festiuitas/ gaudiū sine fine: eternitas sine labore: serenitas sine nube. [Hec cū dixisset: ipse mansit in galilea. ¶ Ut aūtez ascenderunt fratres eiº tūc z ipse ascendit ad diem festum: non manifeste sed quasi in occulto]. Jdeo non ad diem festum hunc quia non gloziari tē poraliter sed aliquid docere salubriter/ corrigere homines: de die festo eterno āmonere: amorem ab hoc seculo auertere et in deū conuertere cupiebat. Quid est autem q̄ quasi latēter ascendit ad diē festū: Nō vacat z hoc ab intellectu. Uidet mihi fratres etiā hinc qō quasi latēter ascēdit: ali q̄d significare voluisse: nam consequentia docebunt/ sic eū ascendisse mediato die festo. i. mediatis illis diebus: vt etiā palā doceret. Sed quasi latenter dixit: ne se ostenderet hoibº. Nō vacat qō latēter ascēdit xp̄s ad diē festum: quia ipse latebat in illo die festo. Adhuc etiam ego quod dixi in latibulo est. Manifestetur ergo. Tollaf velū z appareat: qō erat secretū. Oia que dicta sunt ātiquo populo israel. Imultiplici scriptura sancte legis que agerent: siue in sacrificijs siue in sacerdotijs/ siue in diebus festis et omnino in quibuslibet rebus q̄bº deū colebāt: quecūq; illis dicta z precepta sunt/ ymbre fuerunt futurorum. Quor futurorum: Que impleñ in christo. Uñ dicit apostolus. Quotquot eñ pmissiones dei sunt ij. Cor. j. in illo etiā. i. in christo implete sunt. Deinde dicit in alio loco. Oia in figura cōtingebant illis: scripta sunt autē ꝓpter nos in quos fines seculorum deuenerūt. Dixit z alibi. Finis eñ legis xp̄s est. Item alio loco. Rom. x. Nemo vos iudicet in cibo: aut i potu: aut Colos. ij. in parte diei festi: aut neomenie/ aut sabbatorum: quod est ymbra futurorum. Si ergo oñia illa ymbra fuerunt futurorum: et scenophegia ymbra erat futurorum. Hic ergo dies festus queramus cuiº futuri ymbra erat: Expositi quid erat scenophegia: celebratio erat tabernaculorum ꝓpterea q̄ populº de egypto liberatº tendēs per desertum ad terram ꝓmissionis: in tabernaculis habitauit. Quid sit animaduertamº et nos erimus nos inq̄ qui membra christi sumus. Si sumus illo autē dignante simus non nobis ꝓmerētibº. Attendamus ergo nos fratres. Educti sumº de egypto vbi diabolo tanq̄ pharaoni seruiebamus vbi lutea opera in terrenis desideriis agebamus: z in eis multum laborauimus. Et eñ nobis christus quasi interes facientibº clamauit. Uenite ad me omnes qui laboratis. Hinc educti per baptismum tanq̄ p mare rubrum: ideo rubrū quia christi sanguine consecratum: mortuis oibus inimicis nostris qui nos infectabātur: id est deletis omnibus peccatis nostris in desertum traiecti sumus. Modo ergo anteq̄ ad patriā ꝓmissionis: id est eternum regnum veniamus: in deserto in tabernaculis sumus. Qui ista agnoscunt: in tabernaculis sunt. Futurum enim erat vt quidam hoc agnosceret. Ille enim est in tabernaculis qui se esse in mundo intelligit peregrinum Illo se intelligit peregrinantem: q̄ se videt patrie suspirantem. Cum aūt corpus xp̄i

est in tabernaculis: xp̄s ē in tabernaculis. Sed tūc non euidēter: sed latēter. Adhuc cñ vmbra lucē obscurabat. Ueniente luce: vmbra remota est. Christus erat in occulto: in scenophegia xp̄s erat: red latēs xp̄s Modo iam cū manifesta sunt ista: agnoscimus nos iter agere i heremo. Si eñ agnoscimus: in heremo sumus. Quid est in heremo: In deserto: quare in deserto: Qz in Mat. v. isto mundo vbi sitit in via inaquosa. Sz sitiam⁹ vt saturemur. Beati cñ q̄ esuriunt z sitiūt iusticiā: qñ ipsi saturabunf. Et sitis nra de petra implēt in heremo. Petra eniz erat christus: z virga percussa est: z aut manaret/ bis pcussa est: qz duo ligna sunt crucis. Omnia ergo hec que fiebāt in figura: manifestanf in nobis. Et non vacat qō de dño dictum est: ascenditad diem festum non manifeste: sz tanq̄ in occulto. Figura eñ erat ipm in occulto: qz in ipso die festo xp̄s latebat. Quia ipse dies festus xp̄i mēbra peregrinatura significabat. [Judei ergo querebant eum die festo] anteq̄ ascenderet. Priores eniz fratres ascenderunt et non tunc ascēdit ille qñ illi putabant z volebant: vt etiam hoc impleretur qō aut/ nō ad hūc: id est ad quē vultis prinū vel secū dum diem. Ascendit autē postea vt euangelium loquitur mediante die festo: id est cū iam illius diei festi tot dies pretcrissent quot remansissent. Jpsam eñ festiuitatem ēptum intelligēdū est: diebus plurimis celebrabant. [Dicebant ergo: vbi est ille: Et murmur † multū de eo erat in turba.] Unde murmur: De cōtentione. Que fuit con- † al. multus. tentio: [Quidā eñ dicebāt qz bonº est: alij aūt nō: sed seducit turbas.] De oibus sermis eius hoc dz modo: quicunq; eminuerit in aliquo gra spirituali pfectu alij dicunt qz bonus est: alij nō: sed seducit turbas: vñ Col. iij. hoc: Quia vita nostra abscondita est cum xp̄o in deo. Jdeo licet dicere hoibus p hiemem: mortua est ista arbor: vbi gratia. Arbor fici/ arbor pir z huiusmodi pomorum similis est aride: z ēdiu hiems est non apparet. Estas ꝓbat: iudiciuz probat. Estas ps. xlix. nostra: reuelatio xp̄i est. Deº manifeste veniet: deus noster et non silebit. Ignis ante eum preibit. Iste ignis inflammabit inimicos eius. Aridas arbores: ignis cōprehendet. Tunc eñ aride apparebunt: quando eis dicet. Esuriui: et non dedistis mihi mā ducare. In alia vero parte: hoc est in dextera: apparebut fecunditas fructuum/ digni tasq̄ foliorum/ viriditas eternitas eis erit Illis ergo tāq̄ aridis dicetur. Ite in ignē eternum. Ecce enim securis ad radicez arborum posita est. Oñis ergo arbor que nō facit fructum: excidetur z in ignez mittet. Dicant ergo de te si pficis in xp̄o: dicāt homines seducit turbas. De ipso toto corpore christi hoc dicitur. Cogita corpus christi adhuc in mundo: cogita corpus christi adhuc in area: vide quēadmodum blasphemetur a palea. Simul quidez triturantur: sed palee conteruntur/ frumentum purgatur. Quod dictum est ergo de domino/ valet ad consolationem: de quocunq; hoc dictum fuerit christiano. [Nemo tamen/ palā loquebaf de illo ꝓpter metuz iudeorum.] Sz q̄ nō loquebanf de illo ꝓpter metū iudeorum: Qui dicebant bonus est: non qui dicebant seducit turbas. Qui dicebant seducit turbas: sonitus eorū apparebat tanq̄ aridorum foliorum. Seducit turbas clarius sonabant. Bonus est pressius susurrabant. Modo autem fratres cuius nonduz venerit illa gloria xp̄i que nos eternos facturа est: modo tamē ita crescit ecclesia ei ita eam dignatus est per cuncta diffundere: vt iam susurretur seducit turbas: z clarius personet bonus est.

Tractatus.xxix.

¶ Jam aūt die festo mediante ascendit iesus in templū z docebat. ¶ Et mirabanf iudei dicentes quō hic litteras scit: cū non didicerit. Rñdit eis iesus z dixit. Mea doctrina nō ē mea sed eiº qui misit me. Si quis voluerit voluntatē eius facere cognoscet de doctrina vtrū ex deo sit an ego a me ipso loquar. Qui a semetipo loquitur gloriā ꝓpriā querit: qui autez querit gloriā eius qui misit eum. Uhic verax est z iniusticia in illo non est.

A Quod sequitur de euangelio z hodie lectū est: consequenter z nos videamus z qō dñs donauerit hinc dicamº. Hesterno die huc usq̄ lectum erat: qz licet non vidissent dñm iesum in templo per diem festuz/ loquebanf tñ de illo. Et alij dicebant bonus est/ alij aūt nō: sed seducit turbas. Dictum eñ hoc est ad eorum solatiuz: qui postea predicātes xp̄m deū: futuri erant vt seductores et veraces. Si eniz seducere decipere est: nec christus seductor: nec apli eius: nec quisq̄ seductor debet esse xp̄ianus. Si autē seducere aliūde aliquē ad aliud persuadēdo ducere est: querendum est vnde et quo: Si a malo ad bonum: bonus seductor est. Si a bono ad

malū/malus seductor est. Jn hac ergo parte quo ſeducunt hoies de malo ad bonum vtinā oēs ſeductores ⁊ vocemur ⁊ simus.

† Hec est ſnia ter⁹ ꝯuis ꝟba sint mutata: vt i hoc opere ſpius fit.

[† Accēdit ergo postea dñs ad diē festum: mediāte die festo ⁊ docebat:⁊ mirabantur iudei dicentes. Quō hic litteras scit cū nō didicerit]: Ille q̄ latebat docebat:⁊ palaz loquebat/⁊ nō tenebat. Illud cū vt latēret erat causa exēpli: hoc potestatis. Sed cū doceret: mirabant iudei. Oēs quidē ꝯtum arbitror mirabant: sed nō oēs cōuertebant. Etyn āmiratio:⁊ Qr multi nouerāt vbi natus quēadmodum fuerit educatus Nunqꝯ eū viderant litteras discentē. Audiebāt aūt de lege disputātē/legis testimonia ꝓferentē: q̄ nemo possit ꝓferre nisi legisset: nemo legeret nisi litteras dediciſſet. Et ideo mirabantur. Eox autē ammiratio: magistro facta est insinuande alti⁹ veritatis occasio. Ex eox q̄ppe ammiratione et verbis/dixit dñs ꝓfunduz aliqnid: ⁊ diligentius inſpici ⁊ discuti dignū. Propter quod intentā facio charitatē vestrā: nō solum ad audiēdū ꝓ vobis sed etiā ad orandum ꝓ nobis. Quid ergo dñs respondit eis ammirantib⁹ qūo sciret litteras quas nō didicerat:⁊ [Mea (inqt) doctrina nō est mea sed ei⁹ q̄ misit me.] Hec est eñ ꝓfundi tas prima. Videt eñ paucis ꝟbis quasi cōtraria locut⁹. Nō eñ ait: ista doctrina non est mea: ſz mea doctrina nō est mea. Si nō tua: quomodo tua:⁊ Si tua: quomodo non tua:⁊ Tu eñ dicis vtrūq;:⁊ mea doctrina:⁊ nō mea. Nam si dixisset/ista doctrina nō est mea: nulla esset q̄stio. Nunc ꝟo fratres primitus intēdite questionē:⁊ sic ordine exspectate solutionem. Nā q̄ nō videt questionem que ꝓponitur: quomodo intelligit q̄ exponitur:⁊ Hoc est ergo in questione quod ait: mea non mea. Hoc videtur esse ꝛrarie/quomodo mea: quomodo non mea. Si ḡ in tueamur diligēter quod ipse in exordio dicit sanctus euangelista. Jn ꝓncipio erat verbū/⁊ verbū erat apud deū:⁊ de⁹ erat verbum: inde pendet huius solutio questionis Que est doctrina patris nisi verbū patris Jpse ergo christus doctrina patris. Siverbum patris. Sed q̄ verbū non potest esse nullius sed alicuius:⁊ suam doctrinam dixit seipsum:⁊ non suam: quia patris est verbum. Quid enim tam tuū ꝯ tu:⁊ Et q̄d taz non tuū ꝯ tu: Si alicui⁹ est quod es: verbum ergo ⁊ de⁹ est:⁊ doctrine stabilis verbū est: nō sanabilis per syllabas ⁊ volatilis: sed manātis cū patre. Ad quā cōuertamur manentem: somis transeuntibus ammoniti. Non eñ nos ita ammonet ꝙ transit: vt ad translitoria nos vocet. Jā āmonemur vt diligam⁹ deū. Totū hoc q̄ dixi syllabe fuerunt/percussum aerē ꝛberauerūt: vt ad sensum vestrarū auriū ꝓuenirēt. Sonando transierūt: non tamen illud q̄ vos āmonuit trāsire debet: quia ille quē vos diligere ammonui non transit. Et cū transeūtibus syllabis āmoniti/ conuersi ad eum fueritis: nec vos transibitis: sed cū manente manebitis. Hoc est magnuz in doctrina altū ⁊ eternū q̄ manet: quod vocat omnia que tēporaliter transeunt quādo dñs significant nec mendaciter ꝓferuntur. Omnia quippe signa q̄ ꝓferun⁹: son⁹ aliq̄d significant q̄ ḡ est son⁹. Non enim due breues syllabe de⁹ est:⁊ duas breues syllabas colimus:⁊ duas breues syllabas adoramus ⁊ ad duas breues syllabas ꝓuenire desideram⁹: que pene ante d̄ſinunt sonare ꝙ ceperunt: nec in eis secula/e locus est nisi ꝓ ma transierit. Manet ergo aliquid magnū q̄ dicit deus: ꝙuis nō maneat son⁹ cū dicitur deus. Sic intendite doctrinam xp̄i: et peruenietis ad verbum dei. Cū aūt perueneritis ad verbū dei: intendite de⁹ erat verbū:⁊ videbitis verū dictū esse/mea doctrina. Intendite etiā cuius est verbū ⁊ videbitis recte dictū esse/non est mea. Breuiter ergo dico charitati vestre. Hoc videtur mihi dixisse dñs iesus christ⁹: mea doctrina nō est mea: ac si diceret. Ego nō ſūa me ipso. Quānis eñ filū patri dicam⁹ et credamus equale:⁊ nec vllā in eis esse nature vel substantie distantiā/nec inter generantem atq; genera tuz aliq̄ inter fuisse tēporis intervallū: tamen hoc seruato⁊ custodito ista dixim⁹: q̄ ille pater est/ille filī⁹. Pater aūt non est/si non habeat filium: et filius nō est si non habeat patrem. Sed tamen filius deus de patre: pater autē deus sed non de filio. Pater filū/non deus de filio. Ille autem filius patris ⁊ deus de patre. Dñs eñ christus: dicitur lumen ex lumine. Lumē ergo q̄ nō ex lumnie:⁊ lumē equale quod ex lumine: maiorlynum lumen nō duo lumina. Si itellexim⁹ deo gratias Si quis aūt pax intellexit: fecit hō quouq; potuit cetera videat vnde speret. Fortiſecus vt operarij possumus plantare ⁊ rigare: sed dei est incrementum dare. Mea (inquit doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Audiat consilium qui dicit nondum intelleri. Magna quippe res et profunda cum finisset dicta: vidit vtiq; ipe dñs xp̄s/hoc tam ꝓfundum non omnes intellecturos:⁊ in consequenti dedit consilium Intelligere vis. Crede. Deus enim per ꝓpheram dixit: niſi crediderit̄is non intelligetis. Ad hoc ꝓtinet: quod etiā hic dñs secutus adiunxit. [Si quis voluerit volūtatez eius facere cognoscet de doctrina: vtruz ex deo sit: an ego a meipso loquar.] Quid est hoc. Si quis voluerit voluntatē eius facere: Sed ego dixeram si quis crediderit et hoc consilium dederā: si nō intellexisti inquā/crede. Intellect⁹ eñ merces est fidei. Ergo noli querere intelligere vt credas: ſz crede vt itelligas: quomō niſi crediderit̄is non intelligetis. Cū ergo ad possibilitatez intelligendi cōsilium dederim obediētiam credēdi/⁊ dixerim dñm iesum xp̄m hoc ip̄z adiunxisse in cōsequenti sententia: inuenimus eū dixisse. Si quis voluerit ꝙntatē ei⁹ facere: cognoscet de doctrina e⁹. Quid est cognoscet:⁊ Hoc est itelliget. Quid est autem: si q̄s voluerit voluntatē eius facere:⁊ Hoc est credere. Si quia cognoscet: hoc intelliget oēs intelligūt. Qr vero q̄ ait. Si quis voluerit voluntatē eius facere: hoc ꝓtinet ad credere vt diligentius intelligat/ opus est nobis ipso dñs nostro expositore: vt indicet nobis vtrū reuera ad credere ꝓtineat facere voluntatez patris eius. Quid nesciat hoc esse facere voluntatē dei operari opus eius: id est q̄ illi placet:⁊ Jpe autē dñs aperte alio loco dicit. Hoc est op⁹ dei: vt credatis in euz quē ille misit. Sed si creditis in eum/creditis ei. Non autē continuo qui credit ei: credit in eum. Nam ⁊ demones credebāt ei:⁊ non credebāt in euz. Rursus etiam de aplis ipsius possum⁹ dicere. Credimus paulo: sed non credim⁹ in paulū. Credimus petro: sed nō credim⁹ in petruz. Credenti eñ in eū qui iustificat impiuz: deputat̄ fides eius ad iusticiā. Quid est ergo credere in eum:⁊ Credēdo amare/credēdo diligere/credēdo in eū ire/⁊ eius membris incorporari. Jpsa est ergo fides: quam de nobis exigit deus. Et nō inuenit q̄ exigat: niſi donauerit q̄ ſueniat. Que fides nisi quā definiuit alio loco apostolus plenissime dicens:⁊ Neq; circumcisio aliq̄d valet/neq; prepūtium: sed fides q̄ per dilectionez operat. Non qualiscūq; fides ſz fides que per dilectionem operatur. Hec in te sit:⁊ itelliges de doctrina dei. Quid eñ intelliges:⁊ Quia doctrina ista nō est mea: sed eius qui misit me: id est intelliges quia xp̄s filius dei qui est doctrina patris non est ex seipso: sed filius est patris. Sabellianam hereſim sentētia ista dissoluit. Sabelliani enim dicere ausi sunt ipsum esse filū qui est⁊ pater. Duo esse nomina sed vnaz rem. Si duo essent nomina ⁊ res vna: non diceretur: mea doctrina non est mea. Utiq; si tua doctrina non est tua o dñe/cuius est niſi alius sit cuius sit:⁊ Quod dixisti/sabelliani non intelligunt. Non eñ trinitatem viderunt: ſz sui cordis errorem secuti sunt. Nos cultores trinitatis ⁊ vnitatis: patris ⁊ filī ⁊ spiritussancti ⁊ vnius dei: intelligamus de doctrina christi quomodo non est eius:⁊ ideo dixit se non a seipso loquī: qm̄ christ⁹ patris est filius:⁊ pater xp̄i est pater:⁊ filius de deo patre deus est: pater autem deus nō de filio deo: deus est. [Qui a semetipso loquitur: gloriā ꝓpriaz querit.] Hoc erit ille qui vocat̄ antichristus/extollens se: sicut ap̄lus ait: supra oē q̄ dicitur deus ⁊ q̄ colitur. Jpsum quippe annuncians dñs gloriā suam quesiturū non gloriam patris: ait ad iudeos. Ego veni in nomine patris mei ⁊ non suscepistis me: alī⁹ veniet in nomine suo ⁊ hūc suscipietis. Significauit eos antichristum suscepturos q̄ gloriaz nominis sui q̄sturus est. Jnflatus non solidus:⁊ ideo non stabilis ſz vtiq; ruinosus. Dñs aūt noster iesus xp̄s magnum exemplū nobis ꝓbuit humilitatis. Nempe equalis est patri: nempe i principio erat verbū ⁊ verbū erat apud deū:⁊ deus erat verbum. Nempe ipse dixit ⁊ verissime dixit. Tanto tpe vobiscum sum ⁊ nō cognouistis me:⁊ Philippe: qui videt me videt ⁊ patrē. Nēpe ipse dixit/⁊ verissime dixit. Ego ⁊ pater vnū sumus. Si ergo ille cuz patre vnum equalis patri deus de deo: de⁹ ap̄s deuz/coeternus immortalis/pariter incōmutabilis/pariter sine tpe/pariter creator:⁊ dispositor tempoꝝ: tñ q̄ venit in tempore ⁊ formā serui accepit ⁊ habitu est inuentus vt homo/querit gloriaz patris nō suaz. Quid tu homo facere debes. Qui q̄ aliquid boni facis gloriā tuam queris: q̄ aūt aliq̄d mali facis/deo calūniaz meditaris:⁊ Intēde tibi: creatura es: agnosce creatorē. Seruus es: ne ꝓtenas dñm. Adoptatus es: sed non meritis tuis. Quere ei⁹ gloriam a quo habes hanc gratiā. Ipō assumptus: cuius gloriā quesiuit:⁊ Eius cui⁹ est vnicus natus. [Qui autē querit gloriā ei⁹ qui misit illū hic verax est:⁊ iniusticia in illo non est.] An antichristo autez iniusticia est ⁊ verax non est: q̄ gloriā suam quesiturus est non eius a quo missus est. Non eñ est missus: ſz venire permissus. Omnes ergo pertinētes ad corp⁹ xp̄i: ne inducamur in laqueos antixp̄i nō queram⁹ gloriā nostrā. Sed si ille q̄siuit gloriā eius qui eum misit: ꝙ tomagis nos ei⁹ qui nos fecit.

Joh. j.

Joh. vj.

iij. ſē. dist. xxij. ca. aliud est

Ro. iiij.

Gal. v.

Esa. vij. C

Joh. v.

D

Tractatus. xxx.

Nonne moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere:⁊ Re-

ſpondit turba et dixit. Demoniũ habes quiſte q̃rit interficere? Rndit ieſus t dixit eis. Unũ op⁹ feci t oẽs miramini propterea moyses dedit vobis circũcisionẽ. Nõ q; ex moyſe eſt ſz ex patrib⁹. Et in ſabbato circũcidit hominẽ. Si circũcisionẽ accepit hõ in ſabbato vt nõ ſoluat̃ lex moyſi mihi indignamini: q; totũ hoiem ſanũ feci in ſabbato: nolite iudicare ſz facie: ſed iuſtũ iudiciũ iudicate.

A

Euangeliũ ſancti lectionez de qua pridẽ charitative ſtre locuti ſum⁹: iſta q̃ modo lecta eſt hodierna cõſequitur. Dñm loquẽte audiebant: t diſcipuli t iudei. Ueritatẽ loquente audiebãt: t veraces et mẽdaces. Charitatẽ loquẽte audiebãt: t amici et inimici. Bonum loquẽtez audiebãt: t boni t mali. Illi audiebãt: ſed ille diſcernebat. Et quib⁹ ſermo ꝓdeſſet t ꝓfutur⁹ eſſet: videbat t ꝓuidebat. In illis eñ qui tunc erant videbat in nobis qui futuri eram⁹ ꝓuidebat. Nos ita q; ſic audiam⁹ euangeliũ: quaſi ꝑſentez dñm. Nec dicam⁹ o illi felices q̃ cũ videre potuerũt: q; multi in eis qui viderũt t occiderũt: multi aũt in nobis qui nõ viderũt et crediderũt. Qõ eñ ꝓciosum ſonabat de ore dñi: t ꝓpter nos ſcriptũ eſt t nobis ſeruatuz eſt: t ꝓpter nos recitat̃: t ꝓpter poſteros recitabit̃: t donec ſeculum finiatur. Surſum eſt dñs: ſz etiã hic eſt veritas dñs Corp⁹eñ dñi in quo reſurrexit: vno loco eſſe põt. Ueritas ei⁹ vbiq; diffuſa eſt. Dñz ẽ audiam⁹: t qõ ipe donauerit de verbis ei⁹ t nos dicam⁹. [Nõne moyſes inq̃t: dedit vobis legẽ: Et nemo ex vobis facit legez. Quid me q̃ritis interficere] Ideo eñ q̃ritis interficere: q; nemo ex nobis facit legẽ Nam ſi legẽ faceretis: in ipſo litteris chriſtũ cognoſceretis: t ꝑſentẽ nõ occideretis. Et illi reſpõderunt. [Reſpondit eñ turba †]. Reſpõdit quaſi turba nõ ptinẽtia ad ordinẽ: ſed ad pertubationẽ. Deniq; turba turbata videte q̃d reſpõderit: [Demoniuz habes: qs te querit †occidere]: Quaſi non peius fuit dicere: demonium habes ſz enm occidere. Et quippe dictum eſt demonium haberet: qui demones expellebat Quid poſſit aliud dicere turba turbulenta. Quid poſſit aliud olere cenum commotum. Turba turbata eſt. Unde: A veritate. Turbam lippitudinis: turbauit claritas lucis. Oculi enim non habentes ſanitatem: nõ poſſunt ferre luminis claritatẽ. Dñs autẽ nõ plane turbatur: ſed in ſuaveritate trãquillus: nõ reddidit malũ ꝓ malo: nec maledictũ ꝓ maledicto. Quib⁹ſi diceret: demoniũ habetis vos: vez vtiq; diceret. Non eñ talia illi veritati dicerẽt: niſi eos falſitas diabolꝰ irritaret. ¶Quid ẽ reſpondit: audiam⁹ trãquille: t trãquillũ bibam⁹. Unũ op⁹ feci: t oẽs miramini]. Tã ẽ dicens. Quid ſi oia opera mea videritis: Ipſius enim opera erant que in mundo videbant: t ipm qui fecit omnia nõ videbant. Fec̃ omnia rem t turbati ſunt: quia ſaluum fecit hominẽ ſabbato. Quaſi vero ſi quiſq; egrot⁹ ſabbato ſinceraret: ali⁹ illũ ſanũ feciſſet ẽ ille qui eos ſcandalizauit: q; vnũ hoiez ſaluũ fecit ſabbato. Quis eñ ali⁹ alios ſaluos fecit ẽ ipa ſal⁹: ꝺ illaz ſanitẽ quã dedit huic hoi t t iumẽti? Saluus eñ corporalis erat. Sal⁹ carnis et reparatur t moritur. Et cũ repat̃ moꝛs differtur nõ aufertur. Tamen fratres etiam ipſa ſalus a dño eſt: p quẽlibet detur. Quo cũq; curãte t miniſtrante impartiatur: ab illo datur a quo omnis ſal⁹. Cui dicitur in pſalmo. Hoies t iumẽta ſaluos facies dñe ſicut multiplicaſti miſericordiã tuã: deus. Q; ei de⁹ eſt: multiplicat miſericordiã ſuã ꝓuenit etiaz ad ſalutẽ carnis hũane: ꝓuenit etiã ad ſalutẽ mutoꝛ aſaliũ. Sed ꝺ dat ſalutẽ carnis hoib⁹ iumẽtiſz cõmunẽ: nũ ꝺ nulla ſal⁹ eſt quã ſeruat hoib⁹? Eſt certe alia q̃ nõ ſoluz cõmunis eſt hoibus t iumentis: ſed nec ipſis hoib⁹ communis eſt bonis t malis. Deniq; cum ibi de iſta ſalute diciſſet quã cõmuniter acciplũt peco ra t hoies: ꝓpter illã ſalutẽ quaz ſperare debẽt homines ſecutus adiunxit. Filij autẽ hoim ſub tegmine alaꝛ tuarũ ſperabũt Inebriabunt̃ abundãtia domus tue: t torrẽte voluptatis tue potabis eos. Quomodo apud te eſt fons vite: t in lumine tuo videbimus lumen. Hec eſt ſalus que ad bonos ptinet quos appellauit filios hominũ cũ ſupza diciſſet. Hoies t iumẽta ſaluos facies dñe: Quid eniz? Illi homines nõ erãt filij hominũ: vt cũ diciſſet homines: ſeq̃ret t diceret. Filij autẽ hoim in tegmine alaꝛ tuarum ſperabunt: Quaſi aliud erant homines: et aliud filij hominum. ¶Non tamen arbitroꝛ ſine aliqua ſignificatione diſtinctionis hoc diciſſe ſpiritum ſanctum. Homines ad primum adam: filij hominũ ad chriſtum. Forte enim homines pertinent ad primum hominem filij aũt hominum ptinẽt ad filium hominis. Unum op⁹ feci: t oẽs miramini: t continuo iungu,

B

C

†Alia lit. t dixit ei.
†Alia lit. inter ẽcere.

speras de misericordia/incidas in iudiciū
Metuendū est rursus ne te occidat despe-
ratio: ⁊ cū putas iam tibi nō ignosci q̄ gra
uia cōmisisti: nō agas penitentiam ⁊ incur
ras in iudicē sapientiā q̄ dicit: ⁊ ego vestre
pditioni ridebo. Quid ergo agit dñs cū
periclitantibus vtroq̄ morbo. Illis q̄ spe Eccli.v.
periclitant: hoc dicit. Ne tardes converti
ad dñm: neq̄ differas de die in diez. Subi
to em̄ veniet ira illi⁹: ⁊ in tpe vindicte disp
det te. Illis qui desperatione periclitātur
quid dicit? In quacūq̄ die iniquus conuer Ezech.
sus fuerit: omnes iniquitates eius obliui- xviij.
scar. Propter illos ergo qui desperatione
periclitantur: proposuit indulgentie portū
propter illos qui spe periclitātur et dila-
tionibus illuduntur: fecit diem mortis in-
certum: q̄n veniat vltimus dies nescis. In
gratus es qz hodiernum habes: in quo cor
rigaris? Sic ergo dixit ad istam mulierem
nec ego te cōdēnabo. Sed facta secura de
preterito/caue futura: nec ego te condēna-
bo. Deleui q̄ cōmisisti observa q̄ precepi
vt inuenias quod promisi.

Tractatus.xxxiiij.

CIterum ergo locutus est eis Iesus
dicens. Ego sum lux mundi qui se-
quitur me nō ambulat in tenebris: sz
habebit lumen vite.

A



Quod modo audiuimus ⁊
intenti accepim⁹ cū san-
ctum euangelium legere-
tur: non dubito q̄ omnes
etiam intelligere conati
sumus: ⁊ quisq̄ nostrum
de re tam magna que le-
cta est: p suo modulo cepit q̄ potuit: ⁊ po
sito pane verbi: nemo est qui se querat ni-
hil gustasse. Sed interim nō dubito: qz dif
ficile quisq̄ est qui totum intellexerit. Ta-
men etiam si est qui omnia verba domini
nostri iesu christi modo ex euangelio rec-
tata satis intelligat: toleret ministeriū no-
strum: quousq̄ si possumus illo admante
tactando faciamus: vt vel omnes vel mul
ti intelligant quod se pauci intellexisse le-
tantur: quod ait dominus. [Ego sum lux
mundi.] Clarum puto esse eis qui habent
oculos: vnde huiuz lucis participes fiant.

Qui autē habent oculos nisi in sola carne mirantur qđ dictum est a domino iesu xpo Ego sum lux mundi. Et forte nō desit qui dicat apud semetipsum. Nunquid forte dominus christus est sol iste: qui ortu et occasu peragat diem? Non enī defuerunt heretici qui ista senserunt. Manichei solem istū oculis carneis visibilem: expositum et publicum non tantū hoibus sed etiam pecoribus ad videndū: christū dominum esse putauerūt. Sed catholice ecclesie recta fides improbat tale comentū: et diabolicam doctrinam esse cognoscit. Non solum agnoscit credendo: sed in quibus potest conuincit etiam disputando. Improbemus itaq; huiusmodi errorē: quē facta ab initio anathematizauit ecclesia. Nō arbitremur dominū iesum xpm hunc esse solem quem videmus oriri ab oriente: occidere in occidē te. Cuius cursui nox succedit: cui⁹ radij nu beybrant: qui certo loco in locum motione commigrat. Non est hoc dñs christus. Nō est dominus christus sol factus: sed p quem sol factus est. Omnia enī p ipm facta sunt et sine ipso factū est nihil. Est ergo lux q̄ fecit hanc lucez. Hanc amem⁹: hanc intelligere cupiamus: ipsam sitiamus: vt ad ipsam lucē aliquādo veniamus: et in illa ita viuamus: vt nunq̄ omnino moriamur. Ista enī lux est: de qua pphetia olim
Ps. xxxv premissa ita psalmo cecinit. Homines et iumenta saluabis domine: sicut multiplicata
v est misericordia tua deus. Psalmi scti ista verba sunt. Aduertite quid de tali luce antiquis sanctorū hoim dei sermo pmiserit. Homines inquit et iumenta saluos facies domine sicut multiplicata est misericordia tua de⁹. Quomodo enī de⁹ es et habes multiplicē miam: peruenit eadē multiplicitas misericordie tue nō solū ad hoies
** quos creasti ad imaginē tuam: sed etiam ad pecora que hominib⁹ subdi iussti. A quo enim salus hominis: ab illo salus et pecoris. Non erubescas hoc sentire de domino deo tuo: Immo presumas et fidas et canneas ne aliter sentias. Qui saluum facit te ipse saluum facit equum tuum: ipse ouem tuam. Ad minima omnino veniamus: ipse
ps. xij. gallinam tuā. Domini est saluus: et ista de⁹ saluat. Mouet te interrogas: miror quid dubitas. Dedignabitur saluare: qui dignatus est creare? Domini est salus. Angelorum hominuz pecorū: domini est salus Sicut nemo est a seipso ita nemo saluus est a seipso. Proinde verissime psalm⁹ atq; optime ait: hoies et iumenta saluos facies dñe. Quare? Sicut multiplicata ē mia tua de⁹. Tu enī es de⁹: tu creasti: tu saluas: tu dediſti esse et das sanū esse. Si ḡ sicut multiplicata est misericordia dei ab illo hoies et iumenta saluant: nōne hoies habēt aliqđ aliud quod eis deus prestet creator: qđ iumentis non pstet? Nulla ne discretio est inter animal factū ad imaginez dei et animal subditū imagini dei? Est plane. Preter salutē istam communem nobiscum animantibus mutis est quod nobis prestet deus: illis autē non prestet. Quid est hoc? Sequere in eodem psalmo. Filij autez hoim sub tegmine alarū tuaz sperabunt. Habentes modo salutem cōmunē cū pecoribus suis: filij hoiniū sub tegmine alaz tuaz sperabunt. Nam habent salutem in re aliā in spe. Salus ista que in presenti est: hominibus pecoribusq; cōmunis est. Sed est alia quā sperant homines et accipiunt qui sperant: nō accipiunt qui nō sperant. Filij aūt hominū sub tegmine inquit alaz tuaz sperabunt. Qui autem perseuerant sperant: a te protegūtur ne de spe a diabolo deijciā
tur. sub tegmine alaz tuaz sperabunt. Si ergo sperabunt quid sperabunt nisi q̄ pecora nō habebunt? Inebriabūtur ab vber Ps. xxxv
tate domus tue et torrente voluptatis tue potabis eos. Quale vinum est: vnde inebriari laudabile est? Quale vinum est? Qđ non turbat sed dirigit mentem. Quale vinum est. Quod facit ppetuo sanū nō ebriādo facit insanū. Inebriabunt. Unde? Ab vbertate domus tue et torrente voluptatis tue potabis eos. Unde? Cm̄ apud te est fons vite. Ipse fons vite ambulabat in terra. Ipse dicebat: qui sitit veniat ad me.
Ecce fons. Sed nos de lumine loq̄mur et propositā ex euangelio questionem de lumine tractabamus. Lecta est enī nobis dicēte dño. Ego sum lux mūdi. Inde ḡ stio: ne q̄s carnaliter sapiens solē istū intelligendū putaret. Uenim⁹ inde ad psalmū
** Quo ꝓsiderato: inuenim⁹ interiz dñm fontem vite. Bibe et vine. Apud te m̄t fons vite: ideo subymbraculo alaz tuaz sperabunt filij hominū. Inebriari isto fonte querentes. Sed de lumine dicebamus: sequere ergo. Nam ppheta cū dixisset: apud te est fons vite: secutus adiunxit et in lumine tuo videbimus lumen: deū de deo: lumē de lumine. Per hoc lumen factū est solis lumē Et lumē quod fecit solem: sub quo fecit et nos: factū est sub sole propter nos. Factuz est inq̄ propter nos sub sole lumē quod fecit solem. Noli cōtemnere nubem carnis. Nube tegitur non vt obscurē sed vt temperetur. Loquens ergo per nubem carnis lumē indeficiēs: lumē scientie: lumē sapiē tie: ait hominibus. Ego sum lux mundi: q̄

† Illa ista ambulat.

sequit me non † ambulabit in tenebris sed habebit lumē vite.] Quomō te abstulit ab oculis carnis et reuocauit ad oculos cordis Non enī sufficit dicere: qui me sequit non ambulabit in tenebris sed habebit lumen addidit enī vite. Sicut ibi dictū est: quomō apud te est fons vite. Uidete itaq; fratres mei: quomō verba domini cum illius psalmi veritate concordent: et ibi lumē posituz est cū fonte vite: et a dño dictū est: lumen vite. In istis autē vsibus corporalibus aliud est lumen: aliud fons. Fontē fauces q̄runt lumen oculi. Quando sitimus: q̄rimus fontem. Quādo in tenebris sumus: q̄rimus lumen. Et si forte nocte sitiamus lumē accēdimus vt ad fontē veniamus. Non est sic apud deū. Qđ lumen est: hoc est fons. Qui tibi lucet vt videas ipse tibi manat vt bibas. Uidetis ergo fratres mei: videtis si in tuis videt̄: quale hoc lumē est: de quo dñs dicit q̄ me sequit nō ambulabit i tenebris. Sequere istū solē: videamus si nō ambulabis in tenebris. Ecce oriendo exit a te. Ille cursu suo ad occidentē pergit: tibi forte ad
** oriētē profectio est. Nisi tu in cōtrariā partem pergas: nō qua ille tendit: sequēdo eū profecto errabis: pro oriente occidentē tenebis. Tu eū in terra si sequaris errabis. Nauta si euz in mari sequitur errabit. Postremo videtur tibi sequendū esse solē: et tēdis etiā ipse ad occidentē quo et ille tendit. Uideamus cum occiderit: si non ambulabim⁹ in tenebris. Unde quēadmodū et si no luer̄ eū deserere tu: ipe te deseret: seruitutq; sue necessitate peragens diē. Dñs autē noster iesus christus interim et cū per carnis nubez non omnibus apparebat p sapiētie potestatē omnia tenebat. De⁹ tuus vbiq; totus est. Si nō ab illo facias casum: numq̄ a te ipe facit occasum. Qui ergo me inq̄t sequē non ambulabit in tenebris: sed habebit lumē vite. Quod pmisit futuri tēporis verbo posuit. Nam enī ait habet: sed habebit lumē vite. Non ait tamen qui sequetur me: sed qui sequitur me. In eo qđ facere debemus pſens tēpus posuit. Qđ aūt promisit faciētibus: futuri temporis verbo signauit. Qui sequitur habebit. Modo sequitur
** post habebit. Modo sequitur per fidē post
** ij. Cor. v. habebit per speciez. Quādiu enī sumus in corpore ait apostolus peregrinamur a domino. Per fidem enī ambulamus non per speciem. Quando per speciem? Cū habuerimus lumen vite: cum ad illam visionem venerimus: quando nox ita transierit. De illo quippe die qui exorturus est dictuz est
ps. v. Mane astabo tibi et contemplabor. Quid est mane? Transacta nocte seculi hmus: transactis erroribus tentationuz: supergresso illo leone qui nocte rugiens circūit quez deuoret querens. Mane astabo tibi et videbo. Nūc vero quid putamus fratres huic tēpori congruere: nisi quod rursus in psalmo dicitur? Lauabo per singulas noctes ps. l.
lectū meū: lachrymis meis stratū meū rigabo. Per singulas noctes inq̄t flebo in desiderio lucis ardebo. Uidet dominus desiderium meū. Quomodo dicit illi alter psalmus. Ante te est omne desiderium meū: et psalmo xxxvij.
gemitus me⁹ a te non est absconditus. Desideras aurū: videri pōt. Querens enī aurū manifestus eris hominibus. Desideras frumentum: interrogas qui habeat: et cupiens peruenire ad id qđ desideras: indicas te. Desideras deū: quis videt nisi de⁹? A quo enī petis deū sicut panē: sicut aquā sicut aurū: sicut argentū: sicut frumentuz? A quo petis deum nisi a deo? Ipse petitur a seipso: qui pmittit seipsum. Extendat aias cupiditatem suaz et sinu capatiote querat comprehendere: quod oculus nō vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit.
Desiderari potest / concupisci potest / spi- i. Cor. ij.
rari potest / in illud potest digne cogitari et verbis explicari non potest. Ergo fratres mei quod dominus breuiter ait. Ego E
sum lux mundi: qui me sequit non ambulabit in tenebris: sed habebit lumē vite. Quibus verbis aliud est qđ iussit: aliud qđ promisit. Faciam⁹ qđ iussit: ne impudenti frō te cōsiderem⁹ qđ promisit: ne dicat nobis in iudicio suo. Fecisti enī quod iussisti: vt petas qđ promisi? Quid ergo iussisti dñe deus noster? Dicet tibi. Ut sequereris me: Consiliū vite petisti. Cuius vite? nisi de qua dictuz est: apud te est fons vite. Audiuit quidam vade vende omnia que habes et da paupe
** ribus et habebis thesaurum in celo et veni sequere me: tristis abscessit: nō est secutus. Quesiuit magistrū bonū: interpellauit doctorem et cōtēpsit docētē. Tristis abscessit: ligatus cupiditatib⁹ suis. Tristis abscessit habens grandē sarcinā auaricie super humeros suos. Laborabat, estuabat: et q̄ ab illo sarcinā deponere voluit: non est sequēdus putat⁹ sed deserendus. Postea vero q̄ dñs per euangeliū clamauit venite ad me oēs q̄ laboratis et onerati estis et ego vos reficiam. Tollite iugū meū super vos et discite a me qz mitis sum et humilis corde: q̄ multi fecerunt audito euangelio: qđ ex ore ipsi⁹ audito diues ille non fecit. Ergo modo faciamus: sequamur dñz: soluamus cōpedes: quibus impedimur sequi. Et q̄s ideo neus soluere tales nodos nisi ille admuer cui dictū est: dirupisti vincula mea? De quo

aliis ꝑalmꝰ dicit. Dñs ſoluet cōpeditos: dominꝰ erigit elisos. Et quid ſequūtur ſoluti ⁊ erecti niſi lumē a q̄ audiunt/ego ſum lux mundi:qui me ſequit̄ non ambulabit in tenebris:Quia dominus illuminat cecos. Illuminamur ergo modo fratres:habētes collyrium fidei. Preceſſit em̄ eiꝰ ſalina cuz terra: vnde imingereꝝ qui ſecus eſt natus. Et nos de adā ceci nati ſumus: illo illuminãte opus habemꝰ. Miſcuit ſalinaz in terra/verbum caro factum eſt et habitauit in nobis. Miſcuit ſaliuam cum terra ideo predictuz eſt:veritas de terra orta eſt Ipſe autē dixit:ego ſum via veritas vita: Veritate perfruemur cum viderimus facie ad facie:q; et hoc ꝓmittitur nobis. Nam quis auderet ſperare:quod deus nō digna tus eſſet vel pollicerivel dare:Videbimus facie ad facie: apoſtolus dicit. Nunc ſcio ex parte/nunc in enigmate per ſpeculum tunc autem facie ad faciem. Et iohannes apoſtolus in epiſtola ſua. Dilectiſſimi nūc filij dei ſumus:⁊ nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cū apparuerit/ſimiles ei erimus:quomodo videbimus eū ſicuti eſt. Hec eſt magna promiſſo. Si amas ſequere. Amo inq̄s. Sed qua ſequor:? Si diriſſet tibi dñs deus tuꝰ/ego ſum veritas ⁊ vita deſiderans veritatem: concupiſcēs vitam: viam qua ad hec peruenire poſſes profecto quereres et diceres tibi. Magna res veritas:magna res vita: ſi eſſet quomodo illuc pueniret anima mea. Que res qua:? Audi eum dicentem primo: ego ſum via. Anteq̄ diceret quo:premiſit qua. Ego ſum inquit via. Quo via. Et veritas et vita. Primo dixit qua venias: poſtea dixit quo venias. Ego ſum via ego ſum veritas ego ſum vita. Manens apud patrem:veritas et vita. Induens ſe carne: factus eſt via. Non tibi dicitur labora querendo viā vt peruenias ad veritatem et vitam. Nō hoc tibi dicitur. Piger ſurge:via ipſa ad te venit:et de te ſommo dormientem excitauit. Si tamen excitauit: ſurge et ambula. Forte conaris ambulare:et nō potes quia dolent pedes. Unde dolent pedes:? An iuuente auaricia per aſpera cucurrerunt:? Sed dei verbum ſanauit et claudos. Ecce inquis ſanos habeo pedes.: ſed ipſam viaz non video. Illuminauit et cecos. Hoc totum per fidem: q̄diu peregrinamur a domino manentes in corpore. Cum autez per ambulauerimus viam et ad ipſam patriam peruenerimus quid erit nobis letꝰ Quid erit nobis beatꝰ. Quia nihil pacatius:nihil em̄ aduerſus holem rebellabit. Nūc vero fres difficile ſine rixa ſumꝰ. Ad hoc ordiā q̄dem vocati ſumus iubemur pacem habere inter nos:ad hoc conandum eſt oībusq; nitendum viribus: vt aliq̄n ꝓueniamꝰ ad perfectiſſimā pacē. Modo autem litigamꝰ plerūq; cū eis:quibꝰ cōſulere volumus. Ille erat:tu vis ducere ad vitā Reſiſtit paganꝰ. Diſputas cōtra errores idolorꝰ ⁊ demoniorꝰ. Reſiſtit hereticꝰ. Diſputas ⁊ alias doctrias demoniorꝰ. Malꝰ catholicꝰ nō vult dñ viuere. Corripis etiā interiorē frez tuū:tecū manet in domo ⁊ pditas vias querit. Eſtuas quō illud corrigas:vt de illo bonā rationē dño ambouz reddā? Quante vndiq; rixaruz neceſſitates:? plerūq; homo tedio affectꝰ dicit;apō ſemetipm. Quid mihi eſt pati cōtradictores:pati eos qui reddunt mala ꝓ bonis. Ego volo cōſulere:illi nolunt perire. Conſummouitā meā litigādo pacē non habeo Inimicos inſup facio quos amicos habere deberē:ſi benivolentiā conſulentis attēderent. Quid mihi eſt iſta perpeti:redeaz ad me:mecum ero deum meum inuocabo. Redi ad teipſum:ibi inuenies rixaz. Si ceciſti deum ſequi:ibi inuenies rixam. Quā rixam inquis inuenio:? Caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum et ſpiritus aduerſus carnem. Ecce tuipſe es:ecce tu ſolꝰ es:ecce te cum es:ecce alium nullum hominem pateris. Sed vides aliam legem in membris tuis repugnantē legi mentis tue:⁊ captiuantez te in lege peccati que eſt in mēbris tuis. Exclama ergo ⁊ a rixa interiore clama ad deuz:vt tibi pacificet te. Miſer ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius:? Gratia dei per ieſum chriſtum dominum noſtrum:quia qui me inquit ſequitur non ambulabit in tenebris ſed habebit lumen vite. Finita tota rixa/immotalitas conſequetur:quia nouiſſima inimica deſtruet̄ mors. Et qualis pax erit:? Oportet corruptibile hoc induere corruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. Quo vt veniamus q̄ tūc erit in re:nūc ſēmur in ſpe eum qui dixit. Ego ſum lux mūdi:q̄ me ſequit̄ nō ābulabit in tenebris ſed habebit lumē vite.

F
3 oh.ix.

ſ.co. xiij.

Jo. xiiij.

Roñ. vij

Joh. v.

Joh. viij

Tractatus. xxxv.

Dixerūt ergo ei phariſei tu de teipſo teſtimoniū perhibes teſtimoniū tuū non eſt verum. Reſpondit ieſus et dixit eis. Et ſi hoc teſtimoniū perhibeo de meipſo verum eſt teſtimonium meum quia ſcio vnde veni et q̄ vado vos autem neſcitis vnde veniо aut quo vado.

A



Ego ſum lux mundi qui me ſequitur nō ambulabit in tenebris ſz habebit lumen vite: heſterno die qui affuiſtis diu diſputatuz eſſe meminiſtis. Et ſi adhuc velimus de illo lumine diſputare diu loqui poſſumus. Nam non poſſumus explicare cōpēdio. Itaq; fratres mei ſequamur chriſtum lumē mundi:ne ambulemus in tenebris. Tenebre metuēde ſunt morum non oculorum. Et ſi oculorum/non exteriorum ſed interiorum. Unde diſcernitur non album ⁊ nigrum ſed iuſtum ⁊ iniuſtum. Cum hec ergo diriſſet dominus noſter ieſus chriſtus. † [Reſponderūt iudei. Tu de teipo teſtimonium † dicis: teſtimonium tuum nō eſt verum.] Anteq̄ veniret dominus noſter ieſus chriſtus:multas ante ſe lucernas prophēticas accēdit ⁊ miſit De his etiam erat iohannes baptiſta: cui tam magnuz ipſum lumen quod eſt dominus chriſtus perhibuit teſtimonium:quale nulli hominum. Ait em̄. In natis mulierum:non ſurrexit maior iohanne baptiſta. Hic tamen quo nemo erat maior in natis mulieruz:dicit de dño ieſu chriſto. Ego quidem baptizo vos in aqua. Qui autez venit fortior me eſt:cuius nō ſum dignus calcia mentū ſoluere. Videte quēdmodū ſe lucerna diei ſubmittat. Lucerna ꝓ ipſuz iohānem fuiſſe dñs ipſe teſtatur. Ille erat inq̄t lucerna ardens ⁊ lucens:et vos voluiſtis ad horam exultare in lumine eius. Quando autem dixerūt iudei domino:dic nobis in qua poteſtate iſta facis:ſciens dominus quia iohannem baptiſtā pro magno habebant ⁊ q̄ ipſe quē pro magno habebāt/eis de domino teſtimoniū perhibuiſſet reſpondit eis. Interrogabo ⁊ ego vos vnum ſermonem dicite mihi. Baptiſmuz iohannis vnde eſt de celo an ex hominibus:? Turbati illi intra ſemetipſos cogitabant quia ſi dicerent ab hominibus: lapidari poſſent a turba:que iohannez ꝓphetam eſſe credebant. Si dicerēt de celo:reſpōderet eis. Ille quez confitemini de celo habuiſſe ꝓphetiam mihi teſtimoniuz perhibuit: ⁊ ab illo audiſtis in qua ego iſta faciam poteſtate. Uiderunt ergo quodlibet horuz reſpondiſſent in laqueos ſe caſuros: et dixerunt. Neſcimus. Et dominus eis. Nec ego dico vobis:in qua poteſtate iſta facio. Non vobis dico quod ſcio:quia non vultis fateri quod ſcitis. Juſtiſſime vtiq; repulſi:confuſi abſceſſerunt. Et impletum eſt quod in pſalmo per prophetam dicit deus pater: paraui lucernam chriſto meo:id eſt ipſum iohannem. Inimicos eius induam confuſione:ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Habebat ergo dominus ieſus chriſtus teſtimonium prophetarum ante ſe promiſſorum:preconum iudicem precedentium. Habebat teſtimonium a iohanne:ſed ipſe maius teſtimonium erat quod ſibi perhibebat. Illi autez infirmis oculis lucernas querebāt:quia diez ferre non poterant. Nam iohannes idemipſe apoſtolꝰ cuius euangelium in manibus habemus: in ipſius euangelii ſui capite ait de iohanne. Erat homo miſſus a deo cui nomē erat iohannes. Hic venit vt teſtimonium perhiberet de lumine vt omnes crederēt per eū. Non erat ille lumen:ſed vt teſtimoniū perhiberet de lumine. Erat lumen verū:quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si omnez:ergo ⁊ iohannē Unde dicit ⁊ ipſe iohannes. Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Diſcernite ergo iſta vt proficiat mens veſtra in fide chriſti. Ne ſemp infantes atis vbera grētes ⁊ a cibo ſolido reſiliētes. Debetis apō matrem ſanctam eccleſiam chriſti nutriri et ablactari:et ad eſcas ſolidiores accedere mente non ventre. Hoc ergo diſcernite: aliud eſſe lumen quod illuminatur: aliud quod illuminat. Nam et oculi noſtri lumina dicūtur:⁊ vnuſquiſq; ita iurat tangens oculos ſuper lumina ſua:ſic viuant lumina mea. Uſitata iuratio eſt. Que lumina ſi lumina ſunt: deſit lumen in cubiculo tuo clauſo/pateant et luceant tibi. Non vtiq; poſſunt. Quomodo ergo iſta i facie que habemus ⁊ lumina nuncupamus et quando ſana ſunt ⁊ quando patent/indiget extrinſecus adiutorio luminis:quo ablato ⁊ non illato/ſana ſunt/aperta ſunt nec tamen videnti:ſic mens noſtra que eſt oculus anime niſi veritatis lumine radietur ⁊ ab illo qui illuminat nec illuminatur mirabiliter illuſtretur:nec ad ſapientiam nec ad iuſticiaz poterit peruenire. Ipſa eſt em̄ vita noſtra iuſte viuere. Quomodo autez non offendit in via:cui non lucet lumē. Ac per hoc in tali via videre opus eſt:in tali via videre magnuz eſt. Nā thobias in facie oculos clauſos habebat/⁊ filius patri magnū dabat: pater filio viam precipiendo monſtrabat. Reſponderunt ergo iudei. Tu de te teſtimoniū dicis. Teſtimoniū tuū non eſt verū. Uideamus quid audiant:audiamꝰ ⁊ nos: ſed nō ſicut illi. Illi cōtendentes:nos credētes. Illi occidere xp̄m volentes:nos p xp̄m viuere cupientes. Interiz iſta diſtantia diſtinguat aures mentesq; noſtras:⁊ audia-

ꝓs. cxxxi

B

Joh. ſ.

C

nms q̃d rñderit dñs iudeis. [Respõdit ie-
†Alia lra me ipso. sus ⁊ dixit eis. Et si ego de me ipo testimoniũ perhibeo verum:est testimonium meũ. Or scio vnde veni et quo vado]. Lumẽ et alia demonstrat ⁊ seipsum. Accendis lucernaz (verbi gratia) vt queras tunicam:et prestat tibi ardens lucerna vt inuenias tunicã. Nunqd accendis lucernaz:vt vidas ardentem lucernam:Lucerna quippe ardens/idonea est et alia que tenebris operiebantur nudare:et seipsam tuis oculis demonstrare. Sic et dominus christ⁹ ⁊ inter fideles suos et inimicos iudeos/tanq̃ inter lucem et tenebras distinguebat:tanq̃ inter illos quos radio fidei perfundebat/et illos quoruz clausos oculos circũfundebat. Nã etiaz sol ille:et videntis facie illustrat et ceci. Ambo pariter stantes et facie ad solẽ habentes illustrañ in carne:sed non ambo illuminantur in acie. Videt ille:sed ille non videt. Ambobus sol p̃sens est:sed presente sole vnus absens. Sic et sapientia dei verbum dei dominus iesus christus vbiq̃ presens est: qz vbiq̃ est veritas:vbiq̃ est sapientia. Intelligit q̃s in oriente iusticiaz:intelligit ali⁹ in occidẽte iusticiam. Nunqd alia est iusticia quã ille intelligit:alia quam iste:Separati sunt corpore:et in vno habent acies mentiũ suarum. Quam video iusticiam hic constitutus si iusticia est:ipsam videt iustus nescio quot mansionibus a me carne seiũctus: et in illius iusticie luce coniũct⁹. Ergo testimoniũ sibi perhibet lux aperit sanos oculos:et sibi ipsa testis est vt cognoscaẽ lux.
Sed q̃d agam⁹ de infidelib⁹:Nũqd illis non est presens:Est presens et illis h̃ q̃d
Joh.j. eã videant:oculos nõ habẽt cordis. Audi de illis ex euangelio ipso prolatã sententiã Et lux lucet in tenebris:⁊ tenebre eã non cõprehẽderũt. Ergo ait dñs ⁊ verũ ait. Et si ego de me testimoniũ phibeo:verũ est testimoniũ meũ. Or scio vnde veni et quova
D do patrez volebat intelligi: patri gloriam dabat filius. Et qualis glorificat eum a q̃ est missus:q̃tum debet homo glorificare eum a quo est creatus:Scio eñ vnde veni ⁊ q̃ vado. Iste quisq̃n presentia vobis loquit/habet quod nõ deseruit:sed tamen venit. Non eñ veniẽdo inde discessit:aut redeundo nos reliq̃t. Quid miramini:De⁹ est:non potest hoc fieri/sed ab hoie/ nõ potest hoc fieri/ab ipso sole. Qñ pgit ad occidentẽ/deserit oriẽtẽ:z donec oriatur redeat ad orientẽ/nõ est in oriẽte. Dñs aũt noster iesus christ⁹ ⁊ venit ⁊ ibi est:⁊ redũt ⁊ hic est. Audi ipz euangelistã alio loco, dicẽte:⁊
Joh.j. si potes cape:si nõ potes crede. Deũ inq̃t nemo vidit vnq̃s nisi vnigenit⁹ filius q̃ ẽ in sinu p̃ris ipse enarrauit. Nõ dixit fuit in sinu patris:quasi veniendo deseruerit sinuz patris. Hic loquebaf:et ibi se esse dicebat. Qui et hinc discessur⁹ q̃d dixit:Ecce ego vobiscũ sum oñib⁹ diebꝰ vsq̃ ad consummationẽ seculi. Ergo verũ est testimonium luminis siue se ostẽdat sine alia. Or sine lumine non potes videre lumen:et sine lumine non potes videre quodlibet aliud quod non est lumen. Si idoneũ est lumen ad demonstranda ea que non sunt lumina: nunquid in se deficit. Nũqd se non aperit sine q̃ alio patere non possunt:Locut⁹ est prophetа Xrũ:sed vnde haberet nisi de fonte hauriret:Locut⁹ est iohannes verũ:sed vn de locut⁹ est/ipsiz interroga. Nos inq̃t de plenitudine ei⁹ accepim⁹. Ergo idone⁹ est dñs noster iesus christ⁹:sibi phibebat testimoniũ. Sed plane fratres mei: in nocte hui⁹ seculi audiam⁹ et prophetiaz intente Modo eñ ad fragilitatem nostrã nocturnaq̃ cordis nostri intimas tenebras:humilis voluit venire domin⁹ noster. Homo venit contẽnẽdus et honorãdus venit negãdus ⁊ confitendus. Contẽnẽdus ⁊ negãdus a iudeis:honorandus et confitẽdus a nobis. Judicandus iniuste:iudicatur⁹ iuste. Talis ergo venit vt oporteret et lucernaz testimoniũ perhibere. Nũqd op⁹ erat vt iohãnes tanq̃ lucerna perhiberet testimoniũ diei:si dies ipse ab infirmitate nostra posset videri:Sed non poteram⁹. Infirm⁹ fact⁹ est infirmis:per infirmitatẽ sanauit infirmitatẽ. Per mortalez carnẽ carnis abstulit morte. De corpe suo collyriuz fecit luminib⁹ nostris ¿Or ergo dñs venit ⁊ in nocte seculi adhuc sumus: opz vt ⁊ pphetias audiam⁹. Nam de prophetia conuincim⁹ contradicentes paganos. Quid est christus dicit pagan⁹:Cui respondem⁹ Quem prenunciauerunt prophete. Et ille Qui prophete:Recitamus Esaiam/Danielem/Hieremiam/alios sanctos pphetas:dicimus q̃ longe ant. illũ venerint q̃ to tpe aduentũ eius;precesserint. Hoc ergo respondem⁹. Preuenerũt eũ prophetꝰ: predixerũt eũ esse vẽturum. Respondet alius eoz. Qui ,pphete:Nos recitam⁹:q̃ nobis quotidie recitañ. Et ille. Qui sunt hi prophete: Nos respondem⁹. Qui et predixerunt ea:q̃ fieri videmus. Et ille vos inquit vobis ista finxistis. Vidistis ea fieri: et q̃si ventura q̃ predicta sunt essent:in libris q̃bus voluntis cõscriptisiis. Hic contra inimicos paganos:occurrit nobis alioz testimoniũ inimicoz. Proferim⁹ codices a iudeis:et respondem⁹. Nẽpe et vos et illi/ si

dei nostre estis inimici:ideo sparsi sũt per gentes vt alios ex aliis cõuincamus inimicis. Codex Esaie ,pferatur a iudeis:videamus si non ibi lego. Sicut ouis ad um
Esa.liij. molandũ ductꝰ est:⁊ sicut agnus cotã tondente fuit sine voce:sic nõ aperuit os suũ. In humilitate iudiciũ eius sublatũ est. Li uore eius sanati sumus. Oẽs vt oues erravimus et ipse tradit⁹ est ,p peccatis nr̃is. Ecce lucerna vna. Alia ,pferatur. Psalm⁹
ps.xxij. aperiat:etã inde p̃dicta passio xp̃i recitet Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt oia ossa mea. Ipsi vero cõsiderauerunt me: diuiserũt oia vestimenta mea:⁊ sup vestimentũ meũ miserũt sortẽ. Apũ te laus mea:i eccl̃ia magna cõfitebor tibi. Cõmemorabunt⁊ z pueruenẽ ad dñm vniuersi fines terre. Et adorabũt in cõspectu ei⁹ vniuerse p̃sie gentiũ:qz dñi ẽ regnũ ⁊ ipe dñabit gẽtiũ. Erubescat vn⁹ inimic⁹:qz cotidiẽ minustrabat ali⁹ inimic⁹. Sz ecce de cotidicbus ,platis/ab vno inimico alterũ vici ⁊ ipse qui mihi codicẽ ,ptulit non relinquatur. Ab illo proferatur: vnde ⁊ ipse vincatur. Lego aliũ prophetam:⁊ inuenio domi
Malac.j num loquentẽ ad iudeos. Non est mihi voluntas in vobis dicit dñs/nec accipiã sacrificiuz de manibus vestris:quomodo ab ortu solis vsq̃ ad occasum sacrificiũ mundum offertur nomini meo. Non vemis iudee ad sacrificiuz mundũ:Conuinco te immundũ. Ecce ⁊ lucerne perhibent testimoniũ diei propter infirmitatez nostram: quis diei claritatẽ tolerare ⁊ videre nõ possumus: Nã ⁊ nos ipsi x̃pian:in cõparatiõe quidẽ infidelium lux iã sumus. Unde dicit apostolus. Fuistis eñ aliquando tenebre nũc autẽ lux in dño:sicut filij lucis ambulate. Et alibi dixit. Nox precessit dies autẽ appropinquabit:abiciamus ergo opera tenebrarũ ⁊ induamur arma lucis:sic vt in die
F honeste ambulemus. Tamen quia in comparatione illius lucis ad quã venturi sumus/adhuc nox est etiã dies in quo sum⁹: audi ,petrum apostolũ. Delataz dicit dño
Wat.iij. christo voce magnifica potestate. Tu es filius me⁹ dilectus:in quo bene cõplacui. Hanc vocẽ inquit nos de celo audiuimus delatã:cũ essemus cũ illo in monte sancto. Sed quia nos non ibi fuimus ⁊ istã vocez de celo tunc non audiuim⁹:ait ad nos ipse
ij.pet.j. petrus. Et habemus certiorẽ propheticiz sermonẽ. Preuidens enim dominus iesus christus impios quosdam futuros qui immiraculis eius calũmarentur magicis artibus ea tribuẽdo:prophetas ante premisit Numquid enz si magus erat ⁊ magicis artibus fecit vt coloretur:et mortuꝰ magus erat añz nat⁹:⁊ prophetas audivo hõ mortuc ⁊ vermescẽdo calumnioſe. Prophetas audi/lege/audi qz ante dñm venerũt. Habemus (inqt apls ,petr⁹) certiorẽ ,ppheticũ sermonẽ cui bñfacitis attẽdentes sicut lucerne in obscuro loco:donec dies lucescat ⁊ lucifer oriaf in cordib⁹ vr̃is. Qñ ergo dominus iesus xp̃s venerit:⁊ sicut dicit apls etiam ,paulus illuminauerit occulta tenebrarũ ⁊ manifestauerit cogitatiões cordis vt laus sit vnicuiq̃ a deo:tunc presente tali die lucerne non erunt necessarie. Non legeretur nobis prophetа:non aperietur codex apostoli:non requireretur testimoniũ iohannis:non ipso indigebimus euangelio. Ergo omnes scripture tollentur de medio que nobis in huius seculi nocte tãq̃ lucerne accẽdebantur ne in tenebris remaneremus. Justis omnibus sublatis/ne quasi nobis luceãt indigentibus/⁊ ipsis nomib⁹ dei per quos hec ministrata sunt/nobiscuz lumen: illud verũ clarũq̃ videntibus:remotis ergo his admimẽtis quid videbimus:
Unde pascetur mens nostra:Unde obiur⁹ ille letabitur:vnde erit illud gaudium:q̃ nec oculus vidit:nec auris audiuit:nec in cor hominis ascendit:Quid videbimus:
Obsecro vos amate mecum:currite reddẽ do mecuz: patriam supernam delideremꝰ superne patrie suspirem⁹:peregrinos nos esse hic sentiamus. Quid tunc videbimus:
dicat nunc euangelium. In principio erat Joh.j. verbum:⁊ verbum erat apud deuz:⁊ deus erat verbũ. Unde tibi ros in spersus/est ad fontem venies:vnde radius p obliqua ⁊ p anfractuosa tibi ad cor tenebrosum missus est/nudam ipsam lucẽ videbis:cui videnti ferendeq̃ mundaris. Dilectissimi q̃ ⁊ hesterno cõmemorauit:iohannes ipse dicit. Filij dei sumus:⁊ nõdũ apparuit quid erimus. Scimus quia cũ apparuerit similes ei erimus:quõ videbimus eũ sicuti est. Sẽtis vestros affectus attolli mecũ in supna:
sed cor:pus q̃ corrumpit aggrauat ,aiam: Sapiẽ.j ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Depolitur⁹ sum ⁊ ego codicẽ istũ: discussuri estis ⁊ vos q̃sq̃ ad suã. Bene nobis fuit in luce cõmuni bñ gauisi sumus:bene exultauimus:sed cũ ab invicem recedimus/ab illo non recedamus.

Tractatus.xxxvj.

¶Vos ſm carnẽ iudicatis ego nõ iudico quẽq̃ ⁊ si iudico iudiciũ meum verum est quia solus nõ sum:sed ego et qui misit me pater: et in lege vestra scriptum est:quia duorum homi-

num testimonium verū est. Ego sum qui testimoniū perhibeo de me ipso: et testimonium perhibet de me qui misit me pater.

A



N quattuor euāgelijs vel potiꝰ quattuor libris vniꝰ euangelij: sanctus iohannes apostolus non immerito scōm intelligentiam spiritualem aquile cōparatus: altius multoq; sublimus alij tribus erexit predicationē suaz et in eius erectione etiam corda nostra erigi voluit. Nam ceteri tres euangeliste tanq̄ cum homine domino in terra ambulabant: de diuinitate eius pauca direrunt: istum aūt quasi piguerit in terra ambulare: sicut ipso exordio sui sermonis intonuit erexit se non solum super terram z sup omnem ambitū aeris et celi: sed super omnez etiā exercitū angelorū: omnēq; constitutionē inuisibiliū potestatū: z peruenit ad eū p
Joh.j. quē facta sunt oīa / dicendo. In principio erat verbū: et verbū erat apud deū: et deꝰ erat verbū. Hoc erat in principio apd deū. Oīa per ipsum facta sunt: z sine ipso factū est. Hunc tante sublimitati principij: etiaz cetera congrua pdicauit: z de dñi diuinitate quomodo nullꝰ aliꝰ est locutus. Hoc ructabat: quod biberat. Nō em̄ sine causa de illo in isto euangelio narratur: q̄ z in conuiuio super pectꝰ dñi discubebat. De illo ꝙ pectore in secreto bibebat. Sed quod in secreto bibit / in manifesto eructauit. Ut perueniat ad oēs gentes non solū incarnatio filij dei: passio et resurrectio: sed etiā quod erat ante incarnationē: vnicꝰ patri: verbū patris coeternꝰ genitī equalis ei a ꝙ missus est: sed in ipa missione minor: factꝰ quo
Joh.xiij maior esset pater. Quicquid ergo humiliter positū auditis de dño iesu christo: suscipite carnis dispensationez. Cogitate qualis factꝰ est ꝓpter nos non qualis erat vt faceret nos. Quicqd aūt sublime et supra oēs creaturas excelsiz atq; diuinū z patri equale atq; coeternuz de illo audieritis in euāgelio poni vel legeritis: scitote vos hoc legere quod ad formā dei pertinet non qō ad formā serui. Qz si istā regulā temeritis qui capere potestis: non aūt oēs capere potestis sed oēs credere debetis. Si ꝙ hanc regulā tenueritis aduersus calūnias tenebraz hereticaz tanq̄ in lumine ambulantes securi pugnabitis. Non enim defuerūt qui sola euangelica testimonia legendo secarentur que de humilitate christi posita sunt: qui aduersus ea testimonia q̄ de diuinitate eius locuta sunt surdi fuerunt. Ideo surdi vt male verbosi. Itē quidā illa sola attendētes q̄ de dñi sublimitate dicta sunt: etiā ipsi misericordiaz eiꝰ qua homo factꝰ est propter nos et si legerūt non crediderunt: et ab hominibꝰ inducta atq; falsa esse putauerūt: contendentes deum tantūmodo fuisse dñm nostrū christū: nō etiaz holem. Alij sic: alij sic: vtriq; in errore. Catholica aūt fides ex vtroq; verū tenens qō tenet et predicans quod credit: z deū christū intellexit: et hoiez credidit. Utrūq; enim scriptū est: z vtrunq; verū est. Si deū tantū dixeris christū: medicinā negas qua sanaꝰ es. Si hoiez tm̄ dixeris christū: potentiam negas qua creatus es. Utrūq; igitur tene anima fidelis et cor catholicū / vtrūq; tene: vtrūq; crede: vtrūq; fideliter confitere. Et deus christus est: z homo christus. Qualis deus christus? Et qualis patri: vnus cum patre. Qualis hō christus? De virgine natꝰ trahens de hoie mortalitatē: non trahens iniquitatē. Isti ergo iudei videbant hominē: nec intelligebant nec credebant deū. Atq; inter cetera audistis iaz quemadmodum ei direrunt. Tu de teipso 25
testimoniuꝫ dicis testimonium tuum non est verum. Audistis etiam quid ille responderit: cum hesterno die lectum esset et pro nostris viribus disputatum. Hodie verba eius hec locuta sunt: [vos scōm carnez iudicatis]. Ideo inquit mihi dicitis: tu de te testimoniū dicis: testimoniū tuū nō est verū q̄ ſm carnē iudicatis q̄: deū nō intelligis: z hoiem videtis et hoiem pſequēdo / deum latentē offenditis: q̄ ſm carnez iudicatis. Jō vobis arrogās videor: q̄ ꝙ testimoniuz perhibeo. Omnis enim homo quando de se perhibere vult testimonium laudabile: arrogans et superbus videtur. Ideo scriptum est. Non te laudet os tuum: sed laudet te os prōrimi tui. Sed hoc homini dictum est: infirmi enim sumus et apud infirmos loquimur: verum q̄ pere et mentiri Prouer. xxvij.
possumꝰ: z si verū dicere debemꝰ et mētiri tamen possumus cum volumus. Lux mentiri nō potest. Ablit vt in lucis diuine splēdore tenebre mendacij reperiantur. Lucebat ille tanq̄ lux: lucebat tanq̄ veritas: z lux in tenebris lucet: et tenebre eā non cōprehenderūt. Ideo scōz carnē iudicabant Uos māz scōm carnez iudicatis: [ego non iudico quemq̄]. Non ergo iudicat quēq̄ dominus iesus christus? Nonne ipse est quē confitemur resurrexisse tertia die: ascēdisse i celū: ibi sedere ad dexterā patris: inde esse venturū ad iudicandos vivos z mortuos? Nōne ipa ē fides nra de q̄ dicit apls:

ij.Ti.iij. corde creditur ad iusticiam: ore aūt confessio fit ad salutē? Ergo quando ista confitemur: contra dominuz loquimur? Nos
Joh.iij. dicimus venturū iudicem viuoruz et mortuū: ipse aūt dicit / ego non iudico quēq̄: id est modo: sicut dicit alio loco: ego nō veni vt iudicem mundum sed vt salvum faciaz mundū: non iudicium suū negando sed differēdo. Aut certe quia direrat: vos scōm carnem iudicatis: ita subiunxit: ego non iudico quēq̄ vt subaudiaz / scōm carnē. Nullus ergo nobis contra fidez quam tenemus et annunciamus de iudice christo scrupulus dubitationis in corde gemat. Uenit christꝰ sed primo saluare postea iudicare eos iudicando in penam qui saluari noluerunt: eos perdurēdo ad vitā qui credendo salutē non respuerūt. Prima ergo dispensatio domini nostri iesu christi medicinalis est non iudicialis. Naz si primo veniret iudicaturus: neminē inueniret cui premia iusticie redderet. Quia ergo vidit omes peccatores et oīno neminez esse immunem a morte peccati: primo erat eius misericordia preroganda: z post exercendū iudiciū. Quia de illo cātauerat psalmus. Misericordiā et iudiciū cantabo tibi
ps.c. domine. Non em̄ iudiciuz ait et misericordiam. Nā si primo esset iudiciū nulla esset misericordia. Sz primo misericordia: postea iudicium. Que est primo misericordia? Creator hominis / hō esse dignatus est: factus est quod fecerat: ne periret quod fecerat. Quid huic misericordie addi potest? Et tñ addidit. Pax fuit ei hominem fieri: sed etiam ab hoibus reprobari. Parū fuit reprobari / et exhonorari. Parū erat exhonorari / et occidi. Sed hoc parum est / morte crucis? Nā et cum eius obedientiā vsq̄ ad mortē factā cōmendaret apostolus: pa
C Phil.ij. ruz illi fuit dicere: factus obediēs vsq̄ ad mortē: non em̄ qualēcunq̄ mortē: sed addit / mortē aūt crucis. Illa morte pena nihil fuit inter oīa mera mortiuz. Denq̄ vbi dolores acerrimi exsistant: crucia-
tus vocatur / a cruce nomi:natus. Pendentes em̄ in ligno crucifixi: clauis ad lignū pedibus manibusq̄ cōfigi: producta morte nec abanī. Non em̄ crucifigi hoc erat occidi sed diu viuebaī in cruce. Nō qz longior vita eligebat sed quia mors ipsa ꝓtendebatur: ne dolor citus finiretur. Mori voluit ꝓ nobis parū dicimus crucifigi dignatꝰ est: vsq̄ ad mortē crucis obediens factus. Elegit extremū et pessimuz genus mortis: qui omnē fuerat ablaturus mortez. De morte pessima: occidit omnem mortem. Pessima enim erat non intelligentibus iudeis: nez a domino electa erat. Ipsam em̄ crucē suā signū habituruꝰ erat: ipsam crucē de diabolo superato tanq̄ tropheū in frontibus fidelium positurus vt diceret apostolꝰ. Mi-
Gal. vj. hi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi: per quez mihi mundꝰ crucifixus est et ego mūdo. Nihil erat tūc in carne intolerabiliꝰ: nihil est nūc in fronte gloriosius. Qui seruat fidei suo: qui talē honorē dedit supplicio suo: Deniq; modo in penis reoz nō est apud romanos. Ubi em̄ dñi crux honorata est: putatū est quod et reus honoraretur si crucifigeretur. Qui ergo ideo venit / neminē iudicauit: et mala passus est. Pertulit iniustū iudiciū vt ageret iustū. Sed in eo quod pertulit iniustuz: misericordie fuit. Deniq; ita humilis factus est: vt peruenireat ad crucem: distulit quidē potentiā: sed publicauit misericordiā. Unde distulit potentiā? Quia de cruce noluit descendere: q̄ potuit de sepulchro resurgere. Unde publicauit misericordiaz Quia pendens in cruce dixit. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Sine ergo ꝓpter hoc quia non venerat iudicare mundū sed saluare munduz / dixit: ego non quēq̄ iudico: siue quēadmoduz cōmemoraui quō direrat / vos ſm carnē iudicatis: addidit: ego non iudico quēq̄: vt intelligamus christū non scōm carnē iudicare sicut ab hoibus iudicatus est. Nā vt agnoscatis iam et iudicem christum: audite q̄ sequitur. [Et si iudico ego iudicium meuz verum est]. Ecce habes et iudicem. Sed agnosce saluatorem: ne sentias iudicem. Quare aūt dixit iudicium suum verum esse: [Quia solus inquit non sum sed ego et D
qui misit me pater]. Dixi vobis fratres: quia iohannes iste euangelista sanctꝰ multum alte volat. Uix est eum mente comprehendere. Mysteriū autez altius volantis: opus est vt commemoratur ani mal quadrupes habens quatuor personas: hominis: vituli: leonis: aquile. Qui ante nos scripturarum sanctarum mysteria tractauerunt pleriq; in hoc animali: vel potiꝰ in his animalibus quattuor euangelistas intellexerunt. Leonē pro rege positum: quō videtur leo rex esse quodāmodo bestiaꝝ ꝓpter potentiā z terribilē fortitudinē. Hec persona tributa est matthee: q̄: in generationibus dñi / regū serie prosecutꝰ est: quēadmodū esset dominꝰ per stirpē regiā de semine dō regis. Lucas aūt qui modo cepit a sacerdotio zacharie sacerdotis / faciens mentionē Ezechi. apo. iiij.

Universidad de Sevilla Biblioteca

patris iohānis baptiste: vitulo deputat⁹ est qz magna victima vitulus erat i sacrificijs sacerdotū. Marco homo xp̃s merito assignatus est: qz neqz de regia prāte aliquid dixit / neqz de sacerdotali cepit: sed tātū ab homine christo exorsus est. Vi omnes prope de terrenis: id est de his que in terra gesſit dñs noster iesus christus non recesserunt. De diuinitate eius perpauca locuti sunt tanq̃ in terra cū illo ambulantes. Restat aquila ipse est iohannes sublimiuz predicator: r lucis iterne atqz eterne fixis oculis cont̃plator. Dicūtur enim et pulli aquilarū a parentibus sic ꝓbari: patris scz vngue suſpendi r radijs solis opponi: qui firme cōtemplatus fuerit filius agnoscit. Si acie palpitauerit: tanq̃ adulterimus ab vngue dimittit. Jam ergo videte q̃ sublimia loqui debuit: qui est ad le cōparatus. Et tamē etiā nos humi repentes: infirmi r vix vllius momēti inter homines: audemus tractare ista r ista exponere. Et putam⁹ nos aut capere posse cuz cogitamus aut capi duz dicimus. Quare ista dixit: Forte enim post hec verba q̃sq̃ mihi uiste dicat: pone ergo codicem. quod excedit mensurā tuam: qd sumis in manū tuā: quid ei cōmittis linguā tuā: Ad hoc respōdeo. Multi heretici abundant: r ad hoc eos deus abundare permisit ne semp lacte nutriamur: r in bruta infantia remaneamus. Quia enim nō intellexerūt quomodo cōmēdaret diuinitas christi sapuerunt sicut voluerūt. Non aūt recte sapiendo: fidelibus catholicis questiones molestiſſimas intulerūt. Ceperunt exagitare r fluctuare corda fideliū. Jaz tūc necessitas facta est spiritualib⁹ viris qui aliquid ſm diuinitatem dñi nostri iesu christi nō soluz legerāt in euangelio: sed etiā intellexerāt: vt contra arma diaboli christi arma ſ. erarent et de christi diuinitate aduersus falsos fallacesq̃ doctores quātuz possent viribus aperiſſima ꝓfligatione pugnarēt: ne cum ipſi tacerent: alij perirēt. Quicūq̃ enim senserūt dominū nostrum iesum christū aut diuerse substantie esse q̃ pater est: aut tantū esse christum solū vt ipse sit pater / ipse sit filius / ipse sit spūſanctus: quicūq̃ etiaz sentire voluerunt hominē fuisse solum: non deū factuz hominē: aut ita deū vt in sua diuinitate mutabilē: aut ita deuz vt non r hominē: a fide naufragauerūt et de portu ecclesie protecti sunt: ne inquietudine sua naues secum positas frangerēt. Que res coegit vt etiā nos minimi r quātuz ad nos pertinet prorsus indigni / quātum aūt ad illius misericordiā in aliquo dispensatorū eius numero cōstituti: nō vobis taceamus qd̄ aut intelligatis mecūq̃ gaudeatis: aut si intelligere nōdum valetie: credēdo securi in portu maneatis. Dicam ergo: capiat qui potest: credat qui nō potest. Tamē dicam qd̄ ait dñs: vos sēm carnem iudicatis ego non iudico quem q̃ aut modo aut ſm carnem. Sed r si ego iudico: iudiciū meum verū est. Quare iudicium meū verum est: Quia solus non sum inquit: sed ego r qui misit me pater. Quid ergo domine iesu: Si solus esses falsum esset iudicium tuū: r ideo verū iudicas quia solus nō es: sed tu r qui te misit pr̃. Quid respōdebo: ipse respōdeat. Ueruz est inquit iudiciū meuz. Quare: qz solus non sum: sed ego r qui misit me pater mecū est. Si tecuz est: qūo te misit: Et te misit: r tecuz est. Jta ne r misit⁹ nō recessisti: ita ne r ad nos venisti: r ibi māsisti: Quomodo istud creditur: qūo capitur. Ad hec duo respōdeo. Quomō capitur: recte dicis. Qūo creditur: nō recte dicis. Jmmo ideo bene creditur: qz nō cito capitur. Naz si cito capereturnō opus erat vt crederet quia videret. Jdeo credis qz nō capis. Sed credendo sis idoneus vt capias. Nam si nō credis: nunq̃ capies: qz min⁹ idoneus remanebis. Fides ergo mundat te: vt intellectus impleat te. Uerū est inquit iudiciuz meū: qz solus non sum: sed ego r qui misit me pater. Ergo dñe deus noster iesu xp̃e: missio tua: icarnatio tua est. Sic video: sic intelligo. Postremo sic credo: ne arrogantie sit dicere sic intelligo. Prorsus r hic est dñs noster iesus xp̃s. Jmmo hic erat scōz carnē: modo hic est ſm diuinitatē: r cū patre erat r a patre non recesserat. Quod ergo dicit missus venisse ad nos: incarnatio ipsius cōmendatur: qz pater nō est incarnatus. Nam sabelliani dicti sunt quidaz heretici qui vocātur r patripassiani: q̃ dicunt ipsum patrē passuz fuisse. Noli tu catholice. Si em fuerit⁹ patripassianus: non eris sanus. Ergo intellige missionē filij nominatā: incarnationē filij. Patrez aūt incarnatū esse non credas. Sed r a filio incarnato patrem recessisse nō credas. Ille carnē portabat: ille aut̃ cuz filio erat. Si in celo pater: in terra filius: quomō pater cum filio erat: Quia r pater r filius vbiq̃ erant. Nō enim in celo sic est deus: vt non sit in terra. Audi illū qui volebat fugere iudiciū dei: r nō inueniebat qua. Quo ibo inquit a spiritu tuo: et a facie tua quo fugiam: Si ascēdero in celum tu ibi es. De terra erat questio: audi quod sequitur. Si descendero in infernū ades. Si ergo r in

infernum dicitur q̃ assit: quid rerū remanet vbi non sit: Vox enim dei est apud ꝓpheram. Celū r terram ego impleo. Ubiq̃ ergo est: qui nullo clauditur loco. Noli abillo auerti r tecū est. Si vis ad eū peruenire: noli piger esse amare. Non enim pedibus sed affectib⁹ curris: vno loco manens venis / si credis r diligis. Ergo vbiq̃ est. Si vbiq̃ est: quomō cuz filio nō est. Jta ne cū filio non est: qui si credis r tecū est: Unde ergo verum est iudiciū eius: nisi qz verus est filius: Hoc enim dixit. Et si iudico verū est iudicium meum: qz solus non sum sed ego r qui misit me pater. Tanq̃ diceret. Uerū est iudicium meū: quia filius dei sum. Unde ꝓbas: qz filius dei es: Quia solus nō sum: sed ego r qui misit me pater. Erubesce sabelliane. Audis filium: audis patrem. pater pat⁹ est. Filius filius est. Non dixit ego sum pater r ego ipse sum filius sed solus nō sum inquit. Quare solus non es: Quia mecū est pater. Ego sum: et qui me misit pater. Audis ego sum et qui me misit. Ne perdas personam: distingue personas / distingue intelligentiā noli separare perfidia: ne iterū quasi fugiens caribdim in scillā incurras. Uorabat enim te gurges impietatis sabellianoruz: vt diceres ipsuz esse patrē qui est filius. Modo dicit: filius solus nō sum: sed ego r qui misit me pater. Agnoscis qz pater pater est: r filius filius est. Bene agnoscis: sed noli dicere: pater maior est: filius minor est. Noli dicere pater aurum est: filius argētū est. Una substātia est: vna diuinitas: vna coeternitas: perfecta equalitas: dissimilitudo nulla. Nam si tantūmodo alterum credideris esse christū: non cuz qui pater est: r in aliquo tamē distātem ſm naturam esse putaueris: a caribdi quidē euasisti: sed in scilleis scopuli naufragasti. In medio naniga: vtrūq̃ periculosum latus enita. Pater pater est: filius filius est. Jaz dicis pater pater est: filius filius est: bene periculū absorbentis gurgitis euasisti. Quid vis ire in alterā partem: vt dicas aliud est pater: filius aliud: Alius est recte dicis: aliud non recte. Alius enim filius: quia nō est ipse qui pater: r alius pater quia nō est ipse qui filius. Non tamē aliud sed hoc ipsum est r pater r filius. Quid est hoc ipsum est: Unus deus est. Audisti qz nō sum solus: sed ego r qui misit me pater. Audi quomodo credas patrem r filiū. Audi ipsum filiuz: ego r pater vnum sumus. Nō dixit pater ego sum: aut ego r pater vnū est. Sed cum dicit ego r pater vnū sumus: vtrūq̃ audi: r vnum r sumus: r a caribdi r a scilla liberaberis. In duobus istis verbis qs̄ dixit vnum: liberat te ab arrio: quod dixit sumus: liberat te a sabellio. Si vnū: non ergo diuersum. Si sumus: ergo r pater et filius. Sumus enim nō diceret de vno: sed vnuz nō diceret de diuersis. Ergo ideo verum est inquit iudiciū meuz breuiter vt audias: quia filius dei sum. Sed sic tibi persuadeo inquit quia filius dei sum vt intelligas quia mecū est pater. Non sic sum filius: vt ipsum deseruerim. Nō ita hic sum vt cum ipso non sim: non ita ibi ille est vt mecum non sit. Formam serui accepi: sed formā dei nō amisi. Solus ergo inquit nō sum: sed ego r qui misit me pater. Dixerat de iudicio: de testimonio vult dicere. [Jn lege inquit vestra scriptū est: qz duoruz hominū testimonium verum est. Ego suz qui testimoniū perhibeo de me ipso: r testimoniuz perhibet de me qui misit me pater]. Exposuit illis r legē: si ingrati non essent. Magna enim questio est fratres mei: et valde mihi videt in mysterio res esse constituta: vbi deus dixit: in ore duoꝝ vel triū testium stabit omne verbū. Ueritas queritur per duos testes: Jta plane: sic se habet humani generis ꝓsuetudo. Sed tamē fieri potest: vt r duo mentiātur. Susanna casta duobus falsis testibus vigebatur. Nūquid qz duo erāt: ideo falsi testes non erāt: De duobus dicimus aut de tribus: vniuersus populus mentitus est contra christū. Si ergo populus constās ex magna hominū multitudine falsus testis inuentus est: quomō accipiendum est / in ore duorū vel trium testium stabit omne verbum: nisi quia hoc modo per mysteriū trinitas cōmendata est. Jn qua est perpetua stabilitas veritatis: Uis habere bonam causam: habeto duos vel tres testes: patrē r filium r spiritūsanctū. Denicq̃ quādo susanna casta femina fidelisq̃ cōmunr / duobus falsis testibus vigebat: trinitas illi in cōscientia atq̃ in occulto suffragabat. Illa trinitas de occulto vnū testez da mielē excitauit: r duos cōuicit. Ergo qz in lege vestra scriptū est duorū hominū testimonium verū esse: accipite nostrum testimoniū ne sentiatis iudiciuz. Ego em̄ iudt nō iudico quēq̃: sed testimoniū ꝓhibeo deme. Differo iudiciū: nō differo testimoniū. Eligamus nobis fratres contra linguas holm: contra infirmas suspitiōes generis humani / deū iudicem: deū testē. Nō enim dedignat testis esse q̃ iudex est: aut ꝓnocet cuz sit iudex: qūo qui testis est: ipse iudex erit. Quare ipse testis: Qz non querit aliū vñ cognoscat q̃ sit. Quare ipse iudex:

E

F

G

H

ꝓcer. xxiij.

Joh̄. x.


psalmo cxxxviij

Quia ipse habet potestatē mortificādi ⁊ vificandi: dānandi ⁊ absoluēdi: m gehēnā precipitādi ⁊ in celos leuādi: diabolo ꝓiū gendi ⁊ cū angelis coronādi. Cū ergo ipse habeat hanc potestatē: iudex est. Q: Vt re cognoscat nō querit aliuz testē. qui tunc iudicabit te mōvidet te. Nō est vnde illuz fallas: cū ceperit iudicare. Non eīn adhibes tibi aliquos falsos testes: q̄ iudicem il lū possent circūuenire. Qñ ceperit iudicare deus: hoc tibi dicet. Qñ cōtēnebas ego videbam: ⁊ qñ non credeba: s̄niam meaz non frustrabaz: differebā non auferebam. Noluisti audire qđ ꝓcepi: senties qđ ꝑdixi. Si aūt audias que ꝓcepi: nō mala sentries que ꝑdixi: sed bona ꝓcipies que ꝓmisi. Ne aliquez sane moueat qđ ait: vez est iudiciū meū q̄: solus nō suz sed ego ⁊ q̄ mi Johā. v. sit me p̄: cū alibi direxit: pater nō iudicat quēq̄: sed oē iudicium dedit filio. Jam in eisdē verbis enāgelij disputauimus ⁊ nūc admonemus nō hoc ideo dictuz q̄: p̄ non erit cū filio iudicante: sed qūo bonis ⁊ malis in iudicio solus filiꝰ apparebit in ea fo rma in q̄ passus est ⁊ resurrexit ⁊ ascēdit in Actu. j. celū. Discipulis quippe tūc aspicientibus ascendentē vox angelica sonuit sic veniet quēadmodū vidistis eū euntē in celum: id est in forma hois in qua iudicatꝰ est iudicabit: vt etiā illud ꝓpheticū impleatur: vi Jo. xix. debūt in quē pupugerūt. Cū vero eūtibus iustis in vitā eternaz videbimus eū sicuti est: nō erit illud iudiciū vinoz ⁊ mortuoz: sed ꝓmiuz tūmodo vinoz. Jtē ne moueat qđ ait: in lege vra scriptū est: q: duoz hominū testimonium verū est. Et ideo quisq̄ existimet nō fuisse illam legē dei: q: non di etū est in lege dei: sciat ita dictū esse in lege vestra: tanq̄ diceret q̄ vobis est data. A q̄ nisi a deo? Sicut dicimus: panez nostrum quotidianū: etiā dicimus: da nobis hodie.

Tractatus. xxxvij.

Dicebant ergo ei vbi nā est pater tuus. Rñdit iesus neq; me scitis: neq; patrē meuz. Si me sciretis forsitā ⁊ patrē meū sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazophilatio docēs in templo ⁊ nemo appiehendit eum q: necdum venerat hora eius.

A



Uod in sancto euangelio breuiter dicitur: nō breuiter oportet exponi vt quod auditur intelligatur. Verba enim pauca domini sed magna sunt. Non numero estimāda sed ponderе: nec ideo contēnenda q: pauca sed ideo querēda quia magna. Qui affuistis hesterno die audistis: vt ponimus disputauim⁹ er eo q: ait dominus: vos fm carnem iudicatis: ego nō iudico quemq̄. Sed ⁊ si iudico ego: iudicium meū verum est: q: solus non suz: sed ego ⁊ qui misit me pater. In lege vestra scriptū est: quia duorum hominū testimoniū verū est. Ego sum qui testimoniū perhibeo de me: ⁊ testimoniū phibet qui me misit pater. Ex his verbis hesterno vt diri die: reddit⁹ est sermo auribus ⁊ mētibus vestris. Hec cum dñs dixisset: illi qui audierāt: vos fm carnem iudicatis: manifestauerūt quod audierūt. Responderūt enim dño loquēti de deo patre suo ⁊ direrūt. [†Ubi est pater tuus?] †Ar. lit. direrūt ergo ei. patrem xp̄i carnaliter acceperūt: q: verba christi fm carnē intellexerūt. Erat autem qui loquebat in aperto caro: in occulto verbū. homo manifestus: deus occultꝰ. Videbant indumētum: ⁊ contēnebant indutum. Contēnebant: q: nesciebant. Nesciebāt: q: non videbant. Non videbāt q: ceci erant. Ceci erāt: q: non credebant. Videamus ergo: ⁊ ad hec dominꝰ quid rñderit. Ubi est inquiunt pater tuus? audiumus eīn te dicere: solus nō sum: sed ego et qui me misit pater. Nos solū te videmus: patrem tuū tecum nō videmus. Quomodo te dicis solū non esse: sed cuz patre tuo esse? Aut ostende nobis tecuz esse patrem tuum. [†Et dñs]. Nūquid me videtis: vt patrem ostēdam vobis? Hoc enim sequitur: hoc suis verbis ipse respōdit: quorum verboz expositionē nos ante ꝓmiūm⁹. Videte eīn quid direrit. [Neq; me scitis: neq; patrē meū. Si me scireti⁹: forsitan ⁊ patrez meū sciretis]. Diciti⁹ ergo vbi est pater tuus: quasi iam me sciatis: quasi totuz hoc sim qđ videtis. Ergo q: me nō nostis: ideo vobis patrē meum non ostendo. We quippe hoiez putatis: ideo patrē meū hominē queritis: q: fm q: me iudicat. Quia ergo fm qđ videtis aliud sum ⁊ aliud fm qđ non videtis: patrem aūt meuz loquor occultus occultū: ptius est vt me noueri⁹: tunc ⁊ patrez meum scietis. Si eīn me scireti⁹: ⁊ patrē meuz forsitan scietis. Ille qui oia scit quādo dicit forsitan: nō dubitat sed increpat. Attēde eīn quomō increpatiue dicatur ipsum forsitan: qđ videtur esse verbū dubitatiōis. Sed dubitationis verbuz est quādo dicitur ab homine: ideo dubitante q: nesciēte. Cum vero dicitur a deo verbum dubitationis: cum deū nihil vtiq; latet: illa dubitatione arguitur infidelitas non opinaē diuinitas.

Hoies enim de his rebus quas certas habent aliqñ increpatiue dubitāt: id est verbum dubitatiōis ponunt: cū corde non dubitēt. Uelut si idigneris seruo tuo ⁊ dicas. Contēnis me: cōsidera: forsitan dñs tuus sum. Hinc ⁊ apostolus ad quosdā contemptores suos loquēs ait. Puto aūt q: ⁊ ego 1. cor. vij spiritū dei habeo. Qui dicit puto: dubitare videt. Sed ille increpabat nō dubitabat. Et ipse dñs christ⁹ alio loco increpās infidelitatē futurā generis humani: cū venerit inquit filius hois putas inueniet fidem in terra? Jam quātum existimo intelLuce. xviij. lexistis qđo sit positū forsitā: ne quis verboz appensor ⁊ syllabarū examinator velut latine loqui sciens / reprehēdat verbū qđ dixit dei verbū ⁊ reprehendēdo deiverbum: non eloquens sed mutus remaneat. Quis eīn sic loquit qđo loqtur verbum qđ erat in ꝓncipio apud deū? Noli verba ista considerare: ⁊ ex his verbis assuetis illud verbū metiri velle qđ deus est. Audis eīn Johā. j. verbū ⁊ contēnis. Audi deū ⁊ time. In ꝓncipio erat verbū. Tu reuocas ad vsum sermocinatiōis tue: ⁊ dicis apud te. Quid est verbū? Quid magnū est verbuz? Sonat ⁊ trāsit. Uerberato aere aurē percutit: postea nō erit. Audi adhuc. Uerbū erat apud deū. Manebat: non sonādo trāsibat. Adhuc forte contēnis? Deus erat verbum Apud teipsum o hō cū est in corde tuo verbū: aliud est q̄ sonus. Sed verbū quod est apud te vt trāseat ad me: sonū quasi vehiculū querit. Assumit eīn sonuz imponit se quodāmodo in vehiculū: trāscurrit aerē: venit ad me nō recedit a te. Sonus aūt vt veniret ad me recessit a te: nec ꝑstitit apud me. Uerbū enim qđ erat in corde tuo: numquid sono ꝓtereūte ꝓterijt? Qđ cogitabas dixisti? Sed vt ad me perueniret qđ apud te latebat: syllabas sonuisti. Sonꝰ syllabarū perduxit ad aurē meam cogitationem tuā. Per aurē meā descendit in cor meū cogitatio tua: sonus medius trāsuolauit. Uerbū vero illud qđ assumpsit sonū: anteq̄ sonares erat apud te: q: sonuisti? est apud me ⁊ nō recessit a te. Hoc attēde quisquis es examinator sonoz. Uerbū dei contēnis: q: verbū hominis non cōprehēdis. Scit ergo oia per quē facta sunt oia: C ⁊ tamē dubitando increpat. Si me scireti⁹: forsitan ⁊ patrē meum scietis. Increpat infideles. Nam talē sentētiaz dixit discipulis suis. Sed ibi nō est verbū dubitationis? q: nō fuit causa increpande infidelitatis. Naz quomō dixit iudeis: si me scireti⁹ forsitan ⁊ patrem meū scireti⁹: dixit ⁊ discipulus suis quādo euz philippus interrogauit imo postulauit ⁊ ait? dñe ostende nobis patrē ⁊ sufficit nobis. Quasi di- Jo. xiiij. ceret ⁊ ipse. Te iam nouimus? apparuisti nobis? videmus te? dignatus es eligere nos: secuti sum⁹te? mirabilia tua vidimus verba salutis audiuimus? precepta fuscepimus? pmissa speramus multum nobis cōferre pñia tua ipse dignatus es. Sed tamē cum te nouerimus q: patrē nonduz nouimus: inflāmamur desiderio illius videndi quē nondū nouimus. Ac per hoc q: te nouimus sed nō nobis sufficit donec et patrē nouerimus ostēde nobis patrem et sufficit nobis. Et dñs: vt scirent nō se nosse quod se putabāt iam nosse: tāto tpe vo- Jo. xiiij. biscū sum: ⁊ me nescitis? 'philippe qui me videt? videt ⁊ patrē meuz. Nūquid habet ista sentētia verbū dubitatiōis? Nūquid dixit: qui me videt forsitan videt ⁊ patrē. Quare? Quia fidelis audiebat nō fidei prosecutor: ideo nen erat dñs increpator sed doctor. Qui me videt? videt ⁊ patrē meū. Et hic: si me sciretis ⁊ patrē sciretis. Tollamus verbū quo notata est ifidelitas audientiū: ⁊ ipsa sentētia est. Jā hesterno die cōmendauimus charitati vestre: ⁊ dixim⁹ sentētias iohānis euangeliste quibus nobis narrat quod a dño didicit: nec discutiendas fuisse si fieri posset: nisi hereticoꝝ cōmenta compellerent. Breuiter ergo hesterno die insinuauimus charitati vestre esse hereticos qui vocantur patripassiani vel a suo auctore sabelliani. Hi dicūt ipm esse patrē qui est filiꝰ: nomina diuersa vnā vero esse personā. Cum vult pater est inquiunt? cū vult filius: tamē vnus est. Jterum sunt alij heretici qui vocātur arriani. Confitētur quidē vnicum patris filiuz D dominū nostrū iesum christū. Illum patrē fatiꝰ: istū filium patris. Cū qui pater est nō esse filiū: eum qui filius est nō esse patrem. Confitētur generationē sed negant equalitatē. Nos: id est catholica fides veniens de doctrina apostoloꝝ: plantata in nobis per seriem successiōis accepta? sana ad posteros trāsmittēda: inter vtrosq; id est inter vtrūq; errorē tenui veritatē. Jn errore sabellianoꝝ vnus est solus: ipse pater qui filius. Jn errore arrianoꝝ alius est quidē pater alius filius: sed ipse filius nō solum alius sed etiā aliud est. Tu i medio quid? Exclusisti sabellianū: exclude ⁊ arrianum. 'pater pr̄ est? filius filiꝰ est? alius nō aliud. Quia ego ⁊ pater inquit vnū sumus. Sicut etiā hesterno die quātum potui commēdaui. Cum audit sumus: abscedat cōfusus sabellianus. Cum audit vnū: abscedat cōfusus arrianus. Gubernet cathe-

Deus inter vtrūq; fidei siue nauigium: quō iam cauendū est in vtroq; naufragiū. Dic ergo tu quod dicit euāgelium: ego t pater vnū sumus. Non ergo diuersum q; vnus nō vnus q; sumus. Paulo ante dixit: iudiciū meum verū est: q; solus nō sum sed ego t qui misit me pater. Tanq; diceret. Ideo iudiciū meum est vez/q; filius dei sum: q; verum loquor: q; ipse veritas ego sum. Isti Johā. x. carnaliter intelligētes dixerūt. Ubi est pater tuus? Modo audi arriane: neq; me scitis neq; patrem meum. Quia si me sciretis forsitan t patrem meū sciretis. Quid est si me sciretis t patrē meum sciretis: nisi ego t pater vnū sumus? Quādo vides aliquē alicui similē: intendat charitas vra/quotidiana locutio est: nō sit vobis arduum q̄ō esse aduertitis vsitatū. Quādo ergo vides aliquē alicui simūlem t nosti tu cui similis Johā. x. sit: admirās dicis. Quomodo iste homo similis est illi homini? Hoc non diceres: nisi duo essent. Hic ille qui eum ignorat cui tu istum similez dicis. Ita ne inquit silis est. Et tu ad eū. Quid enim? Tu illū nō nosti? At ille. Nō noui inquit. Jam tu vt illum quē nescit ei notuz facias: ex presente quē cernit respōdes t dicis. Hunc vidisti: illuz vidisti. Non vtiq; q; hoc dixisti: vnuz esse asseuerasti t duos negasti: sed ꝓpter similitudinē tale dedisti responsum. Jstū nosti t illum nosti: valde eñ similis est ei: nihil distat oīno. Hinc t dñs. Si me inquit scire tis t patrē meum sciretis. Nō q; pater est filius sed q; patri similis est filius. Erubescat arrianus. Gratias dño q; ipse arrianus recessit ab errore sabellianoꝝ t non est patripassianus. Non dicit ipsum patrem indutū carne venisse ad homines/ipm esse passum/ipsum resurrexisse/t quodāmodo ad se ascēdisse. Hoc non dicit. Agnouit mecum patrē patrē esse: t filiū filium esse. Sed o frater euasisti illud naufragiū: rē tendis in alterū: Si pater pater est: filius filius est. Quare dicis similē/ quare diuersum: quare aliam substantiā. Si dissimi- Jo. xiiij. lis esset: nunq̄d diceret discipulis suis: qui me videt videt t patrē? Nunquid diceret iudeis: si me sciretis t patrē meū sciretis? E Unde hoc verū esset: nisi t illud verum: ego t pater vnū sumus. [Hec verba locut⁹ est in gazophilatio: docēs in tēplo]. Magna fiducia sine timore. Nō enim pateretur q; nollet: qui nec nasceretur si nollet. Deniq; quod sequitur: [t nemo apprehēdit eum: q; nōdum venerat hora eius]. Hoc item nōnulli cum audiunt/sub fato fuisse dñm christuz credūt t dicunt. Ecce christus habebat fatum. O si cor tuū non esset fatuum: non crederes fatum. Si fatū sicut nōnulli intellexerūt/a fando dictum est: id est a loquendo. verbū dei quomodo habet fatum? quādo in ipso verbo omnia sunt que cōdita sunt. Nō enim aliquid deus constituit: quod ante nesciuit. In verbo ipsius erat Johā. j. quod factū est. Mundus factus est: t fact⁹ est t ibi erat. Quomodo t factus est t ibi erat. Quia domus quā edificat instructor ꝑius in arte erat. Et ibi melius erat sine vetustate/sine ruina. Tamē vt ostēdat artem/fabricat domū t processit quodāmodo domus ex domo. Et si dom⁹ ruat: ars manet. Ita apud dei verbū erant omnia que cōdita sunt. Quia omnia in sapientia fecit deus: t cuncta nota fecit. Non enim q; fecit didicit: sed quia nouerat fecit. Nobis q; facta sunt nota sunt. Illi nisi nota essent facta nō essent. Precessit ergo verbum. Et quid ante verbū dei? Nihil oīno. Johā. j. Nam si esset aliquid ante non dictū esset: in principio erat verbū: sed in principio factum est verbuz. Deniq; de mundo q̄d ait Gene. j. moyses? In principio fecit deus celum t terraz. Fecit quod non erat. Si ergo fecit q̄ō non erat: ante quid erat? In principio erat verbū. Et vnde celuz t terra? Omnia per ipsum facta sunt. Tu ergo ponis xp̄m sub fato. Ubi sunt fata? In celo inquis: in ordine t cōuersiōibus syderuz. Quomodo ergo fatū habet per quē factum est celū et sydera: cum tua voluntas si recte sapies transcēdat t sydera? An q; nosti xp̄i carnem fuisse sub celo: ideo putas t potestatē christi subditā celo? Audi stulte: nōduz venerat hora eius. Non q; cogeretur mori/ sed q; dignaretur occidi. Nouerat enim ipse quādo deberet mori. Intendit omnia que predicta sunt de illo: t expectabat finiri omnia que predicta sunt ante ei⁹ passionē futura: vt cum impleta essent: tūc veniret passio dispositiōis ordine: non fatali necessitate. Deniq; aut ꝓtext prophetia. Inter cetera que de illo ꝓphetata sunt scriptum est etiā hoc. Dederūt in escam meaz fel: t in siti mea potauerūt me aceto. Quo facta sint/in euāgelio nouimus. Ꝓius dederūt fel: accepit: gustauit t despuit. Postea in cruce pendēs: vt omnia predicta cōplerētur ait. Sitio. Acceperūt spongiam Jo. xix. aceto plenā: in arūdine ligauerūt t admouerunt pendēti. Accepit ille t ait. perfectum est. Quid est perfectuz est? Impleta sunt oīa que ante passionē meam fuerant ꝓphetata. Ergo adhuc q̄d hic facio? Deniq; postea ꝯ dixit perfectū est: inclinato capite tradidit spiritū. Nūquid illi latrones iuxta confixi/ quādo voluerunt exp̄i-

rauerunt? Tenebātur vinculis carnis: q; non erāt creatores carnis. Clauis cōfixi/ diu cruciabātur: q; infirmitati non dominabātur. Dominus autem quādo voluit carnem in vtero virginali accepit. Quādo voluit ad homines processit: quādiu voluit inter homines vixit: quādiu voluit a carne discessit. Hoc est potestatis nō necessitatis. Hāc ergo horaz ille expectabat nō fatalem sed oportunam t volūtariam: vt ꝑius oīa complerētur que ante passionez ipsius cōpleri oportebat. Nā quō sub fati necessitate posit⁹ erat: qui alio loco dirit: Johā. x. potestatē habeo ponendi aīaz meam: t potestatē habeo iterū sumendi eam? Nemo tollet eam a me: sed ego ipse pono eā a me: t iterum sumo eā. Ostendit hāc potestatē quādo eum iudei querebant. Quez queritis inquit? Et illi ieſum. Et ille. Ego sum. Qua voce audita: redierūt retro t ceciderunt. Dicit aliqs. Si hec in illo ptās erat: quare eū iudei insultarēt pendenti t dicerent/si filius dei est descēdat de cruce/non descēdit: vt eis suaz potestatē descēdendo monstraret? Quia patientiā docebat: ideo potentiā differebat. Si enim cōmotus ad eoꝝ verba descēderet: victus cōitionum dolore putaretur. Ꝓtractus no descendit: firus permānsit: quādo voluit abscessurus. Nam quid ei magnū fuit de cruce descendere: q̄ potuit de sepulchro resurgere? Intelligamus ergo nos quib⁹ hoc ministratum est/potētiam domini nostri ieſu christi occultaz tunc manifestā futuram in iu- ꝑs. xlix. dicio: de quo dictū est. Deus manifest⁹ veniet: deus noster t nō silebit. Quid est manifestus veniet? Quia venit occult⁹ veniet manifestus deus noster: hoc est christus: t non silebit. Quid est nō silebit? Quia ꝑmo siluit. Ubi siluit? Quādo iudicatus est. Ut etiā hoc impleretur: quod t prophetа ꝑdixerat. Sicut ouis ad immolandum ductus est: t sicut agnus coram tondēte se sine voce sic non aperuit os suum. Si ergo pati nollet/nō pateretur. Si non pateret: sanguis ille nō funderetur. Si sanguis ille nō funderetur: mūdus non redimeret. Agamus itaq; gratias t potestati diuinitati: t miseratiōi infirmitatis ei⁹ t de occulta potentia quā iudei non nouerāt vñ illis modo dictū est: neq; me nostis neq; ꝑez meū: t de carne suscepta quā iudei nō nouerāt t eius patriā sciebant. Unde illis alio loco dixit: t me scitis t vnde sim scitis. Utrūq; nouerimus t christo: t vnde equalis est Jo. xiiij. patri: t vnde illo maior est pater. Illō verbū est/illud caro/illud deus est/illud homo. Sed vnus christus deus t homo.

Tractatus.xxxviij.

Dixit ergo iterum eis ieſus. Ego vado: t queretis me: t in peccato vestro moriemini: Quo ego vado vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet semetipsum: quia dicit quo ego vado vos nō potestis venire? Et dicebat eis: vos deorsum estis ego de supernis sum: vos de mūdo hoc estis: ego non sum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: quia moriemini ī peccatis vestris. Si eīm non crediderit is q; ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis ieſus. Principium: qui t loquor vobis.

A

Lectio scti euangelij que precessit hodie: nam ira cōclusa erat: quia locutus est docēs i gazophilatio dominꝰ que voluit et que audistis: t nemo apprehēdit eum: q; nōdum venerat hora eius. Hinc disputatuz est dñico die: quod ipse donare dignatus est. Intimauimus charitati vestre quare dictum sit: nōdum venit hora eius: ne positum christū sub aliqua necessitate fatali: vlla impietas auderet ipzobe suspicari. Nōduz enim venerat hora qua ex ordine suo ſm ea que predicta sunt de illo: nō ꝺmo ri cogeretur inuitus sed occideret parat⁹. Modo autē de ipsa passione sua que posita erat nō in eius necessitate sed potestate. [† Locutus est iudeis dicens. Ego vado. Christo enim domino mos profectionis fuit/illo vnde venerat: t vnde nō discesserat. Ego inquit [vado et queritis me]: nō desiderio sed odio. Nam illū postea ꝯ ab scessit ab oculis hominū inquisierūt t qui oderant t qui amabāt. Illi persequēdo: illi habere cupiendo. In psalmis ait ipe dominꝰ per prophetā. Perūt fuga a me: t nō est qui requiret aīmā meam. Et itez ait alio psalmo. Confundant t reuereātur re quirētes aīmā meam. Culpauit qui non requirerēt: dānauit requirētes. Bonuz est eīm querere alam christi: sed quomodo eaz quesierūt discipuli. Et malum est querere aīmā christi: sed qūo eaz iudei quesierūt. Illi eīm vt haberēt: illi vt perderent. Deniq; isti q; sic querebant more malo/corde peruerso/quid secutus adiūxit? Queritis me: t ne putetis q; bene me queritis: [in

† Tertꝰ hz dixit ergo eis iterū ieſus.

ꝑs. xlj. Psalmo xxxix.

peccato vro moriemini:¶ Hoc est xpm ma
le querere: in peccato suo mori. Hoc est illū
odisse: per quem posset solum saluus esse.
Cum em̄ homines quoruz spes in deo est/
non debeant mala reddere nec pro malis:
reddebant illi mala ꝓ bonis. Prenūciauit
ergo illis dñs dixitq; sententiam prescius
quod in suo peccato morerentur. Deinde
Joh.xiij adiunxit. [Quo ego vado: vos nō potestis
venire]. Hoc t dñs discipulis suis alio lo
co dixit nec tamen eis dixit: in pctō vestro
moriemini. Quid autem dixit:¶ Qō et istis.
Quo ego vado: vos non potestis venire.
Non abstulit spem: sed ꝓdixit dilationem.
Qñ em̄ hoc discipulis dñs loquebaḃ: tunc
nō poterāt venire quo ille ibat: sed postea
vēturi erāt. Jsti aūt nunq̄ ab⁹ pscius dixit
in peccato vro moriemini. His auditis ver
bis quō solēt carnea cogitātes: t ſm car
nem iudicantes: t totum carnaliter audiē
B tes atq; sapientes dixerunt. [Nūquid in
terficiet semetipsum q; dixit quo ego vado
vos nō potestis venire]. Stulta vba t oī
no insipientie plena. Quid em̄: non pote
rant illo venire quo ille prexisset: si interfi
ceret semetipm. Nūquid ipsi nō erāt mori
turi. Quid est ergo nunquid interficeret se
metipm q; dixit: quo ego vado vos nō po
testis venire. Si de morte hominis diceret
quis homo non morit̄: Ergo quo ego va
do dixit: non cum itur ad mortem: sed quo
ibat ipse post mortem. Jlli itaq; nō intelli
gentes: illa responderūt. Et dñs ad eos q̄
terram sapiebant q̄d ait:¶ [Et dicebat eis.
Vos de deorsum estis]: ideo terram sapitis:
q; sicut serpentes terrā māducatis. Quid
est terrā māducastis:¶ Terrenis pascimini
terrenis delectamini: terrenis inhiatis:
sursum corda non habetis. Vos de deorsum
estis. [Ego de supnis sum: vos de mundo
hoc estis: ego non sum de hoc mundo].
Quomodo enim erat de mundo: per quez
factus est mūdus:¶ Oēs de mūdo post mū
dū: q; pri⁹ mūd⁹ t sic homo de mūdo. Pri⁹
autem christ⁹ deinde mund⁹:¶ Quō añ mū
dū xps: ante xpz nihil:¶ Q; in p̄ncipio erat
verbū oīa p ipm facta sunt. Si ergo erat
ille de supnis: de quib⁹ supnis:¶ De aere:
Absit. Jbi t aues volitāt. De celo q̄ videmus:¶ Et hoc absit. Jbi t stelle t sol et lu
na circumeūt. De angelis:¶ neq; hoc intel
ligatis. Per illum t angeli facti sunt p gnē
oia facta sunt. De quib⁹ ergo supnis xps:¶
Ab ipso patre. Nihil illo deo supius q̄ ver
buz genuit equale sibi coeternū sibi vnigenitum sine tpe: p quē cōderet tpa. Sic ḡ ac
cipe xpm de supernis/ vt excedas cogitatione tua omne quod factū est: vniuersam
oīno creaturā/ oē corpus/ oēm cōditū spīm:
omnē rem quōquo modo mutabilē. [Totū
excedem. Sicut excessit iohannes: vt con
tingeret in principio erat verbū: t verbum
erat apud deū: t deus erat verbum. Ego ḡ
inquit de supernis sum. Vos de hoc mūdo
estis: ego nō sum de hoc mūdo. [Dixi ergo
vobis: q; moriemini in peccatis vestris].
Expsuit nobis fratres quid intelligi vo
luerit/ vos de hoc mundo estis: q; peccato
res erant: q; inīq erant: q; infideles erant:
q; terrena sapiebant. Nam quid vobis vi
detur de sanctis apostolis:¶ Quātuz intere C
rat inter iudeos t apostolos:¶ ḡtum inter
tenebras t lucē: ḡtum inter fidē et infideli
tatem: ḡtum inter pietatem t impietatez:
ḡtum inter spem t desperationem: ḡtum
inter charitatē t cupiditatē. Multuz ergo
intererat. Quid ḡ h- tm̄ intererat apli de
mūdo nō erāt:¶ Si cogites quō nati sint et
vñ venerint: q; oēs ex adā venerāt: de hoc
mūdo erāt. Sz q̄d eis ait ipe dñs:¶ Ego vos Joh.xv.
de hoc mūdo elegi. Qui ergo de mūdo erāt
facti sunt non de mundo: t pertinere cepe
runt ad eū p quē fact⁹ est mūdus. Jsti aūt
remanserunt esse de mundo: q̄bus dictum
est: moriemini in peccatis vestris. Nemo
ergo dicat fratres de hoc mundo non sum
Quisquis es homo: de hoc mundo es. Sed
venit ad te qui fecit munduz: t liberauit te
de hoc mundo. Si delectat te mundus: iā
semper vis esse immundus. Si aūt iā non
te delectat hic mundus: iam tu es mun
dus. Uerūtamen si p aliquā infirmitatem
adhuc te delectat mundus: habitet in te q̄
mūdat t eris mundus. Si aūt fueris mū
dus: non remanebis in mundo: nec audies
quod audierunt iudei moriemini in pecca
tis vestris. Omnes em̄ cū peccato nati su
mus. Oēs vinēdo ad id quod nati eramus
addidim⁹: magisq; de mūdo facti sum⁹ ḡ
tunc quando de parētibus nostris nati su
mus. Et vbi essemus: si ille nō veniret: qui
non habebat oīno pctm̄ ut solueret oē
pctm̄: Jn quē iudei quia nō credebāt me
rito audierunt: moriemini in pctis vestris.
Quia non habere pctm̄ nullo modo potui
stis qui cum peccato nati estis. Sed tamē
si in me inquit crediderit is: cum peccato q̄
dē nati estis: sed in peccato vestro moritu
ri non estis. Tota ergo infelicitas iudeoꝝ
ipsa erat: nō peccatū habere sed in pecca
tis mori. Hoc est quod debet fugere omnis
christianus. Propter hoc ad baptismū cur
ritur: ꝓpter hoc q̄ egritudine vel aliunde
periclitantur sibi desiderant subuenire. p
pter hoc etiam sugens parulus a matre
pīs manibus ad ecclesiam fertur: ne sine
baptismo

baptismo eret t in petō qui nat⁹ est mo
rtur. Jnfelicissima cōditio: misera sors isto
rū: qui de ore veridico audierūt: in peccatis
vestris moriemini. Unde tñ eis ⁊tingat ex
pomit. [Si em̄ non crediderit is ⁊ moriemi
ni in peccatis ⁊ vestris.] Credo fratres in
illa multitudine que dñm audiebat: t eos
fuisse qui crediturī erant. Quasi aūt in om
nes ꝓcesserat seuerissima illa sententia: in
peccato vestro moriemini: ac per hoc t il
lis qui crediturī erāt spes erat ablata. Jl
li seuiebant: illi timebant: immo non time
bāt: sed etiam desperabāt. Reuocauit eos
in spē: adiunxit enim. Si non crediderit is
q; ego sum: moriemini in pctis vīs. Ergo
si crediderit is: q; ego sum: nō moriemini in
pctis vīs. Reddita ē spes desperātib⁹: ex
citatio facta est dormiētib⁹: coꝛdib⁹ euigi
lauerūt inde plurimi: crediderūt sicut euā
gelū ipsius consequentia testat. Erant em̄
illic membra xp̄i: que nondū adheserāt cor
pori xp̄i. Et in illo populo a quo crucifixus
est: a quo in ligno suspensus est: a quo pen
dens irrisus est: a quo lancea vulneratus
est: a quo felle t aceto potatus est: erāt mē
Lu.xxiij bra xp̄i ꝓ quibus dixit. Pater ignosce illis
q; nesciunt quid faciunt. Quid aūt conuer
so non ignoscitur: si fusus xp̄i sanguis igno
scitur:¶ Quis homicida desperet: si in spem
redditus est a quo etiam christus occisus
est. Crediderūt inde multi: donatus est eis
sanguis xp̄i: vt magis eum biberent quo li
berarentur q̄s rei de illo effuso tenerentur.
Quis desperet:¶ Et si in cruce latro salua
tus est ante paululū homicida post paulu
Lu.xxiij lum accusatus/ cōuictus/ dānatus/ suspen
sus/ liberatus. Noli mirari: vbi cōuict⁹ ibi
dānatus: sed ibi liberatus vbi mutat⁹. In
hoc ergo populo cui dominus loquebatur
erant qui in peccato suo fuerant morituri:
erant etiam qui in ipsum qui loquebaḃ fue
rant crediturī: t ab omni peccato liberan
di. Tamen hoc a- de q̄ ait dñs xps. Si
non crediderit is q̄nia ego sum: moriemini
in peccatis vestris. Quid est si nō credide
ritis q; ego sum:¶ Ego sum:¶ Quid:¶ Nihil
addidit. Et q; nihil addidit: multuz est q̄
cōmendauit. Expectabaḃ em̄ vt diceret q̄d
esset: nec ramen dixit. Quid expectabaḃ vt
diceret:¶ Forte nisi crediderit is q; ego sum
christus: nisi crediderit is quia ego sum dei
filius: nisi crediderit is quia ego sum verbū
patris: nisi crediderit is q; ego sum cōditor
mundi: nisi crediderit is quia ego sum ho
minis formator t reformator: creator t re
creator: factor t refactor. Nisi hoc credide
ritis q; ego sum: moriemini in peccatis ve
stris. Multum est quod ait ipse ego sum.

D
†Terr⁹ habet q: ego sum.
†Bis in pctō vro

Exo.iiij.

Exo.iiij.

F
Watth. xxviij.

Quia sic direrat dominus moysi. Ego suz qui sum. Quis digne eloquaḃ: quid sit sum. Mittebat deus per angelum suum seruz suum moysen ad liberādum ex egypto po pulum suum. Legistis quod audistis t nō
stis. Cōmemoro tñ: mittebat tremētē/ excu
santē sed obedientē. Cū ergo excusaret ait deo quem loqui in angelo intelligebat. Si dixerit mihi populus: quis est de⁹ qui mi
sit te: quid dicaz eis:¶ Et dñs ad eum. Ego sum qui sum. Et repetiuit. Dices filijs isrl. Qui est misit me ad vos. Non ait t ibi ego sum deus/ aut ego mundi fabricator/ aut ego sum omniū reruz creator/ aut ego sum ipsius populi liberandi ꝓpagator: sed hoc tantum: ego sum qui sum: et dices filijs is
rael qui est. Non addidit: qui est deus ve
ster: qui est deus patrum vrorū: sed tantuz hoc dixit q̄ est misit me ad vos. Forte mul
tū erat t ad ipm moysen/ sicut multū est t ad nos: et multomagis ad nos intelligere quid dictum sit/ ego sum qui sum: t qui est misit me ad vos. Et si forte capet moyses:
illi ad quos mittebat qñ caperent:¶ Distu
lit ergo dñs q̄ capere homo non posset: et addidit q̄ capere posset. Adiunxit enim et ait. Ego sum deus abraam t deus ysaac: t deus iacob. Hoc potes capere. Nam ego sum qui sum/ que mens pōt capere:¶ Quid ergo nos:¶ Audebim⁹ ne aliquid dicere ex hoc q̄ dictū est: ego suz qui sum. Uel potiꝰ
er hoc q̄ dix dicere audistis/ nisi credide
ritis q; ego sum moriemini in peccatis ve
stris. Jta ne his verbis meis tātillis t pe
ne nullis audebo disputare quid sit q̄ ait dñs xps: nisi crediderit is q; ego sum:¶ Au
debo ipsum dominum interrogare: audite me interrogantem potius q̄s disputantez. Magis querentem q̄s presumentez. Potiꝰ discentem q̄s docentem: t certe in me vel p me etiam vos interrogate. Presto est etiaz ipse dñs qui vbiq; est. Audiat interroganti affectum t intelligendi prestet effectum. Nam et ego quibus vbis et forte aliquid capio/ perducere possum q̄ capio ad cor
da vestra:¶ Quisnaz sufficit sonus: que sup petit eloquētia: que vires intelligendi: que facultas ꝓferendi:¶ Dicaz ergo dño nostro iesu christo: dicam t audiet me. Credo pre
sentem: omnino non dubito. Ipse enim di
xit. Ecce ego vobiscuz sum: ysq; ad consum
mationez seculi. O domine deus noster: q̄d est quod aisti nisi crediderit is q; ego sum:¶ Quid em̄ non est eorum que fecisti:¶ nunq̄d celum non est:¶ nunquid terra non est:¶ Nū quid nō sunt ea que in terra t in celo sunt:¶ Nunquid homo ipse cui loqueris non est:¶ Nunq̄d angelus quē mittis nō est. Si oia

sunt hec que per te facta sunt: quid est qđ tibi ꝓpriū ꝺḋaz tenuisti ipsum esse: qđ alijs non dediſti vt tu solus esses. Nā quo audio ego sum qui sum: quasi alia non sint
Exo.iiij. Et quomodo audio nisi crediderit is quia ego sum? Illi non erant q̄ audiebant? Et si peccatores erant homines erant. Quid ergo facio? Quid sit ipm esse dicat cordi: int⁹ dicat: intus loquatur. Homo interior audiat: mens capiat vere esse: est enim semp eodem modo esse. Res enim q̄libet omnino q̄si cepi disputare: et desiſti q̄rere: forte qđ audiui volo loq̄: auditui meo vet exultationē et vestro cuz loquor. Res enim q̄libet prorsus qualicūq; excellentia si mutabilis est: non vere est. Non eniz est ibi vere esse: vbi est et non esse. Quicquid enim mutari potest: mutatum nō est quod erat. Si non est quod erat: mors quedam ibi facta est. Peremptum est aliquid ibi quod erat & non est. Nigredo mortua est in capite albescentis senis. Pulchritudo mortua est in corpore fessi et incurui senis: mortue sūt vires in corpore languētis: mortua est statio in corpore ambulantis: mortua est ambulatio in corpore stantis: mortua est ambulatio et statio in corpore iacentis: mortua est locutio in lingua tacentis. Quicqđ mutatur et est qđ non erat: video ibi quādam vitam in eo quod est: et mortem in eo quod fuit. Deniq; de mortuo cum dicitur: vbi est homo ille? Respondetur fuit. O veritas que vere es. Naz in omnibus actionibus & motib⁹ nostris et in omni prorsus agitatione creature duo tempora inuenio: preteritum et futurum. Presens queroni: nihil stat. Quod dixi iam nō est: qđ dicturus sum nondū est. Qđ vixi iam nō est: qđ victur⁹ sum nōdū est. Preteritum & futurum inuenio in omni motu rep. In veritate aut manet: preteritum & futurum non inuenio sed solum presens: & hoc incorruptibiliter qđ in creatura non est. Discute rep mutationes: inuenies fuit et erit. Cogita deū inuenies est. Ubi fuit et erit esse non possit.
6 Ut q̄ tu sis: trāscēde tps. Sed qs trāscendet Uirib⁹ suis? Leuet illuc q̄ patri dixit. volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum. Hoc itaq; promittens ne moriamur in peccatis nostris: nihil aliud dominus iesus christ⁹ mihi videtur his verbis dixisse nisi crediderit is quia ego sum. Prorsus nihil aliō mihi⁹ videtur his verbis dixisse ſ̄ hoc nisi crediderit is q: deus ego sum: moriemini in peccatis vestris. Bene deo gratias quia dixit: nisi crediderit is non dixit: nisi ceperitis. Quis enim hoc capiat? Aut vere quia ausus sum dicere et vsi estis intelligere: aliquid de tanta ineffabilitate cepistis? Si ergo non capis fides te liberat. Ideo et dominus non ait: nisi ceperitis qz ego sum: sed quod poterāt dixit. Nisi crediderit is qz ego sum: moriemini in peccatis vestris. Et illi semper terrena sapiētes & semp ſm carnē audiētes & respondētes [qđ † ei dixerunt? Tu quis es]? Nō enim cū dixisti nisi crediderit is quia ego suz: addidisti quid esses. Quis es vt credamus? † [Et ille. Principiū]. Ecce qđ est esse: principiū mutari non pōt. Principium in se manet: et innouat omnia. Principium est: cui dictum est. Tu autez idem ipse es: et anni tui deficient. Principiuz ait: [qui et loquor vobis.] Principiū me credite ne moriamini in peccatis vestris. Tanq̄ enim in eo qđ dixerunt tu quis es? Nihil aliud dixerūt ſ̄ quid te esse credim⁹. Respondit. Principium .i. principium me credite. In greco nāq; eloquio discernitur: qđ non pōt in latino. Apd grecos em femini generis ē principium. Sicut apud nos lex generis feminini est: que apud illos est masculini. Sicut sapientia et apud nos & apud illos: generis feminini est. Consuetudo locutionis ideo per diuersas linguas variat genera vocabulorum: quia in ipsis rebus non inuenis sexū. Non enim sapientia vere femina est cū xp̄s sit dei sapientia: & xp̄s appelletur genere masculino sapientia femino. Cū ergo dicerēt iudei tu qs es. Ille q̄ sciebat esse ibi quosdam crediturōs & inde dixisse/tu qs es: vt scirent qđ illū credere deberent: respondit: principium. Nō tāq̄ diceret principiū sum: sed tanq̄ diceret principiū me credite. Quod in sermone greco vt diximus euidenter apparet vbi femiuini generis est principium. Velut si vellet dicere se esse veritatez: a dicentib⁹ tu qs es respōderit veritatē cū videretur ad id qđ dictū est tu qs es: respondere debuisse: veritas id est veritas sum. Sed quia tus respōdit: cū videret eos ita dixisse tu qs es/ ac si dicerent. Cum abs te audiuimus/ nisi credideritis qz ego sum: qđ te esse credimus? Ad hoc respondit: principiuz. Tanq̄ diceret. Principium me credite. Et addidit: q̄ & loquor vobis: id est: qz humilis ꝓpterea factus ad ista verba descendi. Nam si principium sicuti est ita maneret apud patrez & non acciperet formam serui & homo loqueretur hoibus (quō ei crederent: cū infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint. Ergo inquit credite me esse principium: quia vt credatis nō solū sum ſz et loquor vobis. Sed de hac re iam multum est loqui vobis. Placeat itaq;

† Als di cebāt er go ei.
† Als di cit eis ie sus.
Po.cj.

charitati vestre: vt qđ restat/illo adiuuante seruemus crastino reddituri.

Tractatus.xxxix.

¶ Multa habeo de vobis loqui & tu dicare: sed q̄ me misit verax est: & ego que audiui ab eo hec loquor in mundo. Et non cognouerunt: quia patrē eius dicebat deum.

A



Erba dñi nostri iesu christi q̄ habuit cuz indeis ita moderans loquelam suaz vt ceci non viderent: et fideles oculos aperirent: q̄ hodie de sancto euāgelio recitata sūt: ista sunt. [Dicebāt ergo iudei. Tu quis es?] Quia dixerat supra dominus. Nisi crediderit is quia ego suz/moriemini in peccatis vestris. Ad hoc ergo illi: tu qs es: veluti q̄rētes nosse in quem deberent credere: ne in suo peccato morerentur. [Respondit] dicentibus tu quis es. [& ait. Principiuz: qui & loquor vobis.] Si se dixit dñs esse principium queri pōt vtrum & pater principium sit? Si eniz filius principium est q̄ habet patrem: quāto facilius intelligēdus est deus pater esse principium qui habet quidem filiuz cui pater sit: sed non habet de quo sit? Filius cū patris est filius: & patri vniq; filij pater est. Sed de⁹ de deo filius dicitur: lumen de lumine filius dicitur. Pater dicitur lumen ſz non de lumine. Pater dicitur deus sed non de deo. Si ergo deus de deo: lumen de lumine principium est: ꝯto facilius intelligitur principium: lumen de quo lumen: & de⁹ de quo deus. Uidetur itaq; absurduz charissimi vt filium dicamus principium & patrem principium non dicamus. Sed quid agem⁹? Nūquid duo erunt principia. Tacuēdum est hoc dicere. Quid ergo? Et si pater principiuz: et filius principium: quomō non duo principia? Quō dicimus patrem deum et filium deum/nec tamen dicimus duos deos. Nephas est enim dicere duos deos: nephas est dicere tres deos: & tñ qui pater est non est filius: qui filius est non est pater. Spiritus aūt sanctus patris & filij spūs: nec pater est nec filius. Quāuis ergo sicut aures catholice sūt erudite in gremio matr̄ ecclesie: nec ille qui est pater sit filius: nec ille qui est filius sit pater: nec spūsanct⁹ patris & filij sit/vel filius vel p̄r: tres deos tñ esse non dicim⁹: ꝗuis de singulis si querat: necesse est de quocūq; interrogati fuerimus: deū esse fateamur. Et absurda ista videnť hominib⁹ solita trahentibus ad insolita visibilia ad inuisibilia: creaturā cōparantib⁹ creatori. Interrogāt em nos aliq̄ infideles & dicūt. Patrē quē dicitis. Respōdemus deū. Filiū quē dicitis/deū dicitis? Respōdemus deuz. Spm̄sctm̄ quē dicitis/deū dicitis. Respondem⁹ deū. Ergo inqunt pater & filius & spūsanct⁹ tres sunt dij? Respondem⁹: nō. Turbanť: qz nō illuminanť. Cor clausuz habēt: qz clauē fidei nō habēt. Nos ergo fratres fide precedente q̄ sanat oculos cordis nr̄i/qō intelligimus sine obscuritate capiamus qō nō intelligimus sine dubitatione credamus. A fundamento fidei non recedam⁹: vt ad culmē pfectiōis veniamus. Deus est pater: deus est filius: de⁹ est spūsanct⁹. Et tñ pater non est q̄ filius nec filius est qui pater: nec spūsctūs p̄ns & filij spūs: aut p̄r est aut filius. Trinitas vn⁹ de⁹: trinitas vna eternitas: vna ptās: vna maiestas. Tres psone sed nō tres dij. Nūc mihi calūniator rndeat. Quid q̄ tres? Si em tres ait opz dicas qđ tres? Respondeo pater & filius & spūsanct⁹. Ecce inqt tres dixisti: sed quid tres exprime: immo tu nūera. Nā ego ꝓpleo tres: cū dico pater & filius & spūsanct⁹. Id cū qō pater ad se est/de⁹ est: qō ad filiū est pater est. Qō filius ad se ipm/deus est: qō ad patrē est/filius ē. Ista q̄ dico potestis de similitudinibus agnoscere quotidianis. Homo et alter homo: si ille sit pater ille filius: qō homo ad seipsuz est: quod pater est ad filium est: & filius qō homo ē ad seipsum est: qō aut filius est ad patrem est. Pater em nomen est dictuz ad aliquid: & filius ad aliquid. Sz isti duo hoies sunt. At vero pater deus ad aliquid est p̄r: id est ad filiū. Et filius deus ad aliq̄d est filius id est ad patrē. Sed nō quō illi duo hoies sunt: sic isti duo dij. Quare hoc non ita est dij? Qz illō aliō: hoc aūt aliō est: qz illa diuinitas est: hec hūanitas. Est ibi aliqđ ineffabile: qđ ꝙbis explicari nō possit vt & numerus sit/& numer⁹ nō sit. Uidete em si nō quasi apparet nūerus: p̄r & filius & spūsanctus trinitas. Si tres: quid tres? Deficit nūerus. Ita de⁹ nec recedit a numero nec capit numero. Qz tres sunt/tanq̄ est nūerus. Si q̄ris q̄ tres: nō est numerus. Uñ dictū est. Magn⁹ dñs deus nr̄ & magnaꝙtus eius: & sapientie ei⁹ nō est numer⁹. Ubi cogitare ceperis incipis numerare. Ubi nūeraueris: qđ numeraueris nō potes respondere. Pater pater est: filius filius est: spiritus sanctus spūsanct⁹ est. Quid sunt isti tres p̄r & filius & spūsctus. Nō tres dij. Nō. Nō tres oīpotentes? Nō. Nō tres mūdi creatores? Nō. Ergo oīs pater: oīs plane. Ergo & filius nō omnipotēs? & tuus oīs pla-

ne. Ergo ſpūſſanct⁹ non oipotens:⁊ Et ipſe oēs. Tres ḡ oipotentes:⁊ Nō:ſed vn⁹ oēs Hoc ſolū nūerū inſinuat qō adinuicē ſunt nō qō ad ſe ſunt. Qz em̄ de⁹ pater ad ſe eſt de⁹ ſimul cū filio et ſpūſſancto:nō ſūt tres dij. Qz ad ſe eſt oipotēs ſimul cū filio ⁊ ſpirituſancto:nō ſunt tres oipotēs. Qz vero nō ad ſe eſt pater ſed ad filiū:nec filiꝰ ad ſe ſed ad patrem:nec ſpūſſctūs ad ſe in eo qō ē:ſpūs patris ⁊ filij:nō eſt qđ dicā tres:ni ſi patrē ⁊ filiū et ſpūſctm̄ vnū deū: vnū oipotentē. Ergo vnū principiū. Accipite aliqđ de ſcripturis ſctis:vnde hoc qō dicitur vtcunq; capiatis. Poſtea q̄ dñs nr̄ ieſus chriſtꝰ reſurrexit:⁊ cū volunt aſcēdit in celum:decē diebꝰ illic impletis miſit inde ſpm̄ tūſctm̄. Quo impleti q̄ aderant in cōclaui vna:oim gentiū linguis ceperūt loq. Mirabiles exterriti dñi interfectores cōpūcti doluerūt:dolētes mutati ſunt:mutati crediderunt. Acceſſerūt corpori dñi:id eſt numero fideliū tria milia hoim. Itē alio facto q̄dā miraculo acceſſerunt alia quinq; milia facta eſt plebs vna non pauca: in qua oēs accepto ſpiritu ſācto quo amor ſpiritualis accenſus eſt charitate ipſa et feruore ſpiritus in vnū redacti:ceperūt in ipſa ſocietatis vnitate venders oia q̄ habebant et precia ponere ad pedes apoſtolorū: vt diſtribueretur vnicuiq; prout cuiq; opus erat.

Act. iiij. Et hoc de illis ſcriptura dicit:q̄ erat eis aia vna et cor vnū in deū. Attendite ergo fratres et hic agnoſcite myſteriū trinitatis:quō dicam⁹ ⁊ pater eſt et filiꝰ eſt ⁊ ſpūſanctus eſt:⁊ tamē vn⁹ de⁹ eſt. Ecce illi tot milia erant:et cor vnū erāt. Ecce tot milia erant et vna aia erant. Sed vbi:⁊ In deo. Et ⁊tomagis ipſe de⁹:⁊ Nūquid error in verbo qñ dico duos hoies duas aias: aut tres hoies tres aias:aut mltos homines multas aias:⁊ Recte vtiq; dico. Accedant ad deū:et vna anima eſt oim. Si accedentes ad deū multe aie per charitatem vna aia eſt:et multa corda vnū cor:qđ agit ipſe fons charitatis in patre et filio:⁊ nōne ibi magis trinitas vn⁹ eſt de⁹:⁊ Inde em̄ nobis charitas venit:de ipſo ſpūſancto:ſicut di-

Roma. v cit apoſtolus. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpm̄ſctm̄ q̄ datus eſt nobis. Si ergo charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpm̄ſctm̄ qui dat⁹ eſt nobis:⁊ mltas aias facit vna aia:⁊ multa corda facit vnū cor. Quātomagis pater et filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ:de⁹ vn⁹:lumē vnū: vnūq; principium:⁊ Audiamus ergo principium

C quod loquitur nobis. [Multa inq̄t habeo loqui de verbis et iudicare]. Meminiſtis quod ait:ego non iudico quēq;. Ecce modo dicit:multa habeo de vobis loqui et iudicare. Sed aliud eſt nō iudico:aliud habeo iudicare. Nō iudico dicit ad preſens. Venerat em̄ vt ſaluaret mūdū:nōvt iudicaret mundū. Qō autē dicit:multa habeo de vobis loqui et iudicare:iudiciū futurū dicit. Jō em̄ aſcēdit vt veniat iudicare vinos ⁊ mortuos. Nemo iuſtiꝰ iudicabit/q̄ iniuſte iudicatꝰ eſt. Multa inq̄t habeo de vobis loqui et iudicare. [Sed q̄ miſit me verax eſt]. Audete quēadmodū patri det gloriam equalis filiꝰ. Exemplū em̄ nobis prebet:⁊ tāq̄ in cordibus noſtris loquitur. O homo fidelis:ſi euangeliū meū audis: dicit tibi dñs de⁹ tu⁹. Ubi ego in principioverbū deus apud deū/equalis patri coeternꝰ

D genigenti do gloriā ei cuius ſum filius:quō tu ſuperbus es aduerſus eum cuius ſumus es. Multa habeo inquit de vobis loqui et iudicare:ſed qui me miſit verax eſt. Tanq̄ diceret. Jdeo verum iudico:quia filius veracis veritas ſum. Pater verax:filius veritas. Quid putamus eſſe amplius:⁊ Cogitemus ſi poſſumus qđ eſt amplius:verax an veritas. De q̄ buſdam q̄ram⁹. Pius homo an pietas:⁊ ſed plus eſt ipſa pietas. Pius em̄ a pietate:non pietas a pio. Poteſt enim eſſe pietas: et ſi ille qui pius erat facꝰ eſt impius:ipſe perdidit pietatem/pietati nihil abſtulit. Quid item pulcher et pulchritudo:⁊ pl⁹ eſt pulchritudo q̄ pulcher. Pulchritudo enim facit pulchrum non pulcher fecit pulchritudinem. Caſtus et caſtitas:⁊ Caſtitas plane plus eſt q̄ caſtus. Si enim caſtitas non eſſet:vnde eſſet iſte caſtus nō haberet:ſi autem noluerit eſſe caſtus: caſtitas integra pſeuerat. Si ergo plus pietas q̄ pius/plus pulchritudo q̄ pulcher/plus caſtitas q̄ caſtus:nūquid dicturi ſumus plus veritas q̄ verax:⁊ Si hoc dixerimus:filiū incipiemus dicere patre maiorem. Ait enim apertiſſime ipſe dñs. Ego ſū via et veritas et vita. Ergo ſi filiꝰ veritas pater quid:niſi quod ſ. ipſa veritas/qui me miſit verax eſt. Filiꝰ veritas:pater verax. Quid plus ſit quero:ſed equalitatem

D inuenio. Verax enim pater nō ab ea veritate verax eſt cuiꝰ patrem cepit:ſed quā totam genuit. Video planiꝰ eſſe dicendum:⁊ certe ne vos diu teneam hodie hucuſq; tracteꝝ. Cum ſi mihi quod volo dicere adiuuante deo ſermo claudat. Hoc ideo dixi: vt intentos vos facerem. Omnis anima quomodo res eſt mutabilis: et q̄uis magna creatura:tamen creatura eſt. Quāuis corpori melior:tamen facta. Dis ergo aia quomodo mutabilis eſt:hoc eſt modo credit:modo non credit:modo vult:modo nō

pult. Modo adultera ē:modo caſta: modo bona:modo mala:mutabilis. Deus autē hoc eſt qō eſt:ideo propriū nomen ſibi tenuit:ego ſum qui ſum. Hoc ⁊ filius:dicēdo miſi:crediderit⁹ qz ego ſuz. Ad hoc pertinet ⁊ tu quis es:⁊ Principium. Deus igitur incōmutabilis eſt:anima mutabilis. Quando capit anima ex deo vñ ſit bona: participando fit bona:quō tuus oculus participando videt. Nam lumine ſubtracto non videt:cuius particeps factus videt. Qz ergo aia pticipādo fit bona:ſi mutata ceperit eſſe mala: bonitas manet cui⁹ erat particeps bona. Bonitatis em̄ cuiuſdam particeps facta ē cū bona eſſet:q̄ mutata in peius/integra bonitas pmanet. Si recedat anima ⁊ mala fiat:nō minuit bonitas. Si reuertatur ⁊ bona fiat:nō creſcit bonitas. Factus eſt oculus tu⁹ particeps lucis huius ⁊ vides. Clauſus eſt/hanc lucem non minuiſti. Apertus eſt/hanc lucez non auxiſti. Hac data ſimilitudine fratres intelligite: quis ſi pia eſt anima: eſt pietas apud deum:cuius ſit particeps aia. Si eſt caſta aia/eſt caſtitas apud deū cuius eſt particeps aia. Si bona eſt aia:eſt bonitas apd deum cuius eſt particeps aia. Si eſt verax aia:eſt veritas apud deuz cuius eſt particeps aia. Cuius particeps ſi nō fuerit aia

ps. cxv. ois homo mēdax. Si ois hō mēdax:null⁹ homo de ſuo eſt verax. Pater aūt verax de ſuo eſt verax:q̄ genuit veritatē. Aliud eſt verax eſt homo iſte qui iam pcepit veritatem:aliud eſt verax deus qui genuit veritatem. Ecce quō verax eſt deus:non participando ſed generando veritatē. Video vos intellexiſſe ⁊ gaudeo. Sufficiatvob⁹ hodie cetera quando dño placuerit ſicut donauerit exponemus.

Tractatus.xl.

Dixit ergo eis ieſus. Cū exaltaueritis filiū hominis tunc cognoſcetis qz ego ſum:⁊ a meipſo facio nihil:ſed ſicut docuit me pater hec loquor. Et qui me miſit mecum eſt:⁊ nō reliquit me ſolū quia ego que placita ſunt ei facio ſemper. Hec illo loquente:multi crediderunt in eum.



E ſancto euāgelio ſm̄ iohannem qō geſtare nos videtis in manibus iam multa audiuit charitas veſtra que deo donāte ſicut potuimus diſputauimus. Cōmendantes vobis maxime iſtum euangeliſtam de dñi di-

Exo. iiij. Joh. viij

† hec eſt ſnia textus: verbis aliquātulū mutatis

uinitate ſm quam equalis eſt patri filius vnicus dei/loqui elegiſſe:⁊ ꝓpterea aquile cōparatū. Nulla dppe auis volare altius perhibet. Proinde que ex ordine ſubſequūtur:ſicut ea dñs tractare donauerit intentiſſime audite. Locuti ſumus vobis de precedenti lectione inſinuātes quō intelligatur pater verax:filius veritas. Cum autē diciſſet dñs ieſus:verax eſt qui me miſit. [Nō intellexerūt iudei qē de patre illis dicebat:⁊ ait illis:] quomodo cum legeret audiſtis. [Cum exaltaueritis filiū hominis tunc cognoſcetis qz ego ſum ⁊ a meipſo facio nihil:ſz ſicut docuit me pr̄ hec loquor.] Quid eſt hoc:⁊ Nihil em̄ aliud videt dixiſſe niſi eos poſt paſſionem ſuam cognituros quis eēt. Proculdubio ergo videbat ibi aliquos quos ipſe nouerat/quos ipſe cum ceteris ſanctis ſuis ante conſtitutionem mūdi preſciendo elegerat:poſt paſſionem ſuā eſſe credituros. Ipſi ſunt illi quos aſſidue cōmendauimus:⁊ ad imitationem cuz magna exhortatione ꝓponimus. Miſſo enim Act. ij. deſuper ſpiritu ſancto poſt dñi paſſionez ⁊ reſurrectionē ⁊ aſcenſionez/cum miracula fierent in eius nomine quē tanq̄ mortuz perſequentes iudei cōtemſerāt cōpuncti ſunt corde. Et qui ſeuientes occiderūt: mutati crediderunt. Et quem ſanguinē ſemendo fuderūt:credendo biberunt illa tria milia:⁊ illa quinq; milia iudeor:quos ibi videbat qñ dicebat. Cum exaltaueritis filiū hois tunc cognoſcetis qz ego ſum. Tanq̄ dicens. Differo cognitionem vr̄am: vt impleam paſſionē meam. Ordine verſo cognoſcetis qui ſum:non qz oēs tunc erant crediturι ex his qui audiebāt:id eſt poſt paſſionem dñi. Nam/paulo poſt dicit: hec eo loquente multi crediderunt in eum. Et nondum exaltatus erat filius hois. Exaltationem quippe diem paſſionis nō glorificationis:crucis nō celi:qz ⁊ ibi exaltatus eſt qñ pependit in ligno. Sed illa exaltatio humiliatio fuit. Tunc em̄ factus eſt obediens vſq; ad mortem:mortem autem crucis. Hoc oportebat impleri per eorum manus qui poſtea fuerant creditурι:quibus dixit:cuz exaltaueritis filiū hominis:tunc cognoſcetis qz ego ſum. Quare hoc:niſi vt nemo deſperaret in quocunq; ſcelere male ſibi conſcius quando videbat eis donari homicidium qui occiderant chriſtuz. Hos ergo in illa turba agnoſcens domin⁹ dixit. Cuz exaltaueritis filiuz hominis:tūc cognoſcetis qz ego ſum. Jā noſtis quid ſit ſum:nec aſſidue repetendum eſt:ne pariat res tanta faſtidiū. Recolite illud/ego ſuz qui ſum ⁊ qui Exo. iiij. eſt miſit me:et agnoſcetis quid dictum ſit:

tunc ſcietis quia ego ſum. Sed et pater eſt ⁊ ſpiritusſanctus eſt: ad ipm eſſe ptinet tota trinitas. Sed qz dñs ſicut filius loquebatur: ne forte in eo qđ dixit/tũc cognoſcetis quia ego ſuz: ſubintraret error ſabellianoz: quẽ vobis erroꝛez cõmẽdaui nõ tenẽdũ: ſed canẽdũ: eorum ſcz q̃ dixerũt: ipſe eſt pater: ipſe eſt filiꝰ duo ſunt nomina: ſed res vna. Propter iſtũ ergo cauendũ errorẽ cũ dixiſſet dñs: tũc cognoſcetis qz ego ſum ne ipſe intelligeretur pater continuo ſubiunxit. [Et a meipſo facio nihil. Sed ſicut docuit me pater hec loquor]. Jaz gaudere ceperat ſabellianꝰ/erroris ſui occaſione comperta. Statim vt ſe tanꝯ in obſcuro extulit: ſequẽtis ſentẽtie luce confuſus eſt. Putaueras eũ eſſe patrẽ qz dixit ego ſuz: audi qz filiꝰ eſt: a meipſo facio nihil. Quid eſt: a meipſo facio nihil? A meipſo nõ ſum. Filiꝰ enim de pfe eſt deus. Pater autem nõ eſt de filio deꝰ. Filius eſt deꝰ de deo. Pater aũt deꝰ ſed non de deo. Filiꝰ eſt lumẽ de lumine. Pater antẽ lumẽ ſz non de lumine. Filius eſt/ſz ẽ de quo eſt Pater autez eſt: ſed non eſt de quo eſt. Qđ ergo addidit: ſicut docuit me pater hec loquor: memini veſtrum obrepat cogitatio carnalis fratres mei. Non enim poteſt humana infirmitas cogitare niſi quod cõſueuit facere vel audire. Nolite ergo vobis q̃ſi duos homines ante oculos ponere: vnuz patrem alterum filium: ⁊ loquentẽ patrem ad filium: ſicut facis qñ verba aliqua dicis filio tuo monens eum: et inſtruens euz quomodo loquatur: vt quecũqz audiuit a te cõmendet memorie. Cum commendauerit memorie: pferat et lingua: diſtinguat ſonaz: inferat auribus alienis qđ pcepit in ſuis. Nolite ita cogitare ne in corde veſtro idola fabricetis/et humanam formã, humanorum laniamenta mẽbrorum: figuram carnis humane: ſenſus iſtos conſpicuos: ſtaturam motuſqz corporis lingue officium: diſtinctiones ſonorum. Nolite in illa trinitate cogitare niſi qđ ptinet ad formã ſerui quã accepit vnigenitꝰ filiꝰ cũ verbum caro factũ eſt vt habitaret in nobis. Joh.j. Ibi non te prohibeo humana infirmitas cogitare qđ noſti: immo etiã cõpello. Si fides in te vera eſt talem chriſtum cogita: ſz ex Maria virgine non de deo patre. Talẽ cogita: infans fuit: creuit vt homo: ambulauit vt homo: eſuriuit ſitiuit vt homo: doluit vt homo: paſſus poſtremo vt homo ſuſpenſus in ligno occiſus ſepultus vt homo: in eadem forma reſurrexit: in eadem forma ante oculos diſcipulorum aſcendit in celum: in eadem forma venturus eſt ad

C

iudicium. Angelorum enim vox eſt in euangelio expreſſa: ſic veniet quẽ eũ videritis eũtem in celum. Qñ ergo de forma ſerui cogitas in chriſto: humanaz effigiẽ cogita ſi eſt in te fides. Quando aũt cogitas in principio erat verbũ: ⁊ verbum erat apud deũ et deus erat verbum: pereat de corde tuo omnis humana figuratio: pellatur de cogitationibus tuis quicquid fine corporeo terminatur quicquid loci ſpacio continetur ve quantalibet mole diffunditur: de corde tuo figmẽtũ tale diſpereat. Cogita ſi potes pulchritudinez ſapientie: occurrat tibi pulchritudo iuſticie. Forma eſt: Statura eſt: Color eſt: Nihil horuz eſt: ⁊ tamen eſt. Nam ſi non eſſet: nõ amaretur nec merito laudaretur nec amata nec laudata corde moribuſqz teneretur. Nunc verbo fiunt homines ſapientes: vnde dicerent niſi eſſet ſapientia? Porro aũt o homo ſi ſapientiam tuã videre cernis oculis non potes: nec tali imaginatõe cogitare quali a corporalia cogitantur: ſapientie dei audes ingerere humanã corporis formã. Quid ergo dicimus fratres? Quõ locutꝰ eſt pr̃ filio? Quo filius ait: ſicut docuit me pater hec loquor locutus eſt illi: qñ docuit pater filiũ verba fecit: quõ tu qñ doces filium tuũ ꝓba facis Quomodo facis verba verbo? Que verba multa fierent vnico verbo: verbum enim patris aurem habuit ad os patris? Carnalia ſunt iſta: pereant de cordibus veſtris. Hoc enim dico: ecce ſi intelleriſtis qđ ego dixi: ego certe locutꝰ ſum: ⁊ mea verba ſonuerunt: ſoniſqz aures pepulerũt et p ſenſus audituꝰ veſtri: ad cor ſuiam pduxerunt. Si intelleriſtis / facite aliquẽ audiſſe latine lingue hominẽ: tantũmodo audiſſe/nec tñ intelleriſſe quod dixi. Quãtum ad ſtrepitũ pertinet emiſſum ex ore meo ſic eiꝰ ille pticeps factus eſt q̃ nõ intellexit: quõ et vos. Cum ſonum audiuit eedem ſyllabe aures eius percuſſerunt: ſed intellexit de ipſius nihil genuerunt. Quare? Quia non intellexit. Vos aut ſi intelleriſtis vnde intelleriſtis? Ego ad aurẽ ſonui: nũqd ego in cor lumen accendi. Proculdubio ſi verum eſt qđ dixi ⁊ hoc verbum non ſolũ audiſtis: verũctiaz intelleriſtis: due res ibi facte ſunt/diſcernite illas: auditus ⁊ intellectus. Auditus per me factus eſt: intellectus p quez? Ego ad aurem dixi: vt audiretis: ad cor vrm qđ dixit vt intelligeretis? Sine dubio aliquis ⁊ ad cor veſtrũ aliquid dixit: vt nõ ſolũ ſtrepitus iſte verboruz percuteret aurẽ veſtrã ſed etiam in cor veſtrum aliquid deſcenderet veritatis. Dixit aliquis et ad cor veſtrũ ſed non eum videtis. Si intelleriſtis fra

D

tres: dictum eſt ⁊ corđi veſtro. Munus dei eſt intelligẽtia. Quis hoc dicit in corde veſtro ſi intelleriſtis? Cui dicit pſalmus: da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. Verbi gratia: epiſcopus locutus eſt. Quid locutꝰ eſt aliqs ait? Reſpõdes qđ locutus ſit: et addis: verũ dixit. Tũc alius qui non intellexit. Quid dixit inqt? Aut quid ẽ qđ laudas? Ambo me audierũt: ambobꝰ ego dixi: ſed vni ipſoz deꝰ dixit. Si parua magnis cõparare concedit: quõ nos ad eũ qđ ſum? Tñ neſcio quid incorporaliter ⁊ ſpiritualiter facit in nobis deꝰ: qđ nec ſonus eſt qui aurẽ pcutiat: nec color qui oculis diſcernat: nec odor eſt q̃ narib⁹ capiat: nec ſapor q̃ faucibus iudicet: nec durũ nec molle q̃ tangẽdo ſentiat: ⁊ tñ aliqđ eſt qđ ſentire facile eſt: explicare impoſſibile eſt. Si ergo deus vt dicere ceperaz loquitur in cordibꝰ noſtris ſine ſono: quõ loqtur filio ſuo? Sic ergo fratres ſic cogitate ẽtum poteſtis vt dixi: licet parua magnis modo aliquo comparare: ſic cogitate. Incorporaliter pater locutus eſt filio: qz incorporaliter pater genuit filium: nec eũ ſic docuit quaſi indoctũ genuerit: ſz hoc eſt eũ docuiſſe qđ eſt ſcietẽ genuiſſe: ⁊ hoc ẽ docuit me pater: quod eſt ſcientem me genuit pater. Si enim qđ pauci intelligunt ſimplex eſt natura veritatis hoc eſt filio eẽ qđ noſſe. Ab illo ergo habet vt nouerit a quo habet vt ſit: non vt prius ab illo eſſet ⁊ ab illo poſtea noſſet: ſed quẽadmodũ illi gignendo dedit vt eſſet: ſic gignendo cedit vt noſſet. Quis ſimplici vt dictum eſt nature veritatis eſſe et noſſe: non eſt aliud atqz aliud ſed hoc ipſz. Dixit ergo iſta iudeis ⁊ addidit: ⁊ qui me miſit mecuz eſt. Jam hoc ⁊ ante dixerat: ſed rez magnã aſſidue cõmemorat: miſit me ⁊ mecum eſt. Si ergo tecum eſt o dñe: non vnus ab alio miſſus eſt: ſed ambo venſtis. Et tamen cũ ambo ſimul ſint: vnus miſſus eſt: alter miſit. Quomodo miſſio incarnatio eſt: et ipſa incarnatio filij tñ eſt et non patris. Miſit itaqz pater filiũ: ſed nõ receſſit a filio. Nõ enim quo miſit filiuz: non ibi erat pater. Ubi enim non eſt qui fecit omnia: vbi nõ eſt ⁊ qui dixit: celũ ⁊ terram ego impleo? Sed forte pater vbiqz eſt: ⁊ filius nõ vbiqz eſt. Euãgeliſta audi. Jn hoc mundo erat: ⁊ mũdus p eũ factus eſt. Ergo inquit qui miſit me cuius auctoritate tãꝯ paterna incarnatus ſum/mecũ eſt: non me reliquit. Quare non me reliquit? [Et nõ me reliquit inquit ſolũ qz ego que placita ſunt ei facio ſemp.] Jpa eſt equalitas ſemper: nõ ex quodã initio et deinceps/ſed ſine initio: ſine fine. Dei enim generatio nõ hz initiũ tempoꝛis: qz per geE hic.xxiij

nitũ facta ſũt tpa. [Hec illo loquẽte multi crediderunt in eũ.] Utinam ⁊ me loquente multi qui aliud ſapiebant intelligãt: et credant in euz. Quidã enim forteaſſe ſunt in iſta multitudine arriani: non audeo ſuſpicari eſſe ſabellianos qui ipſum patrẽ dicũt eſſe qui filiꝰ eſt. Hereſis quippe iſta nimis antiqua eſt: ⁊ paulatim euiſcerata. Arrianorũ aũt adhuc videtur habere aliquã motionẽ quaſi cadaueris putreſcentis aut cerẽ vt multũ quaſi hoꝛis aia egentis: oportet inde reliquos liberari/ſicut inde multi liberati ſunt. Et quidẽ iſtas ciuitas eos non habebat: ſed poſtea ꝯ multi peregrini aduenerũt: nõ nulli ⁊ ipſi venerũt. Ecce hec dño loquẽte multi iudei crediderũt in eũ. Ecce et me loquẽte arriani credãt: nõ in me ſed me cũ in eo. [Dicebat ergo dñs ad eos q̃ †crediderant in eũ iudeos. Si vos manſeritis in verbo †meo.] Jdeo mãſeritis qz initiati eſtis qz ⁊ ibi eſſe cepiſtis. Si mãſerit: hoc eſt in fide q̃ in vobis eſſe credentibus cepit quo peruenſtis? Vide quale initiuz: quo ꝓducit. Amaſti fundamentũ: culmen attende/⁊ ex iſta humilitate aliã celſitudinẽ q̃re Fides enim humilitatẽ habet: cognitio ⁊ immortalitas ⁊ eternitas nõ habet humilitatem ſed celſitudinẽ: erectionem ⁊ nullã defectionẽ: eternã ſtabilitatẽ: nullã ab inimico expugnationẽ: nullũ deficiendi timorez. Magnuz eſt qđ incipit a fide: ſed contẽnit fundamentũ. Solet etiaz in edificio ab imperitis contẽni. Foſſa fit grandis/lapides quoquo mõ paſſiz mittũtur: nulla ibi expoſitio/nulla pulchritudo apparet: quõ nec ſ arboris radice apparet aliqua pulchritudo: totum tamen quicquid te delectat in arbore: de radice ſurrexit. Si vides radicem ⁊ non delectaris: vides arborẽ ⁊ miraris. Stulte qz miraris: inde ſurrexit quo nõ delectaris. Parum aliquid videtur fides credentium: non habes ſtateram vnde appẽdas. Audi ergo quo peruenſat: ⁊ vide quã ta ſit: ſicut ⁊ ipſe dñs in alio loco dicit. Si habueritis fidẽ ſicut granuz ſynapis. Quid humiliꝰ? quid vehemẽtius? quid minutiꝰ? qđ feruentius? Ergo ⁊ vos ait ſi mãſeritis in verbo meo in quo credidiſtis: quo perducemini? [Vere diſcipuli mei eritis.] Et quid nobis prodeſt? [Et cognoſcetis veritatem.] Quid promittit credentibus fratres. Et cognoſcetis veritatem. Quid enim illam cognouerant: quando dñs loquebatur? Si non cognouerant: quõ crediderunt? Non qz cognouerunt crediderunt: ſz vt cognoſcerent crediderunt. Credimus enim vt cognoſcamus: non cognoſcimus vt credamus. Quod enim cogniturí ſumus nec ſ. Cor. ij.

Pſalmo cxvij.

†Al. crediderũt ei.

†Als in ſermone meo.

Wat.j.

F

oculus vidit/nec auris audiuit/nec in cor hominis ascēdit. Quid ē em̄ fides: nisi credere quod non vides? Fides ergo est qđ non vides credere: veritas qđ credisti videre: sicut ipse quodā loco ait. Jō dñs p̄us ad faciendā fidē ambulauit in terra. Humo erat: humilis factus est: ab oibus videbatur nec ab oibus cognoscebat: a multis reprobabat: a turba occidebat: a paucis dolebat: sed tamen nec ab eis a quib⁹ dolebat nondū sicut erat cognoscebat. Totum hoc quasi initiū est liniamētoꝝ fidei ⁊ structure future. Qđ dñs ipe attendēs quodā
Jo. xiiij. loco ait. Qui diligit me mādata mea custodit. Et qui diligit me diliget a patre meo: et ego diligā eū ⁊ ostēdā meip̄m illi. Quē q̄ audiebant vtiq; iam videbāt: eis tñ si diligebant: videndum se p̄mittebat. Sic ⁊ hic cognoscetis veritatē. Quid em̄: qđ dixisti non est veritas? Veritas est. Sed adhuc credit nōdū videt. Si maneat in eo qđ cre
s. Joh. xiij ditur: veniet ad id qđ videat. Inde iohānes ipse sanct⁹ euangelista in epistola sua/ dilectissimi inquit filij dei sumus: sed nondū apparuit qđ erim⁹. Jā sum⁹ et aliqđ erimus. Quid plus erim⁹ q̄s sum⁹? Audi. Nōdum apparuit qđ erim⁹ scim⁹: qz cū apparuerit similes ei erim⁹. Uñ. Qm̄ videbimus eū sicuti est. Magna promissio: sed merces est fidei. Queritis mercedem: opus p̄cedat. Si credis mercedē exige fidei. Si autem nō credis fidei mercedē qua fronte q̄ris. Si ergo manseritis in v̄bo meo: vere
ps. iiij. discipuli mei eritis: vt cōtemplemini ip̄az veritatem sicuti est: nō per verba sonantia sed per lucez splendentem cum signauerit nos qđ legitur in psalmo. Signatū est sup nos lumen vult⁹ tui dñe. Moneta dei sum⁹ numm⁹ a thesauro aberrauim⁹ errore: detritū est qđ in nobis fuerat impressum vt nit q̄ reformet qz ipse formauerat. Querit et ipse nūmū suū: licut cesar nūmum suus.
Luce. xx Jō ait. Reddite cesari q̄ cesaris sunt. Cesari nūmos/deo vosp̄os. Tunc ergo exp̄imetur veritas in nobis. Quid dicam charitati vestre? O si cor esset qualitercunq; suspirans in illam ineffabilez gloriam: o si peregrinationem nostram in gemitu sentiremus et seculum non amaremus: et ad eum qui nos vocauit pia mente perpetuo pulsaremus. Desiderium sinus cordis est. Capiemus: si desiderium ch̄tuz possumus extendamus. Hoc nobiscuz agit scriptura diuina: hoc congregatio populorum: hoc celebratio sacramentoꝝ: hoc baptismus sanctus: hoc cantica laudis dei: hoc ipsa nra disputatio: vt hoc desideriū nō solū seminetur ⁊ germinet: verūetiā in modū tāte capacitatis augeat: vt idoneuz sit sumere qđ oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hois ascēdit. Sed amate mecū. Nō
1. Cor. ij. amat multū nūmū q̄ amat deū. Et ego paui infirmitatē nō aud⁹ sū dicere nō amat nūmū: sz nō multū amat nūmū: quasi amādus sit nūm⁹ sed nō multū. O si deū digne amem⁹: nūmos oino non amabimus. Erit tibi nūm⁹ instrumētū peregrinatiōis/nō irritamētū cupiditatis: quo vtaris ad necessitatez: nō quo fruaris ad delectationē Deuz ama si aliqđ in te egit: qđ audisse te laudas vtere mundo: nō te capiat mūdus quo intrasti. Iter agis: exiturus venisti nō remanhir⁹. Iter agis: stabulū est hec vita: vtere nummo quō viator: in stabulo vtitur mensa calice/vrceo/lectulo/ dum iturus non permānsurus. Si tales fueritis: erigite cor si potestis et andite me. Si tales fueritis ad ei⁹ promissa venietis. Nō em̄ multum est ad vos: quia magna est manus eius q̄ vos vocauit. Uocauit: inuocetur dicat illi Uocasti nos: inuocamus te. Ecce audiumus vocantem: audite inuocantes. Perduc quo promisisti/perfice qđ inchoasti: noli deserere munera tua/noli deserere agrū tuum: germina tua intrent in horreuz tuū. Abundant tempestates in mundo: ſz maior est q̄ fecit mundū: abūdant tentationes sed non deficit q̄ in illo spem ponit in quo defectus nullus est. Ad hoc hortatus sum ista fratres: quia libertas de qua loquitur dñs noster. Jesus ch̄ristus nō huius temporis est. Uidete qđ adiumsit. Uere discipuli mei eritis ⁊ cognoscetis veritatem: [⁊ veritas liberabit vos]. Quid est liberabit vos? Liberos vos facit. Deniq; iudei carnales et sōm carnem ambulantes/ nō hi q̄ crediderāt. sed in illa turba qui non crediderant iniuriā sibi factā putauerunt: qz dixit eis: veritas liberabit vos. Indignati sunt seruos se esse significatos et vere serui erant et exponit illis q̄ sit seruitus: et q̄ sit futura libertas quam ip⁹ promittit. Sed de hac libertate et de illa seruitute: nunis longū est vt hodie disputemus.

Tractatus. xlj.

[Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderant ei iudeos. Si vos manseritis in sermōe meo: vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatem: et veritas liberabit vos. Respondērūt ei. Semen abrae sum⁹: ⁊ nemini seruiuim⁹ vnq̄. Quō tu dicis liberi eritis: respondit eis Iesus. Amē amē dico vobis: qz ois q̄ facit peccatum ser

uus est peccati. Seruus autē nō manet in domo in eternum: filius manet in eternum. Si ergo vos filius liberauerit: vere liberi estis.

B  Uod lectionem ptistinam sequitur et de sctō euāgelio hodie nobis recitatuz est tunc distuli dicere quō multum iam dixeram: et de libertate i qua nos vocauit gratia saluator⁹ nō preterenter neq; negligenter fuerat disserendum. Hinc hodie domino adiuuāte statuimus loqui vobis. Quibus em̄ loquebat dñs Jesus christus/iudei erāt ex magna q̄dē parte inimici: sed etiā amici ex quadā parte iā facti ⁊ futuri. Nam quosdam ibi videbat sicut iam diximus: qui post passionem fuerant credituri. Hos intuens dixerat. Cum exaltaueritis filiū hominis tunc cognoscetis quia ego sum. Erant ibi etiaz qui hec loquente illo continuo crediderūt: ipsis locutus est qđ audiuim⁹ hodie. [Dicebat ergo iesus ad eos qui crediderant ei iudeos. Si manseritis in verbo meo vere discipuli mei eritis]. Manendo eritis. Quia enim nunc credentes estis: manendo videntes eritis. Jdeo sequitur: [et cognoscetis veritatem]. Ueritas incommutabis est: veritas panis est: mentes reficit nec deficit. Murat pascentem: non ipsa in pascente mutatur. Ipsa est veritas verbuz dei: deus apud deum vnigenit⁹ filius. Hec est veritas carne induta est propter nos vt de maria virgine nasceretur et impleretur
psalmo lxxxiiij. prophetia. Ueritas de terra orta est. Hec q̄ veritas cum iudeis loqueretur latebat in carne. Latebat aūt nō vt negaretur sed vt differretur. Differretur vt in carne patere tur. Jn carne autem pateret vt caro peccati redimeretur. Stans itaq; cōspicuus fz infirmitatem carnis dñs noster iesus christus ⁊ fm majestatis diuinitatem occult⁹ dixit ad eos qui ei cū hec loqueretur crediderant. Si manseritis in verbo meo: vere discipuli mei eritis. Qui enim perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit. Et cognoscetis veritatem que modo vos latet et loquitur vobis: [et veritas liberabit vos]. Hoc verbum dominus ad libertatem posuit: liberabit vos. Nihil est enim aliud p ptie liberat: nisi liberum facit. Quomodo saluat/nihil est aliud q̄ saluum facit: quomodo sanat/nihil est aliud q̄ sanum facit. Ditat: nihil est aliud q̄ diuitem facit: sic liberat nihil est aliud q̄ liberum facit. Hoc in verbo greco planus est. Nam in latina consuetudine plerūq; dicimus hominem liberari quod ad libertatem nō p̄tinet sed tantū ad salutez. Sicut q̄sq; dicit liberari ad infirmitate: vsitate dicitur non tamen ꝓprie. Sic aūt posuit dñs hoc verbum vt diceret et veritas liberabit vos: vt in greca lingua nemo dubitet eum de libertate dixisse. Deniq; ⁊ iudei sic intellexerunt ⁊ rñderūt ei. Nō illi q̄ iā crediderant sed illi q̄ in turba erāt nōdū credētes. [Rñderunt ei. Semē abrae sum⁹: ⁊ nemini seruiuimus vnq̄ quomō tu dicis liberi eritis Nō aūt dixerat dñs/liberi eritis: sed veritas liberabit vos. In quo tñ verbo illi: qz sicut dixi patet in greco: nō intellexerunt nisi libertatem: ⁊ extulerunt se qō semen essent abrae ⁊ dixerunt. Semen abrae sum⁹ B
⁊ nemini seruiuimus vnq̄ quomō tu dicis liberi eritis? O pellis inflata nō est ista magnitudo sed tumor. Et hoc ipsum fm hui⁹ temporis libertatem quomō verum dixistis: nemini seruiuimus vnq̄. Joseph non est venundatus? Prophete sancti in captiuitatem non sunt ducti? Deinde nōne ipse ille est populus qui in egypto lateres faciebat: et regibus duris non saltem in auro ⁊ argento sed in luto seruiebat? Si nemini seruistis vnq̄: o ingrati quid est quod assidue vobis imputat deus quod vos de domo fuitutis liberauit? An forte patres vestri fuierūt vos aūt qui loqmini neminiviq̄ seruistis? Quomō ergo soluebatis iam tributa romanis? Unde et ipsi veritati laqueum quasi captionis proposuistis vt di
mat. xxij ceretis. Licet reddere tributū cesari: vt si diristet/licet: teneretis euz q̄si male optasset liberari seminis abrae. Si autem diceret non licet calumniaremini apud reges terre: qō prohiberet regibus tributa ꝓsolui? Merito prolato nūmo victi estis: et captioni vestre vosipsi estis respondere compulsi. Jbi em̄ vobis dictum est. Reddite cesari que cesaris sunt: ⁊ deo q̄ dei sunt: cum vos ipsi respondissetis q̄ nūmus haberet imaginem cesaris. Qt sicut querit cesar in nūmo imaginē suā: sic deus querit in homine suam. Hec ergo respōdit iudeis. Movet em̄ me fratres hoim vana superbia: q̄ etiam de ipsa quā carnaliter intelligebant sua libertate mentiri sunt dicentes: nemini seruiuimus vnq̄. Dominus autem qđ eis responderit: hoc potius et intētius audiam⁹ ne et nosipsi serui inueniamur. [Respondit eis Jesus. Amen amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum: seruus est peccati]. Seruus est: sed vtinā hominis ⁊ nō peccati Quis nō sub his verbis cōtremiscat? Prestet nobis dominꝰ no

ster ieſus chriſtus: id eſt ⁊ mihi ⁊ vobis: vt pro ſentētia loquar de hac libertate appetenda ⁊ de illa fuitute vitāda. Amē amen dico vobis veritas dicit: ⁊ quale eſt domini dei noſtri diceret. Amen amen dico vobis: Multū cōmendat: quod ita pnūciat. Quodāmodo ſi dici phas eſt iuratio eius eſt: amen amen dico vobis. Amen quippe interpretat verum. Et tamē non eſt interpretatū: cum potuiſſet dici verum dico vobis. Nec grecus hoc interpres ausus eſt facere nec latinus. Nam hoc verbū quod eſt amen nec grecū eſt nec latinū: ſed hebreū. Sic manſit: nō eſt interpretatuz vt honorem haberet velamēto ſecreti. Non vt eſſet negatū ſed ne vileſceret nudatuz. Nec ſemel tamē ſed bis a dño dictuz eſt: amen amen dico vobis. Jam quātum hoc commendatū ſit: ex ipſa geminatiōe cognoſcite. Quid eſt ergo cōmendatum: Uerū verū dico vobis. Ueritas dicit. Que vtiq; et ſi non diceret verū dico: mentiri omnino nō poſſet. Tamen cōmendat tamē inculcat: doumientes quodāmodo excitat: intentos facit: contēni non vult. Quid dicit. Amen amen dico vobis qz ois qui facit peccatuz ſeruus eſt peccati. Omiſerabilis ſeruitus. Plerūq; hoies cū dominos malos patiuntur: venales ſe petūt: non querentes dñm non habere ſed ſaltē mutare. Seruus peccati quid faciat: Quez interpellet: Apud quē ſe venalem petat: Deinde ſeruꝰ hois aliquādo ſui dñi duris imperijs fatigatꝰ fugiendo requieſcit. Seruus peccati quo fugit: Secū ſe trahit quocūq; fugerit. Nō fugit ſeipſam mala conſcientia: nō eſt quo eat: ſequit ſe imo nō recedit a ſe. Peccatuz enim qđ facit intus eſt. Fecit peccatum: ⁊ aliquā corpora alē caperet voluptatem. Uoluptas trāſit: peccatuz manet. Preterit q̄ delectabat: remāſit quod pūgat. Mala ſeruitus. Aliquādo fugiunt hoies ad eccleſiam ⁊ plerūq; eos patimur tanq̄ indiſciplinatos: volētes carere diuinis q̄ nolunt carere peccatis. Aliq̄n etiā illicito iugo et improbo ſubiecti fugiūt ad eccleſiā: qz retinētur ingenui ad ſeruitutē ⁊ interpellat eps. Et niſi curet operā impendere ne ingenuitas opprimat: immſericors deputatur. Ad chriſtū omnes fugiamus: contra peccatū deum liberatorez interpellemus. Uenales nos petamus: vt eius ſanguine redimamur. Dicit enim dñs: gratis venūdati eſtis: ⁊ ſine argēto redimemini. Sine precio: ſed veſtro: quia meo. Hoc dñs dicit. Ipſe enim preciū dedit: non argētum: ſed ſanguinem ſuū. Nam nos ⁊ ſerui ⁊ egeni remāſeramus. Liberat ergo ab hac ſeruitute ſolus dñs. Qui illam nō habuit: ipſe de illa liberat. Solus enim in hac carne venit ſine peccato. Nam quos videtis in manibus matruz parulos ferri: nōdum ambulant ⁊ iaz ſunt cōpediti. Traxerunt enim de adam qđ ſoluatur a chriſto. Pertinet etiaz ad ipſos cū baptizātur iſta gratia quaz dñs pollicetur. Quia de peccato ſolus liberare poteſt qui venit ſine peccato: ⁊ factus eſt ſacrificiū pro peccato. Auditis enim cū apoſtolus legeretur: p chriſto inquit legatiōe fugimur: tanq̄ deo exhortante per nos. Obſecramus pro xp̄o: id eſt tanq̄ vos chriſtus obſeceret. Quid? recōciliamini deo. Si exhortat ⁊ obſecrat apoſtolus vt recōciliemur deo: inimici eramus deo. Nemo enim recōciliatur niſi ex inmicitijs. Inimicos autē nos non natura: ſed peccata fecerūt. Unde inimici illiꝰ? inde ſerui peccati. Non habet deus liberos inimicos: neceſſe eſt ſerui ſint: et ſerui remanebūt niſi ab illo liberētur: cui peccando inimici eſſe voluerūt. Obſecramus ergo inquit pro chriſto: recōciliamini deo. Quomō autez recōciliamur: niſi ſoluatur quod inter nos ⁊ ipſum ſeparat. Ait enim prophera. Non grauauit aurē ne audiāt: ſed peccata veſtra ſeparāt iter vos ⁊ deū: quia ergo non recōciliamur niſi ablato qđ in medio ē ⁊ poſito qđ in medio ſit. Eſt em̄ medium ſeparās: ſed contra eſt mediator recōcilians. Mediuz ſeparās eſt peccatū: mediator reconcilians eſt dñs ieſus chriſtus: vnus em̄ deus ⁊ vnus mediator dei ⁊ hominū homo chriſtꝰ ieſus. Ut ergo tollatur maccria ſeparās quod eſt peccatuz venit ille mediator: ⁊ factus eſt ſacrificiuz ſacerdos ipſe. Et qz ſacrificiū factus eſt p peccato offerens ſeipm in holocauſtum in cruce paſſionis ſue: ſequit apoſtolus ⁊ dicit. Cū dixiſſet obſecramus pro xp̄o reconciliamini deo: quaſi diceremus: quo poterimus recōciliari. Eum inquit: id eſt ipſum chriſtū: qui non nouerat peccatū: petm̄ pro nobis fecit: vt nos ſimus iuſtitia dei in ipſo. Eū ipſum inquit chriſtū deum qui non nouerat peccatū. Uenit enim in carne hoc eſt in ſimlitudine carnis peccati: non tamē in carne peccati non habēs vlluz olno peccatū: ⁊ ideo factus eſt ꝑ veꝝ ſacrificium pro peccato: qz nullū habebat ipſe peccatū. Sed forte de ſenſu meo dixit: qz peccatū ſacrificiū eſt, p peccato. Qui legerūt agnoſcant: qui non legerūt: nō ſint p̄gri: nō ſint inq̄ pigri ad legēduz: vt veraces ſint ad † intelligēdum. Cum de ſacrificijs em̄ preciperet deus offerēdis pro peccato: in ꝺbus ſacrificijs non erat expiatio peccatoꝝ ſed

C

Eſa. liij.

D

ij. cor. v.

ij. cor. v.

Ro. viij.

† Alt. indicādū.

vmbra futurorū: cadez ipſa ſacrificia eaſdem ipſas hoſtias: eaſdē ipſas victimas: eadem ipſa animalia que admouebātur mactāda pro peccatis: in quorū ſanguine ſanguis ille figurabatur/peccata lex appellat. Uſqđadeo vt in quibuſdā locis ſeruptum ſit ita vt ſacerdotes imolaturi pone rent manus ſuas ſuper caput peccati: id eſt ſuper caput victime imolande ꝓ peccato. Tale ergo peccatū: id eſt ſacrificiuz pro peccato factus eſt dominus nr̄ ieſus chriſtus: qui nō nouerat peccatum. Merito liberat ab hac ſeruitute peccati ille qui dicit in pſalmis. Factus ſum tanq̄ homo ſine adiutorio: inter mortuos liber. Solus enim liber: qz nō habebat peccatum. Ipſe enim dicit in euangelio. Ecce venit princeps huius mundi: diabolū ſignificans vēturum in iudeis perſecutoribus. Ecce inquit venit ⁊ in me nihil inueniet. Nō quomodo in eis quos occidit etiam iuſtos/inuenit qualecūq; peccatum/in me nihil inueniet. Et tanq̄ ei diceretur. Si nihil in te inueniat: quare te occidet? Subiecit et ait. Sed vt ſciant omnes: quia volūtatem patris mei facio: ſurgite eamus hinc. Nō inquit mortem mei peccati neceſſitate perſoluo: ſed in eo quod morior volūtatem patris mei facio: pluſq̄ ibi facio q̄ patior qz ſi nollez nec paſſus eſſem. Habes illū alio loco dicētem. Poteſtatem habeo ponendi animā meam: ⁊ poteſtatē habeo iteruz ſumendi eaz. Ecce vere inter mortuos liber. Cuz ergo omnis qui facit peccatū ſeruus ſit peccati: que ſit ſpes nobis libertatis audite. [Seruus autem (inquit) non manet in domo in eternum]. Eccleſia eſt domus: ſeruus peccatoꝝ eſt. Intrāt multi in eccleſiam peccatores. Non ergo dixit: ſeruꝰ nō eſt in domo: ſed nō manet in domo in eternum. Si ergo nullus ibi ſeruus erit: quis ibi erit? Cū enim rex iuſtus ſederit in throno ſicut ſcriptum eſt loquitur: quis gloriabitur caſtum ſe habere cor: aut quis gloriabitur mūdū ſe eſſe a peccato? Multū nos terruit o fratres mei dicendo: ſeruus non manet in domo in eternū. Adiungit autez ⁊ dicit. [Filius autē manet in eternum]. Ergo ſolus in domo ſua erit chriſtus: nullus illi populus coherebit. Cui heret caput: ſi nō erit corpus? An forte totum hoc filius caput ⁊ corpus. Nō em̄ ſine cauſa: ⁊ terruit ⁊ ſpem dedit. Terruit ne peccatum amaremus. Spē dedit ne de peccati ſolutione diffideremus. [Omnis (inquit) qui facit peccatū: ſeruus eſt peccati]. Seruus autē non manet in domo in eternum. Que ergo nobis ſpes eſt: qui nō ſumus ſine peccato? Audi ſpem tuaz: filius manet in eternum. [Si ergo filiꝰ vos liberauerit: tunc vere liberi eritis]. Hec ſpes noſtra eſt fratres vt a libero liberemur: ⁊ liberando ſeruos nos faciat. Serui em̄ eramus cupiditatis: liberati ſerui efficimur charitatis. Hoc ⁊ apſius dicit. Uos autē fratres in libertatē vocati eſtis: tantū ne libertatez in occaſionē carnis detis: ſed per charitatez ſeruite inuicē. Non ergo dicat chriſtianus liber ſum: in libertatem vocatus ſuz. Seruus eram ſed redemptus ſum ⁊ ipſa redēptione liber effectus ſum. Faciam qđ volo: nemo me prohibeat a volūtate mea ſi liber ſum. Sed ſi iſta volūtate peccatum facis: ſeruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad libere peccādum: ſed vtere ad nō peccandū. Erit enim voluntas tua libera: ſi fuerit pia. Eris liber ſi fueris ſeruus: liber peccati/ſeruus iuſtitie/dicēte apoſtolo. Cum ſerui eſſetis peccati: liberi cratis iuſtitie. Nunc autē liberati a peccato: ſeruiautē facti deo: habetis fructū veſtrum in ſanctificationē: finem vero vitam eternam. Hoc conemur vt id agamus: prima libertas eſt carere criminibus. Intendite fratres mei intēdite: ne forte poſſim perducere vobis ad ſenſum ⁊ qualis mō ſit: ⁊ qualis futura ſit iſta libertas. Quemlibet valde iuſtum diſcurias in hac vita: q̄uis iam ſit dignus iuſti vocabulo: non eſt tamen ſine peccato. Audi ipſum ſanctuz iohannem cuius ⁊ hoc euāgelium eſt: in epiſtola ſua dicentem. Si dixerimus inquit qz peccatū non habemus noſipſos decipimus: ⁊ veritas in nobis nō eſt. Solus hoc dicere potuit in mortuis liber: de ſolo dici potuit qui nō nouerat peccatū/de ſolo dici potuit: etem̄ expertus eſt ola ſm ſimilitudinē ſine peccato. Solus dicere potuit: ecce venit princeps mundi ⁊ in me nihil inueniet. Quēcūq; aliū licet iuſtū diſcuſſeris non olmodo eſt ſine pctō. Nec qualis erat Job cui dñs tale teſtimonium phibebat/vt diabolus iuideret ⁊ poſtularet tentādū/tentās ſuperaret/ille pbaret. Ideo autē ille pbatus eſt nō qz latebat deū corozānduſ: ſed vt ignoteſceret hoibus imitandus. Etiā ipſe Job q̄ dicit: Quis em̄ mundus? Nec ifans: cui? eſt vnꝰ diei vita ſup terrā. Sed plane multi iuſti dicti ſunt ſine querela qđ intelligi ſine crie. Nulla enim querela iuſta eſt de his in rebꝰ humanis q̄ nen habēt crimen. Crimē aūt eſt peccatū graue: accuſatōe ⁊ dānatione dignuſſimū. Non ergo deus quedā peccata damnat: quedā iuſtificat ⁊ laudat. Nulla laudat ꝗ odit ois. Quo odit medicus egritudinem

f

Gala. v

Ro. vj.

f. Joh. j.

Joh. xiiij.

lob. xxv

In ꝺcre. dif. xxv. Nūc autem. et lxxxj. di. aplūs.

egreti ⁊ id agit curādo vt egritudo pellat eger leuetur: ſic deus gr̄a ſua hoc in nobis agit vt peccatū ꝓſummatur hō liberetur.

Sed qñ conſumit inquies? Si minuitur: quare nō cōſumitur? Minuitur aūt inuita proficientiū: qđ in vita conſumit pfectos.

In de. cre. diſt. lxxxi. a poſtol⁹. Prima eſt ergo libertas: carere criminib⁹. Ideo ⁊ apl's paulus qñ elegit ordinādos vel preſbyteros vel diaconos / et quicūq; ordinādus eſt ad propoſitūrā eccleſie non ait: ſi quis ſine peccato eſt. hoc em̄ ſi diceret: ois homo reprobaret: nullus ordinare tur. Sed ait: ſi q̄s ſine crie eſt ſicuti eſt homicidiū: adulterium: aliqua īmūdicia: fornicatiōes: furtū: fraus: ſacrilegiū ⁊ cetera huiuſmodi. Cū ceperit ea non habere hō: debet aūt nō habere ois chriſtian⁹: homo incipit caput erigere ad libertatē. Sz iſta inchoata eſt nō perfecta libertas? Quare inquit aliquis nō eſt perfecta libertas. Qz video aliam legē in membris meis repugnantē legi mentis mee. Non em̄ qđ volo hoc ago: ſed qđ odi illō facio. Caro inquit cōcupiſcit aduerſus ſpm̄: ⁊ ſpūs aduerſus carnem: vt nō ea que vultis illa faciatis.

S Ro. vij. Gal. v.

Ex parte libertas: ex parte ſeruit⁹. Nōdū tota: nōdum pura: nondū plena libertas: qz nōdum plena eternitas. Habem⁹ em̄ ex parte infirmitatē: ex parte accepimus libertatem. Quicqđ peccatū eſt: a nobis ante deletū eſt in baptiſmo. Nūquid qz deleta eſt tota iniquitas: nulla remāſit infirmitas. Si non remāſiſſet: ſine peccato hic viueremus. Quis aūt audeat hoc dicere niſi ſuperbus? niſi miſericordia liberatoris indignus? niſi qui ſeipm̄ vult decipere: et in quo veritas nō eſt? Ergo ex eo qđ remāſit aliquid infirmitatis, audeo dicere. Ex qua pte ſeruimus deo liberi ſum⁹: ex qua pte ſeruimus legi peccati: adhuc ſerui ſumus. Unde dicit apl̄us qđ dicere ceperamus: ꝓdelector legi dei ſm̄ interiorē hominez. Ecce vnde liberi: vnde cōdelectamur legi dei. Libertas em̄ delectat. Naz q̄diu timore facis qđ iuſtum eſt nō deus te delectat: q̄diu adhuc ſeruus facis nō te delectat. Delectet te: ⁊ liber es. Noli timere penā: ſed ama iuſtitiā. Nōduz amare iuſtitiā time vel penā: vt p̄uenias ad amādam iuſtitiā. Ergo iaz ille ex parte ſuperiore liberū ſe eſſe ſentiebat: vnde dicebat: cōdelector legi dei ſm̄ interiorem hoiem. Delectat me lex: delectat me qđ iubet lex: delectat me ipſa iuſtitia. Video aliā legem in mēbris meis: hec eſt que remāſit infirmitas: repugnantē legi mentis mee: ⁊ captiuantē me in lege peccati que eſt in mēbris meis. Et ex hac parte ſentit, captiuitatez: vbi nō eſt impleta iuſtitia. Nā vbi ꝓdelectat legi dei: non captiu⁹ ſed legis amicus eſt. Et iō liber quonā amicus. Quid ergo ex eo qđ reſtat? Quid niſi reſpiciam⁹ ad illū qui dixit: ſi vos filius liberauerit tūc, vere liberi eritis? Deniqz ⁊ ipſe qui loquebatur ad illū reſperit. Infelix ergo hō: q̄s me liberabit inquit de corpore mortis huius. Gratia dei per ieſum x̄pm̄ dñm̄ noſtrum.

Ro. vbi ſupra.

Ergo ſi vos filius liberauerit: tūc vere liberi eritis. Deniqz ita cōclusit. Igitur ipſe ego mēte ſeruio legi dei: carne autem legi peccati. Ipſe ego inquit. Non em̄ duo ſumus inter nos cōtrarij de diuerſis principijs venientes: ſed ipſe ego mēte ſeruio legi dei: carne autē legi peccati: q̄diu languor obluctat ſaluti. Sed ſi carne ſuis legi peccati: fac qđ ait ipſe apoſtolus. Nō ergo regnet peccatū in veſtro mortali corpore ad obediendū deſideriis eius: neqz exhibeatis mēbra veſtra arma iniquitatis peccato. Nō ait nō ſit: ſed nō regnet. Quādiu viuis poſſe neceſſe eſt eſſe in mēbris tuis: ſaltem illi regnū auferat. Non fiat qđ iubet. Surgit ira: noli dare ire liguaz ad maledicēduz. Noli dare ire manū aut pedē ad ferendū. Non ſurgeret iſta ira irrōnabilis: niſi pt̄n̄ eſſet in mēbris. Sed tolle illi regnum: nō habeat arma vnde ꝓ te pugnet. Diſcet etiā nō ſurgere: cū arma nō ceperit inuenire. Nō exhibeatis mēbra vra arma iniq̄tatis peccato: ſed induite arma iuſtitie: alioqn̄ toti captiui eritis ⁊ non erit dicere / mente ſeruio legi dei. Mens em̄ ſi teneat arma: mēbra non mouenē in miniſteriū furētis peccati. Teneat arcem imperator interior: qz ſub maiore imperatore iuuandus aſſiſtit. Frenet irā: coerceat ꝓcupiſcentiā. Ineſt tn̄ quod frenet ineſt qđ coerceatur: ineſt qđ teneatur. Quid aūt volebat ille iuſtus mēte ſeruiēs legi dei: niſi vt oīno do nō eſſet qđ frenaret? Et hoc dz conari ois qui tendit ad perfectionē: vt ⁊ ipſa cōcupiſcētia cui non dant ad obediēdū mēbra quotidie in proficiēte minuatur. Uelle inq̄t adiacet mihi perficere aūt bonū non inuenio. Nūquid dixit nō mihi adiacet facere bonū? Si hoc dixiſſet: ſpes nulla eēt. Non ait: non mihi adiacet facere: ſed non mihi adiacet pficere. Que eſt em̄ perfectio boni: niſi ꝓſummatio ⁊ finis mali? Que eſt aūt ꝓſūmatio mali: niſi qđ lex dicit nō concupiſces. Oino nō ꝓcupiſcere pfectio boni eſt: qz ꝓſūmatio mali eſt. Hoc dicebat ille: pficere bonū non mihi adiacet: qz nō poterat facere vt nō cōcupiſceret. Faciebat tn̄ vt cōcupiſcētiam refrenaret: vt concupiſcentie mēbra ad ſatellitium nō prebēret.

Ro. vbi ſupra.

J Ro. vij.

Ro. vij.

Eccl'. xviij. perficere ergō inquit bonū non mihi adiacet. Non poſſum implere qđ dictum eſt non cōcupiſces. Quid ergo opus eſt vt impleas / poſt cōcupiſcentias tuas non eas. Hoc age interim quādiu ſunt illicite cōcupiſcentie in carne tua poſt cōcupiſcentias tuas nō eas. Mane in ſeruitute dei: in libertate chriſti: mēte ſerui legi dei tui. Noli to donare concupiſcentijs tuis vires: ſequendo eas: vires eis addis. Dando eis vires: quomō vincis quādo contra te inimicos nutris viribus tuis? Que igitur libertas plena atqz perfecta eſt in illo domino ieſu qui dixit: ſi vos filius liberauerit tunc vere liberi eritis. Quādo plena ⁊ perfecta libertas erit? Quādo nulle inimicitie: quādo nouiſſima inimica deſtruetur mors. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: ⁊ mortale hoc induere imortalitatem. Cum aūt mortale hoc induerit imortalitatem: tūc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in victoria. Ubi eſt mors cōtētio tua? Quid eſt vbi eſt mors cōtentio tua? Caro concupiſcit aduerſus ſpiritū: ⁊ ſpūs aduerſus carnez. Sed quādo peccati caro vigebat: vbi eſt mors cōtentio tua. Jam viuemus: iam nō morīemur in illo qui pro nobis mortu⁹ eſt ⁊ reſurrexit. Ut qui viuunt inquit iam nō ſibi viuāt: ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt ⁊ reſurrexit. Precemur medicū ſaucij portemur in ſtabulū curādi. Ille eſt enim qui promittit ſanitatē: qui miſertus eſt in via ſemiuiuo a latronibus derelicto: infudit oleū ⁊ vinum: curauit vulnera ⁊ leuauit in iumentū: perduxit in ſtabulū: ſtabulario cōmendauit. Cui ſtabulario? Forte illi qui dixit: p chriſto legatiōe fungimur. Dedit etiā duos nūmos qui impēderētur ſaucio curādo. Forte ipſa ſunt duo precepta in q̄bus tota lex pēdet ⁊ ꝓphete. Ergo fratres ⁊ eccleſia hoc tpe in qua ſaucij ſanatur: ſtabulum eſt viatoris. Sed ipſi eccleſie ſurſum eſt ſpēditas poſſeſſoris.

II. Cor. v. Luce. x.

Tractatus. xlij.

Scio qz filij abrae eſtis: ſed queritis me interficere: qz ſermo me⁹ non capit in vobis. Ego qđ vidi apud patrez loquor: ⁊ vos que vidiſtis apud patrē veſtrum facitis. Rñderunt ⁊ dixerūt ei. Pater noſter abraā eſt. Dicit eis ieſus. Si filij abrae eſtis opera abrae facite. Nūc autem queritis me interficere: hoiem qui veritatem vobis locut⁹ ſum: quaz audiui a deo. Hoc abraā nō fecit. Uos facitis opera patris veſtri. Dixerūt itaqz ei. Nos ex fornicatione nō ſum⁹ nati. vnū patrē habemus deū. Dixit ergo eis ieſus. Si de⁹ pater veſter eēt: diligeretis vtiqz me. Ego em̄ ex deo ꝓceſſi ⁊ veni. Neqz em̄ a meipſo veni: ſed ille me miſit. quare loquelā meā non cognoſcitis? Quia nō poteſtis audire ſermonē meuz: vos ex patre diabolo eſtis: ⁊ cōcupiſcentia pris veſtri facere vultis. Ille homicida erat ab initio: ⁊ in veritate nō ſtetit: qz nō eſt veritas in eo. Cū loquit mendaciū ex ꝓpriis loquit qz mēdax eſt ⁊ pater eius. Ego aūt qz veritatē dico: nō creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico quare vos nō creditis mihi? Qui ex deo eſt verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non eſtis.

A Ro. viij.

Dominus noſter etiam in forma ſerui nō ſeru⁹: ſed in forma etiā ſerui dominus: fuit quippe illa carnis forma ſeruilis: ſz q̄ꝑ uis eſſet ſiſtrudo carnis peccati nō erat caro peccati. Libertatē ꝓmiſit credētib⁹ ſi ſe. Judei vero tanq̄ de ſua libertate ſuperbiētes dedignati ſunt fieri liberi: cū eſſent ſerui peccati. Ideo aūt ſe liberos eſſe dixerūt: qz ſemen erāt abrae. Quid ergo eis reſpondit ad hec dñs: hodierna lectio cū recitaretur audiuimus. [Scio inqt qz filij abrae eſtis ſed queritis me interficere qz ſermo meus nō capit in vobis]. Agnoſco vos inqt filij abrae eſtis: ſed qritis me iterficere. Agnoſco carnis originē non cordis fidem. Filij abrae eſtis: ſed ſm̄ carnē: ideo inquit queritis me occidere. Sermo em̄ meus nō capit in vobis. Si ſermo meus caperet caperet. Si caperemini: itra rethia fidei tanq̄ pisces cōcluderemini. Quid eſt ergo nō capit in vobis? Non capit coz veſtrū quia non recipit a corde veſtro. Sic em̄ eſt ſermo dei: ⁊ ſic eſſe debet fidelibus tanq̄ piſci hamus. Tūc capit quādo capitur: nec fit iniuria illis qui capiūtur. Ad ſalutem quippe nō ad perniciem capiūtur. Uñ dominus diſcipulis ſuis ait. Uenite poſt me ⁊ faciā vos piſcatores hoiuz. Nō ergo iſti erāt tales: ⁊ tamē filij abrae erant: filij ho

mat. iiij.

Universidad de Sevilla Biblioteca

iminis dei:holes iniqui. Trahebant enim carnis genus:sed degeneres facti erāt nō imitādo fidem illius cuius filij erāt. Audi stis certe dñm dicentē. Scio q; filij abrae estis. Audite quid dicat postea. [Ego qđ vidi apud patrē meū loquor. Et vos que vidistis apud patrē vestrū facitis]. Jam dixerat scio q; filij abrae estis. Quid autē faciunt qđ eis dixit queritis me occidere: hoc apud abraam nunq; viderūt. Dominus autē patrē deū voluit intelligi cuz dixit:que vidi apud patrē meū loquor. Veritatē vidi veritatē loquor:q; veritas sum. Si enim dñs veritatē loquit quam vidit apud patrez se vidit z se loquit:q; ipse est veritas patris quā vidit apud patrē. Ipse est eīm verbū qđ verbum erat apud deū. Jsti ergo maluz qđ faciūt quod dñs obiurgat z corripit:vbi viderūt? Apud patrem suū. Cum audierim⁹ in cōsequētibus apertius dictū quis sit eoz pater:tūc intellige mus qualis viderint apud talez patrem. Adhuc eīm non nominat patrez ipsorum. Paulo supius abraā cōmemorauit:ꝟ carnis origine nō vite similitudine. Dicturus est alterū patrem illorū qui nec genuit nec creauit vt hoies essent:sed tamē filij erāt eius inq̄tuin mali erāt:non inq̄tuz hoies erant. Jn quo imitati nō qđ creati. [Rñdeb runt z dixerūt ei. Pater noster abraā est]. Quasi diceret quid dicturus es tu contra abraā. Aut si aliquid potes audere reprehendere abraā. Non q; dñs non audebat reprehēdere abraam:sed talis erat abraā qui nō reprehēderet a dño sed potius laudaret. Tamē illi videbātur eū, puocare vt aliqđ mali diceret de abraam:z esset occasio faciendi qđ cogitabāt. Pater nr abraā est. Audiamus qūo eis rñderit dñs cuz illoz dānatiōe laudās abraam. [Dicit eis ihesus. Si filij abrae estis:opa abrae facite. Nunc aūt queritis me interficere:hominē qui veritatē vobis locut⁹ sum quā audiui a deo:hoc abraā non fecit]. Ecce ille laudatus:isti dānati. Abraam nō erat homicida. Non dico inquit ego dñs suz abrae. Qđ si diceret/verū diceret. Naz dixit alio loco. Ante abraā ego sum:tūc eum illi lapidare voluerūt. Non dixit hoc. Interim qđ videtis/qđ aspicitis/qđ me solum putatis:homo sum. Hoiem dicentē vobis qđ audiuit a deo:quare vultis occidere nisi q; non estis filij abrae. Et tamē superius ait. Scio q; filij abrae estis. Nō negat eorum originē sed facta condēnat. Caro eoz ex illo erat:sed vita nō erat. Nos aūt charissimi:nūquid de genere venim⁹ abrae:aut vllo mō abraā pater nr fuit fm carnē? Originē de carne eius caro iudeoz ducit:non caro xp̄ianoz. Nos de alijs gēibus venimus z tñ imitādo abrae fidē filij facti sumus. Audi ap̄lm. Abrae dicte sunt ꝓmissiones z semini ei⁹. Nō dicit inq̄t z semini bus q̄sī in multis:sed tanq; i vno z semini tuo qđ est xp̄s. Si aūt vos christi:ergo semē abrae estis:fm, pmissionē hr̄des. Nos ergo facti sum⁹ semen abrae grā dei:nō de carne abrae. Fecit illi coheredes deus. Illos exheredauit ipsos adoptauit. Et de arbore illa olive cui⁹ radix est in ꝑriarchis: ramos naturales superbos āputauit oleastrū humilē inseruit. Jdeo cuz venirent ad iohānem baptizādi iudei erupit in illos z ait illis. Generatio viperarū: marie q̄ppe de altitudine originis gloriabanť. Ille autem generationē eos dixit viperaz:nō solum holum sed viperaz. Holum formā videbat:sed venenū agnoscebat. Venerant tñ mundādi:q; vtiq; baptizandi. Et ait illis. Generatio viperarū quis vobis ostendet fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitētie:z nolite dicere intra vosipsos:patrē habemus abraā. Potens est eīm deus de lapidib⁹ istis suscitare filios abrae. Si fruct⁹ dignos penitētie nō feceritis:nolite vobis de illa stirpe blādiri: potēs est z vos dānare z abraā filijs non fraudare. Habet enim vnde excitet filios abrae. Fiēt filij:qui fidē fuerūt imitati. Potens est de⁹ de lapidibus istis suscitare filios abrae. Nos sum⁹. Jn parētibus nr̄is lapides eramus qñ ꝑ deo lapides colebamus. De talib⁹ lapidibus familiā deus fecit abrae. Quid se ergo extollit iamis z vana iactātia? Filij abrae gloriari iam desināt. Audierūt qđ audire debuerunt. Si filij abrae estis/factis probate non verbis. Queritis me occidere hoiez interi:nō dico filiū dei:nō dico deū:non dico verbū:q; nō moriť verbū. Hoc dico qđ videtis:q; z qđ videtis potestis occidere:z quē nō videtis offendere. Hoc ergo abraā non fecit. Vos facitis opa patris vestri. Et adhuc nō dicit q̄s est iste pater eoz. Modo illi qđ rñderunt? Ceperūt eīm vtiq; cognoscere nō de carnis generatōe deū loqui sed de vite institutiōe:z qz cōsuetudo scripturarum est quas legebāt fornicationem spūaliter appellare:cuz dñs multis z saltis alia tanq; prestruta subyciť:ad hoc rñderunt. [Dixerūt itaq; ei. Nos ex fornicatione nō sumus nati:vnū patrē habemus deū]. Jam vilunt abraā. Repulti eīm sunt qūo repelli debuerūt ore veridico:q; talis erat abraā: cuius facta nō imitabātur:z de illius genere gloriabātur:z mutauerunt rsilionem

credo dicentes apud semetipsos. Quotiēscūq; nominauerimus abraā:dicturus est nobis. Quare nō imitamini eū:de cui⁹ genere gloriamini? Nos sanctū iustū inno centē tm̄ virū imitari nō possumus:deum dicamus patrē nostrū:videam⁹ qđ nobis dicturus est. Prox:sus falsitas inuenit qđ diceret:vt nō inueniret veritas quid rñderet? Audiamus quid dicāt:audiam⁹ quid audiāt. Unū inquiunt patrē habem⁹ deū. [Dixit ergo eis ihesus. Si de⁹ pater vester esset:diligeretis vtiq; me. Ego eīm ex deo pcessi z veni. Neq; eīm a meipso veni:sed ille me misit]. Dicitis deū patrē: agnoscite me vel fratrē. Uerūtamē erexit intelligē tib⁹ cor z illud tetigit qđ solet dicere. Non a meipso veni:sed ille me misit. A deo processi z veni. Demōstrate qđ soleamus dicere ab illo venit z a quo venit cū illo venit. Christi ergo missio est icarnatio. Qđ ho de deo pcessit verbū eterna pcessio est. Non hz tps:per quē factū est tps. Nemo dicat in corde suo:anteq; esset verbum qūo erat deus? Nunq; dicas anteq; esset verbum dei. Nunq; deus sine verbo fuit:q; verbū est manēs non trāsiens:deus nō son⁹:per quod factū est celum z terra:nō qđ ꝑterijt cum his que facta sunt sup terram. Ergo ab illo pcessit vt deus vt eq̄lis vt fili⁹ vnicus:vt verbū patris z venit ad nos:quia verbū caro factum est vt habitaret in nobis. Aduētus eius:humanitas ei⁹/mānsio eius/diuinitas eius. Diuinitas eius quo imus/humanitas ei⁹ qua imus. Nisi nobis fieret qua imus:nunq; ad illū manē tem ꝑueniremus. [Quare inq̄t loquelam meā nō cognoscitis? Quia nō potestis audire sermonē meum]. Jdeo nō poterāt cognoscere q; nō poterant audire. Sed vnde audire non poterāt:nisi q; corrigi credendo nolebāt? Et hoc vnde? [Vos ex patre diabolo estis]. Quādiu patrē cōmemoratis:ꝺiu patres mutatis modo abraam: modo deum? Auferte a filio dei cui⁹ sitis filij. A patre diabolo estis. Hic iam cauēda est heresis manicheotū que dicit esse quādam naturā mali z quādam gentem tenebrarū cum principibus suis que ausa est pugnare cōtra deum. Illū vero deum ne debellaret gens aduersa/regnū eius misisse cōtra eaz tanq; viscera sua principes de luce sua cāq; gentem fuisse debellataz: vnde diabolus originem ducit. Hinc dicunt docere originē carnez nostrā:z scōm hoc putant dictum a dño/vos ex patre diabolo estis: qđ essent illi velut natura mali ducētes originez de gente cōtraria tenebraz. Sic errāt:sic exceceanť:sic seipsos faciunt gentē tenebrarū credēdo quod falsum est cōtra esī a quo creati sunt. Bona est enim ois natura:sed vitiata hois est natura per volūtatē malā. Quod fecit deus nō potest esse malum si ipse hō nō sit sibi malus. Sz plane creator creator est. Creatura creatura est. Equari creatura nō pōt creatori. Discernite euz q̄ fecit:ab eo qđ fecit. Equari nō pōt fabro scāmuz:equari nō potest columna structori. Et tamē faber si scāmum fecit:lignum ipse nō creauit. Dominus aūt deus noster qz oipotens est z verbo fecit qđ fecit:omnia que fecit nō habuit vnde faceret z tamē fecit. Facta sunt eniz qz voluit:facta sunt qz dixit:sed facta factori cōparari nō possunt. Queris quid cōpares:filium vnicū agnosce. Unde ergo iudei filij diaboli? Imitādo non nascēdo. Audite scripture sancte consuetudinem. Prophera dicit ad ipsos iudeos:pr tuus amorreus:et mater tua cethea. Amorrei gens erat quedā vnde originem iudei non ducebant. Cethei z ipsi gentē suam habebant:oino alienam a genere iudeorū. Sed quia erāt impij amorrei z cethei:iudei autem imitati sunt impietates illorū:inuenerunt sibi parētes non de quibus nascerētur sed quorū mores sectātes pariter dānarentur. Queritis aūt fortasse vnde ipse diabolus? Jnde vtiq; vnde z ceteri angeli. Sed z ceteri angeli in sua obedientia perstiterūt:ille inobediēdo z superbiendo lapsus est angelus:z factus est diabolus. Sed mō audite quid dicat dñs. Vos inq̄t de patre diabolo estis:[z desideria patris vestri vultis facere]. Ecce vnde filij ei⁹ qz talia desideratis:non qz de illo nati estis. Que sunt illi⁹ desideria. [Ille hoīcida erat ab initio]. Ecce qđ est desideria patris vestri facere vultis. Queritis me occidere:hominē qui veritatem vobis dico. Et ille inuidit homini:z occidit hominē. Diabolus enim cuz inuideret homini:serpēte indut⁹ locutus est mulieri:z de mliere venenauit z viz. Mortui sunt diabolū audiēdo. Quē nō audissent:si dñm audire voluissent. Positus cm̄ homo inter eū qui creauit z eum qui lapsus est:obtēperare debuit creatori non deceptori. Ergo ille homicida erat ab initio. Videte gen⁹ homicidū frēs. Homicida dicit diabolus. Non gladio armatus: nō ferro accinctus ad hoiem venit:verbuz maluz seminauit z occidit. Noli ergo putare te nō esse homicidaz:qñ fratri tuo mala persuades. Si fratri tuo mala psuades occidis. Et vt scias qz occidis:audi psal-

Ezechi. xvj.

De pe. distin. j. nolū.

mũ. Filij holm dentes eox arma et sagitte
z lingua eox gladi⁹ acut⁹. Uos ergo desiderie patris vestri vultis facere ideo seuitis
in carnẽ qz nõ potestis in mentẽ. Ille homicida erat ab initio: vtiqz in primo hoie. Ex
illo ille homicida: ex quo potuit fieri homicidiũ. Ex illo potuit fieri homicidiũ: ex quo
factus est hõ. Nõ eñ posset occidi: hõ nisi prius fieret hõ. Homicida ergo ille ab initio: z vñ homicida [et in veritate non stetit
Ergo in veritate fuit: sed non stãdo cecidit
Et quare in veritate non stetit: [Quia veritas non est in eo]. Nõ quõ in xpõ sic est
fitas vt xps ipe sit veritas. Si ergo iste in
veritate stetisset: in xpõ stetisset. Sed in veritate non stetit: qz veritas non est in eo.
[Cũ loquit mendaciũ ex propijs loquit:
qz mendax est et pater ei⁹]. Quid est hoc
Audistis verba euãgelij intenti accepistis
Ecce repeto vt agnoscatis quid exigatis.
De diabolo dñs ea dicebat: que de diabolo dici a domino debuerãt. Ille homicida
erat ab initio: Uex est. Nã primũ hominẽ
occidit z in veritate nõ stetit qz de veritate
lapsus est. Cũ loqt mẽdaciũ: vtiqz ipe diabolus de propijs loquit qz mendax est et
pater eius. In his verbis quidã prem diabolũ habere putauerunt: et quesierunt qs
esset diaboli pater. Hic ho detestabilis error manicheo⁹ inuenit adhuc q deciperet
imperitos. Solent enz dicere. Putas diabolus angel⁹ fuit et lapsus est. Ab illo cepit pctm sicut dicitis. Pater ei⁹ qs erat:
Nos ℌ. Quis eñ nostrũ aliqñ dixit diabolum hr̃e patrem: Et illi cõtra. Dñs dicit:
euangeliũ loquit de diabolo dicens. Ait ille homicida erat ab initio et, in veritate nõ
stetit: quia veritas non est in eo. Cum loqt
mendaciũ: ex propijs loquitur: quia mendax est z pater ei⁹. Audi qz mendax est et
ge mitto in ipsis verbis intellige. Diabolũ
dñs dixit patrem mendacij. Quid est hoc:
Audi quid sit. Replica modo ipa verba et
intellige: Non ois eñ q mentit pater mendacij sui est. Si eñ ab alio mendaciũ accepisti et dixisti: tu quidẽ mentitus es profecto mendaciũ: sed pater mendacij ipsi⁹
non es qz ab altero accepisti mendacium.
Diabol⁹ autem a seipso mendax fuit. Mẽdaciũ suũ ipse genuit qz a nemine audiuit
Quõ deus pater genuit filium veritatem
sic diabol⁹ lapsus genuit quasi filiũ mendacium. His auditis: replica nunc et recole verba domini mens catholica: quid audieris aduerte: qd dicat attende. Ille qs:
Diabolus homicida erat ab initio. Agnoscimus: occidit adam et in veritate nõ stetit. Agnoscimus quia de veritate lapsus
est: qz veritas in eo non est. Uex est qz recedẽdo a veritate nõ habet veritatem. Cum
loquit mendaciũ de propijs loquit non
aliũde accepit vnde loquat. Cũ loqtur mẽdaciũ de pprijs loquit: qz mendax est z pater eius. Et mendax est: z pater mendacij.
Nã tu forte mendax es qz mẽdacium loqris: sed nõ es pater ei⁹. Si enz qz dicis a
diabolo accepisti et diabolo credidisti: mẽdax es: pater mẽdacij non es. Ille vero qz
nõ aliunde accepit mendaciũ quo mendacio tãqz veneno serpens hominẽ occideret
pater est mẽdacij: sicut de⁹ pater est veritatis. Recedite a patre mendacij: currite
ad patrẽ veritatis. Amplectimini veritatem: vt accipiatis libertatez. Illi aũt iudei
apud patrẽ suũ viderãt qd loqbant. Quid
nisi mẽdaciũ: Dñs aũt apud patrẽ suũ vidit qd loqret. Quid / nisi scipm. Quid / nisi
verbũ patris: Quid nisi veritatẽ pris eternã: et patri coeternaz: Ille ergo homicida
erat ab initio z in veritate nõ stetit: qz veritas
nõ est in eo. Cũ loquit mẽdaciũ: de pprijs
loquit: qz mẽdax est. Et nõ solũ mẽdax est:
sed et pater ei⁹: id est ipsius mẽdacij qd loquitur pater est: qz ipse genuit mẽdacium
suũ. [Ego aũt qz veritatem dico: non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato: Si veritatem dico: quare non creditis mihi]: Pensate fratres charissimi mã
suetudinẽ dei: relaxate peccata venerat z
dicebat. Quis ex vobis arguet me de pctõ
Nõ dedignat ex ratione ostendere se pctõrem nõ esse qui ex virtute diuinitatis potest peccatores iustificare. Quis ex vobis
arguet me de pctõ: quomodo ego arguo et
vos et patrẽ vr̃m: Si veritatem dico quare vos non creditis mihi: nisi qz filij diaboli estis: Valde terribile est quãdo subdidit
[Qui est ex deo: verba dei audit. Propterea vos nõ auditis: qz ex deo nõ estis]. Ite
ruz nolite attendere naturã sed vitiũ. Sic
sunt illi ex deo et non sunt ex deo. Natura
ex deo: vitio nõ ex deo. Obsecro vos attendite: in euangelio habetis vnde sanemini
contra errores venenosos et nepharios
hereticor̃: quo et de his verbis solent manichei dicere. Ecce qz due nature sũt / vna
bona et altera mala. Dñs dicit. Quid dicit dñs: Propterea vos non auditis qz ex
deo nõ estis. Dicit dñs hec. Quid ẽ inquit
tu ad ista dicis: Audi q dicam. Et ex deo
sunt: et ex deo non sunt. Natura ex deo sũt
vitio nõ sunt ex deo. Natura eñ bona q ex
deo est peccant voluntate credẽdo qd diabolus persuasit: et vitiata est. Ideo medicum q̃rit: qz sana nõ est. Ecce qd dico si impossibile tibi videtur vt ex deo sint z ex deo
non sint:

nõ sint: audi qz nõ est impossibile. Sic sunt
ex deo et non sunt ex deo: quomodo et filij
abrae sunt et non sunt filij abrae. Hic habetis: non est qd dicatis. Jpm dñm audi:
ipse illis dixit. Scio qz filij abrae estis. Nũ
qd dñs mẽtiret: Absit. Ergo uex est quod
dixit dñs. Uex est. Ergo qd illi abrae filij
erant: vex est. Audi ipm negantẽ q dixit: filij abrae est: ipse illos negauit filios abrae
Si filij abrae est: facta abrae facite. Nũc
queritis me occidere hoiem q veritatẽ vobis dico quã audiui a deo: hoc abrãa non
fecit. Uos facitis opera patris vestri: id est
diaboli. Quomodo ergo et filij abrae erãt:
et filij abrae non erant: Utrunqz in illis
ostendit. Et filij abrae erant propter origine carnis: et non erant filij abrae propter vitiũ diabolice persuasionis. Sic z dominũ deũ nostruz audite: ex illo erant et
ex illo non erant. Quomodo ex illo erant:
Qz ipse creauit hominẽ: de quo nati erant
Quomodo ex illo erant: Quia ipse est conditor nature ipse est creator carnis et aie.
Quõ ergo ex illo non erant: Qz vitiosi a se
ipsis facti erant. Ex illo non erant: qz imitando diabolũ: filij diaboli facti erant. Uenit ergo dñs deus ad hominẽ peccatorez.
Duo nomina audistis: et hominẽ et peccatorẽ. Qõ homo est: ex deo est. Qõ peccator
est: non est ex deo. A natura vitiũ secernat
Agnoscat natura: vnde creator laudetur.
Agnoscat vitiũ: propter qõ medicus inuocetur. Quod ergo ait dominus: qui est ex
deo verba dei audit: propterea vos non
auditis: qz ex deo non estis: non naturaz
merita discreuit: aut preter suam animaz
et carnẽ aliquam naturã in hominibus q
peccato vitiata non esset inuenit: Sed qõ
prescierat qui fuerant crediturj / ipsos dixit ex deo: qõ regenerationis adoptione
renascerent ex deo. Ad hos pertinet: q est
ex deo verba dei audit. Qõ vero seqtur: propterea vos non auditis: qz ex deo non estis
eis dictũ est q non solũ peccato vitiosi erãt
nã hoc malũ cõmune erat oñib⁹: sed etiã
precogniti qõ non fuerant crediturj ea fide qua sola possent a peccatorum obligatione liberari. Quapropter prescibat illos
quibus talia dicebat in eo permansuros
quod ex diabolo erant: id est in suis peccatis atqz impietate morituros in qua ei similes erant: nec venturos ad regenerationem in qua essent filij dei: hoc est ex deo nati: a quo erant homines creati. Scdz hanc
predestinationem locutus est dom⁹. Nõ
qõ aliqñ hominẽ inuenerit: q vel ſm rege
nerationẽ: iã esset ex deo: vel ſm naturã iã
non esset ex deo.

Tractatus. xliij.

¶ Responderunt ergo iudei z dixerũt ei. Nõne bñ dicim⁹ nos: qz samaritan⁹ es tu z demonium habes: Rñdit ihesus. Ego demoniũ nõ habeo: sz
honorifico patrẽ meũ z vos inhonorastis me. Ego aũt nõ quero gloriaz
meã: est q querat et iudicat. Amen
amẽ dico vobis: si qs sermonẽ meuz
seruauerit morte nõ videbit in eternũ. Dixerũt ergo iudei. Nũc cognouim⁹ qz demoniũ habes. Abrãa mortuus est z pphete z tu dicis si qs sermonẽ meũ seruauerit nõ gustabit mortẽ in eternũ: Nunqd tu maior est patre nr̃o abrãa q mortn⁹ est: z pphete
mortui sunt. Quẽ teipm facis: Rñdit ihesus. Si ego glorifico meipz gloria mea nihil est. Est pater me⁹ q glorificat me quẽ vos dicitis qz de⁹ nr̃ ẽ
z non cognouistis eũ. Ego aũt noui
eũ: z si dixero qz nõ scio eũ: ero similis vobis mẽdax sed scio eũ z sermonẽ eius seruo. Abrãa pr̃ vr̃ exultauit
vt videret diẽ meũ: z vidit z gauisus
est. Dixerũt ergo iudei ad eũ. Quinq̃
ginta ãnos nõdũ habes z abrãa vidisti: Dixit eis ihesus. Amẽ amẽ dico vobis: añq̃ abrãa fieret ego sũ. Tulerũt
ergo lapides vt iacerẽt in eũ. Jesus
aũt abscõdit se z exiuit de tẽplo.



N ista lectiõe sancti euãgelij que hodie recitata ẽ
a potentia discimus patientiã. Quid eñ sum⁹ seruj ad dñm peccatores ad
iustũ creatura ad creatorẽ. Tamen quõ si qd mali
sum⁹ a nobis sum⁹ ita q̃qd boni sumus:
ab illo z p illũ sum⁹. Et nihil sic querit hõ:
quõ potẽtia. Habes dñm rpm magnã potentiã. Sed pr̃ eius imitẽr patiẽtiã: vt pueniat ad potẽtiã. Quis nostrũ patienter
audiret: si alicui diceret: demoniũ habes:
Qõ dictũ est ei q nõ solũ hoies saluabat: sz
etiã demonib⁹ iperabat. Hoc cũ dixissent
iudei. Nõne bñ dicim⁹ nos: qz samaritan⁹
es: et demonium habes]. Horum duoruz
sibi obiectorũ vnũ negauit et alterz nõ negauit. Respondit eñ et ait. Ego demoniuz
nõ habeo]: nõ dixit samaritanus nõ sum

et vtiq; duo fuerūt obiecta. Quamuis ma
ledictum maledicto non reddiderit: cuius
quitiū nō conuitio refutauerit: ptimit' tñ
ad cū negare vnā rē/alterā nō negare. Nō
frustra fratres. Samaritan⁹ eñ interptat
custos. Nouerat se ille nſz cē custodē. Nō
ps.cxx. eñ dormit neq; dormitat q̄ custodit iſrl. Et
psalmo nisi dñs custodierit ciuitatē: in vanū vigila
cxxvj. būt q̄ custodiūt eā. Est ḡ ille custos nr: qui
creator⁹ noster. Non enim ptimuit ad eū vt
rediimeretur: et non pertineret ad eum vt
seruaremur: Deniq; vt plenius noueritis
mysterium quare se samaritanum negare
nō debuit: parabolaz illam notissimam at
tendite: vbi homo quidaz descendebat ab
hierusalem in hiericho et incidit in latro
nes: qui eum grauiter vulnerantes semi
Luc.x. uiuum in via reliquerunt. Transiit qui
dam sacerdos neglexit eum: transiit leui
tes z ipse preterijt. Transiit quidā samari
tanus ipse est custos noster: ipe accessit ad
sautiū: ipe impēdit misericordiā eiq; se pre
stitit, primū quē nō deputauit alienū. Ad
hoc ergo solū q̄ demoniū non haberet: nō
autez se samaritanum non esse respondit.
Deinde post tale conuitiū/hoc solū dixit
de gloria sua. [Sed honorifico] inq̄t patrē
meū: et vos inhonorastis me]. Hoc est/ego
me nō honorifico ne vobis arrogās videar
habeo quē honorificē. Sed si vos agnosce
retis sicut ego honorifico patrem sic z vos
honorificaretis me. Ego facio quod debeo
B vos facitis quod nō debetis. [Ego aūt in
quit non quero gloriā meā: est q̄ querat et
iudicet]. Quem vult intelligi nisi patrem:
Joh.v. Quomodo ergo alio loco dicit: pater nō iu
dicat quēq; sed oēm iudiciū dedit filio: et
hic dicit non quero gloriam meā: est q̄ que
rat et iudicet: Si ergo iudicat pater: quō
non iudicat quēq;: sed oēm iudiciū dedit f
lio: Hanc q̄stionē vt soluam⁹ attendite. Si
mili locutione solui potest. Scriptū habes
Jacob.j. deus neminem tentat. Et iterū scriptū ha
bes: tentat vos dñs de⁹ vester: vt sciat si
Deu.xiij diligitis eū. Nempe questio est. Videtis
eñ quomodo deus neminē tētat: z quō tē
tat vos dñs de⁹ vester: vt sciat si diligitis
j.Joh.iiij eū: Itē scriptū est. Timor non est in chari
tate: sed perfecta charitas foras mittit ti
ps.xviij. morem. Et alio loco scriptū est. Timor dñi
castus permanens in seculū seculi. Et ipa
q̄stio est. Quomodo eniz perfecta charitas
foras mittit timorē si timor dñi castus per
manet in seculū seculi: Intelligimus ergo
duas esse tentationes: vnā q̄ decepit alte
ram que probat. Sc̄m eam que decepit
de⁹ neminem tentat. Sc̄m eam que pro
bat/tentat vos dñs deus vester vt sciat si
diligitis eū. Sed iterz z hic alia nascit que
stio. Quomō tentat vt sciat quē latere nihil
pōt anteq; tētet: Nō ergo de⁹ nescit: sz
dictū est vt sciat q̄ est vt scire vos faciat.
Locutiones tales z in sermonibus nostris
sunt: si in auctoribꝰ eloquētie reperiūt. De
sermone nostro aliquid dicam. Fossa cecā
dicit nō q̄ oculos pdit sz q̄ latendo nō vi
dētes facit. Aliquid de et illis auctoribus
dicā. Tristes lupinos ait q̄dā: hoc est ama
ros: non quia ipsi sunt tristes sed q̄ gusta
ti cōtristāt: hoc est tristes faciunt. Sunt er
go z in scripturis locutiones eiusmodi. Qui
in talibꝰ quēstionibꝰ cognoscēdis laborāt
in solucēdis talibꝰ q̄stionibꝰ nō laborāt. Er
go tēt at vos dñs de⁹ vester vt sciat. Quid
est vt sciat: Ut scire vos faciat si diligitis
eū. Job latebat se sed p̄ū non latebat. Ad
misit tētatorem: z fecit eū sui cognitorem.
Quid de duobus timoribus: Et timor ser
vilis: z est timor castꝰ. Est timor ne patia
ris pena: est aliꝰ timor ne amittas iusticiā
Timor ille ne patiaris penā seruilis est.
Quid magnū ē timere penā: hoc z mei
mus seruus: hoc z crudelissimꝰ latro. Nō
est magnū timere penā: sz magnū est ama
re iusticiā. Qui ergo amat iusticiā nihil ti
met. Timet plane nōne incidat in penam
sed ne amittat iusticiā. Fratres mei credi
te z cōiscite ex eo q̄ amatis. Amat aliqs
vestrum pecuniam. Putas inuenio aliquē
q̄ nō amat: Ex hoc tñ ipso q̄ amat: intelli
gat q̄ dico. Timet damnū. Quare timet
dānum: Quia pecuniā diligit. Quantum
amat pecuniā: tantū timet ne pdat pecu
niā. Ergo inuenit aliqs amator iusticie: q̄
plus in corde damni pertimescat: q̄ plus
timeat expoliari iusticia: q̄ tu pecunia. Ipse
est timor castus: ipe pmanet in sc̄m seculi
Nō eū tollit charitas nec foras mittit: sz
magis cōplectit z comitē tenet simul pos
sidet. Venim⁹ eñ ad deū vt videam⁹ facie
ad faciē. Ibi timor castꝰ erit: timor
eñ ille nō pturbat sed ꝑfirmat: timet mu
lier adultera ne vir ei⁹ veniat: timet z ca
sta ne vir ei⁹ abscedat. Ergo sz aliā tētatio
nē de⁹ neminē tētat. Sc̄m aliaz ꝙ tētat
vos dñs de⁹ vr̄. Et sz aliū timorē: timor nō
est in charitate sed pfecta charitas foras
mittit timorē. Sc̄m ꝙ aliū timorē timor
dñi castꝰ manēs in sc̄m sc̄i: sic z hoc loco
ſm alterū iudiciū pr̄ nō iudicat quēq; sed
oē iudiciū dedit filio: ſm ꝙ alterū iudiciū
ego inq̄t non q̄ro gloriā meā: est q̄ querat
z iudicet. Et de isto verbo q̄stio ista solua
tur. Habes in euangelio cōmemoratū pe Joh.iij.
nale iudiciū: q̄ non credit iam iudicatꝰ est
Et alio loco. Veniet hora qñ hi q̄ sūt in mo Joh.v.

numentis audiēt vocē eius: z ꝓcedēt q̄ bo
na fecerūt in resurrectionē vite: q̄ male ege
runt in resurrectiōez iudicij. Videte quēad
modū iudicij p dānatione z pena polluit: z
tñ si semp iudiciū p dānatione acciperet:
nunq̄d audiremꝰ in psalmo: iudica me de⁹
ps.xlij. Jbi iudiciū ſm afflictionē: hic iudiciuz ſm
discretionē positum est. Quō ſm discretio
nem. Quomodo exponit ipse qui ait. Judi
ca me deus z. Lege eñ et vide q̄ sequitur.
Quid est iudica me de⁹ z discerne causam
meā inquit de gēte nō sctā. Q̄ ergo dictū
est iudica me deus z discerne causam meā
de gente nō sctā. Sc̄m hoc ait modo dñs
D xps. Ego nō q̄ro gloriā meā: est qui q̄rat et
iudicet. Quō est qui q̄rat z iudicet: Est pa
ter me⁹ qui gloriā meā a vſa gl̄ia discernat
z separet. Vos eñ fm hoc sc̄m gloriam mi.
Joh.vij. Ego nō ſm hoc sc̄m gloriot q̄ pri dico. Pa
ter glorifica me ea gl̄ia quā habui apud te
anteq; mūdus esset. Quid est ea gl̄ia: Ab
humana inflatione discreta: Sc̄m hoc iu
dicat pr̄. Quid ē iudicat: Discernit. Quid
discernit: Gloriā filij sui a gloria hoim. Q̄
ps.xliij. ideo dictū est vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo ex
ultationis tue pre participibus tuis. Non
eñ q̄ hō factus est: iā ꝙparādus est nobis
Nos hoies cum pctō: ille sine pctō. Nos
hoies trahentes de adā z mortē z delictū:
ille de virgine carnē mortalē: nullā iniqui
tatē. Deniq; nos nec q̄ volum⁹ nati sum⁹
nec q̄dū volumus viuimus: nec quō volu
mus moriimur. Ille anteq; nasceret elegit
de qua nasceretur: natus fecit vt a magis
adorar etur. Creuit infans et miraculis se
deū oſidebat: z infirmitate hoiem ꝓferebat
postremo elegit z genus mortis: hoc est vt
in cruce penderet: z ipsam crucē in cordib⁹
fidelium figeret: vt dicat xp̄ian⁹. Mihi au
tem absit gl̄iari: nisi i cruce dñi nr̄i iesu xp̄i
In ipsa cruce quando voluit corpus dimi
sit z abscessit in ipo sepulchro q̄diu voluit
iacuit: quando voluit tanq; de lecto surre
xit. Ergo fratres ſm ipsam formam seru:
Joh.j. naz illud quis digne loquitur: in principio
erat verbum et verbum erat apud deuz: z
deus erat verbum. Sc̄m ipsam inquam
formam seruī multum interest inter gloriā
christi: z gloriam omniuz creatorū. De ipa
gloria dicebat. qñ quod demoniū haberet
audiebat. Ego non quero gl̄iam meam: est
qui querat z iudicet. Tu aūt de te domine
quid dicis: [Amen amē dico vobis. Si q̄s
sermonem meum seruauerit: mortem non
videbit in eternuz.] Vos inquit dicitis de
monium habes: ego vos ad vitaz voco: ser
uate sermonem meuz: z non moriemini. Il
li audiebant mortem nō videbit in eternū:
qui sermonem meuz seruauerit z irascebā
tur: q: iam mortui erant illa morte que vi
tanda erat. [Dixerunt ergo iudei. Nūc co
gnouimus q: demonium habes. Abraam
mortuus est z pphete: z tu dicis si quis ser
monem meum seruauerit morte non gusta
bit in eternū.] Videte locutiōes scriptura E
rū: mortē non videbit: id est gustabit. Mor
tem videbit: mortez gustabit. Quis videt:
Quis gustat: Quos oculos habet homo vt
videat quando moritur: Quando ve nēdo
mors ipos oculos claudit ne aliqd videāt
Quomodo dicit non videbit mortē: Item
quo palato/quibus faucibus mors gustat
vt quid sapiat dinoscat: Quando totū sen
sum tollit: quid in palato remanebit: Sed
videbis dictū est z gustabit: pro eo q̄ est ex
perietur. Hec dñs: parū est si dicam: mori
turis morituras loquebat: q: z dñi exitus
mortis sicut loquitur psalmus. Cuz ergo z
morituris loqueretur z moritur⁹ loquerek:
q̄d sibi vult q̄ ait: qui sermonē meū serua
uerit mortē non videbit in eternum: Nisi
q: videbat dñs aliam mortē de qua nos li
berare venerat. Mortem secundam: mortē
eternam: mortem gehennarū: mortē dā
nationis cū diabolo z angelis eius ipa est
vera mors. Nam ista migratio est. Quid ē
ista mors: Relictio corporis: depositio sar
cine grauis. Sed si alia sarcina non porte
tur qua homo in gehēnā ꝓcipitek. De ipsa
ergo morte dñs dicit: mortē non videbit in
eternū: qui sermonē meum seruauerit. Nō
expauescamus istam mortē: sed illā times
mus: Q̄ est aūt grauius: multi peruerse Dañ.iij.
timendo istaz/incidūt in illā. Dictū est ali
quibus: adorate idola q̄ si nō feceritis in
terficiemini. Aut quēadmodum ille nabu
chodonosor rex dixit: si non feceritis mitte
mini in caminum ignis ardentis. Multi ti
muerūt z adorauerunt: nolentes mori mor
tui sunt. Timēdo mortē q̄ non euadik: inci
derunt in mortē quam euadere oino feliciter
possent si illaz que nō euadik infeliciter
nō timerent. Natus es hō: moriturus es.
Qua ibis vt non moriaris: Quid facies vt
nō moriaris: vt dñs tuus necessitate mori
turū consolarek qui voluntate mori digna
tus est. Q̄ vides xp̄m mortuū dedignaris
mori: Ergo cū moritur⁹ es qua euadas nō
habes. Hodie sit: cras sit: futurū est: debitū
est: reddēdū est. Quid ergo ait hō timens:
fugiēs occultat se ne inueniak ab inimico:
Nunquid agit vt nō moriak: sed vt paulo
serius moriak: non accipit debiti securita
tē sed postulat dilationē Quantūlibet diu
differat veniet q̄ differt. Illaz mortem ti
meamus quā tumuerunt tres viri qñ dixe

runt regi. Potens est de⁹ etiā de ista flāma liberare nos: ⁊ si ibi nō fuit timor illi⁹ mortis quaz modo dñs cōminaꝝ qñ dixerunt.
Sed ⁊ si noluerit aperte liberare: potest in occulto coronare. Unde ⁊ ipse dñs factur⁹ martyres ⁊ caput martyrum futurus ait.
Matt. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus: ⁊ postea non habēt qđ faciāt. Quō non habent qđ faciant? Quid si cū occiderint corpus bestijs lacerandū et diripiendū alitibus pisciant? Uidek adhuc seuitia habere qđ faciat. Sz cui facit? Qui migrauit. Inest corpus: sed nullus est sensus: habitatio iacet/habitator abscessit. Ergo postea non habēt qđ faciāt. Non sentienti etī nihil faciūt. Sed eū timete q̄ habet potestatē ⁊ corpus ⁊ aiam occidere in gehennā ignis. Ecce de qua morte loquebaꝝ cū diceret: q̄ sermonē meū seruauerit mortez nō videbit in
F eternuz. Sernemus ergo fratres sermonē ipsius in fide pueturi ad speciē: cū acceperim⁹ plenissimā libertatē. Isti aūt indignātes mortui ⁊ mozti sempiterne predestinati: respondebāt cōuicíose ⁊ dicebāt. Modo cognouimus: qz demoniū habes. Abraam mortuus est ⁊ pphete. Sed ista morte quā dñs vult intelligi: nec abraaz mortuus est: nec prophete. Illi eñ mortui sunt ⁊ viuunt illi viuebāt ⁊ mortui erant. Nā respondēs quodā loco saduccis mouentibus questiō nem de resurrectione: hoc ait ipse dñs. De
mat. xxij resurrectione aūt mortuoz nō legistis: quō ait dñs de rubo ad moysen? Ego sum de⁹ abraam ⁊ deus isaac ⁊ deus iacob. Nō est deus mortuorū sed viuorum. Si ergo illi viuunt: laboremus sic viuere: ⁊ cū illis viuere
† Textꝰ hz. nūqđ tu maior es patre nr̄o abraam qui mortuꝰ ē ⁊ pphete mortui sunt quem. cum mortui fuerimus. [† Quē teipsum facis] inquiunt vt dicas mortē non videbit in eternū qui sermonē meum seruauerit: ch scias ⁊ abrāā mortuū ⁊ pphetas: [Respondit iesus. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est. Est pater me⁹ qui glorificat
Jo. xvij me.] Hoc ait propter illud qđ dixerūt: quē teipm facis. Refert eñ gloriā suam ad patrem suum de quo est ⁊ qui deus est. Aliqñ arriani: ⁊ de isto verbo calūniaꝝ fidei nr̄e dicunt. Ecce maior est pāter qz vtiqz glorificat filiū. Heretice non legisti ipm filiū dicentē. qđ glorificet patrē suū? Sed ⁊ ille filiū glorificat: ⁊ filiꝰ patrem glorificat. Pone pnicie: agnosce equalitatem: corrige perueritatez. Est ergo inquit pater meus qui glorificat me: [quez vos dicitis quia deus noster est ⁊ non cognouistis eum.] Uidete fratres mei quēadmodum ostendat ipsuz deum patrē esse xp̄i: qui annunciatus est ⁊ iudeis. Propterea dico: quia rursus quidā heretici dicūt deū annunciatū in veteri testamento non esse patrē xp̄i: sed nescio quē principez malor angelor. Manichei sunt qui ista dicūt: marcionite sunt q̄ ista dicūt. Sūt ⁊ alij fortassis heretici quos ꝓmemorare vel non opus est vel a me oēs recolit n̄ psenti non possunt. Nō defuerunt tñ q̄ hoc dicerent. Itaqz attēdite vt habeatis qđ dicatis ⁊ cōtra ipos. Cū dicit patrē suū dñs iesus xp̄s quem illi dicebant deū suū et nō cognouerūt. Si eñ ipm cognouissent: eius filiū recepissent. [Ego autē] inquit. [noui eū] fm carnē iudicantib⁹ potuit ⁊ hinc arrogans videri qz dixit: ego noui eum. Sed videt qđ sequaꝝ. [Si dixero qz non† noui eum: ero similis vobis mendax.] Ergo arrogantia nō ita caueaꝝ: vt veritas relinqtur batur. [Sed scio eū: ⁊ sermonē eius seruo] Sermonē patris tā filiꝰ loquebaꝝ: ⁊ ipe erat verbum patris qđ hoibus loquatur: [Abraā pater vester exultauit vt videret diem meū: ⁊ vidit ⁊ gauisus est.] Magnuz testimoniū phibet abrae/semē abrae/creator abrae. Abraā exultauit inqt vt videret diē meū: vidit. Nō timuit: sz exultauit vt videret diez meū. Erat eñ in illo charitas: q̄ foras mittit timorē. Nō ait exultauit qz vidit: sed exultauit vt videret. Credēs vtiqz exultauit sperando: vt videret intelligēdo ⁊ vidit. Et qđ potuit plus dicere vel qđ debuit plꝰ dicere dñs iesus xp̄s? Erat vidit inquit ⁊ gauisus est. Quis explicat hoc gaudiū fres mei? Si gauisi sunt illi quib⁹ de⁹ oculos carnis aperuit quale gaudiū fuit videntib⁹ cordis lucē ineffabilē: ꝝbū manēs splēdorem pijs mētib⁹ refulgentē: sapiētiā indeficientē apud patrē manentē deum: ⁊ aliqñ in carne venturū: nec de pīs gremio recessurū? Totū hoc vidit abrāā. Nam qđ ait: diē meū: incertuz pōt esse vnde dixerit: vtrū diē dñi t̄palē quo erat ventur⁹ in carne: an diē dñi q̄ nescit oīz nescit occasum. Sed ego nō dubito pfem abrāā totū scisse.
G Et vbi inueniaz? An sic dicere nobis debet testimoniū dñi nr̄i iesu? Putemus nō inuenire nō posse: qz forte difficile est quomodo manifestum sit qđ abraam exultauit vt videret diē christi: ⁊ vidit ⁊ gauisus est. Et si nos non inuenimus: nunquid mentiri veritas possit. Credam⁹ ꝝfitati: ⁊ de abrae meritis minime dubitemus. Tñ audite vnuz locū: q̄ mihi interim occurrit. Pater abrāā quando misit seruum suū vt peteret vxorē filio suo ysaac: hoc eum sacramento constrinxit: vt fideliter quod inbebatur impleret ⁊ sciret etiā ipse qđ faceret. Magna eñ res agebatur: qñ abrae semini cōiugiū quererebatur. Sed vt hoc cognosceret seruꝰ qđ nouerat abraam/quia nepotes non carna

liter desiderabat: nec de genere suo aliqđ carnale sapiebat: ait fuo suo qđ mittebat
Genesis xxiij. pone manum sub femore meo ⁊ iura mihi per deū celi. Quid vult deus celi ad femur abrae. Jam intelligitis sacramentū. Per femur genus. Ergo qđ fuit illa iuratio: nisi qz significabat de genere abrae vēturū in carne deum celi? Stulti reprehendunt abraam qz dixit mitte manū sub femore meo. Qui reprehendunt carnē christi reprehendunt factum abrae. Nos aūt fratres si agnoscim⁹ carnē xp̄i venerandā illud femur nō cōtēnam⁹. Sed in ꝓpheta dictū accipiam⁹. Etenī ꝓpheta erat abraā Cuius ꝓpheta? Semmis fui ⁊ dñi sui. Semen suū significauit: dicēdo mitte manum sub femore meo. Dñm suū significauit addendo: ⁊ iura mihi per deū celi. [Jrati† iudei rñderūt ei. Quinq̄ginta ānos nōdū habes: ⁊ abrāā vidisti? Et† dñs. Amē amē dico vobis anteq̄ abraā fieret ego sum]. Appende verba: ⁊ cognosce mysteriū. Anteq̄ abraā fieret. Intellige fieret ad hūanā naturā: sum ꝺo ad diuinā ptinere substātiā.
† Alis scio.
† Textꝰ hz direrūt ergo iudei ad eum.
† Textꝰ hz dixit eis Iesus Fieret: q̄ creatura erat abraā. Non dixit anteq̄ abraā esset ego sum: sed āteq̄ abraā fieret. Qui nisi p me nō fieret. Ego sum. Ne q̄s hoc dixit: anteq̄ abraā fieret/ego factꝰ
Gen. j. sum. In principio eñ fecit de⁹ celū ⁊ terrā Nam in principio erat verbū. Anteq̄ fieret abraā ego sum. Agnoscite creatorē: discernite creaturā. Qui loqbaꝝ semen abrae factus erat: ⁊ vt abraā fieret ante abraam ipe erat. Hinc iaz velut abrae aptissimo cōuitio cōmoti sūt acri⁹: blasphemasse qppe illis visus est dñs christꝰ qñ dixit: anteq̄ abraā fieret ego sum. [Tulerūt ḡ lapides vt iacerēt in eū]. Tāta duricia q̄ curreret nisi ad similes? [Jesus aūt] tanq̄ homo: tāq̄ in forma serui: tanq̄ humilis: tanq̄ passur⁹: tanq̄ moritur⁹: tanq̄ nos suo sanguine redēptur⁹: nō tanq̄ ille q̄ est: nec tanq̄ in principio v̄bū ⁊ verbū apud deum. Nā cū illi lapides tollerent vt mitterent in eū: quid magnū erat vt eos continuo de hiscens terra absorberet et pro lapidibus inferos inuenirent? Non erat magnū deo Sed magis erat commendāda patientia q̄ exercenda potentia. [Abscondit se ergo ab eis]: ne lapidaretur. Tanq̄ homo a lapidibus fugit: sed ve illis a quoz lapideis cordibus deus fugit.

Tractatus. xliij.

Cap. ix. ¶ Et preteriens iesus vidit hominē cecum a natiuitate. Et interrogauerunt eū discipuli ei⁹. Rabbi quid peccauit hic aut parentes ei⁹: vt cec⁹ nasceret? Respōdit iesus. Neq̄ hic peccauit neq̄ parentes eius: sed vt manifestentur opera dei in illo. We opz operari opera eius qui misit me donec dies est: venit nox: qñ nemo pōt operari. Quādiu sum in mundo: lux sum mūdi. Hoc cū dixisset expuit in terrā ⁊ fecit lutū ex sputo: ⁊ linluit lutū sup oculos ei⁹: et dixit ei: vade lauare in natatoria syloe: qđ interpretat missꝰ. Abiit ergo ⁊ lauit ⁊ venit videns. Itaqz vicini ⁊ qui viderant eū prius qz mendic⁹ erat dicebāt. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alij dicebant qz hic est: alij aūt nequaq̄. Sed similis est eius. Ille vero dicebat: qz eo sum. Dicebāt ergo ei. Quō aperti sunt tibi oculi? Respondit. Ille homo qui dicit iesus lutū fecit: et vnxit oculos meos. Et dixit mihi vade ad natatoriā syloe ⁊ laua ⁊ abli: ⁊ lauī ⁊ video. Et dixerunt ei. Ubi est ille? Ait/nescio: adducunt eū ad pharisēos q̄ cecus fuerat. Erat aūt sabbatum qñ lutuz fecit iesus et aperuit oculos ei⁹. Itez ergo interrogabāt eū pharisei quomodo vidisset. Ille autē dixit. Lutū mihi posuit sup oculos et lauī et video. Dicebāt ergo ex pharisēis qdam. Nō est hic homo a deo: q̄ sabbatum nō custodit. Alij autez dicebant. Quomō pōt hō peccator hec signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum. Tu qđ dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: qz pphēta est. Non crediderūt ergo iudei de illo qz cecus fuisset et vidisset: donec vocauerūt parentes eius qui viderat: ⁊ interrogauerūt eos dicentes. Hic est filiꝰ vester: quē vos dicitis qz cec⁹ natꝰ est: quō ergo nunc videt? Respōderūt eis parentes ei⁹ et dixerūt. Scim⁹ qz hic est filiꝰ nr̄: ⁊ qz cecꝰ natus est: quomō autez nunc videat nescim⁹? aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipm interrogate. Etatez habet: ipse de se loqꝰ. Hec di

rerunt parentes eius: quia timebāt iudeos. Iam enī conſpirauerant iudei vt ſi qs eum ꝓfiteret eſſe xp̄m extra ſynagogam fieret. Propterea parentes eiꝰ dixerunt q̄ etatez habet ipm interrogate. Uocauerunt ergo rursum hoiem q̄ fuerat cecus ⁊ dixerunt ei. Da gloriaz deo. Nos scimus q̄ hic homo peccator eſt. Dixit ergo ille. Si peccator eſt neſcio: vnuz ſcio quia cecus cum eſſem/ modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis: dixi vobis iam: et audiſtis q̄d iterū vultis audire? Nūq̄d et vos vultis diſcipli eiꝰ fieri? Maledixerūt ꝗ ei/ ⁊ dixerūt. Tu diſcipulꝰ illiꝰ ſis: nos aūt moyſi diſcipuli ſumꝰ. Nos ſcimus quia moyſi locutus eſt deus: hunc autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo: ⁊ dixit eis. In hoc enim mirabile eſt quia vos neſcitis vnde ſit et aperuit meos oculos. Scimus autez quia peccatores deꝰ non audit: ſed ſi quis dei cultor eſt ⁊ voluntatez eius facit: hunc exaudit. A ſeculo non eſt auditum: q̄ qs aperuit oculos ceci nati: niſi eſſet hic a deo non poterat facere quicq̄. Reſponderunt et dixerunt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit ieſus quia eiecerunt eum foras: et cuz inuenisſet eum dixit ei. Tu credis in filium dei? Reſpondit ille et dixit. Quis eſt domine vt credam in eum? Et dixit ei ieſus. Et vidiſti eum: et qui loquitur tecuz ipe eſt. At ille ait Credo domine et procidens adorauit eum: et dixit ei ieſus. In iudiciū ego in hunc mundum veni: vt q̄ non vidēt videant: et q̄ vident ceci fiant. Et audierunt quidā ex phariſeis qui cum ipſo erant: et dixerunt ei. Nunquid et nos ceci ſumus? Dixit eis ieſus. Si ceci eſſetis nō haberetis peccatū. Nūc vero dicitis q̄ videmꝰ peccatū veſtrum manet.

A

Et hoie q̄ dñs ieſus illuminauit qui cecus natus fuit prolixa lectio recitata eſt. Quaz ſi vniuerſaz pertractare conemur ꝓ ſui dignitate ſicut valemus ſingula conſiderā tes: non ſufficit dies. Proinde peto et admoneo charitatem veſtram: vt in his que aperta ſunt ſermonez noſtrū non reꝓratio Nam nimis longum erit in ſingulis immorari. Breuiter ergo ceci huius illumina ti commēdo myſteriū. Ea q̄ppe te fecit dominus ꝓpter ieſus chriſtus ſtupenda atq̄ miranda et opera et verba ſunt. Opera q̄ facta ſunt: verba q̄ ſigna ſunt. Si ergo q̄d ſignificet hoc quod factum eſt cogitemus: genus humanū eſt iſte cecꝰ. Hec enī cecitas ꝓtigit in primo homine ꝑ ꝓtū de quo oēs originē duximus: non ſolū mortis ſed etiaz iniquitatis. Si enī cecitas eſt infidelitas/ ⁊ illuminatio fides: quē fidelē quando venit chriſtꝰ inuenit. Quandoquidem apoſtolꝰ natꝰ in gente ꝓphetaꝝ dicit Fuimꝰ ⁊ nos aliq̄n natura filij ire ſicut et ceteri. Si filij ire: filij vindicte: filij pene: ſi filij gehenne. Quomodo natura: niſi q̄ peccante primo homine vitium ꝓ natura inoleuit? Si vitium ꝑ natura inoleuit: ſm mentem oīs homo cecus natꝰ eſt. Si enī videt: non opꝰ habet ductore. Si opus habet ductore ⁊ illuminatore/ cecꝰ eſt. Ergo a natiuitate venit dñs. Quid fecit? Magnū myſteriū cōmendauit. [Expuit in terram de ſaliua ſua lutum fecit]: quia verbuz caro factum eſt: [et inunxit oculos ceci]. Inūctus erat et nondū videbat. [Miſit illum ad piſcinā que vocat ſyloe] Pertinuit aūt ad euangeliſtā cōmendare nobis nomen huius piſcine ⁊ ait: [q̄ interpꝛat miſſus]. Jam q̄ ſit miſſus agnoſcitis. Niſi enim ille fuiſſet miſſus nemo noſtrum eſſet ab iniquitate dimiſſus. Lauit ergo oculos in ea piſcina que interpretatur miſſus: baptizatus eſt in chriſto. Si ergo quando eum in ſemetipſo quodammodo baptizauit: tunc illuminauit: quādo inunxit fortaſſe cathecuminum fecit. Poteſt quidem aliter tanti ſacramenti exponi profunditas et pertractari: ſed hoc ſufficiat charitati veſtre. Audiſtis grande myſterium. Interroga hominem. Chriſtianus es? Reſpondet tibi. Non ſum. Si paganus es aut iudeus Si autem dixerit non ſum. Adhuc queris ab eo. Cathecuminus an fidelis? Si reſponderit tibi cathecuminus inunctus eſt: nōdum lotus. Sed vnde inunctus quere: Et reſponder. Quere ab illo in quem

credat: eoipo quo cathecuminus eſt? dicit in chriſtum. Ecce modo loquor ⁊ fidelibus ⁊ cathecuminis. Quod dixi de ſputo ⁊ luto q̄ verbū caro factū eſt/ ⁊ hoc cathecumini audiunt: ſed non eis ſufficit ad q̄ inuenti ſunt: feſtinēt ad lauacrum ſi lumen inq̄runt. Jam ergo ꝓpter quaſtā in hac ipſa lectione queſtiones verba dñi ⁊ ipſius vniuerſe lectionis percurram? potius q̄ tractemus. [† Exiens ieſus vidit hominem cecum]: nō vtcūq̄ cecū [ſed a natiuitate. Et interrogauerunt eū diſcipuli eius. Rabbi]. Scitis rabbi: q̄ magiſter ē. Magiſtrū appellabant: q̄ diſcere deſiderabāt. Que ſtionē q̄ppe dño ꝓpoſuerūt: tāq̄ magiſtro Quis peccauit? hic: an parentes eiꝰ: vt ceus naſceret? Reſpondit ieſus. Neq̄ hic peccauit neq̄ parentes eius: vt cecus naſceret]. Quid eſt q̄d dixit? Si nullꝰ homo ſine peccato: nūq̄d parentes huiꝰ ceci ſine peccato erāt? Nunq̄d ipe vel ſine peccato originali natꝰ erat vel viuendo nihil addiderat? An quia oculos clauſos habebat: cōcupiſcentie minime vigilabat? Quāta multa committunt ceci: a quo malo abſtinent? Mens mala etiam clauſis oculis non poterat videre ſed nouerat cogitare. ⁊ forte ꝓcupiſcere aliq̄d quod cecꝰ nō poſſet implere: ſed in corde iudicari a cordis perſcrutatore. Si ergo et parentes eiꝰ habuerunt petm̄ ⁊ iſte habuit petm̄ q̄re dñs dixit: neq̄ hic peccauit neq̄ parentes eiꝰ: niſi ad rez de qua interrogatus eſt vt cecꝰ naſceret. Habebāt enī petm̄ parentes eiꝰ ſed nō ipſo peccato factū eſt vt cecus naſceret? Si ergo nō peccato factum eſt parentum vt cecus naſceretur: quare cecꝰ natus eſt? Audi magiſtrum docentem. Querit credentem: vt faciat intellgentem. Ipe cauſam dicit: quare ille cecus ſit natus. [Neq̄ inq̄t hic peccauit neq̄ parētes eiꝰ: ſed vt manifeſtent opera † dei in illo]. Deinde q̄d ſequitur: Me opz operari opa eiꝰ q̄ miſit me]. Ecce eſt ille miſſus: in quo faciē lauit cecus. Et videte q̄d dixerit? Me oportet operari opera eius qui miſit me. [Donec dies eſt.] Mementote quomodo vniuerſam gloriam illi dat de quo eſt: quia ille hz filiū qui de illo ſit ipe nō habet de quo ſit. Sed quare dixiſti domine donec dies eſt? Audi quare. [Uenit nox: quando nemo poteſt opari]. Nec tu domine. Ita ne tm̄ valebit nox illa vt nec tu poſſis in ea opari cuius opus nox eſt? Puto enim dñe ieſu immo nō puto ſed credo atq̄ firmo te tibi fuiſſe: quando dixit deꝰ: fiat lux ⁊ facta eſt lux. Si enim verbo fecit/ per te fecit: ⁊ ideo dictum eſt. Omnia per ipm facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factū eſt nihil. Diuiſit deꝰ inter lucē ⁊ tenebras: lucē vocauit die: ⁊ tenebras noctē. Que eſt illa nox: q̄ cuz venerit nemo poterit operari? Audi q̄d ſit dies: ⁊ tūc intelliges que ſit nox. Unde ſumus audituri q̄ſtā ſit dies iſte? Ipſe dicat. [Quādiu in hoc mūdo ſuz: lux ſuz mūdi.] Ecce ipe dies eſt. Lauat oculos cecꝰ in die: vt videat die. Quandiu inquit in mundo ſum: lux mūdi. Ergo neſcio que nox erit q̄n ibi chriſtus non erit: ideo nemo poterit opari. Reſtat inquirere fratres mei patienter accipite inquirentem me. Uobiſcum quero: vobiſcū inueniam a quo quero. Conſtat expreſſum ac definitum diem commemorare dñz hoc loco ſcīpm: id eſt lumen mundi. Ergo operatur ipſe: q̄diu eſt in hoc mundo. Putamus eum fratres fuiſſe hic tunc: ⁊ modo non hic eſſe. Si ergo hoc putamus: iam ergo poſt aſcenſum dñi facta eſt nox iſta metuēda: vbi nemo poſſit opari. Si poſt aſcēſum dñi facta eſt nox iſta vñ apoſtoli tanta opati ſunt? Nunq̄d iſta nox erat: quando ſpūſanctus veniens ⁊ omnes q̄ in vno loco erant adimplens: dedit eis loq̄ oīz gētiū linguis? Nūq̄d nox erat quando claudus ille ad verbū petri ſaluus effectus eſt immo ad verbum dñi habitātis in petro? Nunquid nox erat quando tranſeuntibꝰ diſcipulis egri cū lectulis ponebant: vt vel vmbra tranſeuntiū tangerent. Dñs autez cum hic eſſet neminē tranſiens vmbra ſua ſaluū fecit: ſed ipſe diſcipulis dixerat: maiora horū facietis. Dixerat quidē dñs: maiora horū facietis. Sed nō ſe extollat caro et ſanguis. Audiat dicētem. Sine me nihil poteſtis facere. Quid igit? Quid dicemus de nocte iſta? Quando erit: quando nemo poterit opari? Nox iſta impioꝝ erit nox iſta eoꝝ erit quibꝰ in fine dicet. Ite in ignē eternū q̄ paratus eſt diabalo ⁊ angelis eius. Sed nox dicta eſt: nō flamma: nō ignis? Audi q̄ et nox eſt. Me quodā ſeruo dicit. Ligate illi manꝰ ⁊ pedes: et proiicite eū in tenebras exteriores. Operetur ergo homo dū viuit: ne illa nocte non ꝓueniatur vbi nemo poſſit operari. Modo vt operetur fides per dilectionē: ⁊ ſi modo operamur. Hic eſt dies: hic eſt chriſtus. Audi ꝓmittentem: et ne arbitreris abſentem. Ipe dixit. Ecce ego vobiſcum ſum. Quandiu non ſit in nobis ſollicitudo qui viuimus. Si fieri poſſet: de hac etiam voce poſteros qui futuri ſunt ſecuriſſimos facerem? Ecce inquit ego vobiſcum ſum omnibus diebus: vſq̄ ad conſummationem ſeculi. Dies iſte qui circuitu ſolis huiꝰ adimpletur/ paucas horas habet. Dies p̄ntie xp̄i

ſcōs in ſsummationē ſeculi extendit. Post reſurrectionē vero viuorū ⁊ mortuoꝝ cum
Mat. xxv positis ad dexteram dixerit. Uenite benedicti ꝓris mei ꝓcipite regnū: positis autez ad ſiniſtram dixerit. Ite in ignē eternū qui paratus eſt diabolo et angelis eiꝰ: ibi erit
Mat. xvi nox: ibi nemo poteſt operari ſz recipere qđ operat⁹ eſt. Aliud eſt tps operatiōis: aliud receptionis. Reddet eniz dns vnicuiq; ſm opera ſua: cū viuis ⁊ mortuis ſic facturus eſt. Erit em̄ tunc nox valida: q̄ inuolnat impios. Sed ⁊ modo ois infidelis quādo moritur illa nocte ſuſcipit: ⁊ nō eſt vt illic aliqđ operet. In illa nocte dives ardebat: et
Lu. xvi. ſtillaz aque de digito pauperis requirebat Dolebat: angebatur: fatebat nec ei ſubuenie-
D batur: ⁊ conatus eſt benefacere. Ait em̄ abrae. pater abraam mitte lazarū ad fratres meos vt dicat illis quid hic agāt: ne ⁊ ipſi veniant in hunc locū tormentoꝝ. O in felix quando viuebas: tunc erat tps operandi. Modo iam in nocte es: in qua nemo poſſit opari. [Hec cū dixiſſet: expuit in terram ⁊ fecit lutum ex ſputo: ⁊ liniuit lutum ſuper oculos eius et dixit ei. Uade et laua in natatoria ſyloe: qđ interp̄tatur miſſus Abūt ergo ⁊ lauit: et venit videns]. Hec qz manifeſta ſunt tranſeamus. [Itaq; vi-
†Als viderant. cini ⁊ qui †videbant eum ꝓius qz mendi-
†Als ſedebat. cus erat dicebant. Nonne hic eſt qui †mē-
†als, autem dicabat: Alij dicebant qz hic eſt: alij neq; ſed ſimilis eſt ei]. Aperti oculi vultum mutauerant. [Ille †dicebat: qz ego ſum]. Uox grata: ne dānarē ingrata. [Dicebāt ergo ei. Quomodo apti ſunt oculi tui ⁊ Respondit ille homo q̄ dicitur ieſus lutū fecit et vnxit oculos meos: et dixit mihi. Uade ad natatoriam ſyloe et laua: et abij et laui et vidi]. Ecce annunciator fact⁹ eſt gratie ecce euangelizat: confiteturq; videns. Cecus ille confitebatur et cor impiorum frangebatur: quia non habebant in corde quod iam ille habebat in facie. Dixerūt ei. Ubi eſt ille q̄ aperuit tibi oculos ⁊ Ait. Neſcio In his verbis aius ipſi⁹ adhuc inuncti⁹ limo erat: nondū videns. Sic ponamus fratres tanq; illā vnctionem in alo habuerit predicat et neſcit quem predicat. [Adducunt eum ad phariſeos qui cecus fuerat. Erat autem ſabbatum quando lutum fecit ieſus: et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eū phariſei: quomō vidiſſet. Ille autem dixit eis. Lutum poſuit mihi ſuper oculos meos: et laui et video. Dicebant ergo ex phariſeis quidam]. Nō omnes ſed quidam. Jam eniz murmurabantur quidam. Quid ergo dicebant: nec videntes nec inuncti. Non eſt hic homo a deo qui ſabbatum non cuſtodit]. Ipſe potius cuſtodiebat: qui ſine peccato erat. Sabbatum enim ſpirituale hoc eſt: nō habere peccatum. Deniq; fratres hec admonet de⁹: quando commendat ſabbatū. Omne opꝰ ſeruile non facietis. Hec ſunt verba dei: cō-
Leuitici xxiij. mēdātis ſabbatū. Omne opus ſeruile non facietis in eo. Jam ſuperiores lectiones interrogate quid ſit opus ſeruile: et dominū audite. Omnis qui facit peccatum: ſer-
Joh. viij uus eſt peccati. Sed iſti nec videntes vt dixi nec inūcti ſabbatum carnaliter obſeruabant: ſpiritualiter violabāt [. Alij dicebāt Quō pōt hō pctōr hec ſigna facere ⁊ Ecce ſūt inūcti. [Et ſciſma erat iter eos]. Dicebāt ille diuiſus erat inter lucē ⁊ tenebras ⁊ [Dicunt ꝙ iteꝝ. Tu qđ dicis de eo q̄ aperuit tibi oculos ⁊ Quid de illo ſentis ⁊ Quid exiſtimas ⁊ Quid iudicas ⁊ Querebāt quēadmodum homini calumniarent: vt de ſyna-
Joh. v. goga repelleret: ſed a xp̄o inueniretur. Sz ille conſtanter quod ſentiebat expreſſit. Ait em̄. Quia ꝓpheta eſt]. Adhuc quidem inūctus in corde nondum deū ꝓfiteb: nec mentitur tamen. Jp̄e em̄ dns de ſemet
Wa. xij ipō ait. Nō eſt ꝓpheta ſine honore: niſi in patria ſua. [Non crediderunt ergo iudei de illo qz cecus fuiſſet et vidiſſet: donec vocauerunt parentes eius qui viderat]: id eſt qui cecus fuerat et viderat. [Et interrogauerunt eos dicentes. Hic eſt filius veſter: quē vos dicitis qz cecus nat⁹ eſt. Quomodo aūt nunc videt ⁊ Responderunt eis patres eiꝰ ⁊ dixerunt. Scimꝰ qz hic eſt filꝰ noſter ⁊ qz cecus natus eſt: quomō aūt nūc videat neſcimꝰ: aut quis eius aperuit oculos nos neſcimꝰ. Et dixerūt. Jp̄m interroga-
E gate etatem habet: ipſe de ſe loquatur]. Scimus qz filius quidem noſter eſt. Sed iuſte cogeremur loqui ꝓ infante: ſi ipſe ꝓ ſe loqui non poſſet. Olim loquebatur: modo videt. Cecum a natiuitate nouimus loquētem olim ſcimus: videntē modo videmus. Ipſum interrogate ⁊ inſtruaminī. Quid nobis calūniamini ⁊ [Hec dixerunt parētes eiꝰ: qz timebāt iudeos. Jā em̄ conſpirauerāt iudei: vt ſi qs eū confiteret xp̄m extra ſynagogā fieret]. Jā⁹ nō erat malum fieri extra ſynagogaz. Illi expellebant ſed chriſtus excipiebat. [Propterea parentes eius dixerunt quia etatem habet: ipſum interrogate. Uocauerūt ergo rurſum hoīem qui fuerat cecus: et dixerūt ei. Da gloriam deo]. Quid eſt da gloriam deo ⁊ Nega qō accepiſti. Hoc plane non eſt gloriam deo dare: ſed deum potius blaſphemare. Da inquiunt gloriam deo. [Nos ſcimus: quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo ille. Si
F

pctōr eſt neſcio: vnuz ſcio: qz cecus cū eſſem modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi ⁊ Quō aperuit oculos tuos ⁊] Et ille iā ſtomachans aduerſus duriciam iudeoꝝ ⁊ ⁊ ex ceco videns: nō ſcrēs cecos. [Reſpondit eis. Dixi iā vobis: ⁊ audiſtis. Quid iterū vultis audire ⁊ Nunqđ ⁊ vos vultis diſcipuli eiꝰ fieri ⁊] Quid eſt nunquid ⁊ vos: niſi qz ego iā ſum nunqđ ⁊ vos vultis ⁊ Jā video: ſed nō inuideo. [Maledixerunt ei ⁊ dixerūt. Tu diſcipulus eiꝰ ſis.] Tale male dictū ſup nos: ⁊ ſup filios noſtros. Maledictū em̄ eſt ſi ecc diſcutias non ſi verba ꝓphādas. [Nos autem moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus qz moyſi locut⁹ eſt dēo: iſtū aūt neſcimus vnde ſit.] Utinam ſciretis: ſi ſcirētis: qz moyſi locutus eſt deus ſciretis qz ꝓ moyſen p̄dicat⁹ eſt deus. Habetis em̄
Joh. v. dñm dicentē. Si crederetis moyſi: crederetis ⁊ mihi. De me em̄ ille ſcripſit. Ita ne ſe quimini ſerui: ⁊ dorſum ponitis contra dominū. Sed nec ſeruum ſequimini. Nā ꝓ illū ad dñm ducereminī. [Reſpondit ille hō ⁊ dixit eis. In hoc mirabile eſt quia vos ne ſcitis vnde ſit: ⁊ aperuit oculos meos. Scimus aut̄: quia peccatores deus non exaudit. Sed ſi quis dei cultor eſt et voluntatez eius facit: hunc exaudit.] Adhuc inunct⁹
Lu. xviij. loquitur. Nam et pctōres exaudit deꝰ. Si enim pctōres deus non exaudiret: fruſtra ille publicanus oculos in terraz demittēs ⁊ pectus ſuum pcutiens diceret. Deus ꝓpicius eſto mihi peccatori. Et iſta cōfeſſio meruit iuſtificationē: quomodo iſte cecus illuminationē. [A ſeculo nō eſt auditū qm̄ q̄s aperuit oc̄los cecinati. Niſi eſſet hic a deo: non poterat facere quicq̄.] Libere: cōſtanter ⁊ veraciter. Hec enim que a deo facta ſunt: a quo fierent niſi a dño ⁊ Aut quādo a diſcipulis talia fierent niſi in eis dns habitaret. [Reſponderunt ⁊ dixerūt ei. In peccatis natus es totus.] Totus quid eſt Cum clauſis oculis. Sed qui aperuit oculos: ſaluat ⁊ totū. Ipſe dabit ad dexterā reſurrectionem: qui in facie dedit illuminationem. In peccatis totus natus es: [⁊ tu doces nos ⁊ Et eiecerunt eum foras.] Ipſi illum magiſtruz fecerunt: ipſi vt diſcerent totiens interrogauerunt et ingrati docentem proiecerunt. Sed quod dixi iam dudū fratres: illi pellunt: excipit dominus. Magisleniz quia expulſus eſt: xp̄ianus factus eſt. [Audiuit dominus qz eiecerūt eum foras: ⁊ cum muenilſet eū dixit ei. Tu credis in filium dei ⁊] Modo lauat faciem cordis. [Reſpōdit ille ⁊ ait:] quaſi adhuc inunct⁹. [Quis eſt domine: vt credaz in eum ⁊ Et dixit ei ieſus. Et vidiſti eū ⁊ qui loquitur tecū ipſe eſt.] Miſſus eſt ille: iſte lauans faciem in ſiloe: qđ interpretatur miſſus. Deniq; iā facie lota cordis et mundata conſcientia: agnoſcens: eum non filium hominis tūtuz qđ ante crediderat: ſed iam filium dei qui carnē ſuſceperat. [ait. Credo dñe.] Paruz eſt credo: vis videre qualē credat ⁊ [Et ꝓcidens adorauit eū. Et dixit ei ieſus.] Modo dies ille eſt inter lucem et tenebras diſcernens. In iudicium ego in hunc mundū veni vt qui non vident videāt: et qui vidēt ceci fiant.] Quid eſt hoc dñe ⁊ Magnam q̄ſtionem feciſti intuliſti: ſed erige vires noſtras vt poſſimus intelligere quod dixiſti. Uenisti vt qui non vident videant. Recte quia lumen es: recte quia dies es: recte quia de tenebris liberas. Hoc enim anima accipit: ois intelligit. Quid eſt hoc qđ ſequitur: ⁊ qui vident ceci fiāt ⁊ Ergo ne qz venisti: ceci fiunt q̄ videbāt. Audi quid ſequit: ⁊ fortaſſis intelliges. Cōmoti ſūt ergo verbis iſtis. [Quidam ex phariſeis: ⁊ dixerūt ei. Nunqđ ⁊ nos ceci ſumus ⁊] Audi iā qđ eſt qđ mouebat: ⁊ qui vident ceci fiāt. [Dixit eis ieſus. Si ceci eſſetis non haberetis pctm̄:] cū ſit cecitas ipſa pctm̄. Si ceci eſſetis: id eſt ſi vos cecos aduerteretis: ſi vos cecos diceretis et ad medicū curreretis: ſi ergo ita ceci eſſetis nō haberetis pctm̄: qz veni ego auferre. [Nunc vero dicitis qz videmus: pctm̄ veſtrū manet.] Quare ⁊ Quia dicendo videmus: medicum non queritis: in cecitate veſtra remanetis. Hoc eſt ergo qđ pauloante nō intellexeram⁹ qđ ait: ego veni vt qui nō vident videāt. Quid vt qui non vident videāt ⁊ Qui ſe non videre cōſtentur: ⁊ medicū querūt vt videant ⁊ q̄ vident ceci fiāt. Quid eſt qui vident ceci fiāt. Qui ſe putant videre ⁊ medicū nō querūt: quia ſua cecitate pmanent. Ergo iſtam diſcretionē vocauit iudiciū cuz ait: in iudiciū veni in hunc mundū: quo diſcernit cauſas credentium ⁊ cōfitentiū a ſuperbis ſe videre putantibꝰ ⁊ ideo grauꝰ excecatis. Tanq̄ dixerit ei peccator confitens ⁊ medicum querens: iudica me deꝰ ⁊ diſcerne cauſam
ps. xlij. meā de gēte nō ſancta: illoꝝ ſcilicet: qui dicunt: videmus ⁊ eorum peccatum manet.

Non autē illud iudicium iam intulit mundo: quo de viuis ⁊ mortuis in fine ſeculi iudicabit. Sc̄ōm hoc em̄ dixerat: ego non iudico quēq̄: qm̄ prius venit nō vt iudicet mūdum: ſed vt ſaluet mundus per ipſum.
Joh. viij

Tractatus. xlv.

Caſ. x. [Amen amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouium: ſed aſcēdit aliūde: ille fur eſt ⁊ latro: qui

autem itrat per ostiū pastor est ouiū. Huic ostiarius aperit: ⁊ oues vocem eius audiūt: ⁊ propias oues vocat nominatim: ⁊ educit eas. Et cū propias oues emiserit ante eas vadit: ⁊ oues illū sequūtur q; sciunt vocem eius: alienū aūt non sequūtur sed fugiunt ab eo: q; nō nouerunt vocem alienoꝝ. Hoc prouerbiū dixit eis Iesus. Illi aūt non cognouerūt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterū Iesus. Amē amen dico vobis q; ego sum ostium ouiū omnes quotquot venerunt fures sunt ⁊ latrones: sed nō audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit saluabit et ingredietur ⁊ egredietur: ⁊ pascua inueniet. Fur nō venit nisi vt furetur ⁊ mactet ⁊ perdat. Ego veni vt vitam habeant: ⁊ abundantius habeant.

A



Ego illuminato illo qui cecus natus est: sermo ad iudeos dñi exortus est. Huic itaq; lectioni hodiernā esse cōtextā scire debuit ⁊ cōmoueri charitas vestra. Cum ēn dominus dixisset: in iudiciū enim ego veni in hunc mundū: vt qui nō vident videant ⁊ qui vident ceci fiant q; eo tēpore quando lectū est vt potuimus exposuimus: quidā ex phariseis dixerunt. Nūquid ⁊ nos ceci sumus? Quibus rndit dominꝰ. Si ceci essetis: non haberetis peccatū. Nunc autē dicitis: q; videmus. peccatū vestrum manet. His verbis subiūxit ea que hodie cū recitarētur: audiuimus. [Amē amen dico vobis qui nō intrat per ostium in ouile ouiū: sed ascendit aliūde: ille fur est et latro]. Dixerūt enim se cecos nō esse: videre autē tunc possent si oues christi essent. Unde sibi vsurpabāt lumen: que furebant cōtra diem. Propter illorū ergo vanam ⁊ superbā ⁊ insanabilem arrogantiā: dominus iesus ista cōrexit: in quib⁹ salubriter nos si aduertamus admonuit. Multi ēn sunt qui ſm quādam vite huius consuetudinē dicūtur boni homines: boni viri bone femine: nunocētes ⁊ quasi obseruantes ea que in lege precepta sunt: deferētes honorē parētibus suis: non mechātes nō homicidiū perpetrātes: non furtū faciētes: nō falsiū testimoniū aduersus quēq; phibētes: ⁊ cetera que in lege mandata sunt: velut obseruātes: christiani nō sunt: ⁊ plerūq; se iactant quo isti. Nūquid ⁊ nos ceci sumus? Quia ꝙ ista oia que faciunt et nesciūt ad quem finē referāt: inaniter faciunt. Dñs de grege suo ⁊ de ostio qua intrāt ad ouile: sikitudinē ꝓposuit in hodierna lectiōe. Dicant ergo pagani. Bene viui mus. Si per ostiū non intrant: quid ꝓdest eis vnde gloriant. Ad hoc enim debet vni cuiq; ꝓdesse viuere: vt deū illi semper viuere. Naz cui nō datur semper viuere: q̄d prodest bene viuere? Quia nec bñ viuere dicēdi sunt: qui finē bene viuendi vel cecitate nō cūt: vel inflatione contēnūt. Non est aūt cuiquā spes vera ⁊ certa semper viuēdi nisi agnoscat vitam q̄ est xp̄s: et per ianuā intret in ouile. Querūt ergo ple rūq; tales homines et persuadere hominib⁹ vt bene viuāt: ⁊ christiani nō sint. Per aliam partē volūt ascēdere/rapere ⁊ occidere: nō vt pastor cōseruare atq; saluare. Fuerūt ergo quidā philosophi de virtutibus ⁊ vitijs/subtilia multa tractātes/diuidentes/definiētes/ratiocinatiōes acutissimas cōcludētes/libros implētes/suā sapientiā buccis crepātibus ventilantes: qui etiā dicere auderent hoibus: nos sectemini: sectā nostrā tenete/si vultis beate viuere. Sed nō intrant per ostiū: perdere volebant/mactare ⁊ occidere. Quid de istis dicam? Ecce ipsi pharisei legebant ⁊ in eo q̄ legebant/christū sonabant: venturum sperabāt/⁊ ꝓsentē non agnoscebāt. Jactabāt se etiā ipsi inter videntes/hoc est inter sapientes: ⁊ negabāt christū ⁊ non intrabant per ostiū. Ergo ⁊ ipsi si quos forte seducerēt: mactandos ⁊ occidēdos non libērādos seducerent. Et hos dimittamus: videam⁹ illos si forte ipsi intrāt per ostiū: q̄ ipsius xp̄i noie gloriātur. Innumerabiles ēn sunt qui se videntes non solū iactāt: sed a xp̄o illuminatos videri volūt. Sunt aūt heretici. Forte ipsi per istā ianuā intrauerūt? Absit. Sabellius dicit. Qui filiꝰ est: ipe est pater. Sed filius nō est pater. Nō intrat per ostiū/qui filium dicit patrē. Arrianus dicit. Aliud est pater: aliud est filiꝰ. Recte diceret si diceret alius/nō aliud. Quando ēn dicit aliud: ei contradicit a quo audit: ego ⁊ pr̄ vnū sumus. Nec ipse ergo ꝓ ostiū intrat. Predicat enim xp̄m qualē sibi fingit: nō qualē veritas dicit. Nomē habes: rem nō habes. Alicuiꝰ rei nomen est christus. Tene ipsam rē: si vis ꝓdesse tibi nomē. Aliꝰ nescio vnde sit/sicut Fotinꝰ. Xp̄s homo est inq̄t/deus nō est. Nec ipse intrat per ostiū: q̄ christus hō ⁊ deus est. Et q̄d

Exo. xx.

Joh̄s. x.

B

po.xxxiij ſerere. Videt eñ dñs quãdo miſeretur: vnde illi dicitur. Uide humilitatẽ meam ⁊ la borem meum: ⁊ dimitte oñia peccata mea [Et lachrymatus est iesus. Dixerũt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum.] Quid est amabat eum? Non veni vocare iuſtos: sed pecatores in penitentiam. [Quidam autem dixerunt ex ipsis. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci facere vt ⁊ hic non moreretur:] Qui noluit facere vt non moreretur: plus est quod facturus est vt mortu⁹ suſcitetur. [Jesus autez rursus fremens in semetipso: venit ad monumentum.] Fremet ⁊ in te: si disponis reuiuiſcere. Omni homini dicitur qui premitur peſſima consuetudine. Uenit ad monumentũ [Erat autem spelunca: ⁊ lapis superpoſitus erat ei.] Mortuus sub lapide: reus sub
Exodi xxxij. lege. Scitis enim quia lex que data est iudeis: in lapide scripta est. Omnes autẽ rei
j. Tim. j. sub lege sunt: bene viuẽtes in lege sunt. Iusto lex posita non est. Quid est ergo lapidẽ remouere? Gratiaz predicate. Apostolus enim paulus ministrum se dicit noui testa
ij. Co. iij. menti: non littera sed spiritu. Nam littera (inquit/occidit: spiritus autẽ viuificat. Littera (inquit) occidens quasi lapis est pre
† Textꝰ hz. ait ie sus tolli te lapi dem. mens. [Remouete†] inqt [lapidem] remouete legis pondus: gratiam predicate. Si eñ data esset lex que poſſit viuificare: omnino ex lege esset iusticia: sed conclusit oĩa scriptura sub peccato: vt promiſſio ex
Gal. iij. fide iesus christi daretur credentib⁹. Ergo remouete lapidez. [Dicit ei martha: soror eius qui mortu⁹ fuerat. Dñe iam fetet: quatriduanus eñ est. Dicit eis iesus. Nonne tibi dixi: q̃ si crederis videbis gl̃ã dei?] Quid est videbis glorã dei? Quia ⁊ putem/ ⁊ quadriduanum reſuscitat. Omnes eñ peccauerunt: ⁊ egent gloria dei. Et vbi
Rom. iij. abundauit pctñ: superabũdauit ⁊ gratia. [Tulerunt ergo lapidem. Jesus aũt eleuatis sursuz oculis dixit. Pater gratias ago tibi: qñ audiſti me. Ego autem sciebam q̃ semper me audis: sed propter populuz qui circunſtat dixi vt credant q̃ tu me miſiſti. Hec cum dixisset: voce magna clamauit.] Fremuit/lachrymat⁹ est/voce magna clamauit. Quã difficile surgit: quẽ moles male consuetudinis premit. Sed tamẽ surgit: occulta gratia intus viuificatur surgit post vocem magnam. Quid est factũ? Uoce magna clamauit. [Lazare veni foras/ ⁊ statiz prodijt qui fuerat mortuus ligatus manꝰ ⁊ pedes institis: et facies illi⁹ sudario erat ligata.] Quomodo processit ligatis pedib⁹ miraris: ⁊ non miraris q̃ surrexit quatriduanus? In vtroq; potentis domini erat: non vires mortui. Processit ⁊ adhuc ligat⁹ est: adhuc inuolutus: tamen iam foras ꝓcessit: Quid significat? Quãdo contemnis mortuus iaces. Et si tanta quanta dixi cõ temnis sepultus iaces. Quãdo confiteris: ꝓcedis. Quid ẽ eñ ꝓcedere: nisi ab occultis: velut exeundo te manifestare? Sed vt confitearis. deus facit magna voce clamãdo: id est magna gratia vocãdo. Ideo cum processisset mortuus adhuc ligatus confitens ⁊ adhuc reus: vt soluerentur peccata eius: ministris hoc [dixit dñs: soluite illũ/ ⁊ sinite abire?] Quid est soluite ⁊ sinite abire? Que soluerit is in terra soluta erunt in
mat. xvj celo. [Multi ergo ex iudeis q̃ venerant ad mariam/ ⁊ viderunt que fecit iesus: crediderunt in eum. Quidam autẽ ex ipsis abierunt ad phariseos: ⁊ dixerũt eis que fecit iesus.] Non omnes ex iudeis qui cõuenerant ad mariam crediderũt: sed tamẽ multi. Quidaz vero ex eis siue ex iudeis qui cõ uenerant: siue ex eis qui crediderant: abierunt ad phariseos ⁊ dixerunt eis que fecit iesus: siue annunciando vt ⁊ ipsi crederent siue potius ꝓdendo vt seuirent. Sed quomodolibet et a quibuslibet: ad phariseos
Mat. xv ista perlata sunt. [Collegerunt pontifices
Joh. x. ⁊ pharisei cõcilium ⁊ dicebant. Quid faci
D mus?] Nec tñ dicebant credamus. Plus eñ perditi homines cogitabant quomodo nocerent vt perderent q̃ quomodo sibi cõ sulerent ne perirent. Et tamen timebant/ ⁊ quasi consulebant. Dicebant enim. Quid faciemus? [Quia hic homo mlta signa facit. Si dimittimus eum sic omnes credent in eum: ⁊ venient romani/ ⁊ tollent nostruz locum ⁊ gentem.] Temporalia perdere timuerunt ⁊ vitam eternam nõ cogitauerũt ac sic vtrunq; amiserunt. Nam ⁊ romani post domini passionem ⁊ glorificationez tulerunt eis ⁊ locum ⁊ gentem: expugnando ⁊ transferendo. Et illud eos sequitur quod
mat. xviij alibi dictum est. Filij autem regni huius ibunt in tenebras exteriores. Hoc autez timuerunt ne si omnes in christum crederẽt nemo remaneret qui aduersus romanos/ ciuitatem dei templumq; defenderet: quoniam contra ipsum templum ⁊ cõtra suas paternas leges/ doctrinam xp̃i esse sentiebãt. Unus

bant. [Unus autẽ ex ipsis cayphas: cum esset pontifex anni illi⁹: dixit eis. Uos nescitis quicq; nec cogitatis: q̃ expedit vobis vt vn⁹ moriatur homo ꝓ populo: ⁊ nõ tota gens pereat. Hoc aũt a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius ꝓphetauit]. Hic docemur: etiam boies malos prophetie spiritu futura predicere. Qõ tñ euangelista diuino tribuit sacramento: q̃ pontifex fuit: id est summ⁹ sacerdos. Potest autẽ mouere quomodo dicat pontifex anni illius: cũ de⁹ vnũ ꝓstituerit summũ sacerdotẽ: cui mortuo vnus succederet. Sed intelligendum est/ per ambitiones nõten
tiones inter iudeos postea constitutum vt plures essent: ⁊ p annos singulos vicibus
Lu. j. ministrarent. Nã et de zacharia hoc dicit Factum est autẽ cum sacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante deũ ſm consuetudinẽ sacerdotij sorte exijt vt incensum poneret: ingressus in tẽplũ dñi. Hinc apparet plures eos fuisse: et vices suas habuisse. Nam incensum nõ licebat ponere nisi summo sacerdoti: ⁊ forte etiam vnũ annũ plures administrabant q̃b⁹ alio anno alij succedebant: ex quibus sorte erat quis vt incensum poneret. Quid est ẽ q̃ ꝓphetauit cayphas [q̃ iesus moriturus erat ꝓ gente? Et non tantũ ꝓ gente: ſz vt filios dei qui erant diſperſi congregaret in vnũ.] Hoc euangelista addidit. Nã cayphas de sola gente indeoꝝ prophetauit: in qua erant oues de q̃b⁹ ipse ait do
minus. Non sum miſſus: nisi ad oues que perierunt domus israel. Sed nouerat euangelista esse alias oues que non erãt de hoc ouili/ quas oportebat adduci vt esset vnũ ouile ⁊ vnus pastor. Hec aũt ſz predestinationem dicta sunt. Nam neq; oues ei⁹ nec filij dei adhuc erant: qui nec dum crediderant. [Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. Jesus ergo iam nõ in palã ambulabat apud eos: sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem que dicitur effrem: ⁊ ibi morabatur cũ discipulis suis]. Non quia potentia eius defecerat: in qua vtiq; si vellet et palam iudeis conuersaretur/ et nihil ei facerent: sed in hominis infirmitate viuendi exemplum diſcipulis monstrabat. In quo apparet non esse peccatum: si fideles eius qui sunt membra ei⁹/ oculis ꝑsequentiũ se subtraherẽt ⁊ furoꝛẽ sceleratoꝝ. Iatẽdo potius deuitarẽt q̃ se offerendo magis accederent.

Tractatus. l.

¶ [Proximum autem erat pascha iudeorum: et ascenderunt multi hierosolymã de regiõe ante pascha vt sanctificarent seipos. Querebãt ergo ie
sum ⁊ colloquebanꝫ ad inuicẽ in tẽplo stantes. Quid putatis q̃ nõ venit ad diem festum istum: Dederant autem pontifices ⁊ pharisei mandatum: vt si quis cognouerit vbi sit indicet: vt apprehendãt eum. Jesus er Cap. xij.
go ante sex dies pasche venit bethaniam vbi lazar⁹ fuerat mortu⁹ quẽ suscitauit iesus. Fecerũt aũt ei cenã ibi et martha ministrabat: lazarus vero vn⁹ erat ex discũbentib⁹ cũ eo. Maria ergo accepit libram vnguẽti nardi pistici ꝑciosi ⁊ vnxit pedes iesu: ⁊ extersit pedes ei⁹ capillis suis: ⁊ dom⁹ impleta ẽ ex odore vnguẽti. Dixit ergo vn⁹ ex discipulis ei⁹ iudas scarioth is q̃ erat eũ traditur⁹. Quare hoc vnguẽtũ nõ venũt trecẽtis denarijs et datũ est egenis? Dixit autez hoc nõ q̃ de egenis ꝓtinebat ad eũ: sed q̃ fur erat: ⁊ loculos habẽs ea q̃ mittebanꝫ portabat. Dixit ergo iesus. Sine illã: vt in diẽ sepulture mee seruet illud. Pauperes eñ semp hẽtis vobiscũ me aũt nõ semp habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis q̃ illic ẽ ⁊ venerũt nõ ꝓpter iesuz tãtũ: ſz vt lazarum v/derent quẽ suscitault a mortuis. Cogitauerũt aũt ꝓncipes sacerdotũ vt ⁊ lazarũ interficerent: q̃ multi ꝓpter illum abibãt ex iudeis ⁊ credebant in iesum.

A



Esternam lectionem sancti euangelij de qua locuti sumus quod dñs dabit hodierna sequit de qua locuturi sumus quod dominus dabit. Quedam in scripturis tam manifesta sunt: vt potius auditorem q̃ expositorem desiderent. In eis nos immorari nõ oportet: vt necessarijs in quibus immorandum est: tempus sufficiat. [Proximũ ergo erat pascha iudeorum]. Illum diẽ festum / indei cruentum habere domini sanguine voluerunt. Illo die festo occisus est agnus: qui nobis eundem diem festum suo sanguine consecrauit. Consiliũ erat inter iudeos de occidendo iesu. Ille qui de celo venerat

Universidad de Navarra Biblioteca

Exo.xij. pati: propinquare voluit loco passionis: qz imminebat hora passionis. [Ascenderunt ergo multi hierosolymam de regione ante pascha: vt sanctificarent seipsos]. hoc faciebant iudei ſm preceptum domini p sanctum moysen in lege mandatum: vt die festo quo paschа erat/omnes vndiqz cōuenirēt: z illi⁹ diei celebratione sanctificarentur. Sed illa celebratio vmbra erat futuri. Quid est vmbra futuri? Prophetia christi venturi prophetia pro nobis illa die passuri: vt transiret vmbra/z lux veniret: vt trāsiret significatio et veritas teneret. Habebāt ergo iudei pascha in vmbra: nos in luce. Quid eīn opus erat vt dñs eis precipe ret p ipm festū die ouem occidere: nisi qz il

esaie.liij Exo.xij. le erat de quo prophetatū est: sicut ouis ad immolandū ductꝰ est? Sanguine occisi pecoris iudeoꝝ postes signati sunt. Sanguine christi frōtes nostre signanť: z illa signatio que erat significatio data est ab oībus signatis exterminatorem prohibere. Signū christi a nobis repellit exterminatorē si cor nostrū recipiat saluatorē. Quare hoc dixi? Qz multi postes habent signatos: z intus nō manet habitator. Agitatores facile habent in fronte signū christi z corde nō recipiunt verbuz christi. Ideo dixi fratres quod repeto: signum christi a nobis repellit exterminatorem: si cor nostruz habeat xp̄m habitatorē. Hec dixi: ne quis forte cogitaret q̄d sibi vellēt ista festa iudeoꝝ. Venit ergo iesus tanq̄ ad victimā: vt verum pascha nos haberem⁹: cū eius passione tā q̄ ouis immolationē celebraremꝰ. [Querebant ergo iesum] sed male. Beati eīn q̄ q̄ rūt iesum: sed bñ. Illi q̄rebāt iesum vt nec ipsi haberēt eum/nec nos: sed ab ipsis abscedentē suscepimus nos. Reprehendūtur qui querunt: laudantur qui querunt. Animus eīn q̄rentis aut laudez inuenit aut dānationem. Habes eīn et in psalmis. Confundantur z reuereantur: qui querunt animam meam. Isti sunt qui male querebant

psalmo xxxix. ps.xlj. Alio autem loco dicit. Perūt fuga a me: z nō est q̄ req̄rat aiam meā. Culpanť q̄ querebant: culpanť qui nō q̄rebāt. Ergo q̄ramus xp̄m vt habeamus: queram⁹ vt teneamus: sed vt non occidam⁹. Nā z illi nō iō querebant vt tenerent: sed vt cito non haberēt. Querebāt ergo: [z loquebanť inter se. Quid putatis: qz nō venit ad diē festum Dederūt autem pontifices z pharisei mādatum: vt si q̄s cognouerit vbi sit indicet vt apprehendāt eū]. Nos indicem⁹ modo iudeis vbi sit xp̄s: vtinā velint audire z apprehendere. Quicunqꝫ sunt ex semine illorum q̄ dederant mādatū: vt indicarēt eis vbi esset xp̄s: veniant ergo ad ecclesiā/audiant vbi sit christ⁹/z apphendāt eū. A nobis audiāt: et ex euāgelio audiāt. Occisus est a parentib⁹ eoꝝ: sepultus est: resurrexit a discipulis agnit⁹: aſi oculos eoꝝ ascēdit in celū: ibi sedet ad dexterā patris. Qui iudicatus est: venturꝰ est iudex. Audiant et teneāt. Rñdet. Quē tenebo? Absentē. Quō in celū manum mittaz: vt ibi sedentem teneā? Fidem mitte: z tenuisti. Parentes tui tenuerunt carne: tu tene corde: qm̄ xp̄s absens etiā p̄sens est. Nisi presens esset a nobis ipsis teneri nā posset. Sed qm̄ verum est q̄d ait. Ecce ego vobiscum sum vsq; mat.xxij ad consummationem seculi. Et abiit z hic est: z redijt/z nos nō deseruit. Corpus eīn suum intulit celo: maiestatem non abstulit mundo. [Jesus ergo ante sex dies pascheve capi.xij. nit bethaniam: vbi fuerat lazarus mortuꝰ quē suscitauit iesus. Fecerūt autē ei ibi cenā: z martha ministrabat. Lazar⁹ vn⁹ erat ex discumbentibus]. Ne putaret homines fantasma esse factum q̄ mortuus resurrexit: vnus erat ex recumbētibus vuebat: loquebat: epulabat: veritas ostēdebat: infidelitas iudeoꝝ cōfundebat. Discūbebat ergo iesus cum lazaro z ceteris. Ministrabat martha vna ex sororibus lazari [maria vero] altera soror lazari [accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi et vnxit pedes iesu z extersit capillis suis pedes eiꝰ: z domꝰ impleta est ex odore vnguēti]. Factum audiuimꝰ mysterium reḡamus. Quecūq; anima fidelis vis esse cū maria: vnge pedes dñi p̄cioso vnguēto. Unguentum illud iustitia fuit: ideo libra fuit. Erat autē vnguentum nardi pistici pretiosi. Qđ ait pistici: locum aliquem credere debemꝰ vnde hoc erat vnguentuz pretiosum. Nec tñ hoc vacat: z sacramento optime consonat. Pistis grece: fides dicitur. Querebas opari iustitiā. Justꝰ ex fide viuit. Unge pe Ro. des iesu bene viuēdo: dominica sectare vestigia: capillis terge. Habes supflua da pauperib⁹: z dñi pedes terfisti. Capilli ei supflua corporis videnť. Habes qđ agas de superfluis tuis. Tibi supflua sunt; sed domini pedib⁹ necessaria sunt. Forte in terra domini pedes indigent. De quibus enim nisi de membris suis in fine dicturus est. Cū vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Supflua vestra impediſtis: sed pedibus meis obsecuti estis. Domꝰ aūt impleta odore: mundus implet⁹ est fama bona. ma.xxv. Nā odor bonꝰ fama bona est. Qui malevuunt z christiani vocantur inuriā xp̄o faciunt de qualibus dictum est: q̄ per eos nomen dñi blasphematur. Si p̄ tales nomen

Rom.ij. Canti.j. ij.Cor.ij dei blasphemat: per bonos nomen dñi laudatur. Audi apm. Christi bonus odor sumus inḡt in oi loco. Dicit z in cāticis canticoꝝ. Oleum effusum nomē tuū. Ad apostolum renoca intentionē. Christi (inquit) bonus odor sumus in oi loco: z in his q̄ salui fiunt/z in his qui pereunt. Aliꝫ sumus odor vite in vitā: aliꝫ odor mortis in mortē. Et ad hec quis idoneus? Occasionē nobis prebet presens lectio sancti euāgliꝫ de odore isto ita loqui/vt et a nobis sufficienter dicatur: z a vobis diligenter audiatur: apostolo ipso ita dicente. Et ad hec q̄s idoneus? Ergo vt inde nos conemur loqui: nū quid idonei sum⁹: aut vos audire hec idonei estis? Hec audire vos q̄dē idonei estis: nos quidem idonei non sumus: sed idoneꝰ est ille qui per nos dignet dicere: quod vobis prosit audire. Ecce apls bonus odor est sicut dicit ipse: sed ipe odor: aliꝫ est odor vite in vitam: aliꝫ autem odor mortis in mortem: tamen bonus odor. Nunquid eīn sit: aliꝫ sumus bonus odor ad vitaz: aliꝫ malus odor ad mortez? Bonum odorem se dixit non malum: et eundem bonum odorem aliꝫ ad vitam dixit: aliꝫ ad mortem. Felices qui bono odore viuunt. Quid autē infelicius illis qui bono odore moriuntur? Et quis est ait aliquis quem bonus odor occidit? Hoc est quod ait apostolus. Et ad hec quis idoneus? Quomodo ea facit dei mirtis modis vt bono odore/et boni viuant: z mali moriantur: quomodo sit: quātum dominus inspirare dignatur ostēdā. Nam fortasse ibi latet altior intellectus: qui a me non potest penetrari. Tamē quousq; penetrare potero/vobis non debet denegari paulum apostolum bene agentem/bene viuentem/iusticiam verbo predicantem/opere demonstrātē/doctorē mirabilē fidelem dispensatorē: fama vsq; quaq; diffe minabat: quidā diligebant: quidā inuidebant. Nam ipse quodā loco ait de quibusdam: q̄ non caste sed per inuidiā xp̄m annunciarent existimantes (inquit) tribulationem suscitare vinculis meis. Sed quid ait? Sive occasione/sive veritate xp̄s annunciet. Annuncient qui me amant: annūcient qui mihi inuident. Illi bono odore vivunt: z illi bono odore moriunť. Tm̄ vtrisq; predicantibus nomen xp̄i annunciet: odore optimo mundus impleat. Amasti bene agentē: vixisti bono odore. Inuidisti bene agenti: morituus es bono odore. Nunquid qz mori voluisti: ideo odorem illū malū esse fecisti. Noli inuidere: z non occidet te bonꝰ odor. Deniq; audi z hic ex vnguento isto q̄ modo aliꝫ erat odor bonus in vitaz: aliꝫ odor bonus in mortez. Postea q̄ hoc fecit religiosa maria ad dñi obsequiū: continuo [vnus ex discipulis etꝰ iudas scarioth q̄ eum erat traditurus dixit. Quare hoc vn- D guentū nō venit trecentis denarijs z datum est egenis?] Ue tibi miser: bonus odor occidit te. Quare eīn hoc dixerit: euangelista sanctus aparuit. Putarem⁹ aūt z nos si mens ipsius nobis p euangeliū non proderet: pauperū cura hoc illū dicere potuisse. Nō ita est. Sed quid? Audi testē veracē [Dixit autē hoc: nō qz de egenis pertinebat ad illū: sed qz fur erat z loculos habēs Et ea que mittebantur portabat.] Portabat an exportabat? Sed ministerio portabat: furto exportabat. Ecce audite quia iudas iste nō tunc peruersus factus est: q̄n a iudeis corruptus dñz tradidit. Pleriqz eīn incuriosi euangeliꝫ/existimant tunc periisse iudam: q̄n accepit a iudeis pecuniā vt dominū traderet. Non tunc perijt. Jam fur erat/z dñm perditus sequebat: qz non cor de sed corpore dñm sequebatur. Duodenarium numerū apostolorū implebat apostolicam beatitudinē non habebat. Ad imaginem fuerat duodecimus. Quo iuda decidente z matthia succedente: z suppleta est Actuū. j apostolica veritas: z numeri permansit in ij.q.iij. tegritas. Quid q̄ voluit dominus noster iesus christus fratres mei ammonere eccle- qđ ergo. siam suam: q̄n vnum perditum inter duodecim habere voluit: nisi vt malos tollere mus: ne corp⁹ xp̄i diuidamus? Ecce inter sanctos est iudas: ecce fur est iudas. Et ne contemnas: fur sacrilegus: non qualiscūq; fur. Fur loculorū: sed dominicorū: loculorū sed sacrorum. Si crimina discernunť in foro/qualiscūq; furti: z peculatus. Peculatus eīn dicitur furtum de re publica: z non sic iudicatur furtum rei priuate quomodo publice: quanto vehementius iudicandus est fur sacrilegus qui ausus fuerit vndecūq; tollere: hoc est et de ecclesia tollere. Qui aliquid de ecclesia furatur: inde p̄dito cōparatur. Talis erat iste iudas: z tñ cū sanctis discipulis vndecim intrabat z exibat Ad ipsam dominicam cenam pariter accessit: conuersari cum eis potuit: eos inquinare non potuit. De vno pane z petrus et iudas accepit: z tñ que pars fideli cum infidele? Petrus eīn accepit ad vitam: iudas mortem. Quomodo enim ille odor bonus: sic ille cibus bonus. Sicut ergo odor bonꝰ ita z cibus bonus: bonos viuificat: malos mortificat: Qui eīn manducauerit indigne j.cor.xj. iudicium sibi māducat z bibit. Judiciū sibi: non tibi. Si iudiciū sibi nō tibi: tolera malū bonꝰ: vt venias ad p̄mia bonoꝝ: ne mit-

xij.q.j. exēplū. tatis in penā maloꝝ. Exemplū dñi accipe conuersantis in terra. Quare habuit loculos cui angeli ministrauerūt: nisi qꝛ ecclesia ipsi⁹ loculos suos habitura erat? Quare furē admisit: nisi vt ei⁹ ecclesia fures patienter toleret. Sed ille q̄ consueuerat de loculis pecuniā tolere: nō dubitauit accepta pecunia ipm dñm vendere. Videam⁹ q̄d ad ista dñs rñdeat. Videte frēs. Nō ille ait, ꝓpter furta tua dicis ista. Furē nonne rat: ꝛ prodere nolebat: ꝟ potiꝰ tolerabat: ꝛ ad pferendos malos in ecclesia nobis exēplū patientie demonstrabat. [Dixit ergo ei ihesus. Sine illā vt in diez sepulture mee seruet illud.] Moritur⁊ se denunciauit. Sz quid est q̄ sequit: [pauperes em̄ semp habebitis vobiscū: me aūt non semp habebitis:] Intelligim⁹ quid est: pauperes semper habebitis. Q̄ dixit: verū est. Q̄si ecclesia sine pauperibus? We autē non semper habebitis: quid sibi vult. Quomodo intelligendū est: me aūt nō semper habebitis? Nolite expauescere: inde dictum est. Quare ergo non dixit habebis sed habebitis? Qꝛ non vnus est iudas. Judas malus corpus malorū significat: quomodo petr⁹ corpus bonorum: corpus ecclesie: immo corpus ecclesie sed in bonis. Nam si in petro nō esset ecclesie sacramentū non ei diceret mat.xvj dñs. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Quecūq; solueris in terra: soluta erunt ꝛ in celo: ꝛ quecūq; ligaueris in terra ligata erūt ꝛ in celo. Si hoc petro tantum dictum est xxiiij.q.j Q̄cūq; non facit hoc ecclesia. Si autem ꝛ in ecclesia fit: vt que in terra ligantur in celo ligentur: ꝛ que soluuntur in terra/soluantur in celo/qꝛ cum excommunicat ecclesia: in celo ligatur excōmunicat⁹: cū reconciliat ab ecclesia: in celo soluitur reconciliatus. Si hoc ergo in ecclesia fit: petrus quando claues accepit ecclesiam sanctā sanctificauit? Si in petri persona significati sūt in ecclesia boni: in inde persona significati sunt in ecclesia mali. Ipsis dictum est. We autem non semper habebitis. Quid est enim non semper: ꝛ quid est semper? Si bonus es: si ad corpus christi pertines quod significat petrus: habes xpm ꝛ in presenti ꝛ in futuro. In presenti per fidem: in presenti per signum xpi: in presenti per baptismatis sacramentum: in presenti per altaris cibum ꝛ potum. Habes christū in presenti: sed habebis semper: qꝛ cum hinc exieris/ad illū Lu.xxiij venies qui dixit latrōi. Hodie mecum eris in paradiso. Si aūt male versaris: videris habere in presenti xpm: qꝛ intras ecclesiā signas te signo christi: baptizaris baptismo christi: misces te membris christi: accedis ad altare christi: in presenti habes xpm sed male viuēdo non semp habebis. ¶ Potest ꝛ sic intelligi. Pauperes semper habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis. Accipiant ꝛ hoc boni: sed non sint solliciti. Loquebatur enim de presentia corporis sui. Nam fm maiestatem suam: fm prouidentiam: fm ineffabilem ꝛ inuisibilem gratiam impletur quod ab eo dictum est. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus: Watth. xxviij. vsq; ad ꝯsummationem seculi. Scōm carnem vero quam verbum assumpsit: scōm id q̄d de virgine nat⁹ est: scōm id q̄d a iudeis comprehensus est: quod ligno confixus⁊ de cruce depositus: quod linteis inuolutus: quod in sepulchro cōditus: quod in resurrectione manifestatus: nō semper habebitis me vobiscum. Quare? Quoniā cōuersatus est scōm corporis presentiā quadraginta diebus cū discipulis suis: et eis deducentibus: videndo nō sequendo ascēdit in celum: ꝛ non est hic. Ibi em̄ sedet ad dexteram patris ꝛ hic est. Nō em̄ recessit presentia maiestatis. Aliter. Scōm presentiam maiestatis semper habemus christū fm presentiam carnis: recte dictum est discipulis: me autē non semp habebitis. Habuit em̄ illū ecclesia fm presentiam carnis paucis diebus. [Modo fide tenet: oculis non videt. Ergo sicut dictum est: me aūt nō semper habebitis: q̄stio sicut arbitror iam nulla est: que duobus modis soluta est. Cetera que pauca remanent audiamus. [Cognouit ergo multa turba ex iud eis quia illic est: ꝛ venerūt nō ꝓpter iesum tm: sed vt lazarum viderent quem suscitauit iesus a mortuis:] Curiositas eos adduxit nō charitas. Venerūt et viderūt: audite mirabile consiliū vanitatis. Viso lazaro resuscitato: qꝛ tantū miraculū dñi tanta erat cuidētia diffamatū: tanta manifestatiōe declaratū vt nō possint vel occultare q̄d factū est vel negare. q̄d inuenerunt videte. [Cogitauerunt aūt principes sacerdotum vt ꝛ lazarū interficerent: qꝛ multi ꝓpter illum abibant ex iudeis: ꝛ credebāt in iesum.] O stulta cogitatio: ꝛ ceca sencia. Dominus christus qui suscitare potuit mortuū: nō possit occisum? Q̄ lazaro inferebatis necem: nū quid auferebatis domino potestatem? Si aliud vobis videtur mortuus/aliud occisus: ecce dñs vtrūq; fecit: ꝛ lazarū mortuū: ꝛ scipsum suscitauit occisum.

Tractatus.lj.

¶ In crastinum autem turba multa que venerat ad diem festum cum audissent quia venit iesus hierosolymam acceperūt ramos palmarū ꝛ ꝓcesserunt obuiā ei ꝛ clamabāt osanna. Benedictus qui venit in noie dñi rex israel. Et inuenit iesus asellū: et sedit sup eū sicut scriptū est. Noli timere filia syon: ecce rex tu⁹ venit sedēs sup pullū asine. Hec non cognouerūt discipuli ei⁹ primū: sed q̄n glorificat⁹ est iesus tūc recordati sunt qꝛ hec erāt scripta de eo: ꝛ hec fecerūt ei. Testimoniū ergo phibebat turba q̄ erat cū eo q̄n lazarū vocauit de monumēto: ꝛ suscitauit eum a mortuis. Propterea ꝛ obuiā venit ei turba: qꝛ audierūt eū fecisse hoc signū. Pharisei ergo dixerūt ad semetipsos. Videtis qꝛ nihil ꝓficimus. Ecce mundus tot⁹ post eū abiit. Erant aūt quidam gētiles ex his q̄ ascēderāt vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippū qui erat a bethsaida galilee: ꝛ rogabāt eū dicētes. Dñe volumus iesum videre. Venit philipp⁹: et dicit andree. Andreas rursum ꝛ philippus dixerūt iesu. Jesus aūt rñdit eis dicens. Venit hora vt clarificetur filius hois. Amen amē dico vobis: nisi granū frumenti cadens in terrā mortuū fuerit: ipm solū manet: si aūt mortuū fuerit: multū fructuz affert. Qui amat aiam suā pdet eaz. Et qui odit aiam suā in hoc mūdo: in vitā eternaz custodit eā. Si q̄s mihi ministrat: me sequat: ꝛ vbi sum ego: illic ꝛ minister me⁹ erit. Si q̄s mihi ministrauerit: honorificabit eū pater meus.



Ostea ꝙ dñs quatriduanū mortuz resuscitauit: stupentib⁹ iudeis: ꝛ alijs eoꝝ videndo credētibus: alijs inuidendo pereūtib⁹ ꝓpter odorem bonū q̄ est alijs ad vitam/alijs ad mortē: postea ꝙ discubuit in domo cū recūbente lazaro qui fuerat mortu⁹ resuscitat⁹ post vnguentū diffusum super pedes eius: vñ domus odore impleta est: postea ꝙ vanam seuitiam ꝛ stultissimū/ꝛ demētissimū scelus: iudei etiā de occidēdo lazaro/corde pdito cōceperūt: de quib⁹ oib⁹ vt potuim⁹ qd̄ dñs dedit superioribus⁹ sermonib⁹ locuti sumus: nūc intendat charitas vestra ante dñi passionē quantus fructus apparuerit ꝑdicatiōis ei⁹: ꝛ ꝙtus grex ouiuz ex his q̄ perierant dom⁹ israel/vocē pastoris audierit. Sic em̄ loquitur euāgeliū: qd̄ modo cuz recitaret audistis. [In crastinū aūt turba multa que venerat ad diē festum cum audissent qꝛ venit iesus hierosolymam acceperunt ramos palmaꝝ: ꝛ processerunt obuiam ei: ꝛ clamabant. Osanna: benedictus qui venit in noie dñi: rex israel.] Rami palmarū laudes sunt significantes victoriam qua erat dñs morte mortēdo superaturus ꝛ tropheo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Vox aūt obsecrantis est osanna: sicut nōnulli dicunt qui hebreā linguā nouerunt: magis affectū indicās ꝙ rem aliquā significans: sicut sunt in lingua latina quas interiectiones vocant: velut cū dolentes dicimus heu: vel cuz delectamur ua dicimus: vel cum miramur dicimus/o rem magnam. Tunc enim nihil significat: nisi mirantis affectum. Quod ideo credendum est ita esse: quia neqꝫ grecus neqꝫ latinus hoc interpretari potuit sicut illud: qui dixerit frī suo racha. Naz hec interiectio esse perhibetur/affectū indignantis ostendens. Benedictus aūt qui venit in nomie dñi rex israel: sic potius accipienduz est: vt in nomine dñi/in nomine dei patris intelligat: ꝙuis possit intelligi etiam in nomine suo: qꝛ ꝛ ipse dñs est. Unde ꝛ alibi scriptuz est. Pluit dñs a dño. Sed verba eius meliꝰ nostrum dirigunt intellectum: qui ait. Ego veni in nomine patris mei/et non suscepistis me: alius veniet in nomine suo: hunc susscipietis. Humiliratis em̄ magister est christus: quia humiliauit semetipsum factus obediēs vsqꝫ ad mortē: mortē autez crucis, Jdon itaqꝫ omittit diuinitatē: quando nos docet humilitatem. In illa est patri equalis: in hac nobis similis. Per quod patri ē equalis: nos vt essemus creauit. Per quod nobis est similis/ne periremus redemit: Has ei laudes turba dicebat. Osanna: benedictus qui venit in nomine domini: rex israel. Quam crucem mentis/inuidentia principum iudeoꝝ perpeti potuerat: quādo regē suū christū tanta multitudo clamabat? Sed quid fuit domino regem esse israel? Quid magnum fuit regi seculorum regem fieri hominum? Nō enim rex israel christus ad exigendum tributum: vel exercitum ferro armandum/hostesqꝫ visibiliter debellādos: sed rex israel: quod mētes regat: quod ineternuz cōsulat: qō in regnū celorum credentes/sperātes amantesqꝫ p-

Watth. xxi.

Actuū.j

Joh.v.

Phil.ij.

ducat. Dei ergo filius equalis patri: verbū per quod facta sunt oīa: qō rex esse voluit ist: dignatio est nō promotio. Miserationis indiciū est: non potestatis augmentum. Qui eīm appellat⁹ est in terra rex iudeorum: in celis est dñs angelorum. Et inuenit iesus asellū: & sedit super eum]. Hic breuiter dictū est. Nā quemadmodū sit factū apud alios euangelistas plenissime legitur. Adhibetur autem huic facto ꝓphetici testimonium: vt appareret q̄ maligni pncipes iudeorum eum non intelligebant: in quo implebantur que legebāt. Inuenit ergo iesus asellū & sedit super eū [sicut scriptū est. Noli timere filia syon. Ecce rex tuus venit: sedēs super pullum asine.] In illo ergo populo erat filia syon: ipsa est hierusalem. Que syon in illo iaꝫ populo reprobo et ceco erat: tamē filia syon cui diceretur. Noli timere: ecce rex tuus venit sedens super pullum asine. Hec filia syon cui diuinitus ista dicuntur. In illis erat omnibus que vocem pastoris audiebant: in illa erat multitudine que dñm venientem tanta deuotione laudabat: tanto agmine deducebat. Et dictum est noli timere: illum agnosce qui a te laudatur: & noli trepidare eū patiꝫ: q̄t ille sanguis fundiꝫ per quē tuū delictum deleaꝫ: & vita reddaꝫ. Sed pullū asine in quo nemo sederat: hoc eīm apō euāgelistas inuenit / intelligim⁹ populū gentiū qui legez dñi nō acceperat. Alīnam ꝺo q̄ vtrūq; iumētum dño adductum est: plebem ei⁹ que veniebat ex populo israel: nō indomitā plane: sed que ꝓfecto pēne domita nō erat. [Hec non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est iesus id est quando virtutem sue resurrectionis ostendit [tunc recordati sunt quia hec scripta erant de eo et hec fecerunt ei] id est nō alia fecerunt ei: ꝯ illa que erant scripta de eo. Recolentes quippe scōm scripturam q̄ ante passionem vel in passione dñi completa sunt: ibi & hoc inuenerunt quod scōm eloquia prophetarum in pullo asine sederat. [Testimoniuꝫ ergo perhibebat turba que erat cum eo q̄n lazarū vocauit de monumento et suscitauit eum a mortuis: propterea et obuiauꝫ venit ei turba: quia audierunt eum hoc fecisse signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos videtis quia nihil ꝓficim⁹. Ecce mund⁹ totus post eum abiit]. Turba turbauit turbam. Quid autem inuides ceca turba: quia post eum vadit mundus: per quem factus est mundus [Erāt aūt gentiles quidā ex his qui ascēderant vt adorarēt in die festo. Hi ergo accesserūt ad philippū q̄ erat a bethsaida galilee: & rogabant eū dicentes. Dñe: volumus iesum videre. Venit philippus / et dicit andree. Andreas rursum & philippus † dicunt iesu]. Audiamus q̄d dñs ad ista responderit. Ecce volunt eum iudei occidere: gētiles videre: sed etiā illi ex iudeis erāt q̄ clamabant. Bñdict⁹ q̄ venit in noīe dñi: rex israel. Ecce illi ex circūcisione / illi ex ꝓputio: velut duo parietes de diuerso veniētes: & in vnā fidē xpi pacis oscula cōcurrētes. Audiamus ḡ vocē lapidis angularis [Jesus aūt] inquit [respondit eis dicens Venit hora vt † glorificetur filius hominis]. Hoc quidē forsitā putat ideo se dixisse glorificādū: q̄t gentiles cum volebant videre. Non ita est. Sed videbat ipsos gentiles post passionem et resurrectionem suā in oībus gētibus creditūros: q̄t sicut dicit apostolus. Cecitas ex ꝑte in israel facta est: donec plenitudo gentium intraret. Ex occasione istorum gentilium qui eū videre cupiebant: annunciat futurā plenitudinē gētiū & ꝓmittit iaꝫ iāq; adesse horā glorificationis sue: quā factā in celis gentes fuerāt crediture. Unde predictū est. Exaltare sup celos de⁹: & sup oēm terrā gloria tua. Hec est gentiū plenitudo: de qua dicit apls. Cecitas ex parte in israel facta est donec plenitudo gentium intraret. Sed altitudinez glorificationis oportuit vt precederet humilitas passionis: iō secut⁹ adiūxit. [Āmē āmē dico vob: nisi granū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit: ipz solū manet. Si aūt mortuū fuerit: multū fructū affert]. Se aūt ipz iesus dicebat. Ipse erat granū mortificandū & multiplicandū: mortificandus in infidelitate iudeoꝝ: multiplicandū in fide omniū populoꝝ. Iā vero exhortans ad passionis sue sectāda vestigia. [Qui amat aīam suā ꝑdet eā]. Quod duob⁹ modis intelligi pōt. Qui amat perdet: id est si amas perdes. Si cupis vitam tenere in christo noli mori timere ꝓ christo. Item alio modo. Qui amat aīmā suā: ꝑdet eā. Noli amare ne ꝑdas: noli amare in hac vita: ne perdas in eterna vita. Hoc autem quod posterius dixit: magis habere videt euangelicus sensus. Sequitur eīm. [Et q̄ odit animam suam in hoc mūdo: in vitam eternam custodit eam.] Ergo quod supra dictum est: qui amat: subintelligit in hoc mundo: ipse itaq; perdet. Qui autem odit vtiq; in hoc mundo: in vitam eternam ipe custodit eā. Magna & mira sententia: quēadmodū sit hois in aiam suā amor: vt peat odiū ne pereat. Si male amaueris tūc odisti: si bene oderis tunc amasti. Felices qui oderūt custodiēdo: ne ꝑdant amādo. Sed

† Alia littera diuerunt.

Ephe.ij.

† Alia lit. clarificetur.

Rom.xi.

C

verte retro duo folia i hoc signo ✱ ✱

vide ne tibi subrepat vt reipm velis interimere: sic intelligēdo q̄ debes odisse in hoc mundo animā tuā. Hinc eīm ḋdaz maligni atq; puersi hoies & in seipis crudeliores: & sceleratiores homicide: fiāmis se donant: aquis se ꝓfocant precipitio se colliduntꝫ & pereunt. Hoc xp̄s nō docuit: immo etiā diabolo precipitiū suggerenti respondit. Redi retro sathanas. Scriptū est. Non tētabis dñm deū tuū. Per hoc aūt dixit significans qua morte clarificaturus erat deum. Cum esses iunior cingebas te & ambulabas quo volebas: cum autem senueris alter te cinget: & feret quo tu nō vis. Ubi satis ꝓfecto ostēdit non a seipso sed ab alio debere occidi: q̄ ve stigia sequitur christi. Cum ergo causē articulus venerit: vt hec cōditio ꝓponatur aut faciendum esse contra dei preceptum: aut ex hac vita emigrandū: quorū duoruz homo si cogatur alterū eligere cōminante mortem persecutore: ibi eligat deo dilecto emori / quā offensoviuere: ibi oderit in hoc mundo aīmā suam vt in vitam eternā custodiat eam. [Si quis mihi ministrat: me sequatur.] Quid est me sequaī: nisi me. imitetur: Christus eīm ꝓ nobis passus est / ait apostolus petrus: relinquens nobis exemplum: vt sequamur vestigia ei⁹. Ecce quod dictus est: si quis mihi ministrat me sequatur. Quo fructu? Qua mercede? Quo premio? [Et vbi sum inquit ego: illic & minister meus erit.] Gratis ametur: vt operis quo ministratur illi preciū sit esse cum illo. Ubi eīm bene erit sine illo: aut quando esse male poterit cum illo? Audi euidentius. [Et si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus.] Quo honore / nisi vt sit cum filio eius? Quod eīm superius ait: vbi ego sum illic & minister meus erit hoc intelligit exposuisse cum dicit: honorificabit eum pater meus. Nā quam maiorem honorē accipere poterit adoptatus: quā vt sit vbi est vnicus? Nō equalis factus diuinitati: sed cōsocius eternitati. Quid sit autem ministrare christo cui operi merces tanta ꝓponit hoc potius debemus inquirere. Si eīm hoc putauerim⁹ esse christo ministrare: ea que sunt corpori necessaria preparare: aut cenanti cibum coquere vel apponere: vel poculum dare potūq; miscere fecerunt hoc illi qui potuerūt eum in corpore habere presentem: sicut martha & maria: quando & lazarus vnus erat ex discumbentibus. Sed eo modo christo etiam iudas perditus ministrauit. Nam et loculos ipse habebat: et ḡmis ex eis que mittebātur sceleratissime furaretur: per illum tamen etiam necessaria parabantur. Hinc est illuc quod cum ei diceret dominus: quod facis fac celeri⁹: arbitrati sunt quidam q̄ euz iusserit ꝓpter diem festuz necessaria ꝓparare: vel indigētibus aliquid dare. Nullo modo igitur de huiuscemodi ministris diceret dom⁹: vbi sum ego & minister meus erit: & si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus: quoniam iudam talia ministrantez reprobatum potius ꝙ honoratum videm⁹. Ut quid ergo alibi querimus quid sit ministrare christo: & nō potius in istis ipsis verbis agnoscimus? Cum eīm dixit: si quis mihi ministrat me sequatur: hoc intelligi voluit ac si diceret. Si quis me non sequit: nō mihi ministrat. Ministrant ergo iesu christo: qui nō sua querunt: sed que iesu christi. Hoc est eīm me sequaī: vias ambulet meas non suas: sicut alibi scriptum est. Qui se dicit in xp̄o manere: debet sicut ambulauit ille: & ipse ambulare. Debet etiaz si porrigit esurienti panem de misericordia facere nō de iactantia: nō aliud ibi querere ꝙ opus bonum: nesciēte sinistra quid faciat dextera: id est vt alienet intentio cupiditatis ab opere charitatis. Qui sic ministrat: christo ministrat: recteq; illi dicetur: euz vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis: nec tātuz ea que ad misericordiam pertinent corporalem: sed omnia bona opera propter christum facta. Tunc enim erunt bona: quoniā finis legis christus ad iusticiam omni credenti. Minister est christi vsq; ad illud op magne charitatis: quod est animam suam ꝓ fratribus ponere: hoc est eīm & ꝓ christo ponere: quia et hoc ꝓpter sua membra dicturus est: cuz ꝓ istis fecistis ꝓ me fecistis. De tali quippe opere etiam se ministrum facere & appellare dignatus est: vbi ait. Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare et animā suam ponere ꝓ multis. Hinc est ergo vnusquisq; ministri christi: vnde est et minister christus. Sic ministrantez christo honorificabit pater eius honore illo magno vt sit cum filio eius: nec vnq; deficiat felicitas eius. Cum ergo auditis fratres dñm dicentez: vbi ego sum illic & minister meus erit: nolite tantū modo bonos episcopos et clericos cogitare etiam vos ꝓ modulo vestro ministrate christo: bene viuendo elemosynas faciēdo: nomen doctrinamq; eius quibus potueritis predicando: vt vnusquisq; et iaz paterfamilias hoc noie agnoscat paternum affectum sue familie se debere ꝓ christo et ꝓ vita eterna. Suos oēs admoneat: doceat: hortetur: corripiat impēdat: benivolentiā: exerceat disciplinaz. Ita in domo sua ecclesiasticū & quodāmodo episcopale implebit

Phil.ij.

Joh.ij

Matt.v. mat.xvij

Rom.xj.

mat.xx.

Joh.xiij

pp iiij

aende quod hoc est collium LLG. et colium gd legitur cit 225, quod gdē debet anteponi, vt bene legas.

officiũ:ministrans christo vt ineternũ sit eũ ipo. Nam & illã maximã passionis ministrationẽ:multi ex vestro numero ministroz:multi nõ episcopi neq; clerici: iuuenes et virgines:senes cũ iuuenib⁹. Multi ꝯiugati & ꝯiugate multi pres mfeq; familias xpo ministrãtes:etiã alias suas in ei⁹ martyrio posuerũt:& honorificãte pfe colonas gloriosissimas receperunt.

Tractatus.liij.

¶Nũc aĩa mea turbata est.Et ꝙd dicaz:Pater saluifica me ex hac hora. Sed ꝓpterea veni in horaz hãc. Pater clarifica nomẽ tuum. Uenit ergo vox de celo. Et clarificaui:& iterũ clarificabo. Turba ergo que stabat & audiebat dicebat tonitruũ factuz esse. Alij aũt dicebãt. Angel⁹ ei locutus est Rñdit iesus & dixit ei. Nõ ppter me hec vox venit: sed propter vos. Nũc iudiciũ ẽ mũdi:nũc ꝓnceps hui⁹ mũdi ejcietur foras.Et ego si exaltat⁹ fuero a terra:oĩa traham ad metipm. Hoc aũt dicebat significãs ꝙ morte eẽt moriturꝰ. Rñdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege.qz xps manet ineternum Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiuz hominis:Et quis est iste filius hominis:Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis vt non tenebre vos comprehendant.Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat.Dum lucem habetis credite in lucem vt filij lucis sitis: Hec locutus est iesus:& abijt et abscondit se ab eis.



Ostq̃ dñs iesus christus verbis lectionis hesterne ministros suos vt seipm sequerentur hortatus est cum ira predixisset passionem suam quod nisi granum frumẽti cadẽs in terram mortuũ fuerit:solum manet:si autem mortuũ fuerit /multũ fructũ affert:vbi excitauit eos qui eum ad regnum celorum seq̃ vellent:vt animam suã odisse̅t in hoc mũdo:si eam in vitam eternam custodire cogitarent: ad nostram rursus infirmitatem suum temperauit affectum: et ait vnde lectio cepit hodierna.[Nũc anima mea turbata est].Unde turbata est dñe aĩa tua:-Nempe paulo ante dixisti: qui odit animã suã in hoc mundo:in vitã eternã custodit eam.Ergo ne aĩa tua qz in hoc mundo amat iõ turbat veniente hora qua ex hoc mundo egrediat:-Quis hoc de aĩa dñi audeat affirmare:-Sed nos in se transtulit: nos in se suscepit:caput nostrũ mẽbrorum suoꝝ suscepit affectũ:et ideo ab aliquo nõ est turbatũ:sed sicut de illo dictũ est cũ lazarũ suscitaret:turbauit semetipm. Oportebat eũ vt vn⁹ mediator dei & hominum homo christ⁹ iesus:sicut nos excitauit adsumeret:ita nobis compateretur ad infirma. Audi superius dicentẽ.Uenit hora vt glorificetur filius hominis. Si mortificatũ fuerit granũ:multum fructũ affert. Audio qui odit aĩam suã in hoc mundo:in vitã eternã custodit eam. Nec pmittor tñmodo mirari: sed inbeor imitari deinde sequentibus verbis. Si quis mihi ministrat me sequatur:et vbi sum ego ibi et minister meus erit mundum cõtenere accẽdo:& in cõspectu meo nihil est vilius vite hnius. Totus quãtũlibet fuerit ꝓlix⁹ vapor presentis vite:pre amore eternoꝝ tpalia mihi cuncta vilescunt. Et rursus ipsum dñm meũ ꝙ me illis verbis ab infirmitate mea rapuit:ad infirmitatẽ suam:audio dicẽtẽ. Nunc aĩa mea turbata est.Quid est hoc:-Quõ sęq in bes aĩam meã:si turbari video aĩam tuã-Quõ sufferã:qõ graue tanta firmitas sentit:-Quale fundamẽtũ querã:si pera succubit:-Sed videor mihi audire in cogitatione mea respondentem mihi dñm meũ & ꝙdammodo dicentẽ:magis sequeris qz sic me interpono.Audisti ad te vocẽ fortitudinis mee.Audi in me vocẽ infirmitatis tue. Uires suggero vt curras:nec reprimo qõ acceleras:sed trãsfero in me quo trepidas et substerno qua transeas. O dñe mediator dei & hoĩm supra nos:homo ꝓpter nos:agnosco misericordiam tuam. Nam quod tantus tue charitatis vol̃tate turbaris:multos in corpore tuo ꝙ sue infirmitatis necessitate turbentur:ne desperando pereãt cõsolaris. Deniq; homo qui sequi vult: audiat qua sequatur. Accessit forte hora terribilis: ꝓponitur optio:aut faciende inimicitatis:aut subeunde passionis. Turbatur anima infirma:propter quam sponte turbata est anima immicta. Prepone tue volũtati voluntatem dei. Attende eñ quid deinde subiungat creator tuus et magister tuus qui te fecit:et vt te doceret factus est et ipse quod fecit. Homo enim factus est: qui hominem fecit:sed deus incommutabilis mansit:& hominem in melꝰ ꝛmutauit.

Joh.xij.

ã.trac.ij

mat.xiij.

mad.xij.

Joh.xij.

Tractatus.liij. Capitulum.xij. fo.CXVII

Audi ergo ꝙd deinde subiũgat. Cuz hec dixisset:nunc anima mea turbata est:[& ꝙd dicã:inquit:pater saluifica me ex hac hora sed ꝓptere venit in hãc horã:pf clarifica nomẽ tuum]Docuit te:ꝙd cogites:docuit ꝙd dicas quẽ inuoces:in ꝙ speres: cui⁹ voluntatez certam atq; diuinã tue voluntati humane infirmeq; preponas. Non ideo tibi videatur ex alto decisse:quia te vult ab imo proficere. Nam et tentari dignatus est a diabolo:a quo vtiq; si nollet non tentaretur: quemadmodum si nollet non pateretur.Et ea respondit diabolo que tu in tentationibus debeas respondere. Et ille quidem tentatus est sed non periclitatus:vt doceret te in tentatione periclitantem tentatori respondere:et post tentatores non ire:sed de periculo tentationis exire. Sicut aũt hic dicit:nũc anima mea turbata est:ita etiã vbi dicit:tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ:& pater si fieri pot̃ trãseat a me calix iste:ostendit hominis suscepti infirmitatem:vt doceat sic contristatũ & turbatum:quod sequitur dicere. Uerumtñ non qõ ego volo:sed quod tuvis pater. Sic eñ homo ab humanis in diuina dirigitur:cũ volũtati humane volũtas diuina ꝓponit. Quidest aũt:clarifica tuũ nomẽ:nisi in sua passione & resurrectione:-Quid est ẽ aliud nisi vt pater clarificet filium:qui clarificat suũ nomen etiã in similibus passionib⁹ seruos suos:-Unde scriptum est de petro:qõ ideo de illo dixerat dñs:alter te cinget & feret quo tu non vis:qz significare voluit ꝙ morte clarificaturus esset deum. Ergo et in illo deus clarificabat nomen suũ qz sic etiam in membris suis clarificat christum [Uenit ergo vox de celo. Et clarificaui:et iterum clarificabo].Et clarificaui antecz̃ faceret mundum:& iterum clarificabo cuz resurget a mortuis:et ascendet in celum. Et aliter intelligi potest. Et clarificaui cũ de virgine natus est:cum virtutes operatus est:cum celo dice per stellã a magis adoratus est:cum a sanctis spiritusancto plenis agnit⁹ est:cũ descendente spiritu in specie colũbe declarat⁹:cũ voce de celo sonante monstratus:cũ in monte transfiguratus:cum miracula multa fecit:cuz multos sanauit ut q̃ mundauit:cum de paucis simis panibus tantã multitudinem pauit cum ventis et fluctibus imperauit: cum mortuos suscitauit: et iterum clarificabo cum resurget a mortuis cũ mors ei vltra dominabit:cũ exaltabitur sup celos deus et super oẽm terram gloria eius. [Turba ergo que stabat et audierat dicebat tonitruum factũ esse alij dicebant angel⁹ ei locutus est. Respondit iesus & dixit. Non ꝓpter me hec vox venit sed ꝓpter vos]. Hic ostendit illa voce nõ sibi indicatũ qõ iam sciebat:sed eis ꝙb⁹ indicari oportebat. Sicut aũt illa vox nõ ꝓpter eum sed ꝓpter illos diuinitate facta est:sic aĩa eius nõ ꝓpter eũ sed ꝓpter alios voluntate turbata est. Attende cetera.[Nunc inquit iudiciũ est mundi]. Quid ergo expectãdũ est in fine scil̃:-Sed in fine qõ expectabãt iudiciũ erit iudicandoꝝ viuoꝝ et mortuoꝝ: iudiciũ erit ꝓmiorum penarũq; eternaꝝ. Quale ergo nunc iudiciũ est:-Jã in ꝓphetiis lectionibus ꝑlatum potui commonui charitatẽ vestrã dici etiã iudiciũ nõ dãnationis sed discretionis.Uñ scriptũ est.Judica me deus & discerne causam meaz de gentẽ nõ sancta. Multa aũtez iudicia dei. Unde dicitur in psalmo. Judicia tua abyssus multa. Dicit etiam apostol⁹. O altitudo diuitiarum sapientie & scientie dei: q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius. Ex quib⁹ iudicijs etiã hoc est qõ hic ait dñs:nũc iudicium est mundi:seruato illo iudicio in fine vbi nouissime viui et mortui iudicandi sunt. Possidebat ergo diabolus genus humanum: et reos suppliciorum tenebat cyrographo peccatoriz. Dominabatur iñ cordibus infidelium ad creaturam colendam deserto creatore:deceptos captiuosq; ptrahebat. Per christi aũt fidẽ ꝙ morte eius et resurrectione firmissta est:per ei⁹ sanguinem qui in remissionẽ fusus est peccatorum: milia credentium a dominatu liberantur diaboli:christi corpori copulantur:& sub tanto capite vno eius spiritu fidelia membra vegetantur. Hoc vocabat iudicium:hanc discretionem: hanc a suis redemptis diaboli expulsionem. Deniq; gręde ꝙd dicat.Quasi ãrem⁹ ꝙd esset qõ sit. Nũc iudiciũ est mundi:secut⁹ exposuit Ait eñ:[Nunc ꝓnceps hui⁹ mũdi ejcietur foras]. Audinim⁹ q̃le dixerit esse iudiciuz Nõ ẽ illud qõ in fine venturũ est vbi viui & mortui iudicandi sunt. Alijs ad dextraz alijs ad sinistrã separatis:sca iudiciũ quo ꝓnceps huius mũdi ejcietur foras. Quomõ ergo intus erat:-Et quo cum ejciendũ dixit foras:-Nunquid naz in mundo erat et extra mundum missus est foras:-Si eñ de illo iudicio diceret quod in fine venturum est:posse aliqui opinari ignem eternum quo mittendus est diabolus et angeli eius et omnes qui sunt ex parte eius nõ natura sed vitio. Non quia creauit aut genuit:sed quia perfualit et tenuit. Posset ergo aliquis opinari illum ignem eternũ extra mundum esse:et hoc esse dictũ ejcie

Universidad de Sevilla Biblioteca

tur foras. Quod vero ait: Nunc iudicium est mundi: z exponens quid dixerit. Nunc inquit princeps huius mūdi ejiciēt foras: hoc intelligendū est: qđ nunc fit: nō qđ tanz post futurū est in nouissimo die. Prenūciebat ergo dñs quod sciebat post passionem z glorificationē suam: per vniuersum mundū mītos populos crediturros: in quorum cordibus diabolus intus erat: cui qñ ex fide renunciāt: ejicitur foras. Sed dicit aliquis. Nūquid de cordibus patriarcharum z prophetarū veterūqz iustorum non ejectus est foras: Ejectus est plane. Quomodo ergo dictū est: nunc ejicietur foras: Quo putamus: nisi qz tunc quod in hominibus paucissimis factū est: nunc in multis magnisqz populis: iaz mox futurū esse predictū est: Sic z illud qđ dictū est. Spiritus autē nōduz erat datus: qz iesus nōdum fuerat glorificatus: potest similē habere questionem z similē solutionez. Non enim sine spūsancto futura prenūciauerūt prophete. Aut non etiā dominū infantem in spūsancto symeon senex z anima vidua cognouerūt: z zacharias et elisabeth: qui de illo nōdum nato sed iam cōcepto tanta per spūmsanctuz predixerūt. Sed spiritus nōdum erat datus: id est illa abundantia gratie spiritualis: qua cōgregati linguis omniū loquerētur: ac si in linguis omniuz gentiū futura prenūciaretur ecclesia: qua gratia spirituali populi cōgregarent: qua longe lateqz peccata dimitterētur: z milia miliū deo recōciliarentur. Quid ergo: ait quispiam: qz diabolus de credētium cordibus ejicitur foras: Jam fidelīū neminem tentat imo vero tētare nō cessat. Sz aliud est intrinsecus regnare: aliud forinsec' oppugnare. Nam z munitissimaz ciuitatem aliquādo hostis oppugnat: nec expugnat. Et si aliqua tela eius missa peruenīūt: admonet apostolus vnde non ledant cōmemorat loricaz z scutū fidei. Et si aliquādo vulnerant: adest qui sanat: qz sicut pugnātib' dictū est. Hec scribo vobis: vt nō peccetis. Jta qui vulnerātur: qđ sequitur audiunt. Et si quis peccauerit: aduocatū habemus apud patrē iesum xp̄m iustū: z ipse est ppitiatio peccatoz nostroz. Quid em̄ oramus cuz dicimus: dimitte nobis debita nostra: nisi vt vulnera nostra sanent. Et quid aliud petim' cuz dicimus ne nos inferas in tentationē: nisi vt ille q̄ insidiatur vel certat extrinsecus: nulla irrumpat ex parte: nulla nos fraude: nulla nos possit virtute superare. Quātūlibet tamē aduersum nos erigat machinas: quādo non venet locū cordis vbi fides habitat: eiect' est foras. Sed nisi dñs custodierit ciuitatem: inuanū vigilabit qui custodit eā. Nolite ergo de vobisipsis presumere: si nō vultis foras ejectū diabolū intro iteruz reuocare. Absit aūt vt diabolū mundi pncipez ita dictū existimemus vt eū celo z terre dominari posse credam'. Sed mūdus appellat in malis hoibus: qui toto orbe terraz diffusi sunt sicut appellat domus in his a quibus habitat. Scōm quod dicimus: bona dom' est vel mala domus est: non qñ re prehēdimus siue laudamus edificium parietū atqz tectoz sed quādo mores vel bonorum hoiuz vel malor. Sic ergo dictū est pncipes huius mūdi: id est princeps malorum omniū qui habitāt in mūdo. Appellatur etiaz mundus in bonis: qui sūt toto terrarū orbe diffusi sunt. Unde dicit apostolus. Deus erat in chr̄isto: mundū reconcilians sibi. Hi sunt ex quoz cordib' princeps huius mūdi: ejicietur foras. Cū ergo dixisset. Nunc princeps huius mūdi ejiciēt foras [z ego inquit: si exaltat' fuero a terra oia trahaz † post me]. Supra dixerat dñs vt audistis cuz euangelīū legeret: omnia trahaz post me. Que oia: Nisi ex quib' ille ejicitur foras: Nō aūt dixit omnes: sed oia. Non em̄ olim est fides. Non itaqz hoc ad vniuersitatē hoium retulit: sz ad creature integritatē: id est spūs z aiaz z corpus: z illud qđ intelligimus: z illud qđ viuimus: z illud qđ visibiles z cōtrectabiles sumus. Qui em̄ dixit: capillus capitis vestri nō peribit oia trahit post se. Aut si oia ipsi hoies intelligendi sunt. Oia prędestinata ad salutē possumus dicere: ex quibus oibus ait nihil esse periturum: cum supra de suis ouib' loqueret. Aut certe omnia hoium genera siue in linguis oibus: siue in etatib': siue in gradibus honoz omnib': siue in artium licitaz z vtilium professionibus oibus: z quicqd aliud dici potest ſm innumerabiles differētias quibus inter se preter sola peccata homines distāt ab excelsissimis vsqz ad humilimos. A rege vsqz ad mēdicū: omnia inquit trahaz post me: vt sim caput eorum z illi membra mea. Sed si exaltatus inquit fuero a terra: hoc est cū exaltatus fuero. Non em̄ dubitat futurū esse: quod venit implere. Hoc refertur ad illud quod superius ait. Si autem mortuū fuerit granū: multuz fructuz affert. Nam exaltationē suam: quid aliud dixit: quā in cruce passionem: Quod z ipse euangelista nō tacuit: subiunxit etenim z ait. [Hoc autem dicebat: significās qua morte esset moriturus. Respōdit ei turba. Nos audiuimus ex lege: qz chr̄istus manet in eternū. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hominis: Et quis est iste filius hominis]: Memoriter tenuerūt qđ dominus dicebat assidue se esse filiū hominis. Nam hoc loco nō ait: si exaltatus fuerit a terra filius hominis: sed superius dixerat: quod hesterno die lectū atqz tractatum est: quando nunciati sunt gentiles illi qui eū videre cupiebant: venit hora vt glorificetur filius hominis. Hoc itaqz ista animo retinētes: z quod nūc ait: cum exaltatus fuero a terra: mortē crucis intelligentes: quesierunt ab illo z dixerūt. Nos audiuimus ex lege: qz chr̄istus manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis: Quis est iste filius hominis: Si enim chr̄istus est inquiūt: manet in eternum. Si manet in eternū quomodo exaltabitur a terra: id est quomodo crucis passione morietur: Hoc enim eum dixisse intelligebant: quod facere cogitabant. Non ergo eis verboz istoz obscuritatem aperuit infusa sapientia: sed stimulata cōscientia. [Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicuz lumē in vobis est]. Hinc ergo est quod intelligitis: qz chr̄istus manet in eternum. [Ergo ambulate dum lucem habetis: vt nō tenebre vos cōprehendant]. Ambulate: accedite: totum intelligite: z morturū chr̄istum z victurū in eternum: z sanguinē fusurum quo redimat: et ascēsurum in sublimia quo perducat. Tenebre aūt vos cōprehendent si eo mō credideritis xp̄i eternitatem: vt negetis in eo mortis humiliratē. [Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat]. Sic pōt offendere in lapidē offensionis z petrā scandali: quod fuit dñs ceci⁹ iudeis: sicut credentib' lapis quē reprobauerunt edificantes: factus est in caput anguli. Hinc dedignati sunt credere in chr̄istū: qz eorum impietas cōtempsit mortuū: risit occisum. Et ipsa erat mors grani multiplicandi: z exaltatio trahenti post se omnia. [Dum lucē inquit habetis credite in lucem: vt filij lucis sitis]. Cum aliquid veri auditu habetis: credite in veritatē: vt renascamini in veritatem. [Hec locutus est iesus: z abūt: z absc̄ōdit se ab eis]. Non ab eis qui credere z diligere ceperant: nō ab eis qui cuz ramis palmarum z laudibus obuiaz venerant: sed ab eis qui videbāt z inuidebant: quia nec videbant: sed in lapidē illum ecitare offendebant. Cum aūt absconderit se iesus ab eis: qui eū occidere cupiebant: quod sepe propter oblitionem cōmonendi esus nostre infirmitati consuluit: non sue potestati derogauit.

Tractatus.liij.

¶ Cum aūt tanta signa fecisset coram eis: non credebant in eum: vt sermo esaie impleretur quē dixit. Domine quis credidit auditui nostro: et brachiū dñi cui reuelatū est: Propterea non poterāt credere: qz iterum dixit esaias. Excecauit oculos eorū z indurauit cor eorū vt non videāt oculis z intelligāt corde z cōuertātur et sanem eos. Hec dixit esaias quādo vidit gloriam eius et locutus est de eo. Uerūtamen z ex principib' multi crediderūt in eum: sed propter pharisēos non cōfitebātur: vt de synagoga nō ejscerētur. Dilexerunt em̄ gloriam hominum: magis q̄ gloriā dei.

Renūciata dñs chr̄istus passione tua z nuore fructuosa in exaltatiōe sancte crucis vbi dixit se omnia tracturū esse post se: cum intellexissent iudei: quod de sua morte diceret: z proposuisset eis questionē quomō diceret se esse moriturū: cū ex lege audierint quod xp̄s manet in eternū: horrat' est eos vt dum adhuc modicuz lumen in eis esset quo xp̄m eternum esse didicissent: ambularent: vt totū discerent: ne cōprehenderentur a tenebris. Et cū hec esset locutus: abscondit se ab eis. Hec in superioribus dominicis lectiōibus verbisqz didicistis. Deinde tulit euāgelista: vnde hodiernū capitulum recitatū est z ait. [Cuz aūt tanta signa fecisset coram eis nō credebant in eū: vt sermo esaie prophete impleret quem dixit. Domine quis credidit auditui nostro: z brachium domini cui reuelatū est]: Ubi satis ostēdit brachium dñi ipsum filiū dei nuncupatū non qđ deus pater figura determinet carnis humane: brachium dñi filius dr: quod oia per ipsuz facta sunt: cuius filius non tantus inēbriz corporis hereat: sed qz oia per ipm facta sunt: nō brachium domini dictū est. Sicut enim tuū brachiuz per quod operaris: sic dei brachiū dictum est eius verbuz: qz per verbū operatus est mundū. Cur enim hō vt aliquid brachiuz operetur extendit: nisi qz non continuo fit qđ dixerit: Si autem tanta potestate prevaleret: vt sine vllo motu corporis sui qđ diceret fieret brachiuz eius verbū eius esset: qz verbū nō est cogitabile vel fōtabile.

Esa.liij.

Joh̄ā.j.

Sed dñs iesus vnigenitus dei patris filius: sicut nō est paterni corporis mēbrum: ita nō est cogitabile vel sonabile ac transitorium verbum: qz cū omnia per ipsum facta sunt: dei verbū erat. Cuz ergo audiuimus brachiū dei patris esse dei filium: non nobis obstrepat cōsuetudo carnalis: ſz quātum illo donāte possumus: virtutem dei & sapientiā cogitemus: per quaz facta sunt omnia. Tale quippe brachiū nec porrectū extenditur: nec collectū contrahitur. Non est em ipse qui pater sed vnum sunt ipse & pater & equalis patri: vbiqz totus est sicut pater: ne aliqua pateat occasio detestabili errori eorū qui dicunt soluz esse patrē: sed pro diuersitate causarū ipsum dici filium ipsum dici spiritū ſanctum: & in his verbis audēt dicere. Ecce videtis qz solus est pater ſi brachiū eius est filius: non enim due sed vna persona est homo & brachiū eius: non intelligētes neqz aduertētes qūoverba de rebus alijs ad res alias transferātur propter aliquā similitudinē etiā in locutionibus quotidianis de visibilibus et notissimis rebus: quanto magis vt nobis inetfabilia qualitercūqz dicantur: que dici sicuti sunt oino non possunt. Nā & hō alterum holez per quē solet agere quicqd agit brachium ſuū appellat: & ſi ei auferaſ dolens dicit brachiū perdidi: & ei qui abstulerit dicit: brachium meū mihi abstulisti. Intelligant ergo qūo dictus sit filius patris brachiū per qō pater operatus est oia: ne non hoc intelligēdo & in ſui errotis tenebris permanēdo: ſimiles sint iudeis ipsis: de quibus dictū est: & brachiuz domini cui reuelatuz est. Hic occurrit altera questio. B
De qua quidē vt competēt aliquid disputetur: & omnes eius latebrosissimi sinꝰ perscrutētur & excutiantur vt dignum est: nr̄is mearū virium esse arbitror: nec angustiaruz tēporis: nec vestre capacitatis. Tamē qz transire ad alia vestra expectatiōe non sinimur: nisi aliquid inde dicamꝰ: accipite quod poterimus & vbi vestre expectationi non suffecerimus: ab illo incremētum petite qui nos plātare potuit & rigare: qz sicut dicit apostolus: neqz qui plātat est aliquid neqz qui rigat: ſed qui incrementum dat deus. Quidam ergo inter se musitāt: & vbi possunt aliquādo proclamāt: & turbulenta disceptatione contendunt dicentes. Quid fecerūt iudei vel que culpa eorū fuit: ſi necesse fuit vt sermo esaie prophete impleretur quē dixit: domine quis credidit auditui nostro & brachium domini cui reuelatū est? Quibus respondemus deum prescium futurorū per prophetam predixisse infidelitatem iudeorum: predixisse tamen nō fecisse. Non enim propterea quē ſz deus ad peccādū cogit: quia futura hominum peccata iam nouit. Ipsorum enim presciuit peccata non ſua: non cuiuſz alterius ſed ipsorū. Quapropter ſi ea que ille presciuit ipsorū non ſunt ipsorum: nō vere ille presciuit. Sed quia illius prescientia falli nō potest: ſine dubio nō alū ſed ipſi peccant: quos deus peccatores esse presciuit. Fecerūt ergo peccatum iudei quod eos non cōpulit facere: cui peccatū nō placet: ſed facturos esse predixit quē nihil latet. Et ideo ſi non malū ſed bonum facere voluiſſent nō prohiberētur: & hoc facturi preuiderent ab eo qui nouit quid ſit quiſz facturus: & quid ei ſit pro eiꝰ opere redditurus. Sed que ſequūtur euangelij verba plus vrgent & prophetie dicte faciunt questionē. Adiungit etenim & dicit. [Propterea non poterāt credere: quia iterum dixit esaias. Excecauit oculos eorū et induravit cor eorū: vt non videant oculis & intelligant corde: & cōuertātur & ſanem illos]. C
Esa. vj.
Dicitur enim nobis. Si non potuerūt credere: quod peccatum est hominis non facientis quod nō potest facere? Si nō non credendo peccauerūt: potuerunt ergo credere & nō fecerunt. Si ergo non potuerūt: quomodo dicit euāgelium / propterea non poterant credere: quia iteruz dixit esaias / excecauit oculos eorū & induravit cor eorum vt quod est grauius ad deum referatur causa qua non crediderūt quādoqdem ipse excecauit oculos eorum & induravit cor eorū. Non enim ſaltē hoc de diabolo dicitur ſed de deo: quod ipſa prophetica ſcriptura testatur. Nā ſi arbitremur hoc dictuz de diabolo qꝰ excecauit oculos eorum & cor induravit: laborādū est quomodo illoruz culpā quia non crediderunt possimus oſtēdere de quibus dicitur: non poterant credere. Deinde quid respondebimus de alio prophetico testimonio Quod posuit Paulus apostolus dicens? Ro. xj.
Quod querebat israel hoc non est consecutus: electio autez cōsecuta est: ceteri vero excecati sunt: sicut ſcriptum est dedit illis deus ſpiritum compunctionis: oculos vt non videant & aures vt non audiāt vſqz in hodiernum diem. Audiſtis fratres mei propoſitam questionē: nempe ſz profunda sit cernitis. Sed respondemus vt possumus. Non poterant credere qz hoc esaias propheta predixit. Hoc autez propheta predixit: quia deus hoc futurū esse preſciuit. Quare ſautem non poterant ſi a me queratur: cito respondeo: qz nolebant:

verte folū vnū i hoc ſigno. E

Malam quippe eoꝝ voluntatem preuidit deus: & per prophetā prenunciauit ille cui abſcōdi futura nō possunt. Sed aliaz cām inquis dicit pphēta: non voluntatis eoꝝ. Quā causam dicit, pphēta: Quia dedit illis deus ſpm̄ compūctionis: oculos vt nō videāt: & aures vt non audiāt: & excecauit oculos eoꝝ: & induravit cor eoꝝ. Etiā hoc eorū voluntatez meruiſſe rñdeo. Sic enim excecat: ſic obdurat deus deſerēdo & non adiuuādo: quod occulto indicio facere potest iniquo nō pōt. Hoc omnino pietas religioſoꝝ incōcuſſum debet inuiolatūqz ſeruare: sicut apostolus dicit: cū eandē ipſaz tractaret difficillimā questionez. Quid ergo dicemus inquit: Nūquid iniquitas est apud deū? Ablit. Si ergo absit vt ſit iniquitas apud deum ſiue quando adiuuat: misericorditer facit: ſiue quādo non adiuuat iuſte facit: qz oia non temeritate sed iudicio facit. Porro ſi iudicia ſanctorum iuſta ſunt: ſztomagis ſanctificātis & iuſtificantis dei. Juſta ergo ſunt: ſed occulta. Jō cuz questiones huiuſmodi in mediū venerint: quare alius ſic: aliꝰ autē ſic: quare ille deo deſerente excecat: ille deo adiuuāte illumināt: nō nobis iudiciū de iudicio tanti iudicis vſurpemus: ſed cōtremiſcentes exclamemus cū apſo. O altitudo diuitiarum ſapientie & ſcientie dei: ſz inſcrutabilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles vie eiꝰ. Unde Ro. xj.
dictuz est in pſalmo. Judicia tua abyſſus psalmo xxxv.
multa. Nō ergo me fratres ad hāc penetrandā altitudinē / ad hanc abyſſuz diſcutiēdā: ad inſcrutabilia perſcrutāda: expectatio veſtre charitatis impingat. Agnoſco modulū meū: ſentire mihi video: etiaz modulū veſtrum. Alicitius est hoc incrementis meis: & fortius virib⁹ meis: puto qz & veſtris. Simul ergo audiamus admonentē ſcripturā atqz dicentē. Altiora te ne D
queſieris: & fortiora te ne pſcrutatus fueris: non qz iſta negata ſunt nobis cū deus magiſter dicat. Nihil est occultū: quod nō Ecc. iij. Mat. x.
reuelabiť. Sed ſi in quod peruenimꝰ in eo ambulamus ſicut dicit apſs: non ſoluz qō nesciмus & ſcire debemus: ſed etiā ſi quid aliter ſapimꝰ: id quoqz nobis deus reuelabit. Peruenimus autē in viam fidei: hanc perſeuerātiſſime teneamus. Ipſa perducit ad cubiculū regis: in quo ſunt oēs theſauri ſapiētie & ſcientie abſcōditi. Nō eni ipſe dñs ieſus chriſtus ſuis illis magnis & pcipue electis diſcipulis inuidebat: quā do eis dicebat. Multa habeo vobis dicere: ſed nō poteſtis illa portare modo. Ambulandū eſt: proficiendū eſt: crescendū eſt: vt ſint corda noſtra capacia carū rerum Phil. iij. Collo. ij. Jo. xvj.
quas capere modo nō poſſumus. Quod ſi nos vltimus dies, pficientes inuenerit: ibi diſcemus qō hic nō potuimus. Si qs autem iſtam questionē liquidius & meliꝰ nouit ſe posse & cōſidit exponere: absit vt non ſim paratior diſcere ſz docere tantū ne audiat quiſqz liberū arbitriuz ſic defendere: vt nobis oratione qua dicimus ne nos inferas in tentationē: conet auferre: rursus ne quiſz neget volūtatis arbitrium & audeat excuſare peccatū. Sz audiamus dominū & precipientē & opitulātem & iubentem quid facere debeamus et adiuuātem vt implere poſſimus. Nā & quoſdā nimia ſue volūtatis fiducia extulit in ſuperbiā: & quoſdam nimia ſue volūtatis diffidentia deiecit in negligētiā. Illi dicūt: vt quid rogamus deū ne vincamur tentatione: qō in noſtra est poteſtate. Iſti dicūt: vt quid conamur bene viuere: qō in deo est poteſtate. O dñe: o pater qui es in celis: ne inferas in qualibet iſtarū tentationū ſed libera nos a malo. Audiamus dominū dicētē. Rogaui pro te petre: ne deficiat fides Mat. vj. Lu. xxij
tua. Nec ſic exiſtimemus fidez noſtrā esse in libero arbitrio: vt diuino nō egeat adiutorio. Audiamus & euangeliſtā dicentem: dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Ne oi- Johā. j.
nino exiſtimemꝰ in noſtra poteſtate nō esse qō credimus: verūtamē in vtroqz illius beneficia cognoſcamus. Nā & agēde sunt gratie qz data est poteſtas: & otandum ne ſuccūbat ifirmitas. Jpſa est fides: que per Gal. v.
dilectionē operatur: ſicut eius mēſurā dominus cuiqz partitꝰ est: vt qui gloriať: non Ro. xij.
in ſeipſo ſed in dño glorietur. Nō itaqz mirum est qz non poterāt credere: quorum vo ij. cori. x.
lūtas ſic ſuperba erat: vt ignorātes dei iuſtitiam: ſuā vellent cōſtituere. Sicut dicit de illis apostolus. Juſtitie dei nō ſunt ſub Rom. x.
iugo. Quia em̄ non ex fide ſz tanqz ex operibus tumuerūt: ipſo ſuo tumore cecati offenderūt in lapidē offenſionis. Sic aūt dicētū est: non poterāt: vbi intelligendū est qō nolebant: quēadmodū dictū est de domino deo noſtro: ſi non credimus ille fidelis permanet: negare ſeipſum nō pōt. De om- ij. thi. ij.
nipotēte dictum est: nō potest. Sicut ergo qꝰ dominꝰ negare ſeipſum nō poteſt: laus est voluntatis diuine ita qō illi non poterant credere: culpa est volūtatis humane. Ecce dico et ego: qō tam ſuperbe ſapiunt vt ſue volūtatis viribus tantū exiſtiment esse tribuēdum: vt negent ſibi esse neceſſarium diuinū adiutoriuꝝ ad beneviuēduz: non poſſunt credere in chriſtū. Non enim aliquid, pſunt ſyllabe nominis chriſti. et ſacramēta chriſti: vbi reſiſtit fidei chriſti.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Fides aūt christi ⁊ facta: est credere in eū qui iustificat impiū. Credere in mediatorē: sine quo interposito nō reconciliamur deo. Lu. xix. Credere i saluatorē qui venit qō perierat Joh. xv. querere atq; saluare. Credere in eū qui dixit: sine me nihil potestis facere. Qui ergo ignorās dei iustitiā qua iustificat impius: suā vult ꝓstituere qua communicaī supbus: in hūc non pōt credere. Hic ⁊ illi non poterant credere: non qz mutari in melioes nō pōt: sed q̄diu talia sapiūt non pōt credere. Hic excecanē ⁊ indurane: qz negādo diuinū adiutoriū non adimanē. Hoc de iudeis q̄ excecati ⁊ indurati sunt de ꝑscimit: atq; in ei⁹ spū prophēta prędixit. Qō vero addidit: [⁊ cōuertātur ⁊ sanē eos] vtrum subaudiendū sit: non id est nō cōuertātur: cōuerta desuper snia vbi dictū est: vt nō videant oculis ⁊ intelligāt corde: quia ⁊ hic Psalmo lxxix. vtiq; dictū est vt non intelligāt. Et ipa eīs conuersio de illius gratia est cui dr: deus virtutū cōuerte nos. An forte ⁊ hoc de superne medicine misericordia factū intelligendū est vt qīs superbe ⁊ peruerse volūtatis erant: ⁊ suā iustitiam cōstituere volebāt: ad hoc desererētur vt excecarētur: ad Psalmo lxxxij. hoc excecarenē vt offenderent in lapidem offensiōis: ⁊ impleretur facies eorū ignominia: atq; ita humiliati quererēt gloriā domini ⁊ nō suam: qua inflaī superbus: ſz iustitiā dei qua iustificat impius. Hoc enim multis eorū profecit in bonum: qui de suo scelere cōpuncti in xp̄m postea crediderūt: Luce. xxiij. pro quibus ⁊ ipse orauerat dicens. Pater Rom. x. ignosce illis: qz nesciūt q̄d faciunt. De qua eorū ignorātia ⁊ apostolus dicit. Testimoniuz illis perhibeo: qz zelū dei habent: sed non fm scientiā. Tunc eteīm hoc subiūxit: atq; ait: ignorātes enim dei iustitiā ⁊ suaz volentes constituere: iustitie dei non sunt subiecti. [Hec dixit esaias: qñ vidit gl̄am F eius: ⁊ locut⁹ est de eo]. Quid viderit esaias. Et hoc qūo ad dīm christuz ptineat: in libro eius legendū ⁊ intelligendū est. Vidit eīm non sicuti est sed mō quodam significatiuo: sicut ꝓphete vīsio fuerat informāda. Nam vidit ⁊ moyses: ⁊ tñ ei quem vi- Exodi xxxiij. debat dicebat. Si inueni gratiam ante te: ostēde mihi temetipsuz manifestet vt videā te: quia nō videbat sicuti est. Quādo aūt nobis hoc futurum sit: idē iste sancte iohānes enāgelista in epistola sua dicit. Dilec- j. Jo. iij. tissimi filij dei sumus: ⁊ nōdum apparuit quod erimus. Scimus qz cuz apparuerit similes ei erimus: quoniā videbimus eum sicuti est. Poterat dicere quoniā videbim⁹ eum: ⁊ nō addere sicuti est. Sed qz sciebat a quibusdā patribus ⁊ ꝓphetis visum sed non sicuti est: ideo cū dixisset/ videbim⁹ eū: addidit/ sicuti est. Nemo enim vos fallat fratres eoz qui dicunt inuisibilē patrem: ⁊ visibilē filium. Hic eīm hoc asserunt q̄ putant eū esse creaturā: nec intelligunt scōm qō dictum est: ego ⁊ pater vnum sumus. Joha. x. Prorsus in forma dei i qua eqlis est patri: etiā filius inuisibilis est. Ut aūtem ab hominibus videretur/ formā serui accepit: ⁊ in similitudinē hominu/ factus/ visibilis factus est. Ostēdit ergo se etiam anteqz susciperet carnē oculis hominū sicut voluit in subiecta sibi creatura: nō sicuti est. Mūdemus corda per fidē: vt illi ineffabili: ⁊ vt ita dic. inuisibili visioni ꝑparemur. Beati enim mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbunt. Mat. v. [Uerūtamē ⁊ ex ptincipib⁹ multi crediderunt in eum: sed ꝓpter phariseos nō confitebātur: vt de synagoga nō eīcerenē. Dilexerunt eīm gloriam hoīum: magis q̄z gloriam dei]. Audete quēadmodum notauerit euāgelista: ⁊ ꝓbauerit quosdā quos tamē in eū credidisse dixit: qui in hoc ingressu fidei si ꝓficerent: amorem quoqz humane gloie proficiēdo superarent quā superauerat apostolus dicens. Mihi autem Gal. vj. absit gloriari nisi in cruce dñi nr̄i iesu christi: per quē mihi mundus crucifixus est et ego mūdo. Ad hoc enim ⁊ ipse dñs crucez suam vbi eū dementia superbe impietatis irrisit: in eoz qui in illum crederēt frontibus fixit vbi est quodāmodo sedes verecū die: vt de nomine eius fides nō erubescat: ⁊ magis dei gloriam quā hoium diligat.

Tractatus. liiij.

¶ Jesus aūt clamauit ⁊ dixit. Qui credit i me nō credit in me: sed in eū qui misit me. Et qui videt me: videt eum qui misit me. Ego lux in mūduz veni: vt oīs qui credit in me in tenebris nō maneat. Et si quis audierit verba mea ⁊ non custodierit: ego nō iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum: sed vt saluificē mundum. Qui spernit me: ⁊ non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eū in nouissimo die. Quia ego ex meipso non sum locutus: sed qui misit me pater ipse mihi mandatum dedit: quid dicam ⁊ quid loquar. Et scio quia mādatum eius vita eterna est. Que ergo ego loquo: sicut dixit mihi pater sic loquor.

A



Oquente domino nostro iesu christo apud iudeos ⁊ tanta miraculorum signa faciente: quidaz crediderunt predestinati in vitam eternaz quos etiā vocauit oues suas: quidam vero non crediderunt nec poterant credere: eo quod occulto nec tamē iniusto iudicio dei fuerant excecatiq; indurati: deferente illo qui superbis resistit: humilibus autem dat gratiā. Jac. iiij. Eorum autem qui crediderunt: alij vtiq; adeo confitebantur: vt palmarum ramis acceptis venienti occurrerent: in eadem laudis confessione letantes. Alij vero ex principibus non audebāt confiteri vt de synagoga nō eīcerētur: quos notauit euāgelista dicens: quos dilexerūt gloriam hominū magis q̄z gloriam dei. Eorum etiam Jo. viij. qui non crediderunt: alij erant postea credituri: quos prouidebat vbi ait. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc agnoscetis quia ego sum. Alij vero in eadem infirmitate mansuri: quoꝝ imitatrix est etiā ista gens iudeoꝝ: que postmodum debellata ad testimoniū prophetie que de christo scripta est/ in toto pene orbe dispersa est. His ista se habētibus ⁊ sua iam propinquante passione: [iesus clamauit ⁊ dixit]: vnde lectio cepit hodierna. [Qui credit in me non credit in me: sed in eum qui misit me. Et qui videt me: videt eum qui Joh. vij & tracta. xxix. misit me]. Jam dixerat quodam loco. Mea doctrina nō est mea: sed eius qui misit me. Ubi intelleximus eum doctrinam suam dixisse verbum patris quod est ipse: et hoc significasse: dicendo in ea doctrina non est mea sed eius qui me misit: quod a seipso ipse non esset sed haberet a quo esset. Deus enim de deo: filius patris. Pater autem nō deus de deo: sed deus pater filij. Nunc autem quod ait qui credit in me non credit in me sed in eum qui misit me quomodo intellecturi sumus: nisi quia homo apparebat hominibus cum lateret deus. Et ne putarent hoc eum esse tantūmodo quod videbant: talem ac tantum se volens credi: qualis ⁊ quantus est pater: qui credit in me inquit/ non credit in me: id est in hoc quod videt: sed in eū qui misit me: id est in patrē. Sed qui credit in patrem: necesse est cum credat esse patrez. Qui autem credit eum patrem: necesse est vt credat eum habere filium. Ac per hoc qui credit in patrem: necesse est vt credat in filiuz. Sed ne qui sēs hoc credat de vnigenito filio quod de his qui dicti sunt filij dei fm gratiā non naturaz: sicut ait euangelista dedit eis potestatez filios dei fieri: Joha. j. vnde ⁊ illud est quod ipse dominus com- Psalmo lxxxij. memorauit in lege dictū: ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi omnes: propterea dixit: qui credit in me: non credit in me: ne totum quod de christo creditur: scōm hominem crederetur. Ille ergo inquit: credit in me qui non credit in me scōm id quod me videt: sed in eum qui me misit: vt cum credit in patrem: credat eum habere filium sibi equalem: ⁊ tunc vere credat in me. Nam si putauerit eum nō habere nisi filios fm gratiam qui sunt eius vtiq; creatura: non verbum sed facta per verbum: nec habere filium equalem sibi atq; coeternū semper natum: pariter incōmutabilez: ex nullo dissimilem atq; imparem: non credit in patrem qui eū misit: quia non est hoc pater qui eum misit. Et ideo cum dixisset/ B qui credit in me: non credit in me sed in eum qui misit me: ne putaretur sic voluisse patrem intelligi tanq̄s patrem multorum filiorū per gratiam regeneratorum: nō vnici verbi equalis sibi: continuo subiecit. [Et qui videt me: videt eum qui misit me]. Nūquid ait qui videt me: non videt me: sed eum qui misit me. Sicut dixerat: qui credit in me: nō credit in me: sed in euz qui misit me: Illud nāq; dixit: ne sicut videbatur crederē tantūmodo filius hominis. Hoc aūtē dixit: vt patri crederetur equalis. Qui credit in me inquit: non sredit in hoc quod videt me: sed credit in euz qui misit me. Aut cū credit in patrem qui sibi equalē genuit me: nō quomodo me videt: sed sic credat in me/ quomodo in eum qui misit me. Usq; adeo enim nihil distat inter eum vt me: ⁊ qui me videt: videat cū qui me misit. Apostolos suos certe ipse do- Lu. vj. minus christus misit: qō eorum etiam nomen indicat. Nā sicut grece angeli: latine nuncij vocantur: ita grece apostoli: latine missi appellātur. Nunq̄s tamē aliōs apostoloz dicere auderet: qui credit in me nō credit in me sed in euz qui misit me. Oino enim nō diceret: qui credit in me: credim⁹ enim apostolo: sed non credimus in ap̄m. Non enim ap̄s iustificat impiuz. Creden- Ro. iiij. ti enim in eū qui iustificat impiuz: deputatur fides eius ad iustitiam. Posset dicere apostolus: qui recipit me recipit eum⁹ qui me misit: vel qui audit me: audit eum qui me misit. Hoc eīm eis ipse dñs ait: qui vos Mat. x. recipit me recipit: ⁊ qui recepit me recipit eum qui me misit: qz dñs honoratur in seruo: ⁊ pater in filio: sed pater tanq̄s in filio: dominus tanquā in seruo. Filius aūtem

vnigenitus recte dicere potuit: credite in
Jo. xiij. deū ⁊ in me credite. Et qō nunc ait: qui cre
dit in me: non credit in me ſed in eū q̄ miſit
me: non a ſe abſtulit fidez credentis: ſed no
luit in forma ſerui remanere credentem.
qñ cū q̄ſq; credit in patrē qui eum miſit: p
fecto credit in filiū ſine quo patrez non eſſe
cognoſcit: ⁊ ita credit vt credat equalem:
qñ ſequit: ⁊ qui videt me: videt euz qui me
miſit. Attende cetera. [Ego lux in mundū
veni: vt oīs qui credit in me in tenebris nō
Mat. v. maneat.] Dixit quodā loco diſcipulis ſuis
Uos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas
abſcondi ſupra montē conſtituta. Neq; ac
cendūt lucernā ⁊ ponunt eaz ſub modio: ſz
ſupra cādelabrū: vt luceat omnibus qui in
domo ſunt. Sic luceat lumen veſtrū coram
hominib⁹ vt videant opa vr̄a bona: ⁊ glo
rificent patrē vr̄m qui in celis eſt. Non tñ
eis dixit: vos lux veniſtis in mundū: vt om
nis qui credit i vos in tenebris nō maneat.
Nuſq; hoc legi poſſe cōfirmo. Lumina er
go ſunt omnes ſancti: ſed credēdo ab eo il
luminant: a quo ſi recederit: tenebrabitur.
Lumen autez illud quo illuminant: a ſe re
cedere non poteſt: q̄ incommutabile oīno
eſt. Credim⁹ ergo lumini illuminato: ſicut
pphete: ſicut apoſtolo. Sed ideo illi credi
mus vt non in ipm credamus qō illumina
tur: ſed cum illo credamus in illud lumē a
quo illuminat: vt et nos illuminemur: non
ab illo: ſed cum illo a quo ille. Cum autem
dicit: vt omnis qui credit in me in tenebris
non maneat: ſatis manifeſtat omnes ſe in
tenebris inueniſſe. Sed ne in eis tenebris
maneant in quib⁹ inuenti ſunt: debent ere
C dere in lucem que venit in hunc mundū: q̄
per illam factus eſt mundus. [Et ſi q̄s au
dierit inquit verba mea et cuſtodierit: ego
non iudico eū.] Memētote q̄ vos audiſtis in
ſuperioribus lectionib⁹ nouiſ: ⁊ q̄ obliti fo
rte eſtis recolite. ⁊ qui non affuiſtis ſed ade
ſtis: audite quomodo dicit filius: ego non
Joh. v. iudico eū: cū dicat alio loco: pater non iudi
cat quēq;: ſed omne iudiciū dedit filio: niſi
q̄ intelligendum eſt modo non iudico eū:
Quare non iudicat modo? Attende quid
ſequitur. [Non enim veni: inquit: vt iudi
cem mundum: ſed vt ſaluifice mundū]: id
eſt vt ſaluum faciam mundum. Nunc er
go eſt tempus mie: poſtea erit iudiciū: quia
ps. c. mificordia inq̄t ⁊ iudiciū cātabo tibi dñe.
Sed de ipſo etiam futuro nouiſſimo iudi
cio videte quid dicat. [Qui ſpernit me et
non accepit verba mea: habet qui iudicet
eum. Sermo quez locutus ſum: ille iudica
bit eum in nouiſſimo die]. Non ait q̄ ſper
nit me et non accipit verba mea: ego nō iu
dico eum in nouiſſimo die. Hoc eni m ſi di
riſſet: non video quomodo poſſet non eſſe
contrarium illi ſententie vbi ait: pater non
iudicat quēq; ſed oē iudicium dedit filio.
Cum vero dixit: qui ſpernit me et non acci
pit verba mea habet qui iudicet eū: expe
ctantibus autem quiſnam ille eſſet: ſecut⁹
adiunxit: ſermo quem locutus ſum ille iu
dicabit eum in nouiſſimo die: ſatis manife
ſtauit ſeipm iudicaturum in nouiſſimo die
Seipſuz q̄ppe locutus eſt: ſeipm annuncia
uit: ſeipm ianuaz poſuit: quia ipe ad oues
paſtor intraret. Aliter itaq; iudicabuntur
qui non audierunt aliter qui audierunt et
cōtempſerunt. Qui eñ ſine lege peccaue- Rom. ij.
runt (ait apoſtolus) ſine lege ⁊ peribunt: ⁊
q̄ in lege peccauerunt: p legem iudicabunt
[Qz ego: inquit: ex meipo nō ſum locut⁹]:
Ideo ſe dicit non locūtū ex ſeipo qz nō eſt
ex ſeipo. Jā hoc ſepe dixim⁹: iaz hoc tanq̄
notiſſimū non docere ſed admonere debe
mus. [Sed q̄ miſit me pater ipe mihi man
datū dedit: q̄d dicam ⁊ q̄d loquar] Nō la
borarem⁹: ſi cum eis non loq̄ ſcirem⁹: cū
q̄bus ſuperiora locuti ſumus: ⁊ cū eiſdem
non oīnib⁹ ſed q̄ q̄ audierūt memoria retinē
tibus. Nunc vero qz fortaſſe aliq̄ aſſunt q̄ D
non audierunt: eiſq; ſunt ſimiles q̄ obliti
ſunt quod audierunt: propter illos perfe
rāt moras noſtras q̄ audita meminerunt
Quomodo dat mandatū pater vnico filio
Quo verbo loquitur verbo: cum ſit ipe fi
lius vnigenitus verbum? Nūq̄d p angelū
cū per ipſum creati ſunt angeli? Nūq̄d p
nubem: que quādo ſonuit ad filiū: nō pro
pter ipſum ſonuit quod alibi dicit etiā ipe
ſed propter alios quos oportebat ita audi
re? Nunq̄d per ſonū labij emiſſum qui nō
habet corpus? An aliquo locoum inter
uallo filio a patre ſeparat: vt ſit inter illos
aer medius quo percuſſo vox fiat et ad au
rem veniat? Abſit: vt talia de illa incorpo
rea et ineffabili ſubſtantia ſuſpicemur. Fi
lius vnic⁹ eſt verbum patris: ⁊ ſapiētia pa
tris: in illa ſunt oīa mādata patris. Ne
q; eñ patris mandatum filio aliquando
neſciebat: vt cū neceſſe eſſet ex tpe habere
quod antea nō habebat. Ita cū patre q̄
habet accepit: vt naſcendo acceperit: dede
rit q; illi gignēdo. Nā ⁊ vita eſt: et accepit
vitā vtiq; naſcendo/nō prius ſine vita exi
ſtendo: quia et pater habet vitā: ⁊ q̄ habet eſt: nec accepit tamen: qz nō ex aliquo
eſt. Filius autē accepit vitaz dante patre
a quo eſt: et ipſe quod habet eſt. Habet em Joh. v.
vitam et vita eſt. Jpm audi loquentē. Si-
cut habet inquit pater vitaz in ſemetipſo.
ſic dedit ⁊ filio vitam habere in ſemetipſo.

Nunq̄d

Nunquid exiſtenti ⁊ nō habenti dedit. Sz
eo dedit quo genuit qui vitā genuit et vita
genuit vitā: ⁊ qz parē genuit: nō imparē ge
nuit vitā: ideo dictū eſt. Sicut habet ipe vi
eam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio vitā habe
re in ſemetipſo. Uitam dedit quia gignen
do vitam q̄d dedit niſi eſſe vitā? Et qz eter
na eſt ipa natiuitas. Nunq̄ nō fuit filius
qui eſt vita: nunq̄ non fuit filius ſine vita.
Et ſicut eſt natiuitas eterna: ſic eſt qui na
tus eſt vita eterna. Ita ⁊ mandatū non q̄
filius nō habebat pater dedit ſed ſicut di
xi / in ſapientia patris quod eſt verbum pa
tris: oia mandata ſunt patris. Dicitur au
tem mandatum datū: quia non eſt a ſeipſo
cui dicitur datum. Et hoc eſt dare filio ſine
quo nunq̄ filius fuit: quod eſt gignere filiū
E qui nunq̄ nō fuit. Sequit autē. [Et ſcio qz
mandatū eius vita eterna eſt.] Si ergo vi
ta eterna eſt ipſe filius: ⁊ vita eterna eſt man
datum patris: quid aliō dictum eſt/q̄ ego
ſum mādatum patris? Proinde ⁊ id quod
adiungit ⁊ dicit. [Que ego loquor ſicut di
rit mihi pater ſic loquor.] Non accipiam⁹
dixit mihi: quaſi pater verba locut⁹ ſit vni
co verbo: aut egeat dei verbis: dei verbum.
Dixit ergo pater filio: ſicut dedit vitam fi
lio non quod neſciebat vel nō habebat: ſed
quo ipſe filius erat. Quid eſt autez Sicut
dixit mihi pater ſic loquor: niſi verbum lo
quor. Ita ille dixit vt verax: ita iſte loquit
vt veritas. Uerax autem genuit veritatez.
Quid ergo iam diceret veritati? Non eniz
imperfecta erat veritas cui verum ali
quid adderetur. Dixit ergo veritati: quia
genuit veritatem. Porro ipſa veritas ſic lo
quitur vt ei dictum eſt: ſed intelligentibus
quos docet vt nata eſt. Ut autem crederēt
homines quod intelligere nondum valent:
ex ore carnis verba ſonuerunt ⁊ abierunt.
Tranſuolantes ſoni ſtrepuerunt peractis
motuſ temporū ſuorū. Sed res ipſe qua
rum ſigna ſunt ſoni: traiecte quodāmodo
in eorum memoriam qui audierunt: etiam
ad nos per litteras que viſibilia ſigna ſūt
peruenerunt. Non ſic loquitur veritas. In
telligentibus mētibus intus loquitur ſine
ſono inſtruit: itelligibili luce pfundit. Qui
ergo poteſt in ea credere natiuitatis eius
eternitatem: ipſe illam ſic audit loquentē:
ſicut ei dixit pater quod loquereꝝ. Excita
uit nos ad magnum deſideriuz interioris
dulcedinis ſue: ſed credendo capimus: am
bulando creſcimus: proficiēdo ambulam⁹:
vt p. ruenire poſſimus.

Tractatus.lv.

capi. xiij [Ante diem feſtum paſche ſciēs ie
ſus qz venit eius hora vt tranſeat ex
hoc mundo ad patrem: cū dilexiſſet
ſuos qui erant in mundo: in finē di
lexit eos. Et cena facta: cū diabolus
iam miſiſſet in cor vt traderet eū iu
das ſymonis ſcariothis: ſciens quia
omnia dedit ei pater in manus et qz
a deo exiuit ⁊ ad deuz vadit: ſurgit a
cena ⁊ ponit veſtimenta ſua: ⁊ cū ac
epiſſet linteum p̄cinxit ſe. Deinde
miſit aquaz in peluim: ⁊ cepit lauare
pedes diſcipuloum ⁊ extergere lin
theo quo erat precinctus.



A Ena domini ſm iohannē
adiuuāte ipſo debitis ſt
explicanda tractatibus:
⁊ vt nob⁹ poſſe donauerit
explananda. [Ante diez
autem feſtū paſche: ſciēs
ieſus quia venit hora ei⁹
vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem: cum
dilexiſſet ſuos qui erant in mundo: in finez
dilexit eos.] Paſcha aūt fratres non ſicut
quidam exiſtimant grecum nomen eſt: ſed
hebreuz. Opportuniſſime tñ occurrit in hoc
nomine quedam congruentia vtrarūq; lin
guarum. Quia eniz paſſio grece πασχιν
dicitur: ideo paſcha paſſio putata ē: velut
hoc nomine a paſſione ſic appellatum eſt.
In ſua vero lingua: hoc eſt hebrea: paſcha
tranſitus dicitur ꝓpterea: qz tūc primum
paſcha celebrauit populus dei qñ ex egy
pto fugientes rubrum mare tranſierunt.
Nunc ergo figura illa ꝓphetica in veritā- Eſa. liij.
te ꝓpleta eſt: cum ſicut ouis ad immolādū
ducitur xp̄s: cuius ſanguine illitis poſtib⁹
frōtis. i. cuius ſigno crucis ſignatis fron
tibus noſtris a perditione huius ſeculi tā
q̄m a captiuitate vel interemptiōe egyptia
liberamur: ⁊ agimus ſaluberrimum tran
ſitum: cum a diabolo trāſimus ad chriſtū:
⁊ ab iſto inſtabili ſeculo ad eius fundatiſ
ſimum regnum. Ideo quippe ad deum p
manentem tranſimus ne cū mundo tranſ
eunte tranſeamus. De hac nobis collata
gratia deuz laudans apoſtolus dicit. Qui Col. j.
eruit nos de poteſtate tenebrarū: ⁊ tranſtu
lit in regnum filij charitatis ſue. Hoc itaq;
nomē id eſt paſcha qō latine vt dixit trāſi
tus nuncupatur: velut interpretans nobis
beatus euangeliſta: ame dicit inquit feſtū
paſche ſciēs ieſus quia venit hora eius vt
tranſeat ex hoc mundo ad patrē. Ecce pa
ſcha ecce trāſitus. Unde ⁊ quo? De hoc ſci
licet mundo ad patrez. Spes membris in

capite data est: quod essent in illo transeun
te sine dubio secutura. Quid ergo ifideles
& ab hoc capite atq; ab ei⁹ corpore alieni:
Nonne & ipsi transeunt: qz non pmanent:
Transeūt plane & ipsi. Sed aliud est trāsi-
re de mundo: aliud est transire cū mundo:
aliud ad patrem: aliud ad hostem. Nam &
egyptū transierūt: nō cm̄ persequendo mā
serunt. Non tm̄ transierunt per mare ad re
gnum sed in mari ad interitum. Sciens er
go iesus qz venit hora eius: vt transeat ex
hoc mundo ad patrē. [Cuz dilexisset suos
qui erant in mundo: in finem dilexit eos.]
Utiq; vt et ipsi de hoc mundo vbi erāt: ad
suū caput qō hinc transisset eius dilectiōe
transirent. Quid est em̄ in finē nisi in xp̄m:
Finis enim legis christus ait apostolus ad
Rom. x. iusticiam omni credenti. Finis perficiens:
non interficiens. Finis quoulq; eamus: nō
vbi pereamus. Sic omnino intelligēdum
1. Co. v. est pascha nostrū immolatus est christus.
Ipse est finis noster in illum est transitus
noster. Nam video posse ista verba euan-
gelica quodam humano modo etiaz sic ac-
cipi: tanq; vsq; ad mortem christus dilexe
rit suos: vt hoc videatur esse in finē dilexit
eos. Humana est hec sententia: nō diuina.
Neq; em̄ nos hucusq; ille dilexit: q̄ semp &
sine fine nos diligit. Absit vt dilectiōes mor
Lu. xvi. te finierit: q̄ nō est morte finitus. Etiaz post
mortē quinq; fratres suos dilexit diues il-
le supbus atq; impi⁹: & vsq; ad mortē nos
dilexisse putandus est christus: Absit cha
rissimi. Nequaq; ille nos diligēdo vsq; ad
mortem veniret: si dilectionē nostrā morte
finiret: nisi forte ita sit intelligendū in finē
dilexit eos vsq; ad mortē dilexit eos: quia
tantū dilexit: vt moreret pro eis. Hoc enim
Joh. xv. testatur dicens. Maiorem hac charitatem
nemo habet: q̄ vt animā suam ponat quis
pro amicis suis. Ita sane nō prohibemus
intelligi in finem dilexit: vsq; ad mortem
dilexit: id est vsq; ad mortem illum dilectio
ipsa perduxit. [Et cena inquit facta: cum
diabolus iam misisset in cor vt traderet cū
iudas symonis scariothis: sciens quia om
nia dedit ei pater in manus: et quia adeo
† als exi uit. † exiit & ad deum vadit surgit a cena: & po
† Al. mi sit. nit vestimenta sua. Et cum accepisset lin
C theum precinxit se. Deinde † mittit aquaz
in peluim & cepit lauare pedes discipulorū
& extergere linthēo quo erat precinctus.]
Non ita debemus intelligere cenaz factā:
veluti iam consumptam atq; transactam.
Adhuc enim cenabatur cuz dominus sur
rexit & pedes lauit discipulis suis: Nā post
ea recubuit: & buccellam suo traditori post
ea dedit vtiq; cena nondum finita: hoc est
dum adhuc panis esset in mensa. Cena er-
go facta dictum est iam parata et ad con-
uiuentium mensam vsumq; perducta. Qō
aūt ait. [Cuz diabolus iam misisset in cor
vt traderet cū iudas symonis scariothis.]
Si queris quid missum sit in cor inde: hoc
vtiq; vt traderet cum. Missio' ista spiritua
lis suggestio est. Non fit per aurem sed per
cogitationem: ac per hoc non corporaliter
sed spiritualiter. Neq; em̄ spirituale quod
dicitur: semper in laude accipiendum est.
Nouit apostolus quedam spiritualia neq; Ephe. vi
tie in celestibus: aduersus que nobis collu
ctatio rem esse testatur. Non autem essent
maligna etiam spiritualia: si nō essent etiā
maligni spiritus. A spiritu enim spiritua-
lia nominantur. Sed quomodo ista fiant:
vt diabolice suggestiones immittantur: et
humanis cogitationib⁹ misceantur: vt eas
tāq; suas deputet homo: vnde scit homo?
Nec dubitandum est etiam bonas sugge-
stiones a bono spiritu ita latenter ac spiri-
tualiter fieri. Sed interest quibus nam ea
rum mens humana consentiat diuino au-
xilio: vel deserta per meritum: vel adiuta
per gratiam. Factū ergo iam fuerat in cor
de iude per immissionem diabolicā vt tra-
deret discipulus magistrum: sed quem nō
didicerat deum. Iam talis venerat ad cō-
uiuium explorator pastoris, insidiator sal-
uatoris: venditor redemptoris: iam talis
venerat et videbatur: et tolerabatur: et se
ignorari arbitrabatur: qz in eo quem vole-
bat fallere fallebatur. At ille isto ipso cor-
de intus inspecto nesciente: scienter vteba-
tur. [Sciens quia oia dedit ei pater in ma
nus.] Ergo & ipsum traditorez. Nam si cū
in manibus non haberet: non vtiq; illo vte
retur vt vellet. Proinde iam tradito: tradi
tus erat ei quez tradere cupiebat: atq; ita
malum tradendo faciebat: vt de illo tradi
to bonum fieret qō nesciebat. Sciebat em̄
dñs quid faceret pro aūctis: qui patienter
vtebatur inimicis. Ac si oia dederat pater
in manus eius: & in ipsum mala: & in effectū
bona. [Sciens etiam quia a deo exiuit et
ad deum vadit.] Nec deum cum inde exi-
ret: nec nos deserens cum rediret. Hec er-
go sciens: [surgit a cena: & ponit vestimen-
ta sua. Et cum accepisset lintheum: precin-
xit se. Deinde misit aquam in peluim & ce-
pit lauare pedes discipulorū: et extergere
linthēo quo erat precinctus.] Debem⁹ chs
rissimi sensum euangeliste diligenter attē-
dere. Locuturus quippe de tanta dñi hu-
militate: prius eius celsitudinem voluit cō
mendare. Ad hoc pertinet quod ait: sciens
quia em̄ia dedit ei pater in manus & quia

a deo exiit et ad deum vadit. Cum illi er-
go omnia pater dedisset in manus: ille di-
scipulorū non manus sed pedes lauit. Et
cū se sciret a deo exisse & ad deū pgere: non
dñi dei sed hominis serui impleuit officiū
Ad hoc aūt pertinet qō etiā de traditore
ipsi⁹ qz iaz talis venerat: q̄ nec ab illo igno
rabatur: preloqui voluit vt hoc quoq; ad
maximum cumulum humilitatis accede-
ret: qō etiam illi non dedignat⁹ est pedes
lauare: cui⁹ manus iam preuidebat in sce
lere. Quid autem mirum si surrexit a ce-
na & posuit vestimenta sua: q̄ cuz in forma
dei esset seipsum exinaniuit? Et qd miruz
si precinxit se lintheo: qui formā serui acci
phil. ii. piens habitu inuentus est vt homo? Quid
mirum si misit aquam in peluim vnde la-
uaret pedes discipulorum qui in terram
sanguinē fudit: qui⁹ immunditia dilueret
peccatorū? Quid mirū si lintheo quo erat
precinctus pedes quos lauerat terſit: q̄ car
ne qua erat indut⁹ euāgelistaꝝ vestigia cō
firmauit? Et lintheo quidē vt se precinge-
ret: posuit vestimeta sua q̄ habebat. Ut au
tem formā serui acciperet qñ semetipm exi
naniuit: nō qō habebat deposuit: ſz qō nō
habebat accepit. Crucifigēdus sane suis
expoliat⁹ est vestimētis: & mortu⁹ inuolu⁹
est lintheis: & tota illa eius passio nr̄a pur
gatio est. Passur⁹ igit exitia: premisit obse-
quia: non solū eis pro quibus erat subitu-
rus mortem: sed etiam illi qui eum fuerat
traditurus ad mortem. Tanta est quippe
humane humilitatis vtilitas vt eam suo
commendaret exemplo etiam diuina sub
limitas quia homo superbus in eternū pi
ret: nisi eum de⁹ humilis inueniret. Uenit
Luc. ix. em̄ filius hois quere re: et saluuz facere qō
perierat. Perierat aūt supbiā deceptoris
secutus ergo humilitatez redemptoris se
quatur inuentus.

Tractatus. lvj.

Uenit ergo ad symonem petrum.
Et dicit ei petrus. Domine tu mihi
lauas pedes: Respondit iesus et di-
xit eis. Quod ego facio tu nescis mo
do scies autem postea. Dicit ei petr⁹
non lauabis mihi pedes in eternum
Respondit ei iesus si non lauero te
non habebis partem mecum. Dicit
ei symon petrus: domine non tan-
tum pedes meos sed et manus et ca
caput. Dicit eis iesus. Qui lotus est
non indiget nisi vt pedes lauet: sed
est mundus totus.

D

Um lauaret pedes discipulorum domin⁹. [Uenit ad
symonem petrum: & dicit
ei petrus. Dñe: tu mihi la
uas pedes]? Quis enim
non expauesceret lauari
sibi pedes a dei filio. Quā
uis itaq; magne fuisset audacie contradi-
cere seruū domino: hominem deo. Tamen
hoc petrus facere maluit: q̄ perpeti vt si-
bi pedes lauarētur a domino et deo. Nec
putare debemus hoc petrū inter ceteros
formidasse atq; recusasse: cum id alij ante
ipm libenter vel equanimiter sibi fieri per
mississent. Facilius quippe sic accipiuntur
ista verba euangelij: quia cum dictū esset
cepit lauare pedes discipulorum et exterge-
re lintheo quo erat precinctus: deinde sub
iunctuz est: venit ergo ad symonem petrū:
quasi aliquibus iam lauissēt & post eos ve
nisset ad primum. Quis enim nesciat pri-
mum apostolorum esse beatissimum petrū
Sed non ita intelligendum est quod post
aliquos ad illum venerit: sed quod ab illo
ceperit. Quando ergo pedes discipulorum
lauare cepit venit ad eum a quo cepit: id
est ad petrum. Et tunc petrus quod etiam
quilibet eorum expauisset: expauit atq; ait
Domine: tu mihi laus pedes? Tu mihi.
Quid est tu? Quid est mihi? Cogitanda
sunt potius q̄ dicenda: ne forte quod ex
his verbis aliquatenus dignum concipit
anima non explicet lingua. [Sed respon-
dit iesus et dixit eis. Quod ego facio tu infra tra
nescis modo: scies autem postea.] Nec ta cta. lvij.
men ille dominici facti altitudine exteri⁹ p
mittit fieri quod cur fieret ignorabat. Sed
vsq; ad suos pedes humilem christum ad
huc non vult videre: non potest sustinere.
Non lauabis mihi (inquit) pedes in e-
ternum]. Quid est in eternum? Nūq; hoc Text⁹ in
feram: nunq; patiar: nunq; sinam. Hoc q̄p hoc tra-
pe in eternum non fit: qō nunq; fit. Tū sal ctatu qñ
uator egrum reluctantem de ipsius salu- qs pteri-
tis periculo exterrens. [Si non lauero te: tur: qñq;
inquit non habebis partem mecum]. Ita mutatur
dictum est si non lauero te: cum de solis pe
dibus ageretur quomodo dici assolet: calcas
me: quando sola planta calcatur. At
ille amore et timore perturbatus et plus
expauescens christum sibi negari q̄ vsq;
ad suos pedes humiliari. [Domine ait:
non tantum pedes meos sed et manus et
caput]. Quandoquidem sic minaris la-
uanda tibi membra mea: non solum tibi
ima non subtraho verumetiam prima sub
sterno. Ne mihi neges capiendam tecum infra tra
partem. [Dicit ei iesus. Qui lotus est: cta. lvij.

Universidad de Biblioteca

non habet opus niſi pedes lauare: ſed eſt
B mundus totus. Hic moneatur fortaſſis
quis et dicat. Immo ſi mundus eſt totus
qd ei opus eſt vel pedes lauare? Dñs aũt
nouerat qõ dicebat etiã ſi nr̃a infirmitas
eiº ſecreta nõ penetrat. Verumtñ ſpũ nos
erudire et ex lege ſua docere dignatur: pro
captu meo pro modulo meo: aliquid etiaz
ego de huius queſtionis profunditate illo
adiuuante reſpondeã: ac primuz ipſam lo
cutionem non ſibi eſſe contrariã faci lime
oſtẽdã. Quiſeñ nõ ita rectiſſime loq poſſit
mundus es totus preter pedes? Eleganti9
autem loquitur ſi dicit: mundus es totus
niſi pedes: quod tantũdẽ valet. Hoc ergo
ait dominus: nõ habet opus niſi pedes la
uare: ſed eſt mundus totus. Totus vtiqz p̃
ter pedes vel niſi pedes quos habet opus
lauare. Sed qd eſt hoc? Quid ſibi vult qd
hic neceſſariũ eſt vt queramus. Domin9
dicit veritas loquitur: quod op9 habet pe
des lauare etiam ille qui lotus eſt. Quid
fratres mei quid putatis niſi quia homo
in ſancto quidez baptiſmo totus abluitur
non preter pedes ſed totus omnino. Verũ
tñ cũ in rebus humanis poſtea viuitur: vti
qz terra calcatur. Ipſi igitur humani affe
ctus ſine quibus in hac mortalitate niſi vi
uitur quaſi pedes ſunt vbi ex humanis re
bus afficimur: et ſic afficimur vt ſi diceri-
1.Joh.i. mus quia peccatũ non habemus noſipos
decipimus ⁊ veritas in nobis nõ eſt. Quo
tidie igiſ pedes lauat nobis: qui interpel
lat pro nobis. Et quotidie nos opus habe
mus vt pedes lauemus: id eſt vias ſpiri-
Mat.vj. tualium greſſuum dirigam9. In ipa oratio
ne dominica confitemur cum dicimus. Di
mitte nobis debita noſtra: ſicut et nos di
mittimus debitoribus noſtris. Si eñ cõfi
teamur ſicut ſcriptũ eſt peccata noſtra: ꝓ
fecto ille qui lauit pedes diſcipulorum ſuo
ruz fidelis eſt ⁊ iuſtus qui dimittat nobis
peccata noſtra et mundet nos ab oñi pec
cato: id eſt vſqz ad pedes quibus conuer-
ſamur in terra. Proinde eccleſia quam mũ
dat chriſtus lauacro aque in verbo: non ſo
lum in illis eſt ſine macula ⁊ ruga: qui poſt
lauacrum regenerationis continuo ex hu
ius vite contagione tolluntur: nec calcant
terram vt opus habeant pedes lauare: ve
rũeiam in his quibus iſtam miſericordiã
prebens dñs fecit eos de ſeculo iſto lotis
etiam pedibus emigrare. In his autẽ qui
hic demorentur: etiam ſi mũda ſit: quonã
iuſte viuunt opus tamen habent pedes la
uare: quoniam ſine peccato vtiqz non ſunt
Propter hoc dicit in cantico canticorum.
Cant.v. Laui pedes meos: quomodo inquinabo il
los? Dicitur enim hoc cuz cogitur ad chri-
ſtum venire: et terram calcare conuenit.
Alia queſtio rurſus exoritur. Nonne chri-
ſtus ſurſum eſt? Nonne aſcendit in celum
et ſedet ad dexteram patris? Nonne apo
ſtolus ad nos clamat et dicit? Si ergo re- Col.v.
ſurrexiſtis cum chriſto/que ſurſum ſunt q̃
rite vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens:
que ſurſum ſunt ſapite non que ſuper ter
ram. Quomodo ergo vt ad chriſtum eaº
terram calcare compellimur: cum potiuz
nobis ſurſum cor habendum ſit ad domi-
num: vt cum illo eſſe poſſumus? Videtis
fratres hodierni temporis anguſtias: iſtã
coartare queſtionem. Quod et ſiyos forte
minus videtis: ego vtcunqz video quante
diſputationes indigeat: Unde petovt eam
potius ſuſpendi q̃ vel negligentius vel an
guſtius pertractari. Non fraudatur ſed di-
lata expectatione patiamini. Aderit enim
dominus qui nos debitores facit: vt faciat
etiam redditores.

Tractatus.lvij. De eadẽ lectione.

A



On immemor mei debiti
et iam reddendi tempus
agnoſco. Donec vnde red
dam/qui donauit vt de-
beam. Donauit enim di-
lectionem de qua dictum
eſt. Nemini quicqz debea
tis: niſi vt inuicem diligatis. Donet etiam
ſermonem quem video me debere dilectis
Expectationem veſtram ad hoc nempe di
ſtuleram: vt explicarem ſicut poſſem/quẽ-
admodum etiam per terram veniatur ad
chriſtum: cum potius iubeamur que ſur-
ſuz ſunt querere non que ſuper terrã. Sur
ſum eñ chriſtus eſt ſedens ad dexterã pa-
tris. Sed profecto et hic eſt propter quod
et ſaulo id terra ſcienti dicit. Saule ſaule Act.ix.
quid me perſequeris. Ut autem hoc queré
dum ſuſciperemus: id̃ ꝓtractabatur quod
dominus pedes diſcipulis lauit: cum iam
ipſi diſcipuli loti eſſent: nec opus haberent
niſi pedes lauare. Ubi viſum eſt intelligen
dum qnod baptiſmo quidem homo totus
abluitur: ſed dum iſto poſtea viuit in ſecu-
lo/humanis affectibus terram velut pedi
bus calcans: ipſa ſcilicet converſatione vi
te huius contrahit vnde dicat: dimitte no- Mat.vj.
bis debita noſtra. Ac ſi etiam inde mun-
datur ab eo qui pedes lauit diſcipulis ſuis
nec deſint interpellare pro nobis. Hinc oc-
currerunt ex cantico canticoz eccleſiever
ba dicentis. Laui pedes meos quomodo Cant.v.
inquinabo eos. Cum vellet ire et aperire
ei qui venerat ad eam et pulſauerat: ſibiqz

apire ꝓpoſcerat ille ſpecioſus forma pre
filijs hominũ. Hinc queſtio nata eſt quam
coartare noluimus anguſtijs ꝓpis: ideoqz
diſtulimus: quonam modo eccleſia timeat
inquinare pedes dum pergit ad p̃z: quos
baptiſmate lauaret p̃r. Sic enim ait. Ego
dormio: ⁊ cor meũ vigilat. Uox fratruꝫ mei
pulſat ad ianuã deinde dicit etiã ipſe. Ape
ri mihi ſoror mea: prima mea: colũba mea
perfecta mea: qz caput meum repletum eſt
roze ⁊ crines mei guttis noctis. Et reſpon
dit illa. Exui me tunica mea quomodo in-
dnam eam? Laui pedes meos quomõ in-
quinabo illos? O admirabile ſacramentũ
⁊ grande myſterium. Ergo ne timet ꝑ̃gui
nare pedes veniendo ad eum qui lauit ſuo
rum diſcipulorũ pedes? Timet certe quia
per terram venit ad euz qui etiam in terra
eſt: quia ſuos hic cõſtitutos non deſerit.
matthei xxviij. An non ipſe ait. Ecce ego vobiſcũ ſum vſqz
Joh.j. ad conſummationem ſeculi? An non ipſe
ait. Uidebitis celos apertos ⁊ angelos dei
aſcendentes ⁊ deſcendentes ad filium ho-
minis? Si aſcendunt ad eum ꝓpterea qz
ſurſum eſt: quomodo ad euz deſcendunt ſi
etiam non hic eſt? Dicit ergo eccleſia. La-
ui pedes meos: quomodo inquinabo eos?
In his hoc dicit qui predicant p̃r̃m ⁊ ape-
riunt illi oſtium vt habitet ꝑ fidẽ in cordi-
bus hominũ. In eis hoc dicit cũ deliberãt
vtrum miniſteriũ tale ſuſcipiant cui ſe mi
nus idoneos exiſtimant: vt ſine culpa im-
j.cor.ix. pleant ne forte alijs predicãtes/ipſi repro
bi fiant. Tutius eñ veritas auditur q̃ pre
dicatur: quoniã cũ auditur/humilitas cu-
ſtodit. Cũ aũt predicatur/vix nõ ſubrepit
cuius hominũ quantulacũqz iactantia: in
iacobi.i. qua vtiqz inquimentur pedes. Ergo vt apo
ſtolus iacobus dixit: ſit oĩs homo velox ad
audiendum: tardus autem ad loquendum.
pſ.xl Dicit ⁊ alius homo dei. Auditui meo da-
bis gaudium ⁊ leticiam: et exultabunt oſſa
humiliata. Hoc eſt qõ dixit: cũ veritas au-
B ditur/hũilitas cuſtodit. Dicit ⁊ alio. Ami-
Joh.iij. cus aũt ſponſi ſtat ⁊ audit eũ: ⁊ gaudio gau
det propter vocẽ ſponſi. Fruamur auditu:
ſine ſtrepitu nobis loquente intrinſecus ve
ritate. q̃ eñ etiaz cũ foriſecus inſonat per
legentem per annunciantem/per predicã-
tem/per diſputantẽ/per precipientez/per
conſolantez/per exhortantem/per ipſum
etiam cantantẽ atqz pſallentẽ: ipſi qui hec
agunt: inquinare pedes ſuos timeant: cuz
placere hominibus ſubrepente amore hu-
mane laudis affectant. Ceterũ qui eos au-
dit libenter ⁊ pie: non habet locum iactan
di ſe in laboribus alienis: ⁊ nõ inflatis oſſi
bus humilitatis: gaudio gaudet propter
vocem dominice veritatis. Proinde in eis
qui libenter ⁊ humiliter audire nouerũt: ⁊
vitam quieram in ſtudijs dulcibus ⁊ ſalu
bribus agũt catholica delicietur eccleſia ⁊
dicat. Ego dormio ⁊ cor meũ vigilat. Quid
eſt ego dormio ⁊ cor meum vigilat: niſi ita
quieſco vt audiam? Ocium meum non im
penditur nutriende deſidie: ſed percipien- Cant.v.
de ſapientie. Ego dormio ⁊ cor meum vigi pſ.xlv.
lat: vaco ⁊ video: quoniã tu es dñs: quia ſa
pientiaz ſcribo in tempore ociꝭ: qui mino Eccle.
ratur actu ipſe percipiet eam. Ego dormio xxxviij.
⁊ cor meum vigilat. Ego requieſco a nego-
ciosis actibus: ⁊ anim9 me9 diuinis ſe in-
tendit affectib9. Sed inſ his qui iſto modo Watt.x.
ſuauiter ⁊ humiliter requieſcũt duz ocioſe
oblectat eccleſia: ecce pulſat ille q̃ ait. Que
dico vobis in tenebris dicite in lumine: et
qõ in aure auditis predicate ſuper tecta.
Uox ergo eiº pulſat ad ianuã: ⁊ dicit. Ape Cant.v.
ri mihi ſoror mea, prima mea/colũba mea
perfecta mea/quia caput meum repletum
eſt roze: ⁊ crines mei guttis noctis. Uelut ſi
diceret. Tu vacas: ⁊ cõtra me hoſtiuz clau
ſum eſt. Tu ſtudes ocio paucorum ⁊ abun
dante iniquitate refrigeſcit charitas mul-
torũ. Nox q̃ppe iniquitas eſt. Ros ho eius
⁊ gutte: hi ſunt qui frigeſcunt ⁊ cadũt ⁊ fa-
ciunt refrigeſcere caput p̃r: hoc eſt vt non
ametur deus/caput eiñ chriſti de9. Sz por j.Co.xj.
tantur in crimibus: id eſt in ſacramẽtis vi-
ſibilib9 tolerant: cũ nequaqz interiora ſen-
ſus attingunt. Pulſat ergo vt excutiat q̃-
tem ſanctis ocioſis: ⁊ clamat. Aperi mihi
de ſanguine meo ſoror mea: de acceſſu meo
prima mea/de ſpiritu meo columba mea/
de ſermone meo quẽ plenius ex ocio didici
ſti perfecta mea. Aperi mihi: predica me.
Ad eos q̃ppe q̃ clauſerũt cõtra me quõ in-
trabo ſine aperiente? Quomõ enim audiẽt
ſine predicante? Hinc fit vt etiã hi q̃ amãt Roma.x
ocium ſtudiorum bonoruz: ⁊ nolunt perpe-
ti laborioſarum moleſtias actionum: eo q̃
minus idoneos ad hec miniſtrãda/⁊ ſine
reprehenſione agenda ſe ſentiũt: mallent ſi
fieri poſſet ſanctos apoſtolos ⁊ predicato-
res veritatis antiquos excitari aduerſus
abũdantiã iniq̃tatis: qz feruor frigut cha
ritatis. Sed in eis qui iam de corpore exie C
runt: ⁊ carnis indumento exploiati ſunt:
neqz eñ ab ea ſeparati ſunt: ñ̃deat eccle-
ſia. Exui me tunica mea: quomodo induaz Cant.v
eam? Recipietur quidez illa tunica ⁊ in eis
qui iam exuti ſunt/rurſus veſtietur carne
eccleſia: non tamen nunc quando ferneſa-
ciendi ſunt frigidi/ſed tunc quãdo reſurre
cturi ſunt mortui. Paſſa ergo difficultatez
propter inopiam predicatorum et recolẽ

Universidad de Sevilla Biblioteca

alis sua mēbra sana sermonib⁹ sancta moribꝰ: sed iam exuta corporib⁹ ingemit ⁊ dicit ecclē. Exui me tunica mea: quō induā eam: Mēbra illa mea q̄ rp̄o aperire euāgelizādo excellētissime potuerūt: quō ad corpora quib⁹ exuta sunt redire nūc ꝓsūt: Vnde re spiciēs ad eos q̄ predicare et populos acq̄rere ac regere: ac si christo aperire vtcūq; possunt: sed in his difficultatibus actionū peccare nō timent: lauī inq̄t pedes
Jaco.iij. meos: quō inq̄nabo illos: Quisq; em̄ in vbo nō offendit: hic ꝓfect⁹ est vir. Et quis est ꝓfectus: Quis est q̄ nō offendit in tanta abūdātia iniq̄tatis: tanto frigore charitatis: Lauī pedes meos: quomodo inquinabo eos: Q̄nquidē lego ⁊ audio. Nolite multi magistri fieri fratres: q̄m maiꝰ iudicium sumitis. In multis em̄ offendimus omnes. Lauī pedes meos: quomodo inq̄nabo eos. Sed ecce surgo ⁊ aperio: rp̄e la
Mat.vj. ua eos. Dimitte nobis debita nr̄a: q̄m non est extincta charitas nr̄a: q̄ ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nr̄is. Quando te audini
ps.l. mus exultāt tecū in celestib⁹ ossa humsliata. Sed q̄m te predicam⁹: terrā calcam⁹ vt tibi aperiam⁹. Et ideo si reꝓhēdimur ꝓtur bamur: si laudamur: iſtamur. Lauā pedes nr̄os ab mūdatos: sed cū ad aperiēdū tibi p terrā pgim⁹ inq̄natos. Hec vobis hodie satis sint dilectissimi. Si q̄d fec⁹ q̄s oportuit dicētes fortassis offendim⁹: vel laudibus vr̄is immoderati⁹ q̄s opottuit elenati sum⁹: ipetrate mūdationē pedib⁹ nr̄is deo placētib⁹ ofonibus vestris.

Tractatus.lviij.

¶Et vos mundi estis sed nō oēs Sciebat enim q̄nam esset qui traderet eum: ꝓterea dixit Nō estis mūdi omnes. Postq; ergo lauit pedes eorum: et accepit vestimenta sua: cū recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis: vos vocatis me magister et domine: et bene dicitis. Sum eteñ. Si ergo ego lauī pedes vestros dñs et magister: ⁊ vos debetis alter alterꝰ lauare pedes: exēplū em̄ dedi vobis: vt quēadmodū ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis.

A Am illa verba sancti euā gelij ybi dñs lauās pedes discipulis suis ait. Qui lotus est semel non habet necessitatē nisi pedes lauare: sed est mundus totus: dilectioni vestre vt dominus donare dignatus est exposuimus. Nunc quod sequitur videamus. [Et vos inquit mūdi estis: sed nō omnes]. Hoc q̄d sit ne q̄reremus: ipe euangelista patefecit adiungens. [Sciebat enim q̄nam esset q̄ traderet eum: propterea dixit. Non estis mundi omnes.] Quid hoc apertius? Proinde ad sequentia trāseamus. [Postq; ergo lauit pedes eorum et accepit vestimenta sua: cū recubuisset iterū dixit eis. Scitis q̄d fecerim vobis]? Nunc est vt beato petro reddat illa promissio. Dilatum enim fuerat quando expauescenti ⁊ dicenti: non lauabis mihi pedes imeternum: respōsum est ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies aūt postea. Ecce est ip̄m postea: iam temp⁹ est vt dicatur q̄d paulo ante dilatū est. Memor itaq; dominus se promisisse iamdudū sciētiā facti sui tam ꝓpinati / tam mirabilis: tam expauescendi: ⁊ nisi ipe vehemēter terruisset nullo mō sinēdi vt magister non tantū ipsoꝝ sed angeloꝝ: ⁊ dñs nō tātū ipsoꝝ sed reꝝ oim / lauaret pedes discipuloꝝ et seruoꝝ suoꝝ. Hui⁹ ergo tāti facti q̄m promiserat scientiā dicens. Scies aūt postea: q̄d sit q̄d fecit docere nunc incipit. [Vos inq̄t vocat⁊ me magister ⁊ dñe: ⁊ bñ dicit⁊. Sū etem̄.] Bñ dicit⁊ qr verū dicitis. Sū q̄ppe q̄d dicit⁊. Vol ꝑceptū ē nō te lau- Prouer. xxvij.
det os tuū: ⁊ laudet te os ꝑrini tui. Perculosus ē em̄ sibi placere: cui cauēdū ē supbire. Ille aūt q̄ sup oia est. q̄tūcūq; se laudet nō se extollit excelsus: nec potest recte dici arrogans de⁹. Nobis namq; expedit eū nosse non illi nec eū quisq; cognoscit si nō se indicet ipe qui nouit. Si ergo non se laudando quasi arrogantiā vitare voluerit nobis sapiētiā denegauit. Et magistrū quidem q̄ se esse dicit nemo reꝓhenderet etiam q̄ enim nihil esse aliud q̄s hominem crederet: q̄m id profitetur quod et ipsi homines in cuiuslibet artibus vsq; adeo sine arrogantia profitentur: vt professores vocentur. Quod vero dñs et ipse se dicit discipulorum suorum: cum sint illi etiā ſm se culum ingenui: quis ferat in homine? Sed deus loquitur. Nulla est hic elatio ante celsitudinis: nullum mendacium veritatis nobis subiacere illi vtile est celsitudini: nobis seruire vtile est ei veritati. Quod se dominum dicit non illi vitium est: sed nobis beneficiū. Cuiſdam secularis auctoris verba laudantur: quia dixit. Cū ois arrogantia odiosa est: tamen illa ingenij et eloquētie multo molestissima. Et tamen idemipe cum de sua eloquentia loqueretur: diceret inquit ꝑfectam si ira iudicarē: nec in veritate crimē arrogantie ꝓtimescerem. Si igit ille hō eloquētissimus in veritate arrogantiā non timeret: quō arrogātiā ipsa veritas timet. Dicat se dñs qui dñs est: dicat se verum q̄ veritas est. Nonne dicā ego q̄ vtile est: dū tacet ille q̄ est? Btūssim⁹ paulus nō vtiq; vnigenitus dei filiꝰ: sed vnigeniti dei filij seruus ⁊ apl̄s: non veritas sed particeps veritatis: ait libere ⁊ 2stanter.
ij.Cor.xij Et si voluero gloriari nō ero insipiēs: veritatē em̄ dico. Neq; em̄ in scipso sed in ipsa
ij.Cor.x. veritate q̄ superior est ipso: ⁊ humiliter ⁊ veraciter gloriaretur: q̄m ⁊ ipse ꝑcepit: vt q̄ gloriatur in domino glorietur. Ita ne non timeret ⁊ insipientiā si gloriari vellet amator sapiētie: ⁊ in gloria sua timeret in sapiētiam ipsa sapientia? Non timuit arrogan
psalmo xxxiij. tiam qui dixit. In domino laudabitur alia mea. Et in laude sua timeret arrogantiaz potestas domini: in quo laudat anima seruii. Vos inquit vocatis me magister et dñe ⁊ bene dicitis. Sum etenim. Ideo bene dicitis: quia sum. Nam si non esſem quod dicitis: male diceretis etiā si me laudaretis. Quomodo ergo negaret veritas: quod dicunt discipuli veritatis? Quomodo quod dicunt qui didicerunt negaret ipsevnde didicerunt. Quomō fons negat quod bibens predicat? Quomodo lux occultat: quod videns indicat. [Si ergo inquit ego lauī pedes vestros dominus ⁊ magister: debetis ⁊ vos alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt quēadmodū ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis.] Hoc est beate petre quod nesciebas: quando fieri non sinebas. Hoc tibi polꝰ a sciendum ꝑmisit: quando vt sineres terruit te magister tuus ⁊ dominus tuus lauans pedes tuos. Didicimus fratres humilitatem ab excelso: faciamus inuicem humiles quod humiliter fecit excellus. Magna est cōmendatio humilitatis: ⁊ faciunt sibi hoc inuicem fratres etiam opere ipsoꝝ visibili: cum se inuicē hospicio recipiunt. Est enim apud plerosq; consuetudo huius humilitatis vsq; ad factum: quo cernatur exp̄essa. Unde et apo-
j.Tim.v stolus cum viduam bene meritam cōmendaret: si hospitio inquit recepit: si sanctoꝝ pedes lauit. Et apud sanctos vbicunq; hec consuetudo non est: quod manu non fiunt: corde faciunt: si in illoꝝ numero sint
Dan.iij. quibus dicitur in hymno beatorum trium puerorum. Benedicite sancti ⁊ humiles corde domino. Multo autem est melius ⁊ sine controuersia verius vt etiam manib⁹ fiat: nec dedigneturq; quod fecit christus: facere christianus. Cuz enim ad pedes fratris inclinatur corpus: etiam in corde ipso vel excitatur: vel si iam inerat confirmatur ipsi⁹ humilitatis affectus. Sed excepto isto morali intellectu ita a nos huius dñici facti altitudinem cōmendasse meminimus: q̄ō laudando pedes iam lotorum atq; mundoruz discipulorum significauerit dñs ꝓpter humanos q̄b⁹ in terra versamur affect⁹. Quātūlibet ꝓfecerim⁹ in apprehensione iusticie sciamus nos sine peccato nō esse: q̄ō subinde abluit interpellādo ꝓ nobis cū oramus
Mat.vj. patrē q̄ in celis est vt debita nostra dimittat nobis: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribꝰ nr̄is. Quomodo ergo ad hūc intellectū poterit ꝑtinere hoc q̄ ipse postea docuit: vbi sui facti exposuit rationē dicēs? Si ego lauī vr̄os pedes dñs et magister: debetis et vos alter alteri⁹ lauare pedes. Exēplū em̄ dedi vobis: vt quēadmodū ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Nunq̄d possum⁹ dicere
Ro. vij. q̄ etiam frater fratrē a delicti poterit cōtagione mundare? Animo vero id etiā nos esse admonitos in huius dñici operis altitudine nouerim⁹: vt confessi inuicē delicta
Jaco.v nr̄a orem⁹ ꝓ nobis sicut ⁊ rp̄s interpellat ꝓ nobis. Audiam⁹ apl̄m iacobum hoc ipz eum̄ dentissime ꝑcipientem ⁊ dicentem. Confitemini inuicem delicta vestra et orate ꝓ vobis: quia ⁊ hoc domin⁹ nobis dedit exēplum. Si enim ille qui vluz peccatum nec habet: nec habuit: nec habebit orat ꝓ peccatis nostris: q̄s tomagis nos inuicē ꝓ peccatis nostris orare debem⁹? Et si dimittit nobis ille cui non habemus quod dimitta
Col.iij. mus q̄s tomagis dimittere nobis debem⁹ inuicem qui sine peccato hic viuere non valemus? Quid em̄ videt in hac altitudine sacramenti dominus significare: cum dicit: exēplū em̄ dedi vobis: vt quēadmodū ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis: nisi q̄ō apertissime dicit apostolus. Donātes vobis met ipsis si quis aduersus aliquē habet querelā: sicut ⁊ dominus donauit vobis: ita et vos inuicem. Itaq; nobis delicta donem⁹ ⁊ pro nostris delictis inuicē orem⁹: atq; ita quodāmodo inuicē pedes nostros lauem⁹. Nostrū est donante ipso inmisterium charitatis ⁊ humilitatis adhibere: illi⁹ est exaudire ac nos ab omni peccatoꝝ 2taminatione mundare per christuz ⁊ in christo: vt quod alijs exiaz dimittimus: hoc est in terra soluamus, soluatur ⁊ in celo.

Tractatus.lix.

¶Amē amē dico vobis nō est seruus maior domino suo. Neq; apostolus maior eo qui misit illuz. Si hec scitis bti eritis si feceritis ea: non de omnibus vobis dico ego scio q̄s elegerim

sed vt adimpleat scriptura. Qui mãducat mecũ panem leuabit cõtra me calcaneum suũ. Amodo dico vobis priusq̃ fiat: vt cum factum fuerit credatis q̃ ego sum. Amen amen dico vobis qui accipit si quem miſero: me accipit: q̃ aũt me accipit: accipit eum qui me miſit.

A



Audiuimus sanctum euangelium loquente domino atq; dicente. [Amen amẽ dico vobis: non est seruus maior domino: suo neq; apostolus maior eo qui miſit illum. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea]. Hoc ideo dixit: quia lanerat discipulorũ pedes magister humilitatis & verbo et exemplo. Sed poterimus ea q̃ sunt operosi⁹ differenda ipso adiuuãte differre: si nõ in eis qua manifesta sunt immoremur. Cũ ergo hec dominꝰ premisisset adiunxit. [Nõ de oibus vobis dico. Ego scio quos elegerim: sed vt † impleatur scriptura: qui manducant panem meum leuabit † sup me calcamentũ suũ.] Hoc q̃d est aliud: nisi conculcabit me. Notũ est de quo loquat: iudas ille traditor eiꝰ attingit. Ergo ipm non elegerat / vnde ab eis quos elegit isto sermone secernit. Q̃d ergo dico inq̃t: beati eritis si feceritis ea: nõ de oibꝰ vobis dico. Est inter vos q̃ nõ erit beatus: neq; faciet ea. Et ego scio quos elegerim. Quos nisi eos qui beati erũt faciendo q̃ precepit ac faciendo monstrauit: qui efficere beatos potest. Nõ est igit traditor iudas electus. Quid est ergo q̃d alio loco dicit. Nõne ego vos duodecim elegi: & vnꝰ ex vobis diabolꝰ est. An & ipe ad aliquid est electꝰ ad q̃d vtiq; erat necessariꝰ. Nõ. aũt ad beatitudinẽ de qua modo ait. Beati eritis si feceritis ea. Hoc non de oibus dicit. Scit em quos ad societatem beatitudinis huius elegerit. Nõ est ex eis ille qui panem eius sic edebat: vt super eum leuaret calcaneum. Illi manducabant panem dominum: ille panem domini contra dominum. illi vitam / ille penam. Qui enim mãducat indigne (ait apostolus) iudicium sibi manducat. [Amodo inquit dico vobis priusq̃ fiat vt cum factum fuerit credatis quia ego sum]. Jd est ego sum de quo illa scriptura precessit: vbi dictum est. Qui mãducat panem meum leuabit super me calcaneum suum. Deinde sequitur et dicit.

B


[Amen amen dico vobis: qui accipit si quẽ miſero me accipit. Qui autem me accipit: accipit eum qui me miſit]. Tantum ne distare voluit intelligi inter euz quẽ mittit & seipsum: ẽstum inter seipm et patrem deum. Hoc si isto modo acceperimus: nescio quos gradus (quod absit) arrianoruz forte faciemus. Jlli quippe cum audiunt hec euangelica verba seu legunt: statiz ad illos gradus sui dogmatis currunt: quibꝰ non ascendunt ad vitam sed precipitãtur ad mortẽ. Continuo quippe dicunt. Quantum apostolus filꝰ distat a filio: tãtus dixerit. Qui accipit si quem miſero: me accipit. Tantum distat et filius a patre: ẽtus dixerit: qui autem me accipit: accipit eum qui me miſit. Sed si hoc dicis oblitus es heretice gradus tuos. Si em tãto interuallo ꝓpter hec dñi ẽba filiũ a patre ẽtum apl̃m distinguis a filio vbi posituꝰ es spũs scti. Excidit ne tibi ẽtus eum ponere sole re post filiũ. Erit ipe inter apl̃m & filiũ. Et multo amplꝰ distabit filius ab apostolo ẽtus pater a filio. An forte vt inter filiũ & apl̃m atq; inter pẽz & filiũ maneat paribꝰ inter uallis ista distinctio: equalis erit spiritus sanctus filio. Sed nec hoc vultis. Ubi ergo eum posituri estis. Si ẽta filiũ pr̃i tanta apl̃m filio discretione supponitis. Cohibete itaq; vestre psumptionis audaciaz: et in his verbis nolite querere ẽtam filij et apl̃i tãtam pfis filijq; distantiã. Jpm filiũ audite potꝰ dicentẽ. Ego & pater vnũ sumus. Ubi veritas vobis inter genitorem & vnigenitũ nullã distãtie suspitionẽ reliq̃t vbi gradus vestros chriſtꝰ elisit: vbi scalas vestras petra confregit. Sed heretico rũ calũnia refutata: quonam modo nos accepturi sumus hec dominica ẽba: qui accipit si quem miſero me accipit: qui autem me accipit: accipit eum q̃ me miſit. Si em volueriꝰ intellegere ideo dictũ: q̃ me accipit: accipit eum q̃ me miſit: q̃ vnꝰ nature sunt pater & filiꝰ: cõsequens videbitur ex eo rũdẽ verboz regula qua dictũ est: q̃ accipit si quem miſero me accip[illegible]: vt vnꝰ nature sit filius & apl̃s. Posset q̃dem nõ inconuenienter & hoc intelligi: quõ gemie est ille gygas subst̃atie: & exultauit ad currẽdã viã. Uerbum em caro factum est: hoc est deꝰ hõ factus est. Proinde ita dixisse posset videri q̃ accipit si quez miſero me accipit ſm hominez: q̃ autem me ſm deũ accipit: accipit eũ qui me miſit. Sed cum ista dicebat: nõ ab illo nature vnitas: sed in eo qui mittitur mittentis cõmendabatur auctoritas. Sic itaq; eum qui miſius est vnuſq̃sq; accipiat vt in illo eum qui miſit attendat. Si ergo attendas christum in petro: inuenies discipuli precipuorem. Si autem attendas patrem in filio: inuenies vnigeniti genitorem ac sic in eo qui miſſus est sine vllo accipis errore mittentez. Ea que sequuntur in euãgelio: non sunt temporis breuitate coartanda. Et ideo sermo iste fratres charissimi velut omnium sanctarum cibus si sufficit saluberiter capiatur: si exiguus est desiderabilius ruminetur.

Tractatus.lr.

C Cum hec dixisset iesus turbatꝰ est spiritu. Et protestatus est et dixit. Amen amen dico vobis: quia vnꝰ ex vobis tradet me.

A

Et infra tra. lxj. a



On parua fratres ex euãgelio beati iohannis nobis ꝓponitur questio: vbi ait. [Cum hec dixisset iesus turbatus est spiritu: & ꝓtestatꝰ est & dixit. Amẽ amen dico vobis: q̃ vnꝰ ex vobis tradet me]. Hinc ne turbatus est iesus non carne sed spiritu: quia dicturus fuerat vnus ex vobis tradet me. Nunq̃d nam illi hoc tunc primum venit in mentez vel tunc primum et subito renelatum est: eumq; repentina tãti mali nouitate turbauit. Nonne hinc pauloante loquebatur dicens: qui manducat panem meuz: leuabit super me calcaneum. Nonne etiam iaz superius dixerat: & vos mundi estis sed non omnes. Ubi euangelista subiunxit: sciebat em q̃smã esset qui traderet eũ. Que iã & ali significauerat dicens. Nõne ego vos duodecim elegi: & vnus ex vobis diabolꝰ est. Quid est ergo quod nunc turbatus est spiritu cum protestatus est & dixit. Amẽ amẽ dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me An quia eum iam fuerat expressiꝰ: vt nõ lateret in ceteris: sed discerneret a ceteris Jdeo turbatus est spiritu. Et quia ipe traditoriã fuerat exituꝰ vt iudeos quibꝰ dñs ab eo traderetur adduceret: turbauit. euz imminens passio & periculum proximum et traditoris impendens manus: cuiꝰ fuerat ꝓcognitus animꝰ. Tale q̃ppe est hoc quod iesus turbatꝰ est spiritu: quale etiam illud quod ait. Nunc anima mea turbata est: et quid dicam. Pater saluꝫ me ex hora hac: sed propterea veni in horam hanc Sicut ergo tunc eius anima turbata est hora propinquante passionis: ita etiaz nũc exituro iuda atq; venturo et propinquante tanto scelere traditoris: turbatus est spiritu. Turbatꝰ est ergo potestatem habens ponendi animã suam & potestatem habẽs uez sumendi eam. Turbatur tam ingens potestas: turbat petre firmitas: an potiꝰ

Tractatus.lr. Capitulum.xiij. fo.CXXV

in eo nostra turbat infirmitas? Ita vero nihil indignum credant serui de domino suo: sed cognoscãt se membra in capite suo Qui mortuus est pro nobis: prius turbatus est idemipe pro nobis. Qui ergo potestate mortuus est: potestate turbatus est. Qui transfigurauit corꝑ humilitatis nostre conforme corꝑi glorie sue: transfigurauit etiam in se affectum infirmitatis nostre: compatiens nobis affectu anime sue: Proinde quando turbatur manus / fortis / certus / inuictus / nõ ei timeamus quasi deficiat: nõ perit sed nos querit. Nos inquã nos omnino sic querit: nosipsos in illius ꝑturbatione videamus: vt q̃ turbamur nõ desperatione percamus. Quando turbatur qui non turbaret nisi volens: cum consolat q̃ turbatur et nolens. Pereant argumenta philosophorũ: q̃ negant sapientem cadere per turbationes animoz. Stultaz fecit deus sapientiaz huius mundi: & dñs nouit cogitationes hoim q̃s vane sunt. Turbetur plane animus christianus: non miseria sed misericordia. Timeat ne pereant homines xp̃o contristantur cum perit aliqs xp̃o: & cupiscat acq̃rere hoies xp̃o letetur cũ acquirũtur hoies xp̃o / timeat ne & sibi pereat & xp̃o: & triſtet pegrinari se a xp̃o concupiscat regnare se cum xp̃o: letet dũ sperat se regnatuꝝ esse cuz christo. Jste sunt certe quattuor quas perturbationes vocant: timoz & tristicia: amoz & leticia. Ha beãt eas iustis de causis animi christiani: nec philosophoꝝ stoicorum vel quoꝝcunq; similiũ consentiãt errori q̃ profecto quẽ admodum vanitatem exiliumant veritatẽ sicut stupore deputant sanitatem ignorãtes sic hois animũ quemadmodũ corꝑis membrũ desperatꝰ egrotare q̃s & doleꝝ amiserit sensum. Sed dicit aliquis

B

Nunquid animus christiani debet etiam morte impendente turbari. Ubi est em q̃d ait apostolus concupiscentiam se habere dissolui et esse cum christo. Si illud q̃d cõcupiscit põt cum turbare cum venerit? Facile est q̃dem ishis ad hec respondere: qui & ipam leticiã ꝑturbationez vocãt. Quis em ꝓpterea morte imminente turbat: q̃ morte imminẽte letatur. Sz hocinquiunt gaudium non leticia nominanda est. Quid est hoc nisi easdem res sentis: & rez nomina velle mutare. Uez nos sacris literis accommodemus audituꝫ: & ſm ipsas potius istam questionem dño adiuuante soluamꝰ Nec q̃n scriptũ est: cũ hec dixisset turbatꝰ est spiritu: dicamus eum leticia fuisse turbatum ne verbis suis nos ipe connincat: vbi dicit: triſtis est aia mea vſq; ad mortẽ.

j.Cor.j. ij.Ti.ij.

Joh.vj.

Joh.j.

Joh.xij.

Joh.x.


Phil.j.

Matth. xxvj.

Tale aliquid etiā hic intelligendū est: quā do suo traditore iam tūc solo exituro ⁊ cuz suis socijs cōtinuo redituro/iesus turbatus est spū. Firmissimi q̄dez sunt xp̄iani: si q̄ sunt qui nequaq̄ morte iminēte turbant. Sed nunq̄d xp̄o firmiores? Quis hoc is anissim⁹ dixerit? Quid est g̃ q̄ ille turbat⁹ est: nisi q⁹ ihym⁹ in suo corpe hoc est i sua ec clesia/sue infirmitatis volūtaria silitudine solat⁹ est? vt si q̄ suoz adhuc morte iminēte turbant: in spū ipm intueant: ne hoc ipo se putātes reprobos peiore desperatōis mor te sorbeant. Quātū itaq̄ bonū de partici patōe diuinitatis ei⁹ spectare ⁊ spare de bem⁹: cum nos ⁊ pturbatio trāquillat ⁊ in firmitas firmat. Siue g̃ isto loco pter ipz iudā pereūtē miserādo turbat⁹ est: siue sua morte ꝓpinquāte turbat⁹ est: nō est tñ vllo mō dubitādum: nō eū animi infirmitate sed ptāte turbatuz: ne nobis despatio salutis oriat: q̄n nō ptāte sed infirmitate turbamur Carnis q̄ppe ille gerebat infirmitatē q̄ infir mitas resurrectōe assumpta ē. Sed q̄ nō so lū hō: verūetiā de⁹ erat ineffabili dilātia vni uersuz gen⁹ hūanū animi fortitudine supa bat. Nō ergo aliquo est cogēte turbat⁹: iz turbauit semetipm: q̄ō de illo cuidēter ex pressuz est q̄n lazaz suscitauit. Nā ibi scri ptū est q̄ō turbauerit semetipsum: vt hoc intelligatur ⁊ vbi nō scriptum legit. Et ta men cū legimus fuisse turbatū: affectum quippe humanū quādo oportuit in se in dicauit: in scipso potestatem cōmouit qui hominem totum potestate suscepit.

Tractatus.lxj.

¶ Aspiciebāt ergo ad inuicē discipu li hesitātes: de quo diceret. Erat ergo recūbēs vn⁹ ex discipl̄is ei⁹ i sinu iesu: quē diligebat iesus innuit ergo huic symō petr⁹: ⁊ dixit ei. Quis ē de quo dr̄. Itaq̄z cū recubuisset ille supa pectus iesu dicit ei. Dom̄e quis est. Rñdit iesus. Ille est cui ego intin cū panez porrexero. Et cū intinxisset panē dedit iude symōis scariothis. Et p⁹ bucellā introiuit i eū sathanas.




Oc euangelij capitulum fratres ita nobis exponē dum in hac lectione ꝓpositum est: vt iam etiaz de traditore domini per pa nem tinctū eiq̄z porrectuz satis euidenter exp̄sso ali quid dicere debeamus. Et de illo quidem quod cū iam demōstraturus iesus turba tus est spiritu: preterito sermone disseruit. Sed fortassis q̄ō ibi non dixit: etiā hoc no bis dom⁹ significare sua perturbatione dignat⁹ est. Quod scz fallos fratres ⁊ do- S. trac. minici agri illa zizania: ita necesse est vsq̄z lx. a. ad messis tēpus inter frumēta tolerari: vt Matth. quādo ex eis aliqua separari etiam ante xiij. messem vrgēs causa cōpellit fieri sine ec clesie perturbatiōe non possit. Hāc pertur bationē sanctorū suorum per scismaticos et hereticos futurā quodāmodo prenun cians dom⁹ prefiguravit in seipso: cum exituro iuda homine malo ⁊ cōmixtionez frumēti in qua diu fuerat toleratus sepa ratiōe ꝓfuturum: turbatus est nō carne sed spiritu. Spirituales em̄ eius in huiusmodi scādalis nō peruersitate sed charitate turbātur: ne forte in separatiōe aliquorū zizaniorū simul aliquod eradice tur ⁊ triticū. Turbatus itaq̄ est iesus spi ritu: ⁊ protestatus est ⁊ dixit. Amē amen dico vobis: q⁹ vnus ex vobis tradet me. Wat. ix. Unus ex vobis: vnus numero nō merito: vnus specie nō virtute. Cōmixtione cor porali nō vinculo spirituali: carnis adiun ctione: nō cordis socius vnitate. Proinde non qui ex vobis est: sed qui ex vobis exi turus est. Nam quomō erit verū quod ꝓ testatus est dom⁹ ⁊ dixit: vnus ex vobis: si verū est quod ait idē ipse in epistola sua i. Jo. ij. cuius est hoc euāgeliū: ex nobis exierunt: sed non erāt ex nobis: nā si fuissent ex nobis mānssent vtiq̄ nobiscū: Non erat igi tur ex illis iudas. Mānsisset enim cū illis: si esset cū illis. Quid est ergo vnus ex vobis tradet me: nisi vnus ex vobis exiturus est qui me tradet: Quia ⁊ ille ait. Si fuissent ex nobis: mānssissent vtiq̄ nobiscū. Jam di xerat ex nobis exierūt ac ꝓ hoc vtiq̄z ve rum est ⁊ ex nobis ⁊ nō ex nobis. Secūdū aliud ex nobis: scōm aliud non ex nobis. Scōm cōmunionē sacramētorū ex nobis: scōm suorū proprietatē criminū non ex no bis. [Aspiciebāt ergo ad inuicem discipu li hesitantes de quo diceret]. Sic quippe in eis erat erga magistrū suum pia charita tas: vt tamē eos humana alterū de altero stimularet infirmitas. Nota quidem sibi erat cuiusq̄ cōscientia. Uerūtamē q⁹ pro xim̄i erat ignota: ita sibi singul⁹ q̄sq̄ erat certus: vt incerti essent ⁊ in ceteris singu li ⁊ in singulis ceteri. [Erat ergo recūbēs vnus ex discipulis eius in sinu iesu: quē di ligebat iesus]. Qui dixerat: in sinu: paulo post ait vbi dicit supra pectus iesu: ipse est iohānes cuius est hoc euāgeliū: sicut post ea manifestat. Erat enim eorū hec cōsuetu do qui sacras lras nobis ministrauerunt

vt quādo ab aliquo eorū diuina narrabatur hystoria: cū ad seipsum veniret/ tanq̄ de alio loqueretur: ⁊ sic se insereret ordini narratiōis sue: tanq̄ rerū gestar⁹ scriptor: non tanq̄ suipsius predicator. Nā ⁊ hoc sanctus mattheus fecit. Qui cum in textu narratiōis sue venisset ad seipsuz: vidit in quit in theloneo sedētem quēdam publica nū nomine mattheum: ⁊ ait illi. Sequere me. Nō ait vidit me: ⁊ dixit mihi. Hoc fe cit ⁊ beatus moyses: ita de seipso tanq̄ de alio cūcta narrauit ⁊ ait. Dixit dom⁹ ad moysen. Imitatri⁹ apostolus paulus non in hystoria vbi rerū gestarum sub⁹ pik ex plicāda narratio: sed in epistola hoc fecit. Exo. vij Nam vtiq̄ de seipso ait. Scio hominē in ij. cor. xij christo ante annos quatruordecim: siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit: raptum huiusmodi vsq̄ ad tertiū celum. Quocirca quod etiā hic beatus euāgelis ta nō ait. Erat recūbens in sinu iesu: sed ait. Erat recūbens vnus ex discipulis: no strorū auctorū consuetudinē agnoscamus potius q̄z miremur. Quid em̄ deperit veri tati: quādo ⁊ res ipsa dicit: ⁊ modo quodā dicēdi iactātia denitatur? Hoc q̄ppe nar rabat: quod ad eius laudē maximā perti nebat. Quid est autē quē diligebat iesus? quasi alios nō diligeret: de quibus idē ip se iohānes superius ait. In finem dilexit Joh. xiij eos? Et ipse dix̄. Maiorem hac charitatē Joh. xv. nemo habet: q̄z vt animā suā ponat ꝓ ami cis suis. Et quis enumeret oia diuinar⁹ te stimonia paginarū: quibus dom⁹ iesus nō illius neq̄z eorū qui tunc erant tātum: sed etiā post futurorū membrorum suoruz ⁊ tot⁹ ecclesie sue dilector ostēditur. Sed profecto latet hic aliquid ⁊ pertinet ad si num: in quo recumbebat qui ista dicebat. per sinuz quippe quid significat aliud q̄z secretum? Sed alius est oportunior locus vbi nobis dom⁹ aliquid donet de hoc se creto quātum sufficiat dicere. [Innuit er go symon petrus ⁊ dicit ei]. Notanda lo cutio est: dici aliquid non sonādo sed tan tūmodo innuēdo. Innuit inq̄t ⁊ dicit: vti q̄z innuendo dicit. Si enim cogitando ali Sap. ij. quid dicit sicut scriptura lect̄ur: dixerunt apud semetipsos: quātomagis innuendo vbi iam foras aliquibus signis proinitur quod fuerat corde conceptum? Quid ergo dixit innuendo? Quid nisi quod sequitur. [Quis est de quo dicit]. Necverba petrus innuit: quia nō sono vocis sed motu corpo ris dixit. [Itaq̄z cuz recubuisset ille supra pectus iesu]. Hic est vtiq̄ pectoris sinus sapientie secretū. [Dicit ei. Domine quis est? Respōdit iesus. Ille est cui ego intin ctum panē porrexero. Et cum intinxisset panez: dedit iude symonis scariothis. Et post panem: tunc introiuit in illū sathanas]. Expressus est traditor: nudate sunt latebre tenebrarū. Bonum est quod acce pit: sed malo suo accepit: quia male bonū malus accepit. Uerum de illo pane tinctō qui porrectus est fictor: ⁊ de his que sequū tur multa dicenda sunt: quibus necessita rium est plus temporis q̄z nunc habemus iam in ultimo fine sermonis. † Ter. hz bucel lam.

Tractatus.lxij.

¶ Et cum intinxisset panē dedit iu de symōis scariothis. Et post bucel lam introiuit in euz sathanas. Et di cit ei iesus: quod facis fac citi⁹. Hoc autem nemo sciuit discumbētiuz ad quid dixerit ei. Quidā enim putabāt q⁹ loculos habebat iudas q⁹ dixisset ei iesus. Eme ea que opus sūt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliq̄d daret. Cuz ergo accepisset ille bucel lam exiuit continuo erat autez nox. Cum ergo exisset dixit iesus: nunc clarificatus est filius hominis.

A



Cio frēs charissimi mo ueri posse nōnullos sine pios vt reprehendant: sine im pios vt reprehēdant: q⁹ postea q̄z panem tinctuz traditori suo dom⁹ de dit/ intrauit in illum sa thanas. Sic enim scriptum est. [Et cū in tinxisset panem dedit iude symonis scariothis ⁊ post panē tunc introiuit in illum sathanas]. Dicunt em̄. Ita ne hoc meruit panis xp̄i porrectus de mensa xp̄i: vt post illū intraret in eius discipluz sathanas? Quib⁹ rñdemus hinc nos posse doceri: q̄z sit cauendū male accipere bonū. Multum quippe interest nō quid accipiat sed q⁹ ac cipiat: nec quale sit q⁹ datur: sed q̄lis sit ip se cui dat. Nam ⁊ bona obsunt ⁊ mala ꝓ sunt: sicut fuerint quib⁹ dant. Peccatuz in- Ro. vij. quit apostolus vt appareat peccatuz: per bonū mihi operatum est mortē. Ecce p bo num factū est malum: dū male accipit bo nū. Itēq̄ ipse ait. In magnitudine revela ij. cor. xij. tionū mearū ne extollar dat⁹ ē mihi stimu lus carnis mee angel⁹ sathane: q̄ me cola phizet: ꝓpter q⁹ ter dñm rogaui vt auferret euz a me ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gr̄a mea: nā virtus in infirmitate ꝓficit. Ecce per malū factū est bonū: dū bn̄ accipit malū.

Quid ergo miraris ſi dat⁹ eſt iude panis chriſti per quē manciparetur diabolo: cuz videas ⁊ contrario datum paulo angelum diaboli per quez perficeret in chriſto. Ita ⁊ malo bonū obfuit: ⁊ malum bono pfuit.

j. Cor. xj — Recordamini vnde ſit ſcriptum. Quicūq; manducauerit panem aut biberit calicez domini indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini. Et de his erat ſermo cum hoc apl̄us diceret. Qui domini corpus vel alium cibum quēlibet indiſcrete negligenterq; ſumebant. Hic ergo ſi corripitur qui non diiudicat: hoc eſt nō diſcernit a ceteris cibis dominicū corpus: quomō non dānatur qui ad eius menſam fingēs amicum accedit inimicus? Si reprehenſione tāgitur negligentia cōuiuantis: qua pena percutitur vēditor inuitantis? Quid erat autem panis traditoꝝ datus: niſi demonſtratio cuius gratie fuiſſet ingratus? Intrauit autē ſathanas poſt hunc panem in domini traditorē: vt ſibi iam traditū plenius poſſideret: in quez prius itrauerat vt deciperet. Neq; enim nō in illo erat quando perrexit ad iudeos: ⁊ de precio tradendi dñi pactus eſt cū hec apertiſſime lucas

Lu. xxij — euāgeliſta teſtetur ⁊ dicat. Intrauit autez ſathanas in iudam qui cognominabatur ſcarioth vnū de duodecim: ⁊ abiit ⁊ locutus eſt cū principibus ſacerdotū. Eccevbi oſtēditur q; iam intrauerat ſathanas in iudam. Prius ergo intrauerat immittēdo in cor eius cogitationez qua traderet chriſtum talis enim iam venerat ad cenāduz.

Nunc aūt poſt panem intrauit in eū: non ad hoc vt alienū tentaret: ſed vt proprium poſſideret. Non autē vt putant quidā negligenter legentes tūc iudas corpus chriſti accepit. Intelligēdū eſt enim q̄ꝫ iā omnibus eis diſtribuerat dñs ſacramētū ſui corporis ⁊ ſanguinis ſui: vbi ⁊ ipe iudas erat

Lu. xxij — Sicut ſanctus lucas euidentiſſime narrat. Ac deinde ad hoc ventū eſt vbi ſm naratiōnē iohannis apertiſſime dñs per bucellam tinctā atq; porrectam ſuam exprimit traditorē: fortaſſis per panis tinctionē illius ſignificās fictionem. Nō enim omnia que tingūtur abluūtur: ſed vt inficiantur nōnulla tingūtur. Si autē bonum aliquid hic ſignificat tinctio: idem bonū ingratuz non imerito eſt ſecuta dānatio. Adhuc tamen iuda poſſeſſo non a dño ſed a diabolo: cū homini ingrato intraſſet panis in vētrem hoſtis in mērem: adhuc inquā tanti mali iaz corde ꝓcepti plenus reſtabat effectus: cuius iā preceſſerat dānandus affectus. Itaq; cum dñs panis viu⁹ panē mortuo tradidiſſet: ⁊ panē tradēdo panis traditorē oſtendiſſet: [qō facis (inquit) fac ci tius]. Non precepit facinus: ſed pdixit iu de malū nobis bonuz. Quid em̄ iuda pei⁹. Et quid nobis melius q̄ꝫ traditus xp̄s ab illo: vtilis aduerſus illū: pro nobis preter illū. Quod facis fac citius. Overbū libentius parati ad paſſionez q̄ꝫ irati ad vindictā. O verbū non tam penā exprimēs pditoris q̄ꝫ mercē ſignificans redēptoris. Dixit em̄. Quod facis: fac citius. Nō tam in perniciē perfidi ſeuiendo q̄ꝫ ad ſalutē fidelium feſtinādo q: traditus eſt ꝓpter delicta noſtra: ⁊ dilexit eccleſiā ⁊ ſemetipſum tradidit ꝓ ea. Unde ⁊ de ſeipſo dicit apl̄s.

Gala. ij. — Qui dilexit me: ⁊ tradidit ſeipſum pro me. Niſi ergo ſe traderet chriſtus: nemo tradere chriſtū. Quid habet iudas/niſi peccatum? Neq; enim in tradēdo chriſto ſalutem noſtrā cogitauit. Inter quā traditus eſt chriſtus: ſed cogitauit pecunie lucrū/⁊ inuent anime detrimentū. Accepit mercedem quā voluit: ſed nolēti eſt data quam meruit. Tradidit iudas chriſtum: tradidit chriſtus ſeipſum. Ille agebat negociū ſue vēditionis: iſte noſtre redemptiōis. Quod facis fac citius: non q: tu potes ſed q: hoc vult qui oīa poteſt. [Hoc autē nemo ſciuit diſcūbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabāt q: loculos habebat iudas

†Diriſſet. xij. q.j. habebat. — quod †dixit ei ieſus eme ea que opus ſunt nobis ad diem feſtū aut egenis vt aliquid daret]. Habebat ergo ⁊ dominꝰ loculos: ⁊ a fidelibus oblata cōſeruans: ⁊ ſuozuz neceſſitatibꝰ ⁊ alijs indigentibus tribuebat.

Mat. vj — Tūc primū eccleſiaſtice pecunie forma eſt inſtituta: vbi itelligeremus quod precepit non cogitandū eſſe de craſtino: nō ad hoc fuiſſe preceptū vt nihil pecunie ſeruetur a ſanctis. Sed ne deo pro iſta ſeruiat: ⁊ propter inopie timorē iuſtitia deſerat. Nam ⁊ apoſtolus impoſterū prouidens ait. Si cōs

j. tim. v. — fidelis habet viduas ſufficienter tribuat eis vtnō grauetur eccleſia: quo veris viduis ſufficere poſſit. Cum ergo accepiſſet †bucellam †exijt continuo. Erat autem nox]: et ipſe qui exiuit erat nox. [Cuz ergo exiſſet nox ait ieſus. Nunc clarificatus eſt filius hominis]. Dies ergo dieeructat verbum: id eſt Chriſtus diſcipulis fidelibus: vt audirent cum ⁊ amarent ſequendo. Et nox nocti annunciat ſcientiam: id eſt Judas iudeis infidelibus: vt venirent ad eum ⁊ apprehenderent perſequendo. Sed iam hinc in ſermone domini qui factus eſt ad pios anteq; teneretur ab impijs/ intentior flagitatur auditor: et ideo eum ꝓcipitare non debet ſed differre potius diſputator.

†Tert. hz ille. †Alias exuit. — ꝓs. xviij

Tractatus. lxiij.

¶ Nunc clarificatus eſt filius hominis: ⁊ deus clarificatus eſt in eo. Si deus clarificat⁹ eſt in eo/⁊ deus clarificauit eum in ſemetipſo: et continuo clarificabit eum.

A



Esa. lv. — Intendamus mētis obtutu: ⁊ adiuuante domino deū requiramus. Diuini canticivox eſt. Querite deuz ⁊ viuet aia veſtra. Queramus igit mē dum queramus inuētū.

ps. ciij. — Ut inueniēdus querat occultus eſt: vt inuentus querat/imenſus eſt. Unde alibi dicitur. Querite faciē eius ſemp. Sariat em̄ querentē mētuz ꝓficit ⁊ inueniendē capaciorez facit: vt rurſus querat implere vbi plus cape ceperit. Nō ergo ita dictum eſt querite faciē eius ſemp: quēadmodum de quibuſdā: ſemp diſcentes ⁊ ad ſcientiā veritatis nunq̄ pueniētes: ſed potiꝰ ſicut ille

ij. thi. iij. ecc. xviij — ait. Cum aſſumauerit hō tunc incipit: donec ad illā vitā veniamus vbi ſic impleamur vt capaciores nō efficiamur: q: ita perfecti erimus vt iam nō ꝓficiamus. Tūc em̄ oſtēdetur nobis q̄ ſufficit nobis. Hic autē ſemp queramus: ⁊ fructꝰ inuentiōis nō ſit finis inquiſitionis. Neq; enim ꝓpterea non ſemper: q: hic tantū: ſed ideo hic ſemp dicimus eſſe querendū: ne aliq̄n hic putemꝰ

Thimo. Ubi. ſ. — ab inquiſitiōe ceſſandū. Naz ⁊ de quibus dictum eſt: ſemper diſcētes ⁊ ad veritatis ſcientiā nunq̄ peruenientes. Hic ſunt vtiq; ſemp diſcentes. Cū vero de hac vita exierint: iam nō erunt diſcētes: ſed erroris ſui mercedē accipientes. Sic enim dictuz eſt: ſemp diſcentes ⁊ ad veritatis ſciētiā nunq̄ peruenientes. Tanq̄ diceretur. Semp ambulātes: ⁊ nunq̄ ad viā peruenientes.

Joh. vij — Nos aūt ſemper ambulemus in via: donec eo veniamus quo ducit via: muſq; i ea remaneamus: donec perducat vbi manemus. Atq; ita ⁊ querēdo tendimus ⁊ inueniēdo ad aliquid peruenimus: ⁊ ad id q̄ reſtat querēdo ⁊ inuemendo trāſim⁹ quouſq; ibi fiat finis querēdi vbi perfectioi nō

B — ſuperet intētio proficiendi. Hec prelocutio dilectiſſimi intentā fecerit charitatē vraz ad iſtum dñi ſermonē quem ad diſcipulos habuit ante paſſionē. Profundus eſt em̄: ⁊ vtiq; vbi multū laboraturus eſt diſputator: nō remiſſus debet eſſe auditor. Quid ergo ait dñs poſtea q̄ꝫ iudas exijt vt citiꝰ faceret qō erat facturus hoc eſt dñm traditurus? Quid ait dico cum exiſſet uos? Quid ait redemptor: cum exiſſet vēditor? [Nunc (inquit) clarificatus eſt filiꝰ hominis]. Quare nūc. Nūquid q: exijt qui tradit? Quia iminent qui teneāt ⁊ occidant? Ita ne nūc clarificat⁹ eſt: q: ꝓpe eſt vt humiliet amplius qui iam impēdit vt alligetur: vt iudicet: vt condēnet: vt irrideatur: vt crucifigatur: vt interimatur. Hec ne eſt clarificatio: an potius humiliatio? Nōne quādo miracula faciebat ait tamē de illo iſte ipſe iohannes. Spūs non erat dat⁹: q: ieſus nōdum erat glorificatus. Tunc ergo nōdum erat glorificatus: cū mortuos ſuſcitaret? Et nūc eſt glorificatus: cuz mortuis ꝓpinquaret? Nōdum erat glorificatus faciens diuina: ⁊ glorificat⁹ eſt paſſurus humana? Wirū: ſi hoc deus ille magꝰ ſignificabat ⁊ docebat his verbis. Altiꝰ eſt perſcrutandū altiſſimi dictū: qui ſe aliquātuz manifeſtat vt inueniamus: ⁊ iteruz occultat vt inquiram⁹: ⁊ de inuētis ad inueniēda tanq̄ paſſib⁹ imitamur. Uideo hic aliquid: qō ꝓfiguret magnū aliq̄d. Exijt iudas: ⁊ clarificatus eſt ieſus. Exijt filiꝰ ꝓditionis: ⁊ clarificat⁹ eſt filius hois. Ille ꝓpe exierat ꝓpter quē dictuz erat cis: vos

Jo. xiij. — mūdi eſtis: ſed non oēs. Exēte itaq; immūdo/omnes mūdi remanſerāt: ⁊ cuz ſuo mūdatore manſerūt. Tale aliq̄d erit cum victus a xp̄o tranſierit hic mundus: ⁊ nemo in populo xp̄i remanebit imundus: cū zizanijs a tritico ſeparatis iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eoꝝ. Hoc futuruz prenūdes dñs ⁊ nunc ſignificatū eſſe cōteſtans diſcedente iuda tanq̄ zizanijs ſeparatis/ remanētibꝰ tanq̄ tritico apoſtolis ſanctis. Nūc inquit clarificatus eſt filius

mat. xiij — hois. Tanq̄ diceret. Ecce in illa clarificatiōe mea quid erit vbi malorꝝ nullus erit: vbi bonorū nullus perit? Sic autē non eſt dictum. Nūc inquit ſignificata eſt clarificatio filij hominis: ſed dictū eſt. Nunc clarificat⁹

mat. xiij — eſt filius hois: quēadmodum nō eſt dictū petra ſignificabat chriſtuz: ſed petra erat chriſtus. Nec dictū eſt/bonum ſemē ſignificabat filios regni: zizania ſignificabat filios maligni: ſed dictū eſt/bonum ſemen: hi ſunt filij regni: zizania aūt filij maligni. Sicut ergo ſolet loqui ſcriptura res ſignificātes: tanq̄ illas que ſignificant appellans: ita locutus eſt dñs dicens: nunc clarificatus eſt filius hois: poſtea q̄ꝫ ſeparato inde nequiſſimo ⁊ ſecū remanētibus ſanctis ſignificata eſt glorificatio ei⁹ quando ſeparatis inquis manebit in eternitate cū ſanctis. Cum autē dixiſſet: nunc clarificatus eſt filiꝰ hominis adiūxit: [⁊ deus clarificatus eſt in eo. Ipſa eſt enim clarifi-

C

catio filij hominis vt deus clarificet in eo. Si enim non ipse in seipso sed deus in illo clarificat: nunc illum deus in se clarificat. Denicz tanctā ista exponens: adiūgit ⁊ dicit. [Si deus clarificatus est in eo: ⁊ deus clarificauit eū in semetipso]. Hoc est si de⁹ clarificatus est in eo: qz nō venit facere voluntatē suam: sed voluntatē eius qui misit illum: ⁊ deus clarificauit eum in semetipo vt natura humana in qua est filius hominis que a verbo eterno suscepta est etiam in mortali eternitate dominet. [Et continuo inquit clarificabit eum]: resurrectionem scz suam nō sicut nostrā in fine seculi sed continuo futurā hac attestatione predicēs. Ipsa est enim clarificatio de q̄ enim gelista iam qđ dixerat pauloante comme
Joh. vij morauit: qz propterea nōdum spūs datus erat: illo itaqz nouo modo in eis quib⁹ fuerat eo modo post resurrectionē credentib⁹ dandus: qz iesus nōdum fuerat clarificatus: id est nondū fuerat mortalitas immortalitate vestita: ⁊ in eternā virtutē humane ifirmitas cōmutata. Potest ⁊ de ista clarificatiōe dictum videri: nūc clarificatus est filius hominis: vt quod ait nūc: nō ad iminentez passionē sed ad vicinā resurrectionē pertinere credatur: tanctā fuerit factum quod erat tam proxime iam futurum. Hodie dilectioni vestre ista sufficerint: cū donauerit dominus de consequentibus postea disseremus.

Tractatus.lxiiij.

¶ Filioli adhuc modicum vobiscum suz. Queretis me ⁊ sicut dixi iudeis. Quo ego vado vos non potestis venire: ⁊ vobis dico modo.

A  Uertenda est charitati dominicorū verborū ordinata cōnexio. Cum enim superius dixisset posteaqz iudas egressus est ⁊ ab illa sanctoz etiā corporali cōuersatiōe separatus est. Nūc clarificatus est filius hominis ⁊ deus clarificatus est in eo: qđ siue futurum regnū significans dixit quando mali separabūtur a bonis: siue quod eius resurrectio tūc futura esset: id est differenda non esset: sicut in finez seculi nostra differtur: ac deinde addidisset. Si deus clarificatus est in eo: ⁊ deus clarificauit eum in semetipso: ⁊ continuo clarificabit eum: quod sine vlla ambiguitate de sua resurrectione continuo futura testatus est: adiecit ⁊ ait. [Filioli adhuc modicū vobiscum sum]. Ne putarent ergo qđ sic eum clarificaturus esset deus: vt nō eis iungeretur vlterius ea cōuersatione qua in terra est: adhuc modicum inquit vobiscū sum: tanctā diceret. Continuo quidē resurrectione clarificabor: non tamē continuo ascensurus in celum. Sed adhuc modicū vobiscū sum. Sicut enim scriptū est in actib⁹ apostolorum. Fecit cū eis post resurrectionez Actu. j.
quadraginta dies intrās ⁊ exiens ⁊ manducans ⁊ bibens: non quidē habens esuriendi ac sitiendi egestatē: sed vsqz ad istā carnis infirmans veritatē: que cibandi ac potandi iam nō habebat necessitatez: sed potestatē. Vos ergo quadraginta dies significauit dicendo. adhuc modicum vobiscum sum: an aliquid aliud. Potest enim ⁊ sic intelligi: adhuc modicū vobiscuz sum. Adhuc sicut vos in hac infirmitate carnis etiam ipse sum donec scz moreret atqz resurgeret: qz posteaqz resurrexit cum illis quidē fuit diebus vt dictū est quadraginta exhibitione corporalis psentie: sed non cum illis fuit cōsortio infirmitatis humane. Est et aliter diuina presentia sensibus
Matth. xxviij. ignota mortalibus: de qua idē dicit. Ecce ego vobiscū sum: vsqz ad consummationez seculi. Hoc certe nō est adhuc modicuz vobiscum sum. Non enī modicuz est vsqz ad consummationē seculi. Aut si hoc modicū est. volat enim etas et in oculis dei mille anni sicut dies vn⁹: aut sicut vigilia in nocte: non tamē hoc significare voluisse credendus est nunc: quandoquidem secutus adiūxit. [Queretis me ⁊ sicut dixi iudeis: Psalmo lxxxix.
quo ego vado: vos non potestis venire]. Utiqz post hoc modicū queretis me. Nunquid post cōsummationem seculi quo ipse vadit venire non poterūt? Et vbi est quod aliquādo post in hoc ipso sermone dicturus est: pater volo vt vbi ego suz ⁊ ipsi sint Jo. xvij.
mecum. Non ergo de illa sua cū suis presentia qua cum illis est vsqz ad cōsummationem seculi nunc loquens est vbi ait: adhuc modicū vobiscum sum: sed vel de infirmitate mortali qua cum illis erat vsqz ad passionem suā: aut de presentia corporali qua cum illis futurus erat vsqz ad ascensionem suaz. Quodlibet horū quis eligat: cum fide nō litigat. Ne cui autē videatur abhorrere iste sensus a vero quo dicimus dominū mortalis carnis cōmunionem in qua cum discipulis vsqz ad passionez fuit significare potuisse dicendo: adhuc modicum vobiscum sum: apud aliū quoqz euangelistam post resurrectionem verba eius Luce. xxiij.
attendat vbi ait. Hec locutus sum vobis: cum adhuc essem vobiscū. Quasi tunc non erat cū ipsis simul assistētibus: videtibus

tangētibus: colloquentibus? Quid est ergo cū adhuc essem vobiscū: nisi cuz adhuc essem in carne mortali: in qua estis ⁊ vos. Tunc enim quidē in eadem carne resuscitatus erat: sed cū illis in eadem mortalitate iam nō erat. Quapropter sicuti ibi iam immortalitate carnis idutus veraciter ait: cū adhuc essem vobiscū: vbi nihil aliud intelligere possumus: nisi cū adhuc essem in carnis mortalitate vobiscuz: ita ⁊ hic non absurde dixisse intelligit: adhuc modicuz vobiscū sum: tanctā diceret: adhuc modicū
B sicut vos estis mortalis sum ego. Ergo sequētia videamus. Queretis me: ⁊ sicut dixi iudeis: quo ego vado: vos non potestis venire: ⁊ vobis dico modo: hoc est mō non potestis venire. Judeis autē cum hoc diceret: nō addidit modo. Isti itaqz venire nō poterant tunc quo ille ibat: sed poterant postea. Nam hoc apostolo petro apertissi
Jo. xiij. me paulopost ait. Cū enim dixisset ille: domine quo vadis. Rndit ei. Quo ego vado nō potes me mō sequi: sequeris autē postea. Sed hoc quid sit nō negligenter est pcūdum. Quo enim sequi tunc non poterant discipuli dominū sed postea poterāt. Si diximus ad mortem homini nato q̄ inuenitur tempus quo ad moriendū nō sit idoneus quādoquidez talis est in corpore corruptibili hominū sors vt nō sit in ea facilior vita q̄z mors? Non igit adhuc minꝰ idonei erāt sequi dominū ad mortem: sed minus idonei erāt sequi dominū advitam que nō habet mortē. Illo quippe ibat dominus vt resurgēs a mortuis iam nō moreretur: ⁊ mors eivltra non dominaretur. Moriturum quippe dñm pro iustitia quo iam fuerāt secuturi adhuc martyrio non maturi? Aut iturum dominū ad imortalitatē carnis quo iam fuerant secuturi quā dolibet moriturī: sed in fine seculi resurreceturi? Aut iturum dominū ad sinū patris nec relicturum eo vnde nec recessit cum veniret ad eos: quomodo iaz fuerāt secuturi: cum esse nemo possit in illa felicitate nisi perfectus in charitate. Idcoq docēs quomodo idonei esse possint pergere quo ille antecedebat: mādatuz inquit nouū do vobis vt diligatis inuicē. Hi sunt gressus quibus sequēdus est christus: sed de his fermo vberior in aliud tps est differēdus.

Tractatus.lxv.

¶ Mandatum nouū do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt ⁊ vos diligatis inuicē. In hoc cognoscent omnes qi discipuli mei estis: si dilectionem habueritis adinuicem.


 A Dominus iesus mādatū nouuz se discipulis suis dare testatur: vt diligāt inuicē. [Mandatuz inquit nouuz do vobis: vt diligatis inuicē]. Nōne iam erat hoc mādatum in antiqua dei lege: vbi scriptum est. Diliges proximū tuū tanctā teipsuz? Cur ergo nouū appellatur a dño: quod tam vet⁹ esse cōuincitur? An ideo est mandatū nouum: qz exuto vetere induit nos homem nouuz? Innouat quippe audientē vel potius obedientē non ois sed ista dilectio quā dominus mandat: ⁊ vt a carnali dilectione distingueret: addidit. [sicut dilexi vos]. Naz diligunt inuicē mariti ⁊ vxores: parentes ⁊ filij ⁊ quecūqz alia inter se homines necessitudo humana deuinxerit: vt taceam⁹ de dilectione culpabili atqz dānabili: qua diligunt inuicē adulteri ⁊ adultere: scortatores ⁊ meretrices: et quoscūqz alios non humana necessitudo sed humanevite noxia turpitudo cōiungit. Mandatum ergo nouū dedit nobis christus vt diligam⁹ inuicez: sicut ⁊ ipse dilexit nos. Dilectio ista nos innouat vt simus homies noui: heredes testamēti noui: cantatores cātici noui. Hec dilectio frēs charissimi antiquos etiam tūc iustos: tunc patriarchas ⁊ prophetas: sicut postea beatos aplos innouauit: ipsa ⁊ nūc innouat gentes: ⁊ ex vniuerso genere humano qđ diffunditur toto orbe terraꝝ facit ⁊ colligit populuz nouum: corpus noue nupte filij dei vnigeniti sponse: de qua dr in cantico canticoruz: que est ista que ascēdit dealbata: vtiqz dealbata qz innouata: vnde nisi mādato nouo. Propter qđ pro inuicez sollicita sunt mēbra in e. si patitur vnum mēbrum cōpatiūtur omnia mēbra. Et si glorificatur vnū membrum cōgaudent omnia mēbra. Audiunt enim atqz custodiunt: mādatum nouū do vobis: vt diligatis inuicē: non sicut se diligunt qui corrūpunt: nec sicut se diligūt homines qñ homines sunt: sed sicut se diligūt qñ dij sunt: ⁊ filij altissimi oēs: vt sint filij eius vnici fratres: ea dilectione inuicē diligentes qua ipse dilexit eos: perducturus eos ad illum finem qui sufficiat eis: vbi satietur in bonis desiderium eorum. psal.cij.
Tunc enim aliquid deficerio non deerit: quādo omma in omnibus deus erit. Ta- j. cor. xv
lis finis nō habet finē. Nemo ibi moritur: quo nemo pueniz nisi huic seculo moriat: nō morte olim qua corpus ab alia deserit: sed morte electorū qua etiaz cum in carne mortali adhuc manēt cor surdū, ponit De

Cor.iij. quali morte dicebat apostol⁹. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cum xp̄o in deo. Hinc fortasse dictus est valida est ficut mors dilectio. Hac eñ dilectione fit vt Cāt.viij in isto adhuc corruptib li corpore ꝓstituti/ mur/amur huic seculo: et vita nr̄a absc̄da tur cum christo in deo. Immo ipsa dilectio est mors nostra seculo: et vita cum deo. Si eñ mors est qñ de corpore/anima exit: quo nō est mors qñ de mundo amor noster exit Ualida est ergo sicut mors dilectio. Quid ea validius: qua vincit mundus? Nolite itaq; fratres mei putare in hoc q̄ dñs mandatū nouū do vobis vt vos inuicē diligatis: illud mains ꝓtermissus esse mandatum: quo ꝓcipit vt diligam⁹ dñm deū nr̄m ex toto corde: ex tota anima: et ex tota mēte Tāq; eñ hoc ꝓtermisso videret dictū vt diligamus inuicem: velut hoc ad illud alter nō pertmeat quo dictū est: diliges ꝓximum tuū tāq; teipm. In his eñ duobus preceptis inquit/tota lex pendet et prophete. Sed bene intelligentib⁹ vtrūq; inuenit in singulis. Nā et q̄ diligit deū/non eū potest contēnere precipientem vt diligat proximū: et q̄ sancte ac spiritualiter diligit proximū: q̄d in eo diligit nisi deum? Ipa est dilectio ab oi mūdana dilectione discreta: quā distinguendo addidit dñs/sicut dilexi vos Quid eñ nisi deū dilexit in nobis? Nō q̄ habebamus sed vt haberemus: vt p̄ducat nos sicut pauloante dixi: vbi sit deus ola in olbus. Sic eñ medic⁹ recte dicit egros diligere. Et q̄d in eis nisi salutem diligit: quā cupit vtiq; reuocare non morbū quez venit expellere? Sic ergo et nos inuicē diligamus vt quantum possumus inuicem ad habendum in nobis deū cura dilectionis attrahamur. Hanc dilectionem nobis dat ipse qui ait. Sic dilexi vos: [vt et vos diligatis inuicē]. Ad hoc ergo nos dilexit vt nos diligamus inuicē. Hoc nobis cōferens diligēdo nos: vt mutua dilectione cōstringamur inter nos: et tam dulci vinculo connexis mēbris corp⁹ tanti capitis simus. [In hoc cognoscēt (inq̄t) oēs q̄ mei estis discipuli: si dilectionē habueritis ad inuicez]. Tāq; diceret. Alis munera mea habent vobiscum etiam non mei: non solū naturam/vitam/sensum/rationem: et eam salutem que hominibus pecoribusq; communis est: verumetiam linguas: sacramēta: ꝓphetiam: scientiam: fidez: distributionem rerum suarum pauperibus et traditionem corporis sui vt ardeāt: sed qñ charitatem nō habent vt cymbala ꝛcrepant: nihil sunt: nihil illis prodelt. Non ergo in illis q̄uis bonis muneribꝰ meis q̄ habere possunt etiaz nō discipuli mei sed in hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli si dilectionē habueritis ad inuicē. O spōsa christi: pulchra inter mulieres: o dealbata ascendens et incūbens super fratruelez tuuz quoniam cuius lumine illustraris vt candeas: eius adiutorio fulcirīs ne cadas O q̄ bene cantatur tibi in illo cantico canticorum velut epithalamio tuo: quia charitas in delicijs tuis. Ipa nō pdit cum impijs animam tuam: ipsa discernit causam tuam: et sicut mors valida est et in delicijs tuis est. Quaz mirandi generis mors est/ cui pacum sunt non esse in penis: nisi esset insuper in delicijs? Sed hic iaz sermo iste claudatur: ab alio exordio tractāda sunt que sequuntur. Cāt.vij. Cāt.vij. Cāt.viij

Tractatus lxvj.

¶ Dicit ei Symon petrus. Domine quo vadis. Respondit Iesus. Quo ego vado non potes me modo sequi sequeris autem postea. Dicit ei petrus. Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Rñdit ei Iesus. Aiam tuā ꝓ me ponnes. Amē amē dico tibi: nō cantabit gallus donec ter me neges.

A



Um dñs Iesus sanctaz dilectionem qua se inuicem diligerent discipulis commēdaret. [Dicit ei Symō petrus. Domine quo vadis]? Sic vtiq; hoc dixit magistro discipulus et domino sern⁹: ta q̄ sequi paratus ꝓpter ea quippe dñs qui eius animū vidit quare hoc interrogauerit: sic ei [rñdit. † Quo ego vado non potes me modo sequi.] Tā q̄ diceret. Propter q̄ interrogas: non potes me modo sequi. Non ait: nō potes: sed non potes modo. Dilectionē intulit nō spē tulit: et eandem spem qnā non tulit sed potius dedit: sequēti voce firmauit addendo atq; dicendo. [Seqris aūt postea.] Quid festinas petre? Nōdū te fuo spiritu solidauit petra: noli extolli psumendo nō potes modo. Noli desperi desperando: seqris postea. Sz adhuc † ille q̄d dicit: [Quare te nō possum sequi modo? Animam meā pro te ponam.] Quid in animo eius esset cupiditatis videbat: quid viriū nō videbat. Uolūtatem suā iactabat infirmus: sed inspiciebat valitudinez medicus. Iste ꝓmittebat ille prenoscebat. Qui nesciebat audiebat: qui presciebat docebat. Quātū sibi assumpserat petrus intuēdo q̄d vellet: ignorādo quid posset. †Als te lius. † Ter⁹ habet dicit ei petrus.

quid posset. Quantū sibi assumpserat vt cū venisset dñs animā suam ponere pro amicis suis: ac per hoc et pro ipo ille hoc dominо offerre confideret: et nondū pro se posita anima christi: animam suam pollicetur posturū esse ꝓ christo. [Respōdit ergo Iesus Animam tuam pro me pones? Ita ne facias pro me quod ego nondum feci pro te? Animā tuam pro me pones? Preire potes qui sequi non potes? Quid tm̄ presumis? Quid de te sentis? Quid eē te credis? Audi q̄d sis. [Amen amen dico tibi: nō cantabit gallus donec me ter neges.] Ecce quō tibi cito apparedis: q̄ magna loqueris et te paruulū nescis. Qui mihi promittis mortē tuā: ter negabis vitā tuā. Qui etiaz putas mori posse ꝓ me: prius viue ꝓ te. Nam timendo mortē carnis tue: mortez dabis alete. Quanta eñ vis est confiteri christum: tanta mors est negare christuz. An apostolus petrus sicut eum quidā fauore puerso excusare nituntur christum nō negauit: qz interrogatus ab ancilla hominē se nescire respondit/sicut alij euangelistē contestant expressius? Quasi vero qui hoiem xp̄m negat/nō xp̄m negat: et hoc in eo negat q̄ factus ē ꝓpter nos: ne piret q̄ fecerat nos. Ergo qui ita confitet christū deū vt hominem neget/non ꝓ illo mortuus est christ⁹: qz ſm hominem mortu⁹ est xp̄s. Qui negat hoiem christum: non reconciliabitur ꝓ mediatorem deo. Unus eñ deus: et vnus mediator dei et hominuz homo christus iesus Qui negat hoiem christum nō iustificatur quia sicut per inobedictiā vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita et ꝓ in obedientiā vnius hois iusti cōstituent multi. Qui negat hominem christū: non resurget in resurrectionē vite: quia per hominē mors: et per hominē resurrectio mortuoū. Sicut eñ in adam oēs moriuntur. ita et in christo omnes viuificabunt. Per quid autem caput est ecclie nisi ꝓ hominem? Q̄d verbum caro factū est: id est dei patris vnigenitus deus homo factus est. Quomodo est igitur in/corpore xp̄i: qui negat hominē xp̄m? Qui eñ caput negat: quō est mēbrū? Sed q̄d multis immorot: cum ipse dñs abstulerit oēs humane argumentatiōis ambages? Non eñ ait/non cantabit gallus donec hoiez neges/aut sicut loqui familiariore cū hoibus dignatiōe ꝓstituit/non cātabit gallus donec filiū hois ter neges: sed ait: donec me ter neges. Quid ē me: nisi q̄ erat. Et quid nisi xp̄s erat? Quicquid ergo eius negauit ipsum negauit. Christum negauit: dñm deum suum negauit qz et ille cō discipulus ei⁹ thomas qñ exclamauit: dñs meus et deus meus: nō verbū sed carnē tetigit nō incorpoream dei naturā sed hois corpus curiosis manibus contrectauit. Uolez itaq; tetigit et tñ deū cognouit. Si ergo q̄ iste tetigit: hoc petr⁹ negauit: q̄ iste exclamauit hoc petrus offendit. Non cantabit gallus: donec ter me neges. Dicas licet ne scio hominē: dicas licet/hō nescio q̄d dicis dicas licet: non sum ex discipulis eius me negabis. Si q̄d dubitare nephas est: xp̄s hoc dixit: verūq; predixit: proculdubio petrus christum negauit. Non accusem⁹ christum cum defendimus petrum. Peccatum agnoscat infirmitas: nā mendaciuz nō habet veritas. Agnouit quippe peccatū suuz infirmitas petri/prorsus agnouit: et q̄tum mali christum negando commiserit plorādo mōstrauit. Ipse suos redarguit defensores et vnde eos cōuincat: producit lachrymas testes. Neq; nos cum ista dicim⁹ primum apostolorū accusare delectat: sed hīc intuendo admoneri nos oportet: ne homo quisq̄ de humanis viribus fidat. Nāz q̄d aliud pertinuit ad doctorem saluatoremq; nostrum: nisi vt nobis nequaq̄ de se quēq̄ presumere debere: in ipso primo apostolorum demonstraret exemplo? In anima ita q̄ petri contigit quod offerebat in corpore: hoc tamē pro domino q̄ temere presumebat precessit/sed aliter q̄ putabat. Nanq; ante mortē et resurrectionem dñi et mortu⁹ est negando: et remirit plorando. Sed mortuus est qz fugbe ipse ꝓsumpsit: remixit autem qz bene ille respexit. fi.q.iij. non solū B Matth. xxvj. Thi ij. Roma.v Joh.j. Matthe. xxvj.

Tractatus.lxvij.

¶ Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum et in me credite in domo patris mei mansiōes multe sunt. Si ego minus dixissez vobis q̄ vado parare vobis locum. Et si abiero et preparauero vobis locum iterum veniam et accipiam vos ad meipsum vt vbi sum ego et vos sitis et quo ego vado scitis et viam scitis. cap.xiiij

A



Rigēda est nobis fratres ad deū maior intentio vt verba sancti euangelij q̄ modo in nostris auribus sonuerunt: etiam mente capere vtcunq; possimus † [Ait eñ dñs iesus. Nō turbetur cor vestrum. Creditis in deū: et in me credite.] Ne mortez tanq̄s homines timerent et ideo turbarentur cōsolatur eos: etiam se deum esse contestans. Creditis inquit in deum: et in me credite. Consequens † ter. hz Et ait discipulis suis.

est enim: vt si in deum creditis ⁊ in me credere debeatis. Qō non esset consequens: si xp̄s non esset dē. Creditis in deū: et in eū credite cui natura est nō rapina esse equalē deo. Semetipm em exinaniuit: non tamen formā dei amittens: sed formaz serui accipiens. Mortē metuitis huic forme seruiendo non turbeī cor vestrū: suscitabit illā formā dei. Sz qd est qō sequiī. [In domo patris mei mansiones multe sunt] nisi qz et ipsi metuebant: Unde audire debuerūt: nō turbeī cor vestrū. Quis em cor nō metueret: cū petro dictū esset fidentioti atq; p̄ptiori: non cantabit gallus donec ter me neges: Tanq; ergo essent ab illo perituri: merito turbabantur. Sed cū audiūt: in domo patris mei mansiones multe sunt: [si quo minus dixissem vobis quia vado parare vobis locū]: a pertubatione recreantur: certi ac fidentes etiaz post pericula tētationū/se apud deū cū christo esse mansuros: qz ⁊ si alī⁹ est alio fortior: alī⁹ alio sapiētior: alī⁹ alio iustior: alī⁹ alio sanctior: in domo patris mei mansiones multe sunt. Nullⁱ cor alienabitur ab illa domo: vbi mansionem p̄o suo q̄sq; acceptur⁹ est merito. Denarī⁹ q̄dē ille equalis est oīb⁹: quē paterfamilias eis ⁊ q̄ operati sunt in vinea iubet dari oīb⁹: non in eo discernens q̄ minus ⁊ q̄ ampli⁹ laborarūt. Quo vtiq; denario vita significat eterna: vbi ap̄li⁹ alio nemo viuit: qm̄ viuendi non est diuersa in eternitate mēsura. Sed multe mansiones diuersas meritoz in vna vita eterna significant dignitates. Alia est em gloria solis alia gloria lune: alia gloria stellaz. Stella em ab stella differt in gloria: sic ⁊ resurrectio mortuoz. Tanq; stelle sancti diuersas mansiones: diuersas claritates: tanq; in celo fortiunt in regno: sed propter vnū denariū nullus separat a regno. Atq; ita de⁹ erit oia in omnib⁹: vt qm̄ de⁹ charitas est: per charitatē fiat vt quod habent singuli: cōmune sit oībus. Sic em q̄sq; etiam ip̄e habet: cum amat in altero: quod ip̄e nō habet. Nō erit itaq; aliqua inuidia imparis claritatis: qm̄ regnabit in oīb⁹ vnitas charitatis. Proinde respuendi sunt a corde christiano: q̄ putant ideo dictū multas esse mansiones: qz extra regnū celoz erit aliq̄d: vbi maneant beati innocētes: q̄ sine baptismo ex hac vita emigrarunt: quia si ne illo in regnum celoz intrare non ip̄otuerunt. Hec fides non est fides: quoniam non est vera et catholica fides. Its ne tandez stulti hoies ⁊ carnalibus cogitationibus excecati: cum reprobandi essetis: si mansionem non dico petri et pauli vel cuiuslibet apostolorum: sed cuiuscūq; paruuli baptizati a regno celoz separaretis: non vos putatis esse reprobandos q̄ domū dei patris inde separatis? Non em ait dn̄s: in vniuerso mundo aūt in vniuersa creatura: aut in vita vel beatitudine sempiterna mansiones multe sunt: sz in domo inq̄t patris mei mansiones multe sunt. Nōne ista est dom⁹: vbi edificationem habemus ex deo domū non manufactā eternā in celis? Nonne ista est domus de qua cantamus domino. Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te? Ergo ne vos non domū cuiuscūq; baptizatis fratris: sed domuz ipsius dei patris cui omnes fratres dicimus. Pater noster q̄ est in celis: a regno se parare celorum: aut eaz sic diuidere audebitis: vt alique mansiones eius sint in regno celorum: alique extra regnum celorum? Absit vt qui volunt habitare in regno celorum: in hac stulticia velint habitare vobiscum. Absit inquā vt cū oīs domus regnātiū filioz non sit alibi nisi in regno ipsius: regie dom⁹ pars aliqua non sit in regno. [Et abiero (inq̄t) et preparauero vobis locū: iterū venio ⁊ accipiam vos ad meip̄m: vt vbi sum ego ⁊ vos sitis. Et quo ego vado scitis: ⁊ viam scitis]. O domine iesu quomodo vadis parare locum si iam multe mansiones sunt in domo patris tui vbi tecū habitabūt tui? Aut si accipis eos ad teipsuz: quomō itez venis q̄ nō recedis Ista charissim breuiter explicare conemur: quantum videtur hodierno satis esse sermoni: coartata vtiq; non clarebunt: et erit ipsa breuitas altera obscuritas. Proinde hoc debitum differamus: quod opportuni⁹ vobis paterfamilias nostro largiente reddamus.

Jo. xiiij.

infra tractatu. lxviij.

matt. xx.

j. Co. xv.

j. Co. xv.

Tractat⁹. lxviij. de eadē lectione. B



Deberi vobis fratres charissimi iamq; esse reddendum quod distuleramus agnoscimus: quomō intelligi possit non esse inter se ista duo contraria / q̄ cū dixisset dominus. [In domo patris mei mansiones multe sunt: si quo minus dixissem vobis quia vado parare vobis locum.] Ubi satis ostēdit ideo se hoc illis dixisse: qz iā ibi sunt mansiones multe: et non est opus aliquam preparare. Rursus dicit. [Et si abiero et preparauero vobis locum: iterum veniam et accipiam vos ad me ipsum: vt vbi ego sum ⁊ vos sitis.] Quomodo vadit et parat locum: si iam multe mansiones sunt? Si quo

j. Cor. x Psalmo lxxxij.

de pe. di. iiij. in domo.

matt. vj.

Ephe. j.

Ro. viij.

matt. vj.

minus dixissez vado parare. Aut si adhuc parandus est: cur non merito dixisset: vado parare? Aut iste mansiōes ⁊ sunt ⁊ parande sunt? Si quo minⁱ⁹ em esset: dixisset vado parare: ⁊ tñ quia ita sunt vt parande sint: non eas vadit parare sicut sunt. Sed si abierit ⁊ parauerit sicut future sunt: iterum veniens accipiet suos ad seipsum: vt vbi est ipse: sint ⁊ ipsi. Quomodo ergo mansiones in domo patris nō alie sed ipse: ⁊ sine dubio iam sunt sicut parande non sunt: ⁊ nōdum sunt: sicut parande sunt? Quō ergo putamus: nisi quomodo etiam ꝓpheta ꝓdicat deū q̄ fecit q̄ futura sunt? Non em ait qui fecit⁹ est que futura sunt: sed qui fecit que futura sunt. Ergo et fecit ea: ⁊ facturus est ea. Nam neq; facta sunt: si ipse non fecit: neq; futura sunt: si ipse nō fecerit. Fecit ergo ea p̄destinādo: facturus est operando: sicut discipulos q̄n elegerit satis indicat euangeliū: tunc vtiq; quando eos vocauit. Et tamen sit apostolus. Elegit nos ante mundi constitutionē: predestinando vtiq; non vocando. Quos autem predestinauit: illos ⁊ vocauit. Elegit predestinādo ante mundi constitutionem elegit vocando ante mundi consummationem. Sic ⁊ mansiōes ꝓparauit ⁊ ꝓparat: nec aliqs sed quas ꝓparauit has ꝓparat/qui fecit que futura sunt. Quas ꝓparauit predestinādo ꝓparat opando. Iaz ergo sunt in predestinatione. Si quo minus dixissez ibo et ꝓparabo: id est predestinabo. Sed qz nōdum sunt: in operatiōe: ⁊ si abiero inquit et ꝓparauero vobis locum: iterum veniam ⁊ accipiam vos ad meipsum. Parat autez quodammodo mansiones: mansionib⁹ parando mansores. Quippe cuz dixerit: in domo patris mei mansiōes multe sunt: quid putabimus esse domum dei: nisi templum dei? Quod autem sit interrogetur apostolus: ⁊ respondeat. Templuz em dei sanctū est: qō estis vos. Hoc est etiaz regnum dei: quod filius traditurus est patri. Unde dicit idem apostolus. Initum christus: deinde qui sunt xp̄i in p̄sentia eius: deinde finis: cū tradiderit regnuz deo ⁊ patri: id est quos redemit sanguine suo: tradiderit contemplādo etiam patri suo. Hoc est regnum celoruz de quo dicitur. Simile est regnū celorū homini seminānti bonuz semen in agro suo. Bonū aūt semē: hi sunt filij regni. Qui et si nunc habent ꝑmixta zizania mittet in fine rex ipse angelos suos ⁊ colligent de regno eius oia scandala. Tūc iusti fulgebūt sicut sol in regno patris sui. Regnum fulgebit in regno: cū regno venerit regnū: qō nūc oramus ⁊ dicimus. Ueniat regnum tuum.

infra tractatu. lxviij.

matt. xiij

matt. vj.

Nūc ergo iā regnū vocat: sed adhuc cōuocat. Si em regnū nō vocaret: colligēt de regno eius oia scandala nō diceret. Sed nōdum regnat hoc regnū. Proinde sic iam est regnū: vt cū de illo collecta fuerūt oīa scā dala: tunc perueniat ad regnum: vt nō solū regni nomē sed etiā regnandi habeat pote statē. Huic q̄ppe regno ad dexterā stāti in fine dicet. Uenite benedicti patris mei percipite regnū. i. qui regnū eratis ⁊ nō regnabatis: venite regnate: vt qō in spe fueratis etiā in re esse possitis. Hec ergo domus dei hoc tēplū dei: hoc regnū dei. Regnūq; celorum adhuc edificatur: adhuc fabricat: adhuc parat: adhuc ꝙgregat. In illo erūt mansiones: sicut eas adhuc parat dn̄s. In illo iaz sunt sicut ꝓdestinauit etiā dn̄s. ¶ Sed quid est qō vt ꝓparet abijt: cū ꝑfecto nos ipsos ꝓparet. Qō nō faciet si reliquerit? Agnosco dn̄e/vt possum. Nimiruz illud signifícas qz vt parem⁹ iste mansiones: venire debet iust⁹ ex fide. Qui em a domino peregrinam⁹: opus habent ex fide viuere: qz per hanc ad speciē cōtemplandā paranī. Beati em mūdo corde: qz ipsi deum videbūt: et fide mundat corda eoz. Illud in euāgelio: hoc in apostoloz actib⁹ legitur. Fides autem qua eoz qui deū visuri sunt q̄ diu peregrinātur/corda mundātur: qō non videt credit. Nam si vides non est fides. Credēti colligitur meritū: videnti redditur ꝑmiū. Eat ergo dn̄s ⁊ paret locuz: eat ne videat: lateat vt credatur. Tunc em locus parat: si ex fide viuatur. Creditus desideret: vt desideratus habeatur. Desiderium dilectionis: ꝓparatio est mansionis. Ita dn̄e para qō paras. Nos em tibi paras: et te nobis paras: qm̄ locū paras: ⁊ tibi in nobis/⁊ in te nobis: tu em dixisti. Manete in me ⁊ ego in vobis. Quātum quisq; fuerit particeps tui: alius minus: alius amplius. Sed hec erit diuersitas premioruī ꝑ diuersitate meritorum. Hec erit multitudo mansionū pro disparilitate mansorum: sed tamen oīm in eternitate viuoruī ⁊ sine fine beatoruī. Quid est q̄ vadis? Quid est q̄ venis? Si te bene intelligo: nec vnde vadis: nec vnde venis recedis. Uadis latēdo: Uenis apparendo Sed nisi maneas regendo vt proficiamus beneviuendo: quomodo parabīt locus vbi possimus manere perfruēdo? Hec de verbis que recitata sunt euangelicis/satis dicta sunt quouscq; ait dn̄s: iterum venio ⁊ accipiam vos ad meipsum. Quid autem sit quod sequitur: vt vbi ego sum et vos sitis. [et quo ego vado scitis et viam scitis] post interrogationem que sequitur a discipulis factam tanq; per eos et nos interroge-

mat. xxv

C Rom. j.

ij. Cor. v

Matt. v.

Act. xv.

Joh. xv.

mus melius audiemus: oportuniusq; tractabimus.

Tractatus. lxix.

¶Dicit ei thomas. Dñe nescim⁹ quo vadis. Et quomodo possumus viā scire: Dicit ei iesus. Ego sum via et veritas et vita. Nemo venit ad patrem nisi per me.

A



Unc est dilectissimi vt ꝯtū valemus intelligamus de verbis dñi posteriorib⁹ priora ex cōsequentib⁹ ꝑcedētia: in eo qđ audistis apostolo thome interroganti esse responsuz Dixerat em̄ superi⁹ domin⁹ cū de mansionibus loqueret: quas et esse dixit in domo patris sui/et ire se vt prepararet eas: vbi intellexim⁹ q̄ esse iam mansiones ipas in p̄destinatiōe et p̄parari eas cū eoz qui ibi mansuri sunt per fidē corda mūdantur: ꝯm ipsa dei dom⁹ ipsi sunt. Et qđ est aliud manere in domo dei ꝙ esse in populo dei: cum idem popul⁹ est in deo q̄ de⁹ in eo. Hoc vt prepararet dñs abijt: vt credendo in eum q̄ non videtur ea que in specie futura est: nūc per fidē mansio preparet. Propter hoc ergo dixerat. [Et si abiero q̄ preparauero vobis locū: iterū venio q̄ accipiam vos ad meipsum: vt vbi ego sum q̄ vos sitis: q̄ quo ego vado scitis: et viam scitis]. Ad hec [dicit ei thomas. Dñe nescim⁹ quo vadis: et quomodo possumus viam scire: Utrūq; illos dñs dixerat scire: vtrūq; dixit iste nescire: et locū q̄ itur/et viam qua itur. Sed scit ille menturi. Ergo isti sciebāt: ſz se scire nesciebāt. Conuincat eos dominus iā ſz re: quod se putant adhuc vſq; nescire. [Dicit ei iesus. Ego sum via et ꝟitas et vita]. Quid est fratres? Ecce audiuimus discipulum interrogantem: audiuim⁹ q̄ magistruz docentem: et nondum capim⁹ etiaz post vocem sonantem sententiam latitantem. Sed quid nō possumus capere? Numquid poterant ei dicere apostoli eius cum quibus loquebatur: nescim⁹ te? Proinde si eum sciebant et via ipse est: viam sciebant: Si eum sciebāt et veritas ipse est: veritatem sciebant. Si eum sciebant et vita ipse est/vitaz sciebant. Ecce scire conuicti

B

sunt quod se scire nesciebant. ¶[Quid igitur et nos in isto sermone non cepimus? Quid putatis fratres mei: nisi quia dixit. Et quo vado scitis et viam scitis? Ecce cognouimus quod sciebant viaz: quia sciebant ipsum qui est via. Sed via est qua itur: nunquid via est et quo itur? Utrumq; autem illos dixerat scire: et quo vadit et viam. Opus ergo erat vt diceret ego sum via: vt ostenderet eos qui eum scirent viā scire quem putauerant se nescire. Quid autem opus erat vt diceret. Ego sum via et veritas et vita: cum via cognita qua iret/restaret nosse quo iret: nisi quia ibat ad veritatem/ibat ad vitam? Ibat ergo ad se ipsum: per seipsum. Et nos quo imus nisi ad ipsum? Et qua imus nisi per ipsum. Ipse igitur ad seipsum: per seipsum: nos ad ipsum per ipsum: immo vero et ad patrem ꝯ ipse et nos. Nam et de seipso alibi dicit. Ad patrem vado. Et hoc loco propter nos [nemo] inquit [venit ad patrem nisi per me]. Ac per hoc et ipse per seipsuz et ad seipsum et ad p̄rem: q̄ nos per ipm et ad ipsum/et ad patrem. Quis hec capit: nisi qui spiritualiter sapit? Et ꝯtum est quod hic capit: etiam qui spiritualiter sapit? Fratres mei: quid a me ista vobis vultis exponi? Cogitate ſm̄ excelsa sint. Videtis quid sim: video quid sitis. In omnibus nobis corpus qđ corrūpit aggrauat animam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Putamus ne, q̄ possumus dicere. Ad te leuani animā meā qui habitatis in celis? Sed sub tanto pondere vbi ingemiscimus grauati: quomodo leuabo animā meā: nisi mecū leuet qui posuit pro me suam? Dicam ego quod possuz capiat vestrū qui potest. Quo donante dico: eo donante capit qui capit: et eo donante credit qui nondū capit. Nisi enim credidertis inquit propterea: non intelligetis. Die mihi domine meus: quid dicā? seruis tuis conseruis meis? Thomas apostolus vt te interrogaret habuit te ante se: hoc tamē intelligeret te: nisi haberet in se. Ego interrogo te: quia te scio esse super me. Interrogo aūt inquantū possum super me effundere animā meam? Foi non sonantem et tamen docentē audiā te. Die mihi obsecro: quomodo vadis ad te? Nunquid nazt venires ad nos/reliqueras te: maxime qz nō a teipo venisti ſz p̄te missit. Scio qđē qđ te exinanisti: ſz qz formā serui accepisti: non qz formā dei vel ad quā redires dimisisti: vel quā reciperes amisisti. Et tū venisti: q̄ non solū vſq; ad carnales oculos versetiam vſq; ad mal⁹ hominum peruenisti. Quomodo nisi in carne? Per hanc venisti non relinquens quo veneras. Si ergo per hanc venisti et redisti: per hanc proculdubio non solum nobis es qui venturus ad te: verumetiam tibi qui venisti et rediturus via fuisti. Cū vero ad vitā qđ es ipe isti eandē ꝓfecto carnē tuā de morte ad vitaz adduxisti. Aliud quippe dei verbū est: aliud homo. Sed verbū caro factū est: id est homino. Non itaq; alia verbi: alia est hominis persona: qm̄ vtrūq; est christus vna persona. Ac p̄ hoc quēadmodū caro cū mortua est: ꝟps mortuus est: q̄ cuz caro sepulta est: ꝟps sepultus est: sic em̄ corde credimus ad iusticiam: sic ore confessionem facimus ad salutem. Ita cum caro a morte venit ad vitam: christus venit ad vitā. Et qz verbum dei christus est: christus est vita. Ita miro quodā et ineffabili mō q̄ nunq; diuisit vel amisit seipsum venit ad seipsum. Generat autē vt dictum est per carnē de⁹ ad homines: veritas ad mēdaces. Deus em̄ verax omnis aūt homo mendax. Cū itaq; ab hominibus abstulit q̄ illuc vbi nemo mētit carnē suam leuauit idem ipse: q̄ verbū caro factum est: per semetipsuz: id est per carnem/ad veritatē qđ est ipse remeauit. Quā quidē veritatē: ꝯtus inter mendaces/q̄ in morte seruauit. Aliq̄n em̄ christus fuit mortuus: sed nunq; fuit falsus. Accipite ꝯtus diuersum q̄ longe impar exemplum: ſm̄ vtcunq; ad intelligendū deū ex his q̄ ꝓpius subiecta sunt deo. Ecce ego ipse ꝯtum attinet ad aim meū: cū hoc sim qđ estis q̄ vos. Si taceo apō meipsum sum: si aūt loquor vobis qđ intelligatis: quodāmodo ad vos p̄cedo nec me relinquo. Sz q̄ ad vos accedo: q̄ nō recedo vnde procedo. Cū antē tacuero quodāmodo ad me redeo: et quodāmodo vobiscū maneo si tenueritis qđ audistis in sermone quē dico. Si hoc potest imago quā fecit deus: quid potest nō a deo facta sed ex deo nata imago dei de⁹/cuius illud per qđ ad nos egressus est: q̄ in quo a nobis regressus est corpus: non sicut meus ejapsus est sonus sed manet ibi vbi iaz nō mouit: et mors ei vltra nō dñabit? Multa de his euāgelicis vobis adhuc dici fortasse poterant q̄ debebant: sed nō sunt corda vestra spiritualibus cibis quātūlibet suauibus onoranda: maxie quia spiritus promptus est: caro autem infirma.

Tractatus. lxx.

¶Si cognouissetis me q̄ patrē meū vtiq; cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum et vidistis eum. Dicit ei philippus. Domine ostēde nobis patrem: et sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tanto tempore vobiscum sum: q̄ nō cognouistis me. Philippe qui videt me videt et patrem: quomodo tu dicis ostende nobis patrez. Nō credis quia ego in patre/q̄ pr̄ in me est.

A



Erba sancti euāgelij fratres ita recte intelliguntur si cum superioribus reperiuntur habere concordiam. Conuenire em̄ debent precedentia consequentibus: quando veritas loquitur. Superius dixerat dñs. Et si abiero q̄ preparauero vobis locum: iteruz venio q̄ accipiaz vos ad meipm: vt vbi ego sum q̄ vos sitis. Deinde addiderat. Et quo ego vado scitis q̄ viaz scitis. Nihilq; aliō ostendit esse quod dixit: nisi quia ipsuz sciebant. Quid ergo esset ire ad seipsum per se ipsum: quod etiā discipulis prestat vt eant ad ipsum per ipsum: vt potuimus pristino sermone iam diximus. Quod itaq; ait/vt vbi ego sum q̄ vos sitis: vbi erant futuri nisi in ipso? Ac per hoc etiam ipse in seipso: q̄ ideo ibi illi vbi q̄ ipse: id est in ipso. Ipse est igitur vita eterna in qua futuri sumus cuz acceperit nos ad se: et ipsa vita eterna qđ ipse est in ipso est: vt vbi est ipse q̄ nos sim⁹ hoc est in ipso. Sicut enim pater habet vi- Joh. v.
tam in semetipso: et vtiq; non aliud est vita quam habet nisi quod est ipse qui hanc habet. Si dedit filio habere vitaz in semet ipso: cum ipse sit eadem vita quam habet in semetipso. Nunquid autem nos vita quod est ipse hoc erimus: cum in illa vita hoc est in ipso esse ceperimus? Non vtiq; Johan. j
quia ipse existendo vita habet vitam: q̄ ipse est quod habet: et quod vita est in ipso ipse est in ipso: nos autem non ipsa vita: sed ipsius vite participes sumus: atq; ita ibi erimus vt in nobisipsis non quod ipse est esse possimus sed nosipsi non vita/ipsiz habeamus vitam qui seipsum habet vitā: eo quod ipse sit vita. Deniq; ipse et in seipso est immutabiliter/et in patre inseparabiliter. Nos vero cum in nobisipsis esse volnissemus ad nosipsos turbati sumus. Unde illa vox est. Ad meipsum turbata est anima mea: atq; in deterius commutati: neq; id quod fuimus permanere potuim⁹. Cum autem per ipsum venimus ad patrē sicut ait. Nemo venit ad patrem nisi per me manētes in illo: nec a patre nos quisq; poterit separare nec ab illo. ¶Cōnectens itaq; cōsequētia precedentib⁹. [Si cognouissetis me (inquit) et patrem meum vtiq; cognouissetis.] Hoc est quod ait. Nemo venit ad patrem nisi per me. Deinde subiungit. [Et amodo cognoscetis eum: q̄ vidistis eum.] Sed philippus vnus ex apostolis

B

qui audierit non intelligens. [Domine (inquit) ostende nobis patrem et sufficit nobis]. Cui dominus. [Tanto (inquit) tempore vobiscum sum et non cognouistis me Philippe qui videt me: videt et patrem]. Ecce increpat q̄ tanto tempore cum ipsis erat: et non cognoscebatur. Nonne ipse dicebat: et quo ego vado scitis: et viam scitis Et se nescire dicentes/eos hec scire conuincebat: addendo atq; dicendo. Ego sum via et veritas et vita. Quomodo nunc dicit. Tanto tempore vobiscum sum et non cognouistis me: cum profecto et quo iret et viam sciret/ non ob aliud nisi quod ipm vtiq; sciret: Sed facile ista soluitur questio si dicamus q̄ eum aliqui eorum sciebāt aliqui nesciebant: atq; in his qui nesciebāt et philippus erat: vt quod ait/ et quo vado scitis et viam scitis: ille dixisse intelligatur qui sciebant non philippo cui dictū est. Tanto tempore vobiscum sum et non cognouistis me philippe. His ergo qui filium iam nouerant etiam illud de patre dictum est. Et amodo cognoscetis eū et vidistis eum. Dictum est enim propter omnimodam similitudinē que illi cum patre est: vt ideo amodo dicerentur nosse patrē quia nouerant similem filium. Ergo iā sciebant filium: etsi non omnes: certe quidam eorum quibus dicitur. Et quo vado scitis et viam scitis. Ipse est enim via. Sed patrem nesciebant: ideo audiunt. Si cognouissetis me: et patrem meum cognouissetis. Si me vtiq; et illum. Alius enim ego sum: alius ille. Sed ne putarent dissimilez et amodo (inquit cognoscetis eum: et vidistis eum. ¶ Uiderunt enim ei similem filiū: sed amonendi fuerant talē esse patrez quē nondum videbant: qualis est filius quem videbāt. Et ad hoc valet quod postea philippo dicitur. [Qui videt me videt et patrem.] Non q̄ ipse esset et pater et filius: quod in sabellianis qui vocantur etiam patripassiani/catholica fides damnat: q̄ tam similes sunt pater et filius vt qui vnum nouerit ambos nouerit. Solemus enim de simillimis duobus ita loqui cis q̄ vnum illorum vident: et qualis est alius volunt nosse vt dicamus. Uidistis istum. Illum vidistis. Si ergo dictum est. Qui me videt/ videt et patrem: non vtiq; vt ipse sit pater qui filius: sed quod a patris similitudine in nullo prorsus discrepet filius. Nā nisi duo essent pater et filius: non dictum esset. Si cognouisseris me: et patrem meū cognouisseris. Utiq; enim: quia nemo (inquit) venit ad patrem nisi per me. Si cognouistis me et patrem meum cognoscetis: quoniam ego per quem venitur ad patrem: perducam vos ad eum vt ipsum etiā cognoscatis. Sed quoniam illi sum omnino simillimus/amodo cognoscetis eum cū cognoscitis me: et vidistis eum si oculis cordis vidistis me. Quid ergo est quod dicis philippe: ostende nobis patrem et sufficit nobis? Tanto (inquit) tempore vobiscum sum: et non cognouistis me? Philippe qui videt me: videt et patrem. Quod si ad te multum est hoc videre: saltem quod non vides hoc crede. [Quomodo enim dicis (inquit) ostende nobis patrem?] Si me vidisti qui omnimodo similis sum: vidisti illum cui similis sum. Quod si videre non potes: non saltem credis: quia ego in patre et pater in me est. Poterat hic dicere philippus. Uideo quidem te et credo te simillimū esse patri. Sed nunquid arguendus et obiurgandus est: qui cum similē videt: etiaz illum cui similis est vult videre? Similem quidem noui: sed adhuc alterum sine altero noui. Non mihi sufficit: nisi et illum cui est iste similis nouerim. Ostende itaq; nobis patrem/et sufficit nobis. Sed ideo magister discipulum arguebat: quoniam cor postulantis videbat. Tanq̄ enim melior esset pater q̄ filius: ita philippus patrem nosse cupiebat: et ideo nec filium sciebat quo melius esse aliquid credebat. Ad hūc sensum corrigendū dictum est. Qui videt me videt et patrem: quomodo tu dicis/ ostende nobis patrem? Uideo quomodo tu dicas. Non alterum queris videre similem: sed illum putas esse meliorem. [Non credis: quia ego in patre et pater in me est Cur in similibus distantiam cupis cernere? Cur inseparabiles separatim desideras nosse? Deinde non ad solū philippuz sed ad eos pluraliter loquit: q̄ non sunt in angustias coartanda vt adiuuante illo diligentius exponantur.

F. tract. lxxix.

C

Tractatus. lxx.

¶ Uerba q̄ ego loquor vobis a meipo nō loquor. Pater aūt in me manens ipe facit opera. Non creditis q̄ ego in patre/et pr̄ in me est. Alioquin propter opera credite. Amen amē dico vobis qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet: et maiora horum faciet: quia ego ad patrē vado. Et quodcūq; petieritis patrē in noie meo hoc faciāt glorificet pr̄ in filio. Si q̄d petieritis me in noie meo hoc faciam.

A

Udite auribus accipite mētibus dilectissimi. Loquentibus quidem nobis sed ipso docente qui non recedit a nobis. Dominꝰ dicit quod modo cum legebatur audistis. [Uerba que ego loquor vobis a meipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera.] Ergo et verba opera sunt? Plane ita est. Nam profecto qui proximum loquendo edificat: bonū opus operatur. Sed quid est a meipso non loquor: nisi a meipso non sum qui loquor? Ei quippe tribuit q̄d facit: de quo est ipse qui facit. Pater enim deus non est de aliquo: filius autem deus est quidem patri equalis: sed de patre deo Ideo ille deus sed non de deo: et lumen sed non de lumine: Filius vero deus de deo: lumen de lumine. Nam in his duobus sententijs. Una qua dictum est/non a meipso loquor. Alia qua dictum est: pater autem in me manens ipse facit opera: singulas tenentes diuersi nobis aduersantur heretici qui non ex vna parte sed in contraria conantes a via veritatis exorbitant. Arriani quippe dicunt. Ecce inequalis est patri filius: a seipso non loquitur. Dicunt sabelliani contra: id est patripassiani. Ecce qui pater est: ipse et filius. Quid enim est pater in me manens ipse facit opera: nisi in me maneo ego qui facio? Contraria dicitis sed non eo modo sicut est falsum contrarium vero: sed sicut sunt inter se duo falsa contraria/errando in diuersa itis: in medio est via quam relinquitis. Inter vosipsos lōgiore interuallo separati estis: q̄ ab ipa via cui *desertores estis. Uos hinc vos autem illinc huc venite: alteri ad alteros transire nolite sed hinc atq; illinc ad nos veniendo inuicem vos inuenite. Sabellia ni agnoscite quem pretermittitis. Arriani equate quem subditis: et in via vera no biscum ambulatis. Est enim quod inuicem ex vobis alteri ex alteris admoneri vtriq; debeat. Audi sabelliane. Usq; adeo non ipse pater sed alter est filius: vt euz arrianus inequalem asserat patri. Audi arriane. Usq; adeo filius equalis est patri: vt sabellianus eundem esse dicat et patrem. Tu adde quem tollis: tu adumple quez minuis: et nobiscū ambo consistitis: quia nec tu tollis: nec tu minuis eum: qui et alter est a patre vt conuincas sabellianum: et equalis est patri vt conuincas arrianū. Utriq; enim clamat ego et pater vnuz sumus. Joh. xl. Quod ait vnum/ audiant arriani. Quod ait sumus: audiant sabelliani: et nec ille equalem/nec illi alterum negando sint vani. Si ergo quoniam dixit. Uerba que ego loquor vobis a meipso non loquor: ppterea putatur vsq; adeo imparis potestatis: vt nō quod ipse vult faciat: audiatur quod dixit. Sicut pater suscitat mortuos et viui ficat sic et filius quos vult vuificat. Item si quoniam dixit. Pater in me manens ipse facit opera: propterea putatur non alius esse pater alius ipse: audiatur quod dixit. Quecūq; pater facit hec et filius similiter facit: et intelligatur non bis vnus sed duo vnum. Uerum quia sic equalis est alter alteri: vt tamen alter sit ex altero: ideo nō loquitur a semetipso: quia nō est a seipso. Et ideo pater in illo manens facit opera ipse quia per quem et cum quo facit non est nisi ab ipso. ¶ Deniq; adungit et dicit. [Nō creditis q̄ ego in patre/et pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.] Antea solus philippus arguebatur: nunc autem non ibi cum solum fuisse qui esset arguendus ostenditur. Propter opera (inqt) ipsa credite: quia ego in patre et pater in me est. Neq; enim si separati essemus: inseparabiliter operari vlla ratione possemus. Sed quid est quod sequitur. [Amen amen dico vobis: qui credit in me opa que ego facio et ipse faciet: et maiora horum faciet: quia ego vado ad patrem/et quecunq; petieritis in nomine meo hoc faciam: vt †Al. q̄ glorificetur pater in filio. Si quid petieritis †in nomine meo hoc faciam.] Ergo et illa maiora opera: seipsum facturum esse promisit. Non se extollat seruus supra dominum: nec discipulus supra magistrum. Maiora q̄ ipe facit dicit eos esse facturos sed in eis vel per eos se faciente non ipsis tanq̄ ex seipsis. Ei quippe cātatur in psalmo. Diligam te domine virtus mea. Sed que sunt tandem ista maiora? An forte q̄ egros ipsis transeūtibus etiam eorum vmbra sanabat? Maius est enim vt sanet vmbra fimbria. Illud per se fecit hoc per ipos sed tamen vtrumq; ipse. Ueruntamen quādo ista dicebat/verborum suorum opera cōmendabat. Sic enim dixerat. Uerba que ego loquor vobis: a meipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera. Que opera tunc dicebat: nisi verba que loquebatur? Audiebant et credebant illi: et eorundem verborum fructus erat fides illorum. Ueruntamen euangelizantibus discipulis non tam pauci quam illi erant: sed gentes etiam crediderunt. Hec sunt sine dubitatione maiora. Nec tamen ait: maiora horum facietis vt solos apostolos ea putaremus esse facturos. Sed qui cre-

ifra tra. lxxj. a. ifra tra. lxxij. a. Joh. v. Joh. xiij. ps. xvij. Act. v.

dit ſm̃e inq̃t opera q̃ ego facio ⁊ ipſe faciet: et maiora horũ faciet. Ita ne quicunq̃ credit in chriſtum facit que chriſtꝰ vel maiora q̃ chriſtus. Non p̃tereũt iſta tractanda ſunt nec debent feſtinatione precipitari: ſed ea cogit concludẽdus iam ſermo iſte differri.

¶ Tractatus. lxxij. De eadẽ lectiõe.



B Uid ſibi velit et quomodo accipiendum ſit quod dominus ait. [Qui credit in me opera que ego facio et ipſe faciet] non eſt facile cõprehendere. Et cum hoc intelligendũ difficillimũ ſit: adiecit aliud difficilius. [Et maiora horũ faciet]. Quid eſt hoc: Qui faceret opera que chriſtus fecit non inuenieba mus: qui etiam maiora faciat inuenturi ſumus: Sed dixeramus ſermone priſtino quia maius fuit vmbre ſue tranſitu quod diſcipuli fecerunt q̃ fimbrie ſue tactu qõ ipſe dominus fecit ſanari languentes: ⁊ qz plures apoſtolis q̃ ipſo per os proprium p̃dicante domino crediderunt vt hec viderentur opera intelligenda eſſe maiora. Non quo maior eſſet magiſtro diſcipulꝰ/ vel domino ſeruus: vel adoptatus vnigenito/ vel homo deo: ſed q̃ per illos ipſe dignaretur eadem maiora facere: qui dicit illis alio loco. Sine ẽme nihil poteſtis facere. Ipſe quippe vt alia omittam que ſunt innumerabilia: ſine ipſis fecit eas: ſine ipſis fecit hunc mundum. Et quia homo etiam ipſe fieri dignatus eſt: ſine ipſis fecit et ſeipſum. Quid autem illi ſine ipſo: niſi peccatum: Deniq̃ et hic id quod de hac re poterat nos mouere: mox abſtulit. Cum enim diriſſet. Qui credit in me opera que ego facio ⁊ ipſe faciet: et maiora horum faciet continuo ſecutus adiunxit. [Quia ego ad patrem vado: et †quecunq̃ petieritis † in nomine meo hec faciam]. Qui dixerat faciet: poſt ait faciam: tanq̃ diceret. Non vobis impoſſibile hoc videatur. Non enim poterit eſſe maior me qui credit in me: ſed ego ſum facturus et tunc maiora q̃ nunc Maiora per eum qui credit in me: q̃ preter eum per me. Ego tamen ipſe preter eũ: ego ipſe per eum. Sed quando preter euz non fiet ipſe: quando autem per eum q̃nis non per ſemetipſum: faciet et ipſe. Porro autem maiora facere per eum q̃ preter eum: non eſt defectio ſed dignatio. Quid enim retribuant ſerui domino: pro omnibus que retribuit eis. Quandoquidem inter cetera bona etiam hoc eis donare dignatus eſt: vt maiora faceret per illos q̃ preter illos: Nonne ab ore illius diues ille triſtis abſceſſit: qui vite eterne conſiliũz queſiuit. Addidit: abiecit: et tamen poſtea quod ab illo auditum non fecit vnus: fecerunt multi cum loqueretur per diſcipulos magiſter bonus: contemptibilis et quem diuitem per ſeipſum monuit: amabilis eis quos ex diuitibus pauperes per diſcipulos pauperes fecit. Ecce maiora fecit predicatus a credentibus q̃ locutus audientibus. ¶ Uerum hoc adhuc mouet: quod hec maiora p apoſtolos fecit. Non autem ipſos tantum ſignificans ait. Opera que ego facio et vos facietis: et maiora horum facietis: ſed omnes ad ſuam familiam pertinentes intelligi volens. Qui credit in me (inquit) opera que ego facio et ipſe faciet: et maiora horuz faciet. Hoc ergo qui credit faciet: non credit vtiq̃ qui non faciet: ſicuti eſt. Qui diligit me mandata mea cuſtodit: vnde profecto qui non cuſtodit non diligit Item alio loco. Qui audit (inquit) verba mea hec et facit ea: ſimilabo eum viro prudenti qui edificauit domum ſuam ſupra petram. Qui ergo non eſt ſimilis huic viro prudenti: procul dubio aut verba hec audit ⁊ non facit: aut omnino nec audit. Qui credit (inquit) in me: licet moriatur viuet. Qui ergo non viuet: non vtiq̃ credit. Tale etiam hoc eſt: qui credit in me faciet: nõ vtiq̃ credit qui nõ faciet. Quid eſt hoc fratres: Nunquid inter credentes in chriſtum/ non eſt computandus qui non fecerit opera maiora q̃ chriſtus: Durum eſt/ abſurdum eſt/ ferri non poteſt: non tolerandum eſt: niſi intelligatur. Apoſtolum igitur audiamus. Credenti (inquit) in eum qui iuſtificat impium deputatur fides eius ad iuſtitiam. In hoc opere faciamus opera chriſti: quia et ipſum credere in chriſto opus eſt chriſti. Hoc operatur in nobis: non vtiq̃ ſine nobis. Audi ergo iam et intellige. Qui credit in me: opera quẽ ego facio ⁊ ipſe faciet. Prius ego facio: deinde ⁊ ipſe faciet quia facio vt faciat. Que opera niſi vt ex impio iuſtus fiat. ¶ Et maiora horum faciet. Quorum obſecro: Nunquid nam omnium operum chriſti maiora facit: qui cuz timore ⁊ tremore ſuam ipſius ſalutem operatur: Quod vtiq̃ in illo: ſed non ſine illo chriſtus operatur. Prorſus maius hoc eſſe dixerim q̃ eſt celum et terra: et quecunq̃ cernuntur in celo et in terra. Et celum et terra tranſibit. Predeſtinatoruz autem id eſt eorum quos preſcit ſalus et iuſtificatio permanebit. In illis tantum opera dei ipſius autem etiam eſt imago tui. Sed ſ

mat. xiij.

B

Act. v.

mat. xiiij

Joh. xiij

Joh. xv.

†al' qõcunq̃. †als patrem.

ꝑs. cxv.

ſra tra. lxxiij.

mat. vij.

ſ. Jo. xj.

Roñ. iiij

C

Tractatus. lxxiij. Capitulũ. xiiij. fo. CXXXIII

in celis: ſedes dominationes: principatus/ poteſtates/ archangeli/ angeli/ opera ſunt chriſti. Numquid etiam his operibus maiora facit: qui operante in ſe chriſto cooperatur ſalutem eternam ac iuſtificationem ſuam. Non hic audeo precipitare ſententiam. Intelligat qui poteſt: iudicet qui poteſt: vtrum maius ſit iuſtos creare q̃ impios iuſtificare. Certe enim ſi equalis eſt vtrũq̃ potentie: hoc maioris eſt miſericordie. Hoc eſt enim magnum pietatis ſacramentum quod manifeſtatũ eſt in carne iuſtificatum eſt in ſpiritu: apparuit angelis: predicatum eſt in gentibus: creditum eſt in mundo: aſſumptum eſt in gloria. Sz omnia opera chriſti intelligere vbi ait. Maiora horum faciet: nulla nos neceſſitas cogit. Horum enim fortaſſe tan dixit que in illa hora faciebat. Tunc enim verba fidei faciebat: et de his operibus fuerat prelocutus dicens. Uerba que ego loquor vobis a meipſo non loquor. Pater autem in me manens: ipſe facit opera. Tunc igitur verba eiꝰ erãt opa eius: et vtiq̃ minus eſt verba iuſticie predicare: quod fecit p̃ter nos/ q̃ impios iuſtificare quod ita facit in nobis vt faciamus et nos. Reſtat inquirere quomodo accipiendum ſit. [Quodcunq̃ petieritis patrem in nomine meo hoc faciam] [p̃opter multa enim que petunt fideles eiꝰ nec accipiũt nec parua hinc exoritur q̃ſtio. Sed qm̃ ſermo iſte iã claudẽdus eſt: ⁊ ꝑſiderande rei atq̃ tractãde tribuat ſaltem parua dilatio.

[ſ. thi. iiij.

Ro. xiiij.

Eccl. iij. Ec. xxv

B

Tractatus. lxxiij.

¶ Quia ego vado ad patrez ⁊ quod cunq̃ petieritis patrem in nomine meo hoc faciam vt glorificetur pr̃ in filio. Si quid petieritis me in nomie meo hoc faciam.



B Agnam ſpem dominus ſuis p̃milit ſperantibus dicens. [Quia ego ad patrem vado: et quodcunq̃ petieritis in nomine meo hoc faciam]. Si ergo perexit ad patrem vt non relinqueret indigentes: ſed exaudiret petentes. Sed quid eſt quodcunq̃ petieritis: cum videamus plerũq̃ fideles eius petere et nõ accipere: An forte propterea quia male petunt: Nam hoc exp̃to docuit apoſtolus Jacobus dicens. Petitis et non accipitis eo quod male peratis: vt in concupiſcentijs veſtris conſumatis. Male ergo vſurus eo q̃ vult accipere: deo potius miſerante non accepit. Proinde ſi hoc ab illo petitur vnde homo lẽdatur exauditus: magis metuendum eſt: ne quod poſſet nõ dare p̃pitius det iratus. An non videmus iſraelitas malo ſuo impetraſſe: quod culpabili concupiſcentia petierunt: Concupierant em̃ carnibꝰ veſci q̃bꝰ pluebatur manna de celo. Faſtidiebant quippe quod habebant et quod non habebant imp̃uidenter petebant. Quaſi non melius peterent non vt cibus qui decrat indecenti deſiderio preſtaretur: ſed vt ille qui aderat ſancto faſtidio ſumeretur. Quando enim vos delectant mala et non delectant bona: rogare debemus potius deum vt delectent bona q̃ vt concedantur mala. Non quia malũ eſt carne veſci cum de hac re loquẽs apoſtolus dicat. Omnis creatura dei bona eſt ⁊ nihil abiciendũ qõ cum gratiaz actione accipitur. Sed quia ſicut idemipe ait. Malum eſt homini qui per offenſionez manducat. Et ſi per hominis offenſionem quanto magis dei: Cuiꝰ in iſraelitis non parua erat offenſio: repudiare quod dabat ſapientia et petere id quod inhiabat concupiſcentia: q̃uis illi nec peterent: ſed quia decrat murmurarẽt: ſed vt ſciremus nõ dei creaturã eſſe culpabilem: ſed inobedientiam contumacem et inordinatam cupiditatem non ꝓpter porcum: ſed ꝓpter pomũ mortẽ ꝓtulit homo inuenit: ⁊ eſau primatus ſuos non ꝓpter gallinam: ſed ꝓpter lenticulam perdidit. Quomodo ergo intelligendũ eſt quodcũq̃ petieritis hoc faciam: ſi deus aliq̃s petentibus fidelibus etiam confulendo non facit: ¶ An forte ſolis apoſtolis hoc dictum debemus accipere: Abſit. Unde enim ad hoc venit vt diceret quod ſuperius dixerat. Qui credit in me opera que ego facio/ et ipſe faciet: ⁊ maiora horz faciet. De qua re iam priſtino ſermone tractauimus: ⁊ ne quiſq̃ hoc ſibi trahueret: vt etiam illa opera maiora a ſeipſo faceret oſtenderet: adiecit atq̃ ait. Quia ego ad patrem vado: et quodcũq̃ petieritis in nomine meo hoc faciam. Nunquid in eum ſoli apoſtoli crediderunt: Ad eos itaq̃ loquebatur dicẽdo. Qui credit in me in quibus eo donante etiam nos ſumus: q̃ vtiq̃ non quodcunq̃ petimus accipimus Ipſos quoq̃ beatiſſimos ſi cogitem apoſtolos inuenimus eum qui plus omnibus laborauit: non autem ipſe: ſed gratia dei cum ipſo/ ter dominũ rogaſſe vt ab eo diſcederet angelus ſathane: nec tamen quod roganerat accepiſſe. Quid dicimus chariſſimi: Putabimus no hoc ꝓmiſiz vbi ait.

Jaco. iij

ij. Cor. xij. Quodcūq petieritis hoc faciam: nec apostolis fuisse ab illo cōpletū. Et cui tādem q̄ promittit impleuit si apostolos suos in sua promissiōe fraudauit. Euigila igitur homo fidelis: & vigilāter audi q̄ illic positum est: in nomine meo. Ipsuz enim quodcūq non ait petieritis vtcūq: sed in nomine meo. Quis ꝓmisit ergo tā magnum beneficiū. Qui vocatur vtiq christus iesus. Christus significat regem: iesus significat saluatorem. Non itaq nos saluos faciet quicūq rex: sz rex saluator. Ac per hoc q̄cūq petimus aduersus vtilitatez salutis: non petimus in nomine saluatoris: & tamē ipse saluator est non solū quando facit q̄ petimus / verūetiam quādo non facit: qm̄ quod videt peti contra salutē non faciendo potius se exhibet saluatorē. Nonit em̄ medicus quid ꝓ sua: quid cōtra suam salutem poscat egrotus: & ideo cōtraria poscentis nō facit voluntatē vt faciat sanitatem. Quapropter quādo voluimus vt faciat quodcūq petimus non vtcūq sed in nomine eius: hoc est in nomine saluatoris petamus. Non ergo cōtra nostrā salutem petamus. Q̄ si fecerit: non vt saluator facit q̄ est nomen fidelibus eius. Est quippe impijs & dānator: qui dignat fidelibus esse saluator. Qui ergo credit in eū quodcūq petierit in eo nomine q̄ est illis q̄ credunt in eū / hoc facit: quoniā hoc sicut saluator facit. Si autē qui in eum credit aliquid per ignorātiam contra suā salutez petit nō in nomine saluatoris petit: q̄ saluator eius non erit si q̄ eius salutez impedit fecerit. Unde tūc expedit potius: vt nō faciendo ꝓpter q̄ invocatur faciat q̄ vocatur. C Propterea nō solū saluator sed etiā magister bonus vt faciat quodcūq petierimus: in ipsa oratiōe quā nobis dedit euit quid petamus: vt etiā sic intelligam non petere nos in nomine magistri q̄ petimus ꝓter regulā ipsius magisterij. Sane quedam ēt huius in nomine eius petam: id est scm̄ saluatorem & ſm magistrū petamus: non tūc quādo petimus facit: sed tamen facit. Neq enim quia & illud petimus vt veniat regnū dei: propterea nō facit quod petimus: quia nō statim cum illo in eternitate regnam. Differtur enim quādo petimus: nō negatur. Uerūtamen orantes tanq seminantes non deficiam: tempore enim ꝓprio metemus vt simul petamus quādo bene petimus vt non faciat quod nō bene petimus: quia & ad hoc pertinet quod in eadem oratione dominica dicimus. Ne nos inferas in tentationem. Neq enim parua est tentatio: si contra tuam sit causam tua postulatio. Non autem negligenter audiendū est quod dominus ne quisq̄ euz putaret quod se promisit facere petentibus: sine patre esse facturum. Cum dixisset quodcūq petieritis in nomine meo hoc faciam: continuo subiecit [vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo hoc faciam]. Nullo modo igitur sine patre hoc filius facit: quādoquidem vt in illo pater glorificetur ꝓpterea facit. Facit ergo pater in filio vt filius glorificet in patre. Et facit filius in patre: vt pater glorificetur in filio: quoniam vnum sunt pater & filius.

Mat. vj

Gal. vj.

Johā. x.

Tractatus. lxxiiij.

C Si diligitis me mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem & aliuz paraclytum dabit vobis vt maneat vobiscū in eternum spiritum veritatis quē mundus nō potest accipere: quia nō videt eum / nec scit euz. Uos autem cognoscetis eum quia apud vos manebit & in vobis erit.

A



Audiuimus fratres cum euangeliū legeretur dominū dicentem. [Si diligitis me: mādata mea fuate. Et ego rogabo patrem & aliū paraclytum dabit vobis vt maneat vobiscum in eternū: spiritū veritatis quez mundus nō potest accipere / q̄ non videt eum: nec scit eum. Uos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit: & in vobis erit]. Multa sunt que in istis paucis verbis domini requirantur. Sed multum est ad nos vel omnia que hic querenda sunt querere: vel omnia que hic querimus inuenire. Uerūtamen quātum nobis dominus donare dignatur ꝓ nostra et vestra capacitate: quid dicere debeamus / et quid audire debeatis: attendētes per nos charissimi / quod possumus sumite: & ab illo quod nō possumus poscite. Spiritum paraclytum christus promisit apostolis: quo autem modo promiserit aduertamus. Si diligitis me (inquit) mandata mea seruate: & ego rogabo patrem & alium paraclytum dabit vobis vt maneat vobiscum in eternum spiritū veritatis. Hic est vtiq in trinitate spūssanct⁹: quem patri & filio cōsubstantialem & coeternum fides catholica confitetur. Ipse est de quo dicit apls. Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritūsanctum qui datus est nobis

Rom. v.

Quomodo ergo dñs dicit. Si diligitis me mādata mea seruate: & ego rogabo patrez & alium paraclytū dabit vobis: cum hoc dicat de spiritusancto: quē nisi habeam⁹ / nec diligere deum possumus: nec ei⁹ mandata seruare. Quomodo diligimus vt euz accipiamus: quez nisi habeamus diligere non valemus. Aut quomodo mādata seruabimus vt eum accipiamus: quē nisi habeamus mandata seruare nō possumus. An forte precedit in nobis charitas qua diligimus christuz: vt diligendo christum eiusq mandata faciendo / mereamur accipere spiritūsanctum: vt charitas non christi que iam precesserat: sed dei patris diffundatur in cordibus nostris per spm̄sanctum qui datus est nobis. Peruersa est ista sentētia. Qui enim se filiū diligere credit & patrē non diligit: profecto nec filium diligit sed quod sibiipse cōfinxit. C Deinde apostolica vox est. Nemo dicit dominus iesus: nisi in spiritusancto. Et quis dominū iesum nisi qui eū diligit dicit. Si eo modo dicit quo apostolus intelligi voluit. Multi enim voce dicūt: corde autem & factis negant: sicut de talibus ait. Confitentur enim se nosse deum: factis autē negāt. Si negatur factis: proculdubio etiam dicitur ficte. Nemo itaq dicit dominus iesus: animo: verbo: facto: corde: ore: opere. Nemo dicit dominus iesus nisi in spiritusancto & nemo sic dicit nisi qui diligit. Jam itaq apostoli dicebāt dominus iesus: & si eo modo dicebāt vt non ficte dicerent: ore confitentes: corde & factis negantes. Proinde si veraciter hoc dicebāt proculdubio diligebant. Quomodo igitur diligebant: nisi in spiritusancto. Et tamē eis ꝓius imperatur vt diligant eū & eius mandata conseruent vt accipiant spiritūsanctum: quē nisi haberēt profecto diligere & mandata seruare nō possent. Restat ergo vt intelligamus spiritūsanctum habere qui diligit et habēdo mereri vt plus habeat: & plus habendo plus diligat. Jaz itaq habebāt spiritum discipuli quem dominus promittebat sine quo eum dominū non dicebāt: nec tamen eum adhuc habebāt sicut eum dominus promittebat. Et habebāt ergo & non habebant: qui quātum habendus fuerat nōdum habebant. Habebāt itaq minus: dandus erat eis amplius. Habebāt occulte accepturi fuerant manifeste: quia & hoc ad maius donuz sancti spiritus pertinebat vt eis innotesceret q̄ habebant. De quo munere loquens apostolus ait. Nos autē non spiritū huius mundi accepimus: sed spiritū qui ex deo est vt sciamus que a deo donata sunt nobis. Nā & ipsaz manifestā impenditionē spiritussancti: nō semel sed bis numero dñs egit. Mox enim vt resurrexit a mortuis: insuffiās ait. Accipite spiritūsanctū. Nunquid igitur q̄ tunc dedit ideo nō misit etiam postea quez promisit. Aut nō idem ipse est spiritussanctus qui & tunc est insuffiatus ex ipso: & postea ab ipso missus e celo. Quapropter cur ipsa que facta est euidenter donatio eius bis facta fuerit: alia questio est. Fortassis enim propter duo precepta dilectiōis / hoc est proximi & dei: vt cōmendaretur ad spiritūsanctum pertinere dilectio: hec eius gemina est in manifestatione facta donatio. Et si alia causa querēda est non nūc eius inquisitione in lōgiorem ꝫ oportet modū sermo iste mittendus est: dū tamen cōstet sine spiritusancto christū nos diligere & mandata eius seruare nō posse: & id nos posse atq agere tanto minus quāto illum percipimus minus: tanto autē amplius quāto illum percipimus amplius. Proinde nō solum nō habenti verūetiam habēti non incassum ꝓmittitur: non habēti quidē vt habeatur: habenti autē vt amplius habeat.

B

j. Cor. xij

Titū. j.

j. Cor. ij.

j. sen. di. xvij. vt autē certius.

Naz nisi ab alio mn⁹ ab alio amplius haberetur: sanctus heliseus sancto helie non diceret. Spūs qui est in te duplex sit in me. Quādo autem ait iohānes baptista. Non em̄ ad mensuraz dat deus spiritū: de ipso dei filio loquebatur cui nō est dat⁹ spiritus ad mensurā q̄ in illo inhabitat ois plenitudo diuinitatis. Neq em̄ sine gratia spiritussancti est mediator dei & hoiuz: homo christus iesus. Nā & ipse dicit de se fuisse prophetic̄ illud impletū. Spiritus dñi super me ꝓpter quod vnxit me: euāgelizare pauperib⁹ misit me. Quod em̄ est vnigenit⁹ equalis patri: nō est gratie sed nature. Quod aūt in vnitate persone vnigeniti assumptus est homo: gratie est nō nature: confitēte euangelio atq dicente. Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapiētia: & gratia dei erat in illo. Ceteris autem ad mensurā datur & datus addit: donec vniuscuiq ꝓ modo sue perfectiōis ꝓpria mensura cōpleat. Unde & monet apostolus. Nō plus sapere ꝫ oportet sapere: sed sape ad temperantiam: vnicuiq sicut deus partitus est mensurā fidei. Neq em̄ ipse diuidit spūs: sed dona per spm̄. Nam diuisiones donationuz sunt: idem aūt spiritus. C Q̄d vero ait. [Rogabo patrē & aliū paraclytū dabit vobis] ostēdit & seipsum esse paraclytū. Paraclytus enim latine dicit aduocatus. Et dictuz est de xpo. Aduocatū habemus ad patrē: iesum xpm iustū.

j. sen. di. xvij. hec aūt que ritur.

iij. rc. ij Joh. iij. Tot. ij. j. Thi. ij Lu. iij.

Luce. ij. Ubi. s.

Ro. xij.

j. cor. xij

C

j. Jo. ij.

Sic autē mundū dixit non posse accipere
Ro.viij. spūsanctum: sicut etiam dictū est/prudē
tia carnis inimica est deo: legi enī dei non
est subiecta nec enim potest: velut si dica-
mus: iniustitia iusta esse nō potest. Mun-
dum quippe ait hoc loco mūdi significās
dilectores: qne dilectio nō est a patre. Et
ideo dilectioni huius mūdi de qua satagi
mus vt minuat⁊ cōsumatur in nobis cō-
traria est dilectio dei que diffundit in cor-
dibus nostris per spūsanctum qui datus
est nobis: [Mūdus ergo eum accipere nō
potest: q; non videt eū neq; scit eum]. Ne-
q; enī habet inuisibiles oculos mundana
dilectio: per quos videri spūssanctus nisi
inuisibiliter nō potest. [Uos autē (inquit)
cognoscetis eum: q; apud vos manebit ⁊
in vobis erit]. Erit in eis vt maneat: non
manebit vt sit. Plus est enī esse alicubi: q̄
manere. Sed ne putarent quod dictuz est
apud vos manebit/ita dictū quēadmodū
apud hominez hospes visibiliter manere
consueuit exposuit quid dixerit apud vos
manebit: cū adiunxit⁊ dixit in vobis. Er-
go inuisibiliter videt: nec si non sit in no-
bis: potest esse in nobis eius scientia. Sic
enim a nobis videt in nobis: id est nostra
conscientia: naz faciē videmus alterius: no
stram videre nō possumus. Conscientiam
vero nostrā videmus: alterius non vide-
mus. Sed cōscientia nunq̄ nisi in nobis:
spiritus autē sanctus potest esse sine no
bis. Datur quippe vt sit⁊ in nobis: sed vi
deri⁊ sciri quēadmodū videndus⁊ scien
dus est nō pōt a nobis: si non sit in nobis.

Tractatus.lxxv.

Non relinquaz vos orphanos ve-
niam ad vos adhuc modicū. Et mū
dus me iam non videt. Uos autez vi-
detis me quia ego viuo⁊ vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia
ego sum in patre meo: ⁊ vos in me: ⁊
ego in vobis. Qui habet mandata
mea⁊ seruat ea: ille est q̄ diligit me.
Qui autē diligit me: diligetur a pa-
tre meo. Et ego diligam eum: ⁊ ma
nifestabo ei meipsum.

A

Post promissionem spiritussancti ne quisq̄ puta
ret q; ita eum dns datu-
rus fuerit velut pro seip
so: vt non⁊ ipse cum eo
fuisset venturus: adiecit
atq; ait. [Non relinquā
vos orphanos: veniam ad vos]. Orpha-
ni pupilli sunt. Illud enim grecū eiusdem
rei nomē est: hoc latinum. Nam⁊ in psal-
mo vbi legimus. Pupillo tu eris adiutor: psal.ix.
grecus habet orphano. Quīuis ergo nos
filius dei suo patri adoptauerit filios: et
eūdem patrem nos voluerit habere p gra
tiam/qui eius pater est per naturā: tamē
etiam ipse circa nos paternū affectū quo-
dāmodo demōstrat: cum dicit. Non relin
quā vos orphanos veniā ad vos. Hinc est
q; etiam sponsi filios nos appellat vbi ait. Mat.ix.
Ueniet hora vt auferatur ab eis sponsus:
⁊ tunc ieiunabūt filij sponsi. Quis autem
sponsus: nisi dns christus? Deinde sequi-
tur⁊ dicit. [Adhuc modicū⁊ mūdus me
iam nō videt]. Quid enī. Tunc eum vide-
bat mūdus quādoquidē mundi noievult
intelligi eos de quib⁹ loquebatur. Tract.
Deinde sequitur⁊ dicit. [Et mundus me lxxiij.
videt]. Quid est hoc? Quomodo dicens de spūsancto quem mūdus accipe
nō potest: q; non videt eum/neq; cognoscit
eum? Videbat eū plane mundus carneis
oculis in carne conspicuū: non autē vide-
bat q; in carne verbū latebat. Videbat ho
minē: non videbat deum: videbat indumē
tum: nō videbat indutū. Sed quomō post
resurrectionē etiam ipsam carnē suā quaz
non solū videndā: verūetiam cōtrectādaz
suis voluit demōstrare: non suis subtrahe
re: fortasse hinc intelligendū est esse dictū
adhuc modicū⁊ mundus me iam non vi-
det. [Uos autē videbitis me: q; ego viuo⁊
vos viuetis]. Quid est quia ego viuo: et
vos viuetis? Cur de presenti se dixit vive-
re: illos autem de futuro esse victuros: nisi
q; vitam etiā carnis vtiq; resurgētis qua
lis in ipso precedebat/⁊ illis est pollicitus
secuturā? Et q; ipsius mox futura erat re
surrectio: presentis posuit temporis verbū
propter significādam celeritatem: illorum
autem quoniā seculi differtur in finem: nō
ait viuitis sed viuetis. Duas ergo resurre
ctiones suam scz mox futuram⁊ nostrā in
seculi fine venturā duobus verbis presen
tis temporis⁊ futuri eleganter breuiterq;
pmisit. Quia ego (inquit) viuo⁊ vos viue j.cor.xv
tis: quia viuit ideo⁊ nos viuemus: per ho
minem resurrectio mortuorū. Sicut enim
in adam omnes moriuntur: ita⁊ in chri-
sto omnes viuificabūtur: quoniam nemo
ad mortem nisi per illum: nemo ad vitam
nisi per christum. Quia nobis vixim⁹ mor
tui sumus: q; viuit ipse viuem⁹ nos. Mor-
tui sumus illi: qñ vixim⁹ nobis. Q; vero
mortuus est ille pro nobis:⁊ sibi viuit⁊ no
bis. Quia enim viuit ille:⁊ nos viuemus.
Nā sicut per nos mortē habere potuim⁹:
non sic⁊ vitā per nos habere possumus.

B [In illo die (inquit) vos cognoscetis: quia
ego sum in patre meo:⁊ vos in me⁊ ego in
vobis]. In quo die: nisi de quo ait et vos
viuetis? Tunc enī erit: vt possimus videre
q̄ credimus. Nā⁊ nūc est in nobis:⁊ nos
in illo. Sed hoc nūc credimus: tunc etiam
cognoscemus q̄uis⁊ nūc credendo nouc-
rimus: sed tunc cōtemplando noscemus.
ij.cor.v. Quādiu enim sumus in corpore q̄le nunc
est: id est corruptibili q̄ aggrauat animā
Sap.ix. peregrinamur a dño: per fidem enī ambu-
j.Joh.i. lamus non per speciē. Tunc ergo per spe-
ciem q̄m videbimus eū sicuti est. Nam si
Ro.viij. etiā nunc christus in nobis nō esset non di
ceret apostolus. Si autem christus in no-
bis: corpus quidē mortuū est ꝓpter pecca
tum: spūs autem vita est ꝓpter iustitiam.
Quia vero⁊ nos eam nunc in illo sum⁹: fa
tis ostēdit vbi dicit. Ego sum vitis: vos pal
Joh.xv. mites. In illo ergo die q̄n vnumus⁊ vitis
qua mox absorbebit cognoscemus: q; ipe
in p̄e⁊ nos in ipso⁊ ipse in nobis: q; tunc
perficiet hoc ipsum q̄ modo⁊ nunc inchoatum
est iam per ipsum: vt sit in nobis⁊ nos in
ipso. [Qui habet (inquit) mandata mea⁊
seruat ea: ille est qui diligit me]. Qui hz in
memoria: ⁊ seruat in vita. Qui hz in semo
nibus: ⁊ seruat in moribus. Qui habet au
diēdo: ⁊ seruat faciēdo: aut qui hz facien-
do: ⁊ seruat perseuerādo. Ipse est (inquit)
qui diligit me. Opere est demonstrāda di-
lectio: ne sit infructuosa nois appellatio.
[Et qui diligit me (inquit) diligetur a pa-
tre meo:⁊ ego diligā eum⁊ manifestabo ei
meipsum]. Quid est diligā: tanq̄ tunc di-
lecturus sit⁊ nūc non diligat? Absit. Quō
enim nos pater sine filio: aut filius sine pa
tre diligeret? Quō cum inseparabiliter ope-
rentur: separabiliter diligūt? Sed ad hoc
dixit diligam eū: ad q̄ sequitur⁊ manife
stabo ei meipsum. Diligā⁊ manifestabo: id
est ad hoc diligaz vt manifestem. Nūc enī
ad hoc dilexit vt videam⁹/⁊ mādatū fidei
teneam⁹/tūc ad hoc diliget vt videam⁹ et
⁊ ipsa visiōe mercedē fidei capiamus: q; ⁊
nos nūc diligim⁹ credēdo q̄ nō videmus:
tūc aūt diligimus videndo q̄ credimus.

Tractatus.lxxvj.

Dicit ei iudas non ille scariothis.
Domine quid factū est: q; manifesta
turus es nobis teipsum⁊ non mun-
do? Respōdit iesus⁊ dixit ei. Si q̄s
diligit me sermonē meum seruabit.
Et pater meus diliget eum⁊ ad eum
veniemus⁊ mansionē apud eum fa-
ciemus. Qui non diligit me sermo-

A

Nterrogātibus discipu
lis⁊ eis magistro respō-
dente iesu: etiā nos tan-
q̄ cum illis discim⁹: quā
do sanctū euangeliuz vel
legimus vel audimus.
Quia ergo dixerat dns:
adhuc modicū⁊ mundus me iam non vi-
det: vos autē videbitis me: interrogauit eū
de hoc ipso. [Judas nō ille] traditor eius
qui [scariothis] cognominatus est: sed cu
ius⁊ epistola inter scripturas canonicas
legitur. [Domine: quid factū est: q; nobis
manifestaturus es teipsum⁊ nō mundo]?
Simus cū ipsis tanq̄ interrogantes disci
puli: cōmunēq; magistrū audiamus⁊ nos
Judas enim sanctus nō immūdus nec in
sectator dñi sed sectator: causam quesiuit
quare se nō mundo sed suis manifestatu-
rus esset iesus: quare adhuc modicum et
mūdus non videret eum: ipsi autē viderēt
eum. [Respōdit iesus⁊ dixit ei. Si quis di
ligit me sermonē meum seruabit: et pater
meus diliget eū: ⁊ ad eū veniemus⁊ man
sionē apud eum faciemus. Qui nō diligit
me: sermones meos nō seruat]. Ecce expo
sita est causa quare se suis manifestatur⁹
est nō alienis: quos mundi nomine appel-
lat: ⁊ ipsa est causa q; hi diligāt/illi non di
ligant. Ipa causa est: de qua facer insonat
psalmus. Judica me deus:⁊ discerne cau- ꝑs.xlij.
sam meā de gente nō sancta. Qui enim di
ligūt: q; diligunt eligūtur. Qui vero nō di-
ligunt: si linguis hominū loquātur⁊ ange j.cor.xiij
lōrū: fiunt eramentū sonans⁊ cymbalum
tinniens. Et si habuerint prophetiā: ⁊ scie
rint omnia sacramēta⁊ omnē scientiaz⁊
habuerint omnē fidem vt montes transfe
rant nihil sunt. Et si distribuerint omnem
substantiā suaz⁊ tradiderint corpus suū
vt ardeant nihil eis prodest. Dilectio san
ctos discernit a mūdo que facit vnanimes ꝑs.lxvij
habitare in domo: in qua facit pater et fi-
lius mansionē qui donant⁊ ipsaz dilectio
nem: quibus donāt in fine etiā ipsam suaz
manifestationē. De qua discipulus magi
strū interrogabat: vt nō solum illi qui tunc
audiebāt per os eius: sed etiā nos p euan
gelium eius hoc nosse possemus. Quesie-
rat enī de christi manifestatiōe: ⁊ audiuit
dei manifestatio interior quā ꝓfus impij
non nouerūt quibus dei patris⁊ spūssan-
cti manifestatio nulla est. Filij vero potuit

esse sed in carne: que nec talis est q̄lis illa: nec semp illis adesse potest qualiscunq; sit sed ad modicū tempus: ⁊ hoc ad iudiciuz non ad gaudiū: ad suppliciū nō ad pmiuz.

Tracta. lxxv. a. ¶ Nūc est ergo vt intelligamus quātum aperire ille dignatur qūo dicturz sit: adhuc modicū ⁊ mūdus me iaz nō videt: vos aut videbitis me. Uez est quidē q̄ post pau lulū etiaz corpus suū in quo poterāt euz ⁊ impij videre/oculis eoz fuerat subtractu rus: q̄nquidē post resurrectionē nemo euz vidit illoz: sed qūo dictum est testātib⁹ an

Actu. j. gelis/sic veniet quēadmodū vidistis eum eūtem in celū: nec aliud credimus q̄ eum in eodē corpore ad iudiciū viuorum ⁊ mor tuoz esse venturū. Proculdubio tunc eum videbit mūdus: quo nole significati sunt a regno eius alieni. Ac per hoc lōge melius intelligit illud iam tps significare voluisse in eo qđ ait. Adhuc modicuz ⁊ mūdus me iam non videt: q̄ in fine seculi auferet ab oculis dānatorum: vt illi eum decetero vi deāt apud quos diligētes euz/facit pater atq; ipse mansionē. Modicū autem dixit: qz ⁊ id qđ prolixū videtur hoibus: breuis

j. Joh. ij simū est ante oculos dei. De hoc āppe mo dico iste ipse iohānes: filioli inquit nouissi ma hora est. Ne quis porro existimet patrē tantūmodo ⁊ filiū sine spūsancto apud dilectores suos facere mansionem: recolat qđ superius de spūsancto dictū est. Quem mūdus nō potest accipere: qz nō videt euz nec scit eū: vos aūt cognoscetis eū qz apud vos manebit ⁊ in vobis erit. Ecce facit in sanctis cū patre ⁊ filio sanctus etiā spiritus mansionē: intus vtiq; tanq; de⁹ in tem plo suo. Deus trinitas pater ⁊ fili⁹ ⁊ spiri tussanct⁹ veniūt ad nos dum venimus ad eos. Ueniūt subueniendo: venim⁹ obedien do. Ueniunt illuminādo: venimus intue do. Ueniunt implēdo: venimus capiendo: vt sit nobis eoz non externa visio ſz interna: ⁊ in nobis eorū non transitoria mansio sed eterna. Sic mundo nō se filius manifestat. ¶ Mundus ieſm dictus est hoc loco: de quib⁹ cōtimo subiunxit atq; ait. [Qui nō diligit me: sermones meos nō seruat]. Hi sunt qui patrē ⁊ filium ⁊ spūsanctū nunq; vident. Filiū autem nō vt beatificētur sed vt iudicētur/ad modicū vident. Nec ipm in forma dei vbi est euz patre ⁊ spūsancto pariter inuisibilis: sed in forma hois vbi esse volunt mūdo patiendo contēptibilis/ iudicādo terribilis. Quod vero adiunxit [⁊ sermo quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris] nō miremur: nō paueamus: nō est minor patre: sed non est nisi a patre: non est impar ipso: sed non est a seipso. Neq; enim mētitus est dicendo. Qui nō diligit me sermones meos non seruat. Ecce suos dixit esse sermones. Nunquid sibūpsi est cōtrarius: vbi rursus dixit. Et sermo quē audistis non est meus. Aut quia ſm hominē non est suus. Et fortasse propter aliquā distinctionem vbi suos dixit pluraliter dixit: hoc est sermones vbi autē sermonem: hoc est verbū/non suū dixit esse sed patris: seipsum intelligi voluit. In principio enim erat verbū: ⁊ verbū Johā. j. erat apud deum: ⁊ deus erat verbū. Non itaq; suum sed patris est verbū quomodo nec suū imago sed patris est: nec su⁹ filius idem ipse sed patris. Recte igitur tribuit auctori quicquid fecit equalis a quo habz hoc ipsum quod illi est indifferēter eqlis.

Tractatus. lxxvij.

¶ Hec locutus sum vobis apud vos manens paraclytus autem spūssanctus quem mittet pater in noie meo ille vos docebit omnia: et suggeret vobis omnia quecūq; dixero vobis: pacem relinquo vobis: pacez meam do vobis: non quomodo mūdus dat ego do vobis.

A

IN precedenti lectiōe sancti euāgelij quā sequitur ista que modo recitata ē: dns iesus dixerat se ⁊ patrem ad dilectores suos esse vēturos: ⁊ apud eos mānsionem esse facturos. Jam vero ⁊ superius dixerat de spūsancto. Vos autē cognoscetis eū: qz apud vos manebit/et in vobis erit. Unde intellexi mus in sanctis tanq; in templo suo simul manere trinitatē deum. Nunc autem dixit. [Hec locutus suz vobis: apud vos manens]. Illa itaq; māsio alia est quā promisit futurā: hec vero alia quā presentez esse testatur. Illa spiritualis est atq; intrinsecus mētibus redditur: hec corporalis forinsecus oculis atq; auribus exhibet. Illa in eternū beatificat liberatos: hec in tēpore visitat liberandos. Scōm illam dominus a suis dilectoribus nō recedit: scōz hanc it et redit. Hec (inquit) locutus sum vobis apud vos manens vtiq; presentia corporali qua cum illis visibilis loquebatur. [Paraclytus autē (inquit) spiritussanctus quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oia et† commemorabit vobis † Alias suggeret omnia quecūq; dixero vobis]. Nunquid nā dicit filius ⁊ docet spūssanct⁹: vt dicente filio verba capiam⁹: docente autē spiritussancto eadē verba intelligamus. Quasi dicat fili⁹ sine spūsancto/ aut spūssanctus doceat sine filio: aut vero nō ⁊ filius doceat: ⁊ spiritussanctus dicat. Et cū deus aliquid dicit ⁊ docet: trinitas ipsa dicat ⁊ doceat: Sed quoniā trinitas est: oportebat eius singulas ifinuare personas. eāq; nos distincte audire inseparabiliter intelligere. Audi patrē dicentem vbi legis. Domi

psal. ij. Joh. vj. nus dixit ad me fili⁹ meus es tu. Audi et docētē vbi legis. Omnis qui audiuit a patre ⁊ didicit: venit ad me. Filiū vero dicentem modo audisti. De se quippe ait. Quecūq; dixero vobis. Quem ⁊ si docētem vis

Matth. xxiij. nosse magistrum recole. Unus est (inquit) magister vester christus. Spiritum porro sanctum quē modo audisti docentē vbi dictū est. Ipse vos docebit omnia: audi etiā

Actu. j. dicentem: vbi legis. In actibus apostolorū beato petro dixisse spūsanctū: vade euz illis: qz ego misi eos. Omnis igit ⁊ dicit et docet trinitas. Sed nisi etiā sigillatim cōmendaretur: eaz nullo modo humana capere vtcūq; posset infirmitas. Cū ergo omnino sit inseparabilis: nunq; trinitas esse sciretur: si semp inseparabiliter diceretur. Nam ⁊ cū dicimus patrē ⁊ filium ⁊ spiritūsanctū: non eos vtiq; dicimus simul: cuz

B ipsi nō possint esse nisi simul. ¶ Quod vero addidit cōmemorabit vobis: itelligere debemus etiā qđ iubemur nō obliuisci salubberrimos monitus ad gratiam pertinere: quā nobis cōmemorat spūs. [Pacem (inquit) reliquo vobis: pacē meaz do vobis]. Hoc autē est qđ legimus apud pphetam: pacē super pacē. Pacez nobis reliquit iturus: pacē suam nobis dabit in fine venturus. Pacē nobis reliquit in hoc seculo: pacem suā nobis dabit in futuro seculo. Pacem nobis reliquit: in qua manētes hostez vincimus: pacē suam nobis dabit qñ sine hoste regnabimus. Pacez relinquit nobis vt etiā hic inuicē diligamus: pacē suaz nobis dabit vbi nullq; dissentire possimus. Pacē relinqt nobis ne de occultis nostris inuicē iudicemus cū in hoc sumus mūdo: pacem suā dabit nobis cū manifestabit cogitationes cordis: ⁊ tūc laus erit vnicuiq;

j. cor. iiij a deo. In illo tamen atq; ab illo nobis est pax: siue quā nobis relinqt iturus ad patrē: siue quaz nobis dabit nos perductur⁹ ad patrē. Qui aūt nobis relinquit ascendens a nobis: nisi seipm dum nō recedit a

Ephe. ij Joh. iij. ij. cor. v. Sap. ix. nobis? Ipse est em̄ pax nostra: q̄ fecit vtra: qz vnū. Pax ergo ipse nobis est: ⁊ cū credimus qz est: ⁊ cum videmus eū sicuti est. Si em̄ q̄diu sumus in corpore corruptibili q̄ aggrauat aliaz: cū per fidem ambulam⁹ nō per speciē/non deserit peregrinantes a se: q̄tomagis cū ad ipsam speciē venerimus nos iplebit ex se. ¶ Sed q̄d est qđ vbi ait/ pacē relinquo vobis: nō addidit meaz: vbi vero ait: pacē do vobis: ibi dixit meā? Utq; subaudiendū est meaz ⁊ vbi dictū nō est: qz postea dictū est: pōt referri ad vtrūq; etiaz qđ semel dictū est? An forte ⁊ hic aliquid latet qđ petendū est ⁊ querendum: ⁊ ad qđ pulsantib⁹ aperiendū? Quid si em̄ pacem suā eam voluit intelligi: qualē habet ipse? Pax vero ista quā nobis relinqt in hoc seculo/nostra est potius dicēda q̄ ipsi⁹. Illi quippe nihil repugnat in seipso: qui nullū habet oino peccatum. Nos aūt talem pacem nūc habemus: in qua adhuc dicam⁹: dimitte nobis debita nostra. Est ergo no- Mat. vj bis pax aliqua: quoniā cōdelectamur legi Ro. vij. dei ſm interiorem hoiem sed nō est plena: qz videmus aliaz legē in mēbris nr̄is repugnātez legi mētis nostre. Itēq; inter nosipsos est pax nobis: qua inuicē nobis credimus qđ inuicem diligamus. Sed nec ipsa plena est: qz cogitatiōes cordis nostri inuicem nō videmus: ⁊ quedam de nobis que nō sunt in nobis: vel in meli⁹ inuicē: vel in deterius opinamur. Itaq; ista etiā si ab illo nobis relicta est: pax nr̄a est. Nisi enim ab illo: nō haberemus ⁊ talē: sed ipse non habet talē. Si tenuerimus vsq; in finē q̄lem accepimus: qualē habet habebimus: vbi nihil nobis repugnet ex nobis: ⁊ nihil nos inuicem lateat in cordibus nr̄is. Nec ignoro ista dn̄i verba etiā sic accipi posse: vt eiusdē domini sentētie repetitio videatur. Pacē relinquo vobis: pacē meam do vobis: vt quod dixerat pacē: hoc repetiuit dicēs: do vobis. Ut volet quisq; accipiat: me tamen delectat. Credo ⁊ vos fratres mei dilectissimi sic tenere istam pacem vbi aduersarium concorditer vincim⁹: vt desideremus pacez vbi aduersariū non habebimus. Quod vero dominus adiūxit atq; ait. [Nō quomodo mūdus dat ego dovobis]. Quid est aliud nisi nō quomodo homines dant qui diligunt mundum ita do vobis. Qui propterea dant sibi pacem vt sine molestia litium [atq; belloz] non deo sed amico suo mundo perfruātur: ⁊ quando insti⁹ dant pacem: vt non eos persequantur: pax non potest esse vera: vbi non est vera cōcordia: quia disiuncta sunt corda. Quomodo enim consors dicitur qui sortem iungit: ita ille cōcors dicendus est qui corda iungit. Nos ergo charissimi quibus christus pacem reliquit ⁊ pacez suam nobis dat non sicut mundus sed sicut ille per quez factus est mūdus: vt con-

corde ſimus: iūgam⁹ inuicem corda: et cor vnū ſuſtiz habeam⁹: ne corrūpar in terra.

Tractatus.lxxvij.

¶ Non turbetur cor vestrum: neq; formidet. Audistis q; ego dixi vobis vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq; q; vado ad pr̄ez q; pater maior me est.

A



Ccepimus fratres verba domini dicentis ad discipulos suos. [Non turbetur cor vestrum: neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeret⁊ me gauderetis vtiq; quia vado ad patrez: q; pater maior me est]. Hinc ergo turbari et formidare poterat cor illoz q̄ ibat ab eis ꝗuis ventur⁹ ad eos: ne forſitan gregem lup⁹ hoc interuallo inuaderet pastoris absentia. Sed a quib⁹ homo abscedebat: de⁹ non recedebat: ⁊ idem ipse christus homo et deus. Ergo et ibat per id q̄ homo erat et manebat per id q̄ deus erat. Ibat per id q̄ vno loco erat: manebat per id q̄ vbiq; erat. Cur itaq; turbaretur ⁊ formidaret cor: q̄n ita deserebat oculos vt non deseret cor? Quāuis de⁹ etiam qui nullo continetur loco discedat ab eoz cordibus q̄ cum relinquūt moribus non pedibus: ⁊ veniat ad eos q̄ conuertūtur ad eum non facie sed fide: et accedunt ad eum mente non carne. Ut autem intelligerent ſm id q̄ homo erat eum dixisse: vado et venio ad vos adiecit atq; ait. [Si diligeretis me gauderetis vtiq; q: ad patrem vado: q: pater maior me est]. Per q̄ ergo filius non est equalis patri: per hoc itur⁹ erat ad patrem. a quo ventur⁹ est viuos et mortuos iudicare. Per illud aūt in quo equalis est gignenti vnigenit⁹ nūq; recedit a patre: sed cū illo est vbiq; tot⁹ pari diuinitate quaz null⁹ continet locus. Cū enim in forma dei esset
Phil.ij. sicut apostolus loquit. Non rapinam arbitrat⁹ est esse equalis deo. Quo enim rapina posſit esse natura: q̄ non erat vſurpata sed nata. Semetipz aūt exinaniuit: formā: serui accipiens: non ergo amittens illam accipiens istā: eo modo se exinaniens quo hic minor apparebat q̄ apud patrem manebat. Forma q̄ppe serui accessit: non forma dei recessit. Hec est assumpta: non illa
Joh.x. consumpta. Propter hanc dicit. Pater maior me est: propter illam vero. Ego et pater
B vnum sumus ¶ Hoc attendat arrianus: ⁊ hac attentione sit sanus: nec contentione sit vanus: aut q̄ est peius insanus. Hec est em̄ forma serui in qua dei fili⁹ minor est nō patre solo sed etiam spiritusancto: neq; id tantū sed etiā seipso: quia idē ipe in forma dei maior est seipso. Neq; em̄ homo xp̄s non dicit fili⁹ dei: q̄ etiam sola caro eius in sepulchro meruit appellari. Nam quid aliud ꝓfitemur cū dicim⁹ credere nos vnigenitum dei filiū: q̄ sub pontio pilato crucifixus est et sepult⁹? Et q̄d ei⁹ nisi caro sepulta est sine anima? Ac per hoc cum credimus in dei filiū q̄ sepult⁹ est: profecto filium dei dicimus ⁊ carnem q̄ sola sepulta est. Iē; ergo christus fili⁹ dei equalis patri in forma dei: q: semetipsum exinaniuit non formam dei amittens sed formam serui accipiēs/maior est et seipo: q: maior est forma dei que amissa non est q̄ serui q̄ accepta est. Quid itaq; ruz vel q̄d indignū si ſm hanc formam serui loquens ait dei filius. Pater maior me est: et ſm dei formaz loquens aut idem ipse dei fili⁹. Ego et pater vnū sum⁹. Unū sunt enim ſm id q̄ deerat verbū et maior est pater ſm id q̄ verbū caro factū est. Dicā etiaz q̄ arriani et eunomiani negare non possunt. Scdm hanc formā serui puer xp̄s etiā parētibus suis minor erat: q̄n parvus maioribus sicut
Luc.ij. scriptū est subdit⁹ erat. Quid igit fecit heretice cū xp̄s de⁹ sit et homo loquit vt homo etiā calumniaris deo? Ille in se naturā cōmendat humanaz: tu in illo audes deformare diuinā? Infidelis/ingrate: iō ne tu minnis q̄ fecit te: quia dicit ille quid fact⁹ sit propter te? Equalis em̄ patri fili⁹ p quē fact⁹ est hō: vt minor esset patre factus est homo q̄ nisi fieret q̄d esset hō? Dicat plane dñs et magister noster. Si diligeretis me: gauderetis vtiq; q: vado ad pr̄ez: q: pater ma C
ior me est. ¶ Cum discipulis audiam⁹ verba doctoris: non cū alienis sequamur astutiā deceptoris. Agnoscam⁹ geminā substātiaz christi diuinā scilicet et q: equalis est patri: humanā qua maior est pater. Utrunq; aūt simul nō duo sed vn⁹ est xp̄s: ne sit qua ternitas non trinitas de⁹. Sicut em̄ vnus est homo anima rationalis et caro/sic vn⁹ xp̄s de⁹ et homo. Ac per per hoc christ⁹ est de⁹: anima rationalis et caro. Chustū in his oib⁹: chustum in singulis confitemur. Quis est ergo per quē fact⁹ est mūd⁹? Christus iesus: sed in forma dei. Quis est sub pontio pilato crucifix⁹? Christ⁹ iesus: sed in forma serui. Idē de singulis q̄d⁹ hō con iij.sē.di. stat. Quis nō est derelict⁹ in inferno? Xp̄s xxij. hic iesus: sed in aīa sola. Quis resurrecturus gr̄itur ij triduo tacuit in sepulchro? Christus iesus medio. ſz in carne sola. Dicit ergo ⁊ i his singulis christus.

christus. Uerū hec omnia non duo vel tres sed vnus est christus. Ideo ergo dixit. Si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad patrem: quia nature humane gratulādum est: eo q̄ sic assumpta est a verbo vnigenito vt immortalis constitueretur in celo atq; ita fieret terra sublimis/vt incorruptibilis puluis sederet ad dexterā patris. Hoc enim modo se iturum dixit ad patrē. Nam profecto ad illum ibat qui cum illo erat. Sed hoc erat ire ad eum ⁊ recedere a nobis: mutare atq; immortale facere q̄ mortale suscepit ex nobis: ⁊ leuare in celū p q̄ fuit in terra pro nobis. Quis non de hinc gaudeat: qui sic diligit christum: vt et suam naturam iam immortalem gratuletur in christo: atq; id se speret futurum esse per dominum christū: qui cum patre ⁊ spiritusancto viuit ⁊ ꝝnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus.lxxix.

¶ Et nunc dixi vobis priusq; fiat: vt cum factum fuerit credatis. Jam nō multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicq;. Sed vt cognoscat mūdus quia diligo patrem: ⁊ sicut mandatum dedit mihi pater sic facio: surgite eamus hinc.

A



Omin⁹ ⁊ saluator noster iesus christus: dixerat discipulis suis. Si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad patrem: q: pater maior me ē. Quod ex forma serui cui dixisse non ex forma dei in qua equalis est patri/nouit fides que religiosis est mentibus fixa: non calumniosis et dementibus ficta. Deinde subiunxit. [Et nūc dixi vobis priusq; fiat: vt cū factum fuerit credatis.] Quid est hoc: cum magno homo credere debeat
iij.sē.dis. anteq; fiat id quod credendum est? Hec est xxiij. c.j enim laus fidei si quod creditur non videt. Nam quid magnum est si id creditur quod videtur. Scdm illam eiusdem domini sententiam quando discipulum arguit dicens
Joh.xx. Quia vidisti me credidisti: beati qui non vident ⁊ credunt? Et nescio: vtrum credere dicendus est quisq; quod videt. Nam ipsa
Hebr.xj. fides in epistola que scribitur ad hebreos: ita est definita. Est autem fides sperandarum substantia et cōuinctio rerum que nō
87 videntur. Quapropter si fides est rerum q̄ creduntur. eademq; fides earum rerum est que non videntur: quid sibi vult quod dominus ait. Et nunc dixi vobis priusq; fiat vt cum factum fuerit credatis? Nonne potius dicēdum fuit. Et nunc dixi vobis priusq; fiat vt credatis: quod cum factum fuerit videatis? Nam ⁊ ille cui dictum est. Quia vidisti credidisti: non hoc credidit quod vidit: sed aliud vidit/aliō credidit. Videt em̄ hominē: credidit deum. Cernebat quippe atq; tangebat carnez viuentē quā viderat morientem ⁊ credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non videbat: per hoc quod sensibus corporeis apparebat. Sed et si dicuntur credi que videntur: sicut dicit vnusquisq; oculis suis se credidisse: non tamen ipsa est que in nobis edificatur fides: sed ex rebus que videtur agitur in nobis: vt ea credātur que non videntur. Quocirca dilectissimi vnde nūc mihi sermo est quod dominus ait. Et nunc dixi vobis priusq; fiat vt cum factum fuerit: credatis. Illud vtiq; dicit/cū factū fuerit: q: cum visuri erant post mortem viuentez et ad patrem ascendentem. Quo viso illud fuerant credituri/q: ipe esse christus filius dei viui: qui potuit hoc facere cum predixisset: et predicere anteq; faceret. Creditur autem hoc nō fide noua sed aucta/aut certe cum mortuus esset defecta: cum resurrexisset refecta. Neq; enim cum dei filium nō et ante credebant: sed cum in illo factum esset quod ante predixit: fides illa que tūc quando illis loquebatur fuit parua: ⁊ cuz moreretur pene iam nulla: ⁊ reuixit ⁊ creuit. Deinde quod dicit. [Jam non multa loquar vobiscuz. Uenit enim princeps mū di huius.] Quis nisi diabolus? [Et in me non habet quicq;:] nullum omnino scilicet peccatū. Sic enim ostendit non creaturarum sed peccatorum principem diabolus: q̄s nunc nomine mundi huiⁿ appellat. Et quotienscūq; mūdi nomē in mala significatione ponitur: non ostendit nisi mundi istius amatores. De quibus alibi scriptuz
Jac.iiij. est: Quicunq; voluerit amic⁹ esse seculi huius: inimicus dei constituetur. Absit ergo vt sic intelligatur diabolus ꝓnceps mūdi: tanq; gerat vniuersi mundi: id est celi ⁊ terre atq; olim que in eis sunt principatuz: de quali mundo dictum est cū de christo verbo sermo esset: ⁊ mundus per eū factus est Uniuersus itaq; mundus a summis celis vsq; ad infimam terrā creatori est subdit⁹ non deserton: redemptori non interēptori: liberatori nō captinatori: doctori nō deceptori. Quemadmodū aūt sit intelligēdus princeps mūdi diabolus euidēti⁹ aperuit
Ephe.vj paulus apostolus. Qui cum dixisset/non est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ san

guinem:id est aduersus homines:subiecit atq; ait:ſz aduersus principes ⁊ ptātes et rectores mundi tenebraꝝ harū. Sequenti enim verbo exposuit q̄d dixisset mundi: cū subiecit/tenebrarum haꝝ:ne quisq; mūdi nomine intelligeret vniuersam creaturam:cuius nullo modo sunt rectores angeli deserrores. Tenebraꝝ inq̄t haruꝫ: id est mundi istius amatorum. Ex quibus tamen electi sunt non per suum meritum:sed
Ephe.v. per dei gratiam:quēadmodū dicit. Fuistis em̄ aliq̄n tenebre:nunc autē lux in domino. Omnes em̄ fuerunt sub rectoribus tenebrarū
Col.j. harum id est hominum impiorum tanq̄ tenebre sub tenebris:ſz gratias deo q̄ eruit nos/sicut dicit idem apostolus:de potestate tenebraꝝ:et transtulit in regnum filij charitatis sue. In quo princeps huius mundi hoc est tenebrarum harum: non habebat quicq̄:quia neq; cum peccato deus venerat/nec eius carnem de peccati propagine virgo pepererat. Et tāq̄ ei diceret: cur ergo moreris si non habes peccatū cui debeatur mortis suppliciū:continuo subiecit [Sed vt cognoscat mundus q̄ diligo patrem:⁊ sicut mandatum dedit mihi pr̄ sic facio. Surgite eam⁹ hinc.] Discūbētes em̄ discūbentib⁹ loq̄bar. Eamus aūt dixit:quo nisi ad illū locū vnde fuerat tradendus ad mortem:qui nullum habebat meritum mortis:sed habebat vt moreretur mandatum
ps.lxviij patris. Tanq̄ ille de quo predictum erat que non rapui tunc exoluebam:mortē sine debito soluturꝰ:⁊ nos a morte debita redēpturus. Rapuerat aūt adā peccatum quādo manū in arborē pſumptiōe decepte exterē dit:vt incōmunicabile nomē incōcesse diuinitat imadcreat:quā filio dei natura cōtulerat non rapina.

Tractatus.lxxx.

Ca.xv. ¶Ego sum vitis vera et pater meus agricola est omnem palmitem in me non ferentem fructuꝫ tollet eū:⁊ omnem qui fert fructum purgauit eum vt fructum plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermonez quem locutus sum vobis.

A 

Ste locus euangelic⁹ fratres vbi se dicit dominus vitem et discipulos suos palmites: scōm hoc dicit
j.Thīm.ij q̄ est caput ecclesie: nos quoq; membra eius: mediator dei ⁊ hominum homo christus iesus. Unus quippe nature sunt vitis et palmites. Propter quod cum esset deus cuius nature non sumus: factꝰ est homo:vt in illo esset vitis humana natura:cuius et nos homines palmites esse possumus:Quid ergo est. [Ego sum vitis vera.] Nunquid vt adderet vera/hoc ad eaz vitē retulit:vnde ista similitudo trāslata est:Sic enim dicitur vitis per similitudinem non per proprietatem: quemadmodum dicit ouis:agnus:leo:petra:lapis angularis et cetera huiusmodi q̄ magis ipsa sunt vera:ex quibus dicuntur iste similitudines non proprietates. Sed cū dicit/ego ſz vitis vera:ab illa se vtiq; discernit cui dr. Quomō conuersa est in amaritudinē vitis alīus ne:Nā q̄ pacto est vitis vera q̄ expectata est vt faceret vuam fecit autez spinas:Ego sum inquit vitis vera:[et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructuꝫ tollet eū:⁊ omnem qui fert fructum purgabit eum:vt fructum plus afferat.] Nunquid vnum sunt agricola et vitis. Secundū hoc ergo vitis
Jo.xiiij. christus:fm q̄ ait:pater maior me est. Secundū autem id quod air:ego et pater vnū
Joh.x. sumus et ipse agricola est:nec talis quales sunt qui extrinsecus operādo exhibēt
j.Cor.iij ministeriuꝫ:sed talis vt det etiam intrinsecus incrementū. Nā neq; qui plantat est aliq̄d neq; qui rigat:sed qui incrementū dat
Joh.x. deus. Sed vtiq; deus est christus:q̄ deus
Joh.j. erat verbū. Unde et ipse et pater vnū sunt et si verbum caro factuz est quod non erat manet quod erat. Deniq; cum de patre tā q̄ de agricola dixisset/quod infructuosos palmites tollat/fructuosos aūt purget vt plus afferant fructū: continuo etiā scipm mūdatorē palmitū ostēdēs:[sazvos (inq̄t) mundi estis propter sermonē quē locutus sum vobis.] Ecce et ipse mundator est palmitum/quod est agricole non vitis officiū qui etiam palmites operarios suos fecit.
Nam et si non dant incrementum impediunt tamen aliquod adiumentū. Sed nō de suo:quia sine me it Fuit nihil potestis facere. Audi etiā ipsos confitentes. Quid
Joh.xv. aūt est apollo/Quid autem paulus:Ministri per quos credidistis et vnicuiq; sicut
Ubi.ē. dominus dedit. Ego plātaui apollo rigauit. Et hoc ē sicut vnicuiq; dñs dedit. Nō itaq; de suo. Jā vero q̄ sequitur:sed deus incrementū dedit/nō per illos sed per seipsum facit. Excedit hoc humanā humilitatē:excedit angelicā sublimitatē/nec oīno pertinet nisi ad agricolā trinitatē. Jaz vos mūdi estis:mūdi scz atq; mūdādi. Neq; em̄ nisi mūdi essent:fructū ferre potuissent. Et tñ oēm q̄ fert fructū purgat agricola:vt fructū pl⁹ afferat. Fert fructū q̄ mū

dus est:atq; vt plus afferat purgat adhuc
j.Joh.j. Quis em̄ est in hac vita sic mundus:vt nō sit magis magisq; mundandus:Ubi si dixerimus q̄ peccatū nō habemus/nosipos seducim⁹:⁊ veritas in nobis nō est. Si autem confessi fuerimus/peccata nostra:fidelis est ⁊ iustus qui dimittet nobis peccata ⁊ mundet nos ab omni iniquitate. Mūdet itaq; mundos hoc est fructuosos:vt tanto sint fructuosiores:q̄to fuerint mundiores
De pse. di.iij. ii. Iudeicreſinem. j.q.j. Retrahe. Et.iiij. sen.di.iij Jam vos mundi estis:propter verbum q̄ locutus sum vobis. Quare non ait:mundi estis propter baptismum quo loti estis:sed ait:propter verbum q̄ locutus sum vobis nisi quia ⁊ in aqua verbum mūdat. Detrahe verbum:⁊ quid est aqua nisi aqua. Accedit verbum ad elementum ⁊ fit sacramētum:etiam ipsum tanq̄ visibile verbum.
Joh.xiij Nam et hoc vtiq; dixerat:quando pedes discipulis. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet:ſz est mūdus totus. Unde ista tanta virtus aque vt corpus tangat ⁊ corabluat:nisi faciente verbo:Non quia dicitur:sed quia creditur: Naz ⁊ in ipso verbo aliud est sonus transiens:aliud virtus manens. Hoc est verbum fidei q̄ predicam⁹ ait apostolus:quia si cōfessus fueris in ore tuo q̄ dom⁹ est Iesus:⁊ credideris in corde tuo quia de⁹ illum suscitauit a mortuis:
Roñ.x. saluus eris. Corde em̄ creditur ad iusticiā
Act.xv. ore autem confessio fit ad salutez. Unde in
j.pe.iij. actibus apostolorum legimus. Fide mundans corda eorum. Et in epistola sua beatus petrus:sic ⁊ vos inquit baptisma saluos facit non carnis depositio sordiuz sed conscientie bone interrogatio/hoc est verbum fidei quod ptedicam⁹:quo sine dubio vt mundare possit consecratur ⁊ baptism⁹
Ephe.v. Christus quippe nobiscum vitis:cuiz patre agricola:dilexit ecclesiam:⁊ seipsum tradidit pro ea. Lege apostolū et vide quid adiungat:vt eaz sanctificaret inquit mūdās eam lauacro aq̄ in verbo. Mundatio igitur nequaq̄ fluxo et labili tribueretur elemento nisi adderetur in verbo. Hoc verbū fidei tantum valet in ecclesia dei:vt per ipz credentem/offerentem/benedicentem/ tingentem etiam tantillum mundet infantez: q̄uis nondum valentem corde credere ad iusticiam:⁊ ore confiteri ad salutem. Totū hoc fit per verbum:de quo dominus ait. Jam vos mundi estis:propter verbum q̄ locutus sum vobis.

Tractatus.lxxxj.

¶Manete in me ⁊ ego i vobis:sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi māserit i vite sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis vos palmites qui manet in me ⁊ ego in eo. Hic fert fructum multum quia sine me nihil potestis facere:si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et arescet:et colligent eum ⁊ in ignem mittēt ⁊ ardet:si mānseritis in me ⁊ ꝑba mea in vobis mānserint quodcunq; volueritis petetis et fiet vobis.

A 

Item se dixit esse iesus et discipulos suos palmites ⁊ agricolam patrem. Unde iampridez sicut potuimus disputādum est. In hac autem lectione cū ad huc de seipso qui est vitis ⁊ de suis palmitibus/hoc est discipulis loqueretur:[manete (inquit) in me et ego in vobis.] Nō eo modo illi in ipso/sicut ipse in illis. Utrūq; aūt pdest non ipsi sed illis. Ita quippe in vite sūt palmites:vt viti nō conferant:sed inde accipiant vnde viuant Ita vero vitis est in palmitibus vt vitale alimentum subministret eis non sumat ab eis. Ac per hoc et manentem in se habere christum ⁊ manere in christo:discipulis ꝑdest vtrūq; non christo. Nam precisō palmite/pōt de viua radice aliꝰ pullulare. Qui aūt ꝑcisus ē:sine radice nō pōt viuere. Deniq; adiūgit ⁊ dicit. [Sicut palmes nō potest ferre fructum a semetipso nisi māserit in vite:sic nec vos nisi in me manseritis.] Magna gr̄e cōmēdatio fres mei:corda instruit humilitas:ora obstruit superbia. Ecce
Roñ.x. si cui audēt respōdeant:qui ignorātes dei iusticiā ⁊ suā volētes ꝓstituere/iusticie dei
ij.Ti.iij. nō sunt subiecti. Ecce cui respondeant sibi placētes ⁊ ad bona opera facienda deum sibi necessariū non putātes. Nōne huic resistunt ꝓtati/homines mente corrupti: reprobi circa fidē/qui respondēt ⁊ loquunt iniq̄tatē dicētes: A deo habem⁹ quod homines sum⁹:a nobipsis aūt q̄ iusti sum⁹. Quid dicitis quid vosipsos decipitis nō assertores sed precipitatores liberi arbitrij:ex altolationis:per inania presumptionis in ꝓfunda submersi:Nēpe vox vestra est:q̄ homo ex semetipso facit iusticiam/hoc est altū elationis vre:sed veritas contradicit ⁊ dicit. Palmes non potest ferre fructuz a semetipso:nisi māserit invite. Jte nunc per abrupta ⁊ non habētes vbi fisamini:vētosa loquacitate iactamini. Hec sunt inania presumptiōis vre. Sed quid vos sequaꝫ videte:⁊ si est in vobis vll⁹ sensus horrete. Qui

enim a semetipso se fructum existimat ferre: in vite non est. Qui in vite nō est: in christo non est. Qui in christo nō est christianꝰ non est. Hec sunt profunda submersionis vestre etiam atq; etiam considerate: quid adhuc veritas adiungat ꝛ dicat. [Ego suꝫ (inquit) vitis: vos palmites: Qui manet in me et ego in eo: hic fert fructū multum/ quia sine me nihil potestis facere.] Ne ꝯ ꝯ putaret saltez paruum aliquem fructū posse a semetipso palmitem ferre: cum dixisset/ hic fert fructum multum: non ait qꝫ sine me parum potestis facere sed nihil potestis facere. Siue ergo parū siue multū sine illo fieri nō potest: sine quo fieri potest quia et si parum attulerit palmes: eū purgat agricola vt plus afferat. Tamen nisi in vite manserit et vixerit de radice ꝯtum libet fructum a semetipso non potest ferre Quāuis autē christus vitis non esset nisi homo esset: tamen istam gratiam palmitibus non preberet nisi etiam deus esset. Verum qꝫ ita sine ista gratia non potest viui vt ꝛ mors in potestate sit liberi arbitrij: [si quis in me (inquit) non manserit/ mittetur foras sicut palmes et arescet/ et colligent eum et in ignem mittent et ardet.] Ligna itaq; viris tanto sunt contemptibiliora si in vite non manserint: quāto gloriosiora si manserint. Denicq; sicut de his etiam per ezechielem prophetam dñs dicit / precisa
ezech.xv nullis agricolarum vsibus prosunt: nullis fabrilibꝰ operibꝰ deputant. Unuꝫ de duobus palmiti congruit: aut vitis/ aut ignis Si in vite nō est: i igne erit: vt ergo in igne non sit: in vite sit. [Si manseritis in me (inquit) ꝛ verba mea in vobis māserint: quod cūq; volueritis petet; ꝛ fiet vobis.] Manēdo quippe in xpo q̄d velle possunt: nisi qđ conuenit christo? Quid velle possunt manendo in saluatore: nisi quod non alienum est a salute? Aliud quippe volumus quia sumus in christo: ꝛ aliud volumus quia sumus adhuc in hoc seculo. De mansione nāq; huius seculi nobis aliquando subrepit/ vt hoc petamus qđ nobis nō expedire nescimus. Sed absit vt fiat nobis si manemꝰ in christo: q̄ non facit qñ petimus/ nisi qđ expedit nobis. Manētes ergo in eo cū verba eius in nobis manent quodcunq; voluerimus petinꝰ ꝛ fiet nobis: qꝫ si petimus ꝛ nō fiet/ nō hoc petimus qđ habet mansio in eo nec quod habent verba eius que manent in nobis: sed quod habet infirmitas et cupiditas carnis que non est in eo: et in qua non manent verba eius. Nā vtiq; ad
Mar.vj verba eiꝰ prinet oratio illa quā docuit: vbi dicimꝰ. pater noster qui es in celis. Ab huius orationis verbis ꝛ sensib9 nō recedamus petitionib9 nostris: ꝛ q̄cquid petierimus fiet nobis. Tunc em̄ dicēda sunt verba eius in nobis manere/ quando facimꝰ que precepit et diligimꝰ q̄ promisit. Quando autem verba eiꝰ manēt in memoria nec inneniunt in vita: nō computatur palmes in vite: qꝫ vitam non attrahit a radice. Ad hanc differentiam valet quod scriptuꝫ est Et memoria retinētib9 mandata eius/ vt ps.ciij.fꝫ alīā trāf lationez faciant ea. Multi em̄ memoria retinent et contemnunt vel etiam derident et oppugnāt ea. In his verba christi non manent qꝫ tanguint et quodammodo non coherēt. Et ideo illis non erūt in beneficiū: sed in testimonium: et quia sic insunt eis vt nō maneant in eis: ad hoc tenentur ab eis vt iudicentur ex eis.

Tractatus. lxxij.

¶ In hoc clarificatus est pater meꝰ vt fructū plurimū afferatis et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater et ego dilexi vos. Manete in dilectiõe mea si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectiõe mea. Sicut et ego pñs mei p̄cepta seruaui ꝛ maneo in eiꝰ dilectione.

A



Ag magisq; saluator gratiam qua saluamur discipulis loquendo commendans: [in hoc (inquit) clarificatus est pater meꝰ vt fructum plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli.] Siue glorificatꝰ siue clarificatꝰ dicatur: ex vno greco ὑ bovtrūq; trāslatū ē: qđ ē Δοξαλοζεω. Dora em̄ que grece dicit: latine gloria est. Quod ideo commemoran
Rom.iij dum existimsui: quia dicit apostolus. Si abraam ex operibus iustificatus est: habet gloriaz sed non ad deum. ꝛ hec est ad deum gloria qua glorificatur non homo sed deꝰ si non ex operibus sed ex fide iustificaꝫ: vt ex deo illi sit quod etiam bene operatur: quoniā palmes sicut iam superius dixi: nō potest ferre fructum a semetipso. Si enim in hoc clarificatus est deus pater vt fructū plurimum afferamus et efficiamur christi discipuli: non hoc glorie nostre tribuamus tanq; ex nobisipsis habeamus: ei9 est em̄ hec gratia: et ideo in hoc non nostra sed eius est gloria. Unde et alibi cum dixisset:
Mat.v. sic luceat lumen vestrum coram hominibus vt videant opera vra bona: ne a semet ipsis putarēt esse bona opa sua mox addidit: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. In hoc enim glorificaꝫ pater vt fructum plurimum afferamꝰ ꝛ efficiamur xpi
Ephe. ij discipuli. A quo efficimur/ nisi ab illo cuiꝰ misericordia preuenit nos? Ipsius em̄ figmentuꝫ sumus: creati in christo iesu in operibus bonis. [Sicut dilexit me pater (inquit) et ego dilexi vos: manete in dilectiõe
Gal.v. mea.] Ecce vnde sunt nobis opera bona. Nam vnde nobis essent: nisi qꝫ fides p dilectionem operatur? Unde autem diligeremus nisi pri9 diligeremur? A pertissime hoc in epistola sua idez iste euangelista dixit. Nos diligamus deum: quoniam ipse
j.Jo.iij. prior dilexit nos. Quod autem ait/ sicut dilexit me pater ꝛ ego dilexi vos: nō equalitatem nature ostendit nostre ꝛ sue: sicut est
j.Ti.iij. patris ꝛ ipsius: sed gratiaz qua mediator dei ꝛ hominū est homo christus iesus. Mediator quippe mon̄statur cū dicit: sicut dilexit me pater: ꝛ ego dilexi vos. Nā pater vtiq; diligit ꝛ nos ſz in ipso: qꝫ in hoc glorificatur pater vt fructuꝫ afferamus in vite/ hoc est in filio: ꝛ efficiamur eius discipuli. Manete inquit in dilectione mea. Quomodo manebimus? Audi quid sequitur.] Si
B p̄cepta mea (inq̄t) seruaueritis manebitis in dilectiõe mea.] Dilectio facit precepta seruare: an p̄cepta seruata faciūt dilectionem. Sed quid ambigat: q̄ dilectio p̄cedit Unde em̄ precepta seruet nō habet/ qui nō diligit. Quod ergo ait. si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectiõe mea/ ostēdit nō vnde dilectio generet sed vnde monstretur. Tanq; diceret. Nolite vos putare manere in dilectione mea: si non seruaueritis precepta mea. Si em̄ seruaueritis manebitis: hoc est. hinc apparebit quod in dilectione mea manebitis: si p̄cepta mea seruaueritis. Nemo se faliat dicendo qđ cuiz diligat: si eius p̄cepta non seruat. Naz intantū eum diligim9: inq̄tuꝫ eius precepta seruamus. Inq̄tum autē minus seruam9: minus diligimus. Quāuis quod ait: manete in dilectione mea. non apparet quam dixerit dilectionem: virum qua euz diligim9 an qua ipse diligit nos. Sed ex verbo superiore dinoscitur. Dixerat quippe: ꝛ ego dilexi vos: cui verbo continuo subiunxit: manete in dilectione mea. Illa ergo qua dilexit nos. Quid est ergo manete in dilectiõe mea/ nisi manete in gratia mea? Et quid ē si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea: nisi ex hoc scietis q̄ in dilectiõe mea qua vos diligo manebitis si precepta mea seruabitis? Nō ergo vt nos diligat prius eius precepta seruamus: sed ni si nos diligat precepta eius seruare nō possumus. Hec est gratia que humilibus patet: superbos latet. Sz quid illud est quod adiungit: [sicut et ego patris mei precepta seruaui et maneo in eius dilectione?] Utiq; etiam hic hanc dilectionem patris intelligi voluit: qua eum diligit pater. Ita quippe dixerat: sicut dilexit me pater ꝛ ego dilexi vos/ atq; his verbis illa subiunxit: manete in dilectione mea: illa procul dubio qua dilexi vos. Ergo quod ait etiam de patre: maneo in eius dilectione: illis felicer accipienda est: qua dilexit euz pater. Sed nū quid et hic gratia intelligenda est qua pater diligit filium: sicut etiam gratia est qua nos diligit filius cum simus nos filij gratia non natura: vnigenitus autem natura non gratia? An hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est? Ita sane. Nam dicendo: sicut dilexit me pater/ ꝛ ego dilexi vos: gratiam mediatoris ostendit. Mediator autem dei et hominum non inq̄tuꝫ deus sed inquantum homo est. Ihesus iesus. Et profecto tm id quod homo est de il
Luce.ij. lo legitur: ꝛ iesus proficiebat sapiētia ꝛ eta te ꝛ gratia apud deum ꝛ homines. Secundum hoc igitur recte possumus dicere q̄ cum ad naturaz dei non pertineat natura humana ad personam tamen vnigeniti filij dei per gratiam pertinet humana natura: et tantam gratiam vt nulla sit maior: nulla priorsus equalis. Neq; enim illam ſceptionem hominis vlla merita precesserunt: sed ab illa ſceptione merita eius cuncta ceperunt. Manet ergo filius in dilectione qua eum dilexit pater: et ideo seruat precepta eius. Quid est enim et ille homo: nisi q̄ deꝰ ſceptor est eius? Deus em̄ erat verbum vnigenitus gignens: coeternus: sed vt mediator daretur nobis per in effabilem gratiam verbuz caro factum est ꝛ habitauit in nobis.

Tractatus. lxxxiij.

¶ Hec locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit et gaudium vestrum impleatur hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.

A



Udistis charissimi dominū dicēte discipulis suis. [Hec locutus sum vobis/ vt gaudium meum in vobis sit: ꝛ gaudiū vestrum impleaꝫ.] Quod est gauduz christi in nobis/ nisi quo dignatur gaudere de nobis? Et qđ est gaudium nostrū quod dicit implendū: nisi eius habere consortiuz? Propter qđ petro

Joh. xiij dixerat. Si non lauero te: nō habebis partez mecum. Gaudium ergo eius in nobis: gratia est quā prestitit nobis: si ipe est gaudiū nostrum. Sed de hac ille etiā ex eterni Ephe. j. tate gaudebat: qñ nos elegit ante cōstitutionem mundi. Nec recte possumus dicere q̄ gaudiū eius plenum nō erat. Nō em̄ deus imperfecte aliq̄n gaudebat: sed illud ei⁹ gaudiū in nobis non erat: q̄ nec nos in quib⁹ esse posset iam eramus: nec qñ esse cepimus cum illo esse cepimus. In ipo aūt semp erat: q̄ nos suos futuros certissima sue prescietie veritate gaudebat. Proinde gaudiū iam ipse pfectum de nobis habebat/ quando nos presciendo t̄ pdestinādo gaudebat. Neq̄ em̄ vlius in illo ei⁹ gaudio motus esse poterat/ ne forte non fieret quod se facturum esse prescisebat. Sed neq̄ cum id facere cepit q̄ se facturū esse p̄sciuit/ gaudiū eius quo beatus est creuit: alioquin beatior fact⁹ est: q̄ nos fecit. Absit hoc fratres: dei beatitudo q̄ nec minor fuerat sine nobis: nec fit maior ex nobis. Gaudiū igitur eius de salute nostra: quod in illo semper fuit cum presciuit et pdestinauit nos: cepit esse in nobis q̄n vocauit nos: t̄ hoc gaudiū merito nostrū dicimus: quo t̄ nos beati futuri sum⁹. Sed hoc gaudium nostrum crescit t̄ ꝓficit: t̄ ad suā perfectionez perseuerando pertēdit. Ergo inchoat in fide renascētium/ implebit in premio refurgentiū. Ecce vnde dictū existimo hec locutus sum vobis/ vt gaudium meū in vobis sit: t̄ gaudiū vestrum impleatur. In vobis sit meum impleatur vestrum. Sē per enim erat meum plenum/ et anteq̄ vocaremini: cum vocandi a me presciremini Sz fit t̄ in vobis cuz hoc efficiamini quod p̄sciui de vobis: impleatur autem vestrū quia beati eritis quod nondum estis/ sicut creati estis qui nondum fuistis. [Hoc est inquit preceptum meum: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.] Siue dicatur precepB tum siue mandatum ex vno verbo greco vtrunq̄ interp̄tatur quod est ΕΝΤΟΛΗ. Jam vero istam sententiam et ante direrat: de qua me vobis vt potui disputasse meminisse debetis. Ibi enim sic ait. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos/ vt et vos diligatis in uicem. Huius itaq̄ mandati repetitio cōmendatio est: nisi q̄ ibi mandatum inquit nouum do vobis/ hic autem/ hoc est inq̄t mādatū meū: hic tāq̄ fuerit ante tale mādatum: hic tanq̄ non sit aliud eius mandatum. Sed ibi dictum est nouum: q̄e in vetustate nostra perseueremus: hic dictuz est meum/ ne couemmendum putaremus.

Quod autem hic ita dixit/ hoc est mandatum meum/ velut non sit aliud/ quid putamus fratres mei. Nunquid nam solum eius de ista dilectione mandatum est: qua diligimus inuicem? Nonne est t̄ aliud mandatum: vt diligamus deum? Aut vero de sola nobis dilectione mandauit: vt alia non requiramus? Tria tamē commendat apostolus dicens. Manent autem fides/ spes/ j. cor. xiij charitas/ tria hec: maior autez horū charitas. Et si in charitate hoc est in dilectione ꝑfectū? duo illa ꝑcepta: maior ill dicta est cē sola igit nobis q̄ multa mādata sunt q̄ multa de spe? Quis pōt cūcta colligere Quis numerādo sufficere? Sz intueamur qd idē ait apostol⁹/ plenitudo legis charitas. Ubi ergo charitas est: q̄d est quod posit deesse. Ubi autem non est/ quid est quod possit ꝑdesse? Demō edit nec diligit: nemo diligit q̄ nō credit. Frustra q̄dē sed ill potest sperare veniā qui non diligit: nemo aūt potest desperare qui diligit. Itaq̄ vbi dilectio est/ ibi necessario fides t̄ spes: t̄ vbi dilectio ꝓrimi: ibi necessario dilectio dei. Qui em̄ nō diligit deū quomodo diligit ꝓximū tanq̄ seipm qñquidez non diligit et seipm? Est quippe impi⁹ t̄ iniqu⁹. Qui autem diligit iniquitatem: non plane diligit sed odit animam suam. Hoc ergo preceptū domini teneamus vt nos inuicē diligam⁹ t̄ quicquid aliud precepit faciamus: quoniam quicq̄d aliud est hic habem⁹. Discernitur quippe ista dilectio ab illa dilectiōe qua se inuicē diligūt homines: sicut homines Nam vt discerneret/ adiunctū esse: sicut dilexi vos. Ut q̄d em̄ diligit nos xp̄s: nisi vt regnare possimus cum christo? Ad hoc ergo et nos inuicē diligamus vt dilectionem nostrā discernam⁹ a ceteris: q̄ nō ad hoc se inuicē diligūt q̄ nec diligūt. Qui autem se ꝓpter habēdū deū diligūt: ipsi se diligunt. Ergo vt se diligant: deum diligant Nō est hec dilectio in oibus homimbus. Pauci te propterea dicunt/ vt sit de⁹ omnia in omnibus.

Tractatus. lxxxiij.

Maiorē hac dilectionē nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis.



Lenitudinem dilectionis qua nos inuicem diligere debemus fratres charissimi: definiuit dominus dicens. [Maiorem hac dilectionem nemo habet: q̄s vt animam suam ponat quis pro amicis.] Quia ergo superius dixerat: hoc est mandatū meū vt diligatis inuicē sicut dilexi vos: q̄b⁹ ꝓbis addidit q̄ nūc audistis: maiorē hac dilectionē nemo habet: q̄s vt aliam suā ponat quis pro amicis suis: fit ex hoc cōsequens q̄ idem iste euāgelista iohānes i epla sua dicit: vt quē admodū christus ꝓ nobis aiam suam posuit: sic t̄ nos debem⁹ ꝓ frib⁹ alias ponere: diligēres vtiq̄ inuicē sicut ipse dilexit nos qui ꝓ nobis aiam suam posuit. Nimirum hoc est q̄ legitur in puerbijs salomonis. Si sederis cenare ad mensam potētis: cōsidera intellige q̄ apponunt tibi t̄ sic mitte manū tuam sciens q̄ talia oportet te ꝑparare. Na z que mensa est potētis nisi vñ sumit corpus t̄ sanguis eius qui aiam suā posuit ꝓ nobis? Et quid est ad eaz sedere: nisi humiliter accedere? Et quid est cōsiderare t̄ intelligere q̄ apponunt tibi: nisi digne tātā gratiā cogitare? Et q̄d est sic mittere manū vt scias q̄ talia te oportet ꝑparare: nisi q̄ iaz dixi: q̄ sicut ꝓ nobis aiam suā posuit: sic t̄ nos debem⁹ alias ꝓ fratribus ponere? Sic em̄ ait apl's petrus. Christus ꝓ nobis passus est relinquens nobis exemplū: vt sequamur vestigia ei⁹. Hoc est talia ꝑparare. Hoc bti martyres ardēti dilectione fecerūt quoz si nō maniter memorias celebram⁹ atq̄ in cōmio quo t̄ ipi saturati sunt ad mēsam dñi accedim⁹: oportet vt quēadmodū ipsi et nos talia ꝑparemus. Jdeo quippe ad ipsam mensam non sic eos cōmemoram⁹: quēadmodū alios q̄ in pace requieścūt vt etiā ꝓ eis orem⁹: sed magis vt orēt ipi ꝓ nobis vt eoz vestigijs adhereamus q̄ impleuerūt ipsi charitatē qua dñs dixit nō posse esse maiorez. Talia em̄ suis fratrib⁹ exhibuerūt: qualia de dñi mensa pariter acceperūt. Neq̄ hoc ita dictuz est: quasi ꝓpterea dño xp̄o pares esse possimus: si ꝓ illo vsq̄ ad sanguinē martyrū duxerim⁹. Ille potestatē habuit ponendi aiam suā/ t̄ iterū sumēdi eā nos aūt nec quantū volumus quium⁹ t̄ morimur etiā si nolum⁹. Ille mortes mox in se occidit mortem: nos ei⁹ morte liberamur a morte. Illi⁹ caro non vidit corruptionē: nr̄a post corruptionē in fine seculi: ꝓ illā induet incorruptione. Ille nobis nō iniquit vt nos saluos faceret: nos sine illo nihil possumus facere Ille se nobis palmitib⁹ ꝓbuit vitē: nos habere preter illū nō possum⁹ vinā. Postremo t̄ si fratres ꝓ fratrib⁹ moriant? tñ in frater notū peccatoz remissionē nullus sanguis martyris funditur: quod fecit ille pro nobis. Neq̄ in hoc quid imitaremur/ sed q̄d gratularemur cōtulit nobis. Quatenus ergo martyres ꝓ fratribus sanguinem suum

fuderunt: hacten⁹ talia exhibuerunt: qualia de mensa dominica ꝓceperunt. In ceteris eoz q̄ dixi q̄uis nec oia que dicere potui: martyz christi longe impar est christo. Quod si quisq̄ se non dico potentie christi sed innocentie cōparabit: nō dicā t̄ aliena se putando sanare sed suū saltē nullū habere peccatū: etiam sic audio est q̄s ratio salutis exposcit: multū est ad illū nō capi tñ Qō t̄ bene quidem ista puerbioz sentētia cōmonet: que cōtinuo subiungit atq̄ dicit. Qō si auidio⁹ es: noli ꝓcupiscere cibos ei⁹. Sati⁹ est em̄ vt nihil inde sumas: q̄s vt tibi plus q̄s oportet assumas. Hec em̄ inquit vitā habent fallacem: hoc est ypocrisim. Dicendo em̄ se sine peccato esse: iustuz non potest exhibere sed fingere. Jdeo dictū est. Hec em̄ habent vitam fallacem. Unus est solus: qui t̄ carnē hois habere: t̄ peccatuz potuit nō habere. Merito qō sequit nobis ꝓcipitur: t̄ tali verbo atq̄ puerbio hūana infirmitas conuenitur eiq̄ dicitur. Noli extēdere te cum sis pauper cōtra diuitē. Dines em̄ qui nec hereditario nec ꝓprio vnq̄ debito obnoxius: et ipse iustus est: et alios iustificat ꝓps. Noli cōtra cū te extendere: intantū paup vt remissionis pcōnz apparcas quotidianus in oratione mēdicus. Tuo aūt consilio inquit abstine te: vñ nisi a presumptione fallacis? Ille quippe! qz non tantum est homo sed etiam deus: ideo nusq̄ reus. Si enim direxeris oculū tuum ad illū nusq̄ parebit. Oculum tuū: oculum videlicet humanū: quo cernis humana/ si direxeris ad illum nusq̄ parebit: q̄ videri non pōt. quēadmodū videre tu putes. Parauit em̄ sibi pēnas sicut aquile t̄ vadit in domū ꝓpositi sui: vnde ad nos vtiq̄ venit nec tales qualis venit inuenit. Diligamus ergo inuicem sicut t̄ christus dilexit nos: t̄ q̄ didit semetipsum pro nobis. Maiorem quippe hac dilectionē nemo habet: vt aliaz suā ponat quis ꝓ amicis suis. Eūq̄ sic imitemur pia obediētia: vt et nos cōparare nulla ꝑsumamus audacia.

Tractatus. lxxxv.

Uos amici mei estis: si feceritis q̄ precipio vobis iam non dico vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius.



Um dñs iesus ꝑmēdasset charitatez quā exhibuit nob⁹ moriēdo ꝓ nob⁹ atq̄ diuisset: maiorē hac dilectionē nemo hz vt animā suam ponat quis ꝓ amicis suis: [vos] inq̄t [amis

ci me) eſtis /ſi feceritis q̄ ego p̄cipio vobis
Magna dignatio cum ſeruus bonus eſſe
non poſſit /niſi p̄cepta domini ſui fecerit
Hinc amicos ſuos voluit intelligi: vnde ſer
ui boni poſſunt probari. Sed vt dixi iſta
dignatio eſt: vt dñs quos nouit ſuos ſuos
dignetur dicere amicos ſuos. Naz vt ſcia
tis ad ſeruorum officium pertinere p̄cep
ta domini ſui facere: alio loco ſeruos vti-
Luc. vi. q̄ obiurgat dicens. Quid autem vocatis
me domine domine: et non facitis que di-
co? Cū ergo dicitis inquit domine: inſſa fa
ciēdo quid dicatis oſtēdite. Nonne ſeruo
mat. xxv obedienti ipe dicturus eſt? Euge ſerue bone
q̄ in paucis fuiſti fidelis / ſupra multa te
cōſtituā: intra in gaudiuz domini tui. Po-
teſt igitur eſſe ſeruus et amicus: qui ſeru⁹
eſt bonus. Sed quod ſequitur attendam⁹
[Jam non dicam ſeruos: quia ſeruus ne-
ſcit quid faciat dominus eius.] Quomo-
do ergo intellecturi ſumus ꝛ ſeruū et ami-
cum eſſe ſeruum bonum: cum dicat iā non
dicam vos ſeruos / q̄ ſeruus neſcit quid fa
ciat dñs eius? Ita nomen conſtituit ami-
ci: vt auferat ſeru / non vt in vno vtrunq̄
maneat: ſ. d vt alterum altero decidente
ſuccedat. Quid ē hoc? Ita ne cuz p̄cepta
domini fecerimus ſerui non erimus. Ita
ne tunc ſerui non erimus quando boni ſer
ui fuerimus. Et quis contradicere poteſt
veritati que ait: iam non dicam vos ſer-
uos? Et / cur hoc dixerit docet. Quia ſeru⁹
inquit neſcit: quid faciat dominus eius.
Nunquid nam ſerno bono et probato do-
minus eius non etiam ſecreta ſua commit
tit? Quid eſt ergo quod ait: ſeruus neſcit
quid faciat dominus eius? Verum eſto: ne
ſcit quid faciat. Nunquid neſcit ētā quid
p̄cipiat? Nam et ſi hoc neſcit: quomo-
do ſeruit? Aut quomodo ſeruus eſt: qui nō
ſeruit? Et th̄ dñs loquitur. Vos amici ☞ i
eſtis: ſi feceritis q̄ ego p̄cipio vobis. Jaz
non dicam vos ſeruos. O rem mirabilē: cū
ſeruire nō poſſum⁹ niſi p̄cepta dñi fecerim⁹
quomodo p̄cepta faciendo ſerui non eri-
mus? Si ſeruus non ero p̄cepta faciēdo
℣ niſi p̄cepta fecero ſeruire nō potero: ergo
ſeruiendo ſeruus nō ero? Intelligam⁹ ffes
intelligamus ꝛ hoc in nobis dñs faciat vt
intelligam⁹ faciat etiā vt ītellecta faciam⁹
Hoc autem ſi ſcimus / profecto ſcimus q̄
facit dñs: quia noſipſos tales non facit ni
ſi dominus: et per hoc ad eius amicitiam
pertinemus. Sicut ēn duo ſunt timores
qui faciūt duo genera timētiū: ſic duę ſunt
ſeruitutes: que faciūt duo genera ſeruien-
ſ. Jo. iiij. tiū. Eſt timor q̄ē perfecta charitas foras
p̄ā. xviij. mittit: ꝛ eſt alⁱ timor caſtus p̄manens in
ſeculū ſeculi. Illū timorē q̄ nō eſt in chari-
tate: attendebat ap̄ls cū dicebat. Nō ēn Ro. viij.
accepiſtis ſpiritū ſeruitutis: itez i timore.
Illū aūt timorē caſtū attēdebat: cū dicebat Roñ. xj.
Noli altū ſapē ſ; time. In illo timore quē
foras charitas mittit: eſt etiaz ſeruitus ſi-
mul foras cū ipſo timore mittēda. Utrūq̄
ēn iunxit apoſtolus: hoc eſt ſeruituteꝫ ꝛ ti
m ē dicendo. Nō ēn accepiſtis ſpiritum
ſeruitutis itez in timore. Ad hāc ſeruitutē
ſeruū pertinētē intuebat ꝛ dñs dicēs. Jaz Joh. xv.
non dicā vos ſeruos: q̄ ſeru⁹ neſcit q̄d fa-
ciat dñs ei⁹. Non vtiq̄ ille ſeru⁹ pertinēs
ad timorē caſtū: cui dicit: euge ſerue bone mat. xxv
intra☞ gaudiū dñi tui. Sed ille ſeru⁹ pri-
nens ad timorē foras a charitate mittēdū
de quo alibi dicit. Seru⁹ nō manet i do mo Jo. viij.
in eternū filⁱ aūt manet in eternū. Q̄n ita Joh. j.
q̄ dedit nobis poteſtaꝫ filios dei fieri vt
non ſerui ſed filij ſim⁹ at miro quodā ꝛ in-
effabili ſed th̄ vero modo ſerui nō ſerui eē
poſſum⁹: ſerui ſcilicet timore caſto: ad quē
pertinet ſeru⁹ intrans in gaudiū dñi ſui: nō
ſerui aūr timorem foras mittēdo: ad quem
pertinet ſeruus non manens in domo in
eternū. Ut autē tales ſerui non ſerui ſimus
dñm facere ſcimus. Hoc aūt ſeruus ille ne
ſcit: qui neſcit quid faciat dominus eius.
Et cum aliquid boni facit ſic extollit quaſi j. Cor. j.
hoc ipe faciat non dominus eius: et in ſe
non in domino gloriatur cum ſeipſe dece-
perit: q̄ ſic gloriaꝫ quaſi nō acceperit. Nos
aūt chariſſimi vt amici dñi eſſe poſſimus
quid noſter dominus faciat ſciam⁹. Nō ſo
lum enim homines: verumetiā iuſtos ipſe
facit nos ꝛ nō ipſi nos. Et vt hoc ſciamus
quis niſi ipſe facit? Nō ēn ſpiritum hums
mundi accepim⁹ ſed ſpiritū qui ex deo eſt:
vt ſciam⁹ que a deo donata ſūt nobis. Ab j. Cor. ij.
ipſo quicq̄d boni eſt / donatur vt ſciatur. Er
go q̄ ꝛ hoc bonū eſt ab ipſo vtiq̄ donat: vt
ſciat a quo bonū omne donetur: vt omo de
omnibus bonis qui gloriatur in dño glo-
rietur. Quod vero ſequit. Vos aut ē dixi ami
cos: quia omnia quecunq̄ audiui a patre
meo nota feci vobis] ita ē p̄fiandū: vt nul-
lo modo ſit iſto ſermone coartandū: ſed in
alium differendum.

Tractatus.lxxxvj.

¶ Vos autem dixi amicos quia om
nia quecunq̄ audiui a patre meo no
ta feci vobis. Non vos me elegiſtis
ſed ego elegi vos: et poſui vos vt ea
tis ꝛ fructuz afferatis et fructus ve-
ſter maneat: vt quodcunq̄ petieri-
tis patrem in noīe meo det vobis.

℟ Erito queritur quomodo
acci piendum ſit: quod ait
dominus. [Vos autem di
xi amicos: quia oīa que
cunq̄ audiui a patre meo
nota feci vobis.] Quis au
tem audeat affirmare vel
credere vllum hominum ſcire omnia que-
cunq̄ a patre audiuit vnigenit⁹ filius: quā
do nec hoc quidē d̄ſq̄ capit quomodo a pa
tre audiat vllū verbum: cum ipe ſit patris
vnicum verbum? Quid eſt q̄ alīq̄to poſt
in hoc ipo tñ ſermone: quē poſt cenaz ante
paſſionē ad diſcipulos habuit: nondū inde
habeo vobis dicere ſed nō poteſtis ita po
Jo. xvj. tare modo? Quo igit pacto intellecturi ſu
ſtra tra. mus oīa eū nota feciſſe diſcipulis: quecun
xxv. q̄ audiui a patre: cum propterea quedam
multa non dicat: q̄ ſcit eos modo portare
nō poſſe? Sed nimirū q̄ factur⁹ eſt feciſſe
ſe dicit: qui ea que futura ſunt fecit. Sicut
ps. xxj. ēn dicit per ꝓphetam: foderunt manus
meas ꝛ pedes: nec ait foſſuri ſunt velut p̄-
terita dicens: ꝛ ea tñ futura predicēs. Jta
ꝛ hoc loco ait: omnia ſe nota feciſſe diſcipu
lis q̄ ſe nouit nota eſſe facturū in illa pleni
j. cor. xiij tudine ſcientie de qua dicit apoſtol⁹. Cum
aūt venerit quod perfectū eſt: quod ex par
te eſt euacuabit. Jbi quippe dicit nūc ſcio
ex parte: tūc aūt cognoſcaz ſicut cognitus
Titū. iij. ſum et nunc per ſpeculuz in enigmate: tūc
autem facie ad faciem. Nam et ipſe apo-
ſtolus nos dicit eſſe factos per lauacrum
Ro. viij. regenerationis: qui tamen alio loco: ſpe in
quit ſalui facti ſumus. Spes autez que vi
detur nō eſt ſpes. Quod ēn videt quis: q̄d
ſperat. Si aūt q̄ nō videmus ſperamus:
j. Pet. j. per patientiam expectamus. Unde etiam
eius coapoſtolus petrus: ut quem modo in
quit non videntes creditis: quem cum vi-
deritis exultabitis gaudio inenarrabili ꝛ
honorato percipientes mercedem fidei ſa
lutem animarum veſtrarum. Si ergo nūc
tempus eſt fidei: ſalus autem animarum
Gal. v. merces eſt fidei. Cuius dubitet in fide que
per dilectionem operatur: peragēdū diem
vtiq̄ atq̄ in fine diei recipiendā eſſe mer
cedem: nō ſolū redēptionez corporis noſtri
de qua dicit apoſtolus paulus: verumetiā
ſalutem animarum noſtrarum: de qua di-
cit apoſtolus petrus: Utriuſq̄ ēn rei ſi.licet
as: iſto tempore atq̄ in iſta mortalitate
in ſpe potius habetur: q̄ in re tenetur.
ij. co iiij. Uerum hoc intereſt: q̄ exteriot nr̄ homo. i.
corp⁹ adhuc corrūpitur interiot aūt. i. ani-
ma iā renouat de die in die. Jtaq̄ ſicut im
mortalitatem carnis ꝛ ſalutem a ia⁹ futu
ram expectamus q̄uis iam pignore acce-
pto ſalui facti eſſe dicamur: ita omniū no-
ticiam quecūq̄ vnigenit⁹ audiuit a patre
futurum ſperare debem⁹: q̄uis hoc iam ſe
feciſſe dixerit chriſtus. [Nō vos me elegi
ſtis] inquit: [ſed ego vos elegi.] Hec eſt il- ℣
la ineffabilis gratia. Quid ēn eramus q̄n
chriſtū nondum elegeramus: ꝛ ideo nō di
ligebamus? Nam qui eū non eligit: quo-
modo diligit? Nunquid iam in nobis erat
ps. lxxxj quod in pſalmo cantur: elegit abiect⁹ eſſe
in domo domini: magis q̄ habitare in ta-
bernaculis peccatorum? Non vtiq̄. Quid
ē eram⁹: niſi iniqui ꝛ perditi? Neq̄ ēn iaz
credideram⁹ in eum: vt eligeret nos. Naz
ſi iā credentes elegit: electos elegit. Cur ē
ps. lvij. diceret: nō vos me elegiſtis: niſi q̄ miſeri-
cordia ei⁹ p̄euenit nos. Hic certe vacat va
na illoꝝ ratiocinatio / qui preſcientiaz dei
defendūt cōtra gratiā dei: ꝛ ideo dicūt nos
electos ante mundi conſtitutionem / q̄ pre
ſciit nos deus futuros bonos: nō ſeipm
nos facturū bonos. Nō hoc dicit qui dicit
Ephe. j. Nō vos me elegiſtis: q̄n ſi propterea nos
elegiſſet q̄ bonos futuros eſſe nos preſcie-
nerat: ſimul etiā preſciſſet q̄ eū nos fuiſſe-
mus p̄i⁹ electuri. Nō ēn aliter eſſe poſſe-
mus boni: niſi forte dicēd⁹ eſt bon⁹ qui nō
eligit bonū. Quid ergo elegit in non bonis
Nō ēn electi ſunt q̄ boni fuerunt: qui bo-
ni nō eſſent niſi electi eſſent. Alioquin gra
tia iā nō eſt gratia: ſi p̄eceſſiſſe contendi-
mus merita. Hec quippe electio gratie eſt
Roñ. xj. de qua dicit apoſtolus. Sic ergo et in hoc
tempore reliquie per electionez gratie dei
ſalue facte ſunt. Unde ſubiungit. Si autez
gratia iam non ex operib⁹ alioquin gratia
iam nō eſt gratia. Audi igrate: ingrate au-
di. Nō vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos.
Nō eſt vt dicas ideo elect⁹ ſum: q̄ iā crede
bam. Si enim credebas in eum: iam elege
ra☞ eum. Sed audi. Non vos me elegiſtis
Non eſt vt dicas: anteq̄ crederem iam bo
na operabar: ideo electus ſum. Quid enim
eſt bom operis ante fidem: cum dicat apo-
ſtolus: omne quod non eſt ex fide peccatū
Ro. xiiij. eſt? Quid ergo dicturi ſumus audiendo
non vos me elegiſtis: niſi quia mali eram⁹
et electi ſumus: vt boni per gratiam nos
eligentis eſſemus? Non eſt enim gratia: ſi
preceſſerunt merita. Eſt autez gratia. Hec
igitur non inuenit: ſed efficit merita. Et vi
dete chariſſimi: quemadmodum non eli-
gat bonos: ſed quod elegit faciat bonos.
Ego inquit elegi vos: [et poſui vos: vt
eatis et fructum afferatis: et fruct⁹ veſter ℣. trac-
maneat.] Nonne iſte eſt fructus de quo tus.
nō dixerat: ſine me nihil poteſtis facere? Ele lxxxj.
git ergo et poſuit vt eamus et fructum affe

ramus. Nullū itaq; fructum vnde nos elegit habebamus. Ut eatis inquit ⁊ fructus afferatis. Imus vt afferam⁹ ⁊ ipse est via qua imus: in qua nos posuit vt eamus. Proinde in omnib⁹ misericordia eius ꝓcurrit nos. Et fructus inquit vester maneat: [vt quodcūq; petieritis patrē in noie meo det vobis]. Maneat ergo dilectio: ipsa est enim fructus noster. Que dilectio nunc est in desiderio nōdum in saturitate: ⁊ ipso desiderio quodcūq; petierimus ān noie vnigeniti filij dat nobis pater. Quod autem accipere salūdis non expedit nobis: non existimemus nos petere in nomine saluatoris: sed hoc petimus in nomine saluatoris: quod pertinet ad rationem salutis.

Tractatus.lxxxvij.

¶Hec mando vobis vt diligatis inuicem: si mūdus vos odit: scitote q; me priorē vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis mūdus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis: sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus.



IN lectiōe ēuāgelica que hanc antecedit: dixerat dñs. Non vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos vt eatis ⁊ fructus afferatis ⁊ fructus vester maneat: vt quodcūq; petieritis patrem in noie meo det vobis. De quibus verbis iam nos qō dominus dedit: disseruisse meministis. Hic autem dicit sequēti. scz lectione quā modo cū recitaretur audistis. [Hec mādo vobis: vt diligatis inuicem]. Ac per hoc intelligere debemus hūc esse fructum nostrum de quo ait: ego vos elegi vt eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructus vester maneat. Et qō adiunxit: vt quodcūq; petieritis patrē in nomine meo det vobis. Tunc itaq; dabit nobis si diligamus inuicē: cum hoc ipsum ipse dederit nobis qui nos elegit nō habētes fructum: qz nō eum nos elegeramus: ⁊ posuit nos vt fructum afferamus: hoc est inuicez diligamus. Quē fructum sine illo afferre non possumus: sicut palmites facere sine vite nihil possunt. Charitas ergo est fructus noster: quā definit apostolus: de corde puro ⁊ cōscientia bona ⁊ fide non ficta. Hac diligimus inuicē: hac diligimus deū. Neq; enim vera dilectiōe diligerem⁹ inuicem nisi diligētes deum. Diligit eñ vnusquisq; proximum: tanq; seipsum: si diligit deum. Nam si nō diligit deum non diligit seipsum. In his enim duobus preceptis charitatis: tota lex pēdet ⁊ prophete. Hic est fructus noster. De fructu itaq; nobis mandās: hec mando inquit vobis vt diligatis inuicem. Unde ⁊ apostolus paulus: cum contra opera carnis cōmendare fructum spiritus vellet: a capite hoc] posuit. Fructus inquit spiritus charitas est. Ac deinde cetera tanq; ex isto capite exorta ⁊ religata cōtexuit: que sunt gaudium/pax/lōganimitas/benignitas/bonitas/fides/mansuetudo/continētia/castitas. Qui autem bene gaudet: qui bonum nō diligit vnde gaudet? Quis pacē veram nisi cum illo potest habere quem veraciter diligit. Quis est longanimis in bono opere perseueranter manēdo: nisi ferueat diligendo? Quis est benignus nisi diligat cui opitulatur? Quis bonus: nisi diligēdo efficiatur? Quis salubriter fidelis: nisi ea fide que p dilectionem operatur? Quis vtiliter mansuetus: cui non dilectio moderetur? Quis ab eo continet vnde turpetur: nisi diligat vnde honestatur? Merito itaq; magister bonus dilectionē sic sepe cōmendat tanq; sola precipienda sit: sine qua non possunt prodesse cetera bona: ⁊ que nō potest haberi] sine ceteris bonus quibus homo efficitur bonus. Pro hac autē dilectione: patienter debemus etiā mundi odia sustinere. Necesse est eñ vt nos oderit: quos cernit nolle quod diligit. Sed plurimuz nos de seipso domin⁹ cōsolatur: qui cum dixisset: hec mando vobis vt diligatis inuicez adiecit atq; ait. [Si mūdus vos odit: scitote qñ me priorem vobis odio habuit]. Cur ergo se mēbrum supra verticem extollit? Recusas esse in corpore: si nō vis odiuz mundi sustinere cū capite. [Si de mūdo] inquit [essetis: mundus quod suū erat diligeret]. Uniuerse vtiq; hoc dicit ecclie quā plerūq; etiam ipsaz mundi noie appellat: sicut est illud. Deus erat in xpo: mundum recōcilians sibi. Itēq; illud. Non venit filius hominis vt iudicet mundū: sed vt saluetur mūdus per ipsum. Et in epla sua iohannes ait. Aduocatū habemus ad pēz iesum christū iustum: ⁊ ipse propiciatio est peccatorum nostroz. non tantū nostroruz sed etiaz totius mūdi. Totus ergo mūdus ecclesia est: ⁊ totus mundus odit ecclesiā. Mundus igitur odit mundū: inimicus recōciliatum: dānatus saluatum: inquinatus mundatum. Sed iste mundus quem deus in christo reconciliat sibi et qui per christum saluatur/⁊ cui per christum peccatū omne donatur: de mundo electus est inimico: dānato: contaminato. Ex eadem quippe massa ō tota in adam periit: fiunt vasa misericordie: in quibus est mundus pertinens ad reconciliationem: quā mundus odit ex eadem massa pertinēs ad vasa ire: que perfecta sunt ad perditionem.

Ro.ix. Deniq; cum dixisset: si de mundo essetis: mundus quod suū erat diligeret: cōtinuo subiecit. [Quia vero de mundo non estis sed ego elegi vos de mūdo: propterea odit vos mūdus]. Ergo ⁊ ipsi inde erant: vnde vt nō essent: electi sunt ide nō meritis suis quorū nulla bona precesserāt opera: nō natura que tota fuerat per liberū arbitrium in ipsa radice vitiata. Sz gratuita hoc est vera gratia. Qui eñ de mundo mūduz elegit: fecit quod eligeret non inuenit: qz reliquie per electionē gratie salue facte sunt. Si autē gratia ingerit: iam non ex operibus. Alioquin gratia: iam non est gratia. Si autē queratur quomodo se diligat mūdus perditionis: qui odit mundū redemptionis: diligit se vtiq; falsa dilectione nō vera. Proinde falso se diligit: ⁊ vere odit. Qui enim diligit iniquitatē odit animam suā. Sed diligere se dicitur. quoniā iniquitatē qua iniquus est diligit: ⁊ rursus odisse se dicitur quoniā quod ei nocet hoc diligit. Odit ergo in se naturā: diligit vitium. Odit quod factus est per dei bonitatez: diligit quod in eo factū est per liberam volūtatem. Unde nos quoq; illū diligere ⁊ prohibemur si recte intelligimus ⁊ iubemur/prohibemur. scz vbi nobis dicitur/ nolite diligere mundū: iubemur autem vbi nobis dicitur: diligite inimicos vestros. Ipsi sunt mundus qui nos odit. Ergo ⁊ prohibemur diligere in illo quod ipse diligit in seipso: ⁊ iubemur diligere in illo quod ipse odit in seipso: dei scz opificium ⁊ diuersas bonitatis sue cōsolationes. Uitium quippe in illo diligere prohibemur: iubemurq; diligere naturam: cum ipse in se diligat vitium/oderitq; naturam: vt nos eum ⁊ diligamus ⁊ oderimus recte/ cum se ipse diligat oderitq; peruerse.

Tractatus.lxxxviij.

¶Mementote sermonis mei: quem ego dixi vobis non est seruus maior domino suo si me persecuti sunt: et vos persequentur. Si sermonē meuz seruauerunt: et vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum quia nesciūt eum qui misit me.



XHortans dominus seruos suos ad mūdi odia pferenda patienter: nulluz eis maius ⁊ melius ꝓ se ipso ꝓponit exemplum: quoniā sicut dicit apostolus petrus. Christus pro nobis passus est relinquens nobis exēplum vt sequamur vestigia eius. Quod vtiq; si facimus ipso adiuuante facimus qui dixit: sine me nihil potestis facere. Deniq; iam dixerat: si odit vos mundus scitote quia me priorē vobis odio habuit ⁊ nunc in eo quod audistis cum legeretur euāgelium [mementote] inquit [sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: ⁊ vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: ⁊ vestrum seruabūt]. Dicendo autem non est seruus maior domino suo. Nonne euidenter ostendit quēadmodum intelligere debeamus quod superius dixerat: iam non dico vos seruos. Ecce enim eos seruos dicit. Nunquid est aliud: non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt ⁊ vos persequent? Manifestum est igitur illum seruum/ qui non manet in domo in eternum: illū pertinentem ad timorem quez foras charitas mittit/esse intelligēdum vbi dictum est iā non dico vos seruos. Hic autem vbi dicit: non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt ⁊ vos persequētur/illum significari seruum [pertinētem ad timorē castuz qui permanet in seculuz seculi. Hic eñ seruus est auditurus. Euge serue bone: intra in gaudium domini tui. [Sed hec] inquit [omnia facient vobis propter nomē meū: quia nesciunt eum qui misit me]. Que omnia facient nisi que dixit? Odio habebunt sed cet ⁊ persequentur sermonēq; contemnent: quoniam si sermonem non seruarent eorū nec tamē odissent eos neq; persequerentur: vel etiam si odissent nec tamē persequerentur: non omnia facerent. Hec autem omnia facient vobis propter nomen meum: quid est aliud dicere ꝓ me in vobis odio habebunt; me in vobis persequuntur: ⁊ sermonem vestrum quia meus est ideo non seruabunt? Hec enim omnia facient vobis propter nomen meum: non vestrum sed meum? Tāto igitur miseriores qui propter hoc nomen ista faciunt quanto beatiores qui propter hoc nomen ista patiuntur: sicut ipse alio loco dicit. Beati qui persecutionem patiūtur ꝓpter iusticiam. Hoc est enim ꝓpter me vel propter nomen meū qz sicut apostolus docet.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Universidad de Sevilla Biblioteca

1. Cor. j. Factus est sapientia a deo ⁊ iustitia ⁊ sanctificatio et redemptio: vt quēadmodum scriptuz est: qui gloriatur in dño glorietur. Faciunt quippe ista mali malis sed nō ꝓpter iustitiā: ⁊ ideo miseri vtriqz ⁊ qui faciunt ⁊ qui patiūtur. Faciunt et mali bonis: vbi ⁊ si nō faciunt illi propter iustitiā tamē illi propter iustitiaz patiuntur. Sed dicit aliquis. Si mali quādo persequunt vos propter nomē christi: propter iustitiam bom patiūtur profecto ꝓpter iustitiā hoc eis mali faciunt. Quod si ita est: ergo ⁊ quādo boni malos ꝓpter iustitiā persequūtur: propter iustitiā etiam mali patiūtur. Si enim possunt mali persecutionē facere bonis ꝓpter nomē christi: cur non possunt mali persecutionē pati a bonis ꝓpter nomē christi? Et quid est ꝓpter nomē christi: nisi propter iustitiam? Nam si non propter quod boni faciūt ꝓpter hoc mali patiuntur qz faciunt boni propter iustitiam: patiūtur mali ꝓpter iniustitiā. Nec mali ergo ꝓpter hoc possunt facere ꝓpter quod boni patiūtur: qz faciūt mali ꝓpter nomen iniustitiā patiuntur boni ꝓpter iustitiā. Quomodo ergo erit verū hec omnia faciēt vobis propter nomen meū: cum illi nō propter nomē christi faciāt: id est nō ꝓpter iustitiam sed ꝓpter iniquitatē suaz. Hec quesiio ita soluit. Si eo modo intelligamus dictum/hec oia facient vobis ꝓpter nomen meū vt totuz referatur ad iustos: tanqz dictum sit/hec omnia patiemim ab eis ꝓpter nomen meū: vt hoc sit facient vobis: quod est: patiemini ab eis. Si autē ꝓpter nomen meū sic accipitur: tanqz diceret: ꝓpter nomen meū quod in vobis oderūt: ita potest accipi ⁊ propter iustitiā quā in vobis oderūt. Ac per hoc ⁊ boni cuz persecutionē faciunt malis: possit recte dici ⁊ propter iustitiā facere quā diligendo ꝓsequ- C tur malos/⁊ ꝓpter iniquitatē quā oderūt in ipsis malis. Ita ergo ⁊ ipsi mali ꝑnt dici pati ⁊ ꝓpter iniquitatē que in illis punitur: ⁊ ꝓpter iustitiā que in eoz pena exercetur. Itē queri potest si etiā mali faciunt persecutionē malis/sicut impij reges ⁊ iudices cū essent persecutores piozū vtriqz et homicidas ⁊ adulteros et quoslz maleficos quos cōtra leges publicas fecisse cognoscerent puniebāt: quoniō intelligēduz est quod ait dñs: si de mundo essetis: mundus quod suū erat diligeret/ Neqz enim quos punit diligit mūdus a quo videmus supradicta scelerū genera plerūqz puniri: nisi qz mūdus est in eis a quibus talia scelera vel puniūtur vel patiūtur: ⁊ mundus est in eis a quib⁹ talia scelera diliguntur. Wundus itaqz ille qui intelligit in malis atqz ipūs: ⁊ odit qō suum est/ex ea ꝑte hominū qua sceleratis nocet/ ⁊ diligit quod suū est ex ea parte hominū qua eisdē ipsis sceleratis fauet. Ergo hec oia faciēt vobis ꝓpter nomē meum vel ita dictū est ꝓpter qō vos patimini: vel ita ꝓpter quod ⁊ ipsi faciunt: qz ⁊ hoc in vobis dum persequūtur oderunt. Et addidit: [qz nesciunt eū qui misit me]. Hoc ſm eam scientiā dictuz intelligendū est: de qua ⁊ alibi scriptū est. Scire autē te sensus est cōsummatus. Hac quippe scientia qua sciunt patrem a quo missus est christus nullo modo eos ꝓsequit̄ur quos colligit christus: quia et ipsi cum eis colliguntur a christo.

Et ifra. lxxix. ca pi. xc. a.

Sap. vj

Tractatus. lxxxix.

¶ Si nō venissem ⁊ locutus fuissem eis peccatum non haberēt. Nunc autem excusationē non hñt de peccato suo. Qui me odit ⁊ patrē meuz odit.

B



Uperius direrat dñs ad discipulos suos. Si me persecuti sunt ⁊ vos persequentur. Si sermonem meū seruauerūt: ⁊ vestruz seruabūt. Sed hec oia facient vobis ꝓpter nomē meum: qz nesciunt eū qui misit me. De quibus autē hoc direrit si quaramus: inuenimus euz ad hec verba venisse ab eo quod direrat. Si mūdus vos odit: scitote qz me priorē vobis odio habuit. Nunc vero qō addidit. [Si non venissem ⁊ locutus eis fuissem peccatum non haberent]: iudeos ostēdit expressius. De his ergo ⁊ illa dicebat. Nam hoc indicat verboū ipsa conexio. De his ergo dicit. Si nō venissem ⁊ locutus eis fuissem peccatū non haberēt/de qbus dicebat. Si me persecuti sunt ⁊ vos persequētur. Si sermonē meum seruauerunt: ⁊ vestrū seruabunt. Sed hec omnia facient vobis ꝓpter nomen meū: quia nesciunt eū qui misit me. His enim verbis: et ista subūgit. Si non venissem ⁊ locut⁹ eis fuissem/peccatū non haberēt. Judei ergo persecuti sunt christū: quod euidentissime indicat euāgeliuz. Judeis locutus est christus: non aliis gētibus. In eis ergo volunt intelligi mundū qui odit christū ⁊ discipulos eius: immo vero nō eos soloe/sed hos quoqz ad eūdem mundum pertinere monstrauit. Quid est ergo/ si non venissem et locutus eis fuissem/ peccatum non haberent? Nunquid sine peccato erant iudei/ anteqz christus ad eos in carne venisset?

Quis hoc vel stultissimus direrit? Sz magnum quoddā peccatū non omne peccatū quasi sub generali nomine vult intelligi. Hoc est enim peccatū quo tenētur cuncta peccata/quod vnusquisqz si nō habeat dimittūtur ei cuncta peccata. Hoc est aūt qz non crediderūt in christum qui propterea venit vt credatur in eū. Hoc peccatum si non venisset/nō vtiqz haberent. Aduētus quippe eius quātuz credētibus salutaris tantū non credētibus exitialis factus est: tanqz ⁊ ipse caput ⁊ princeps apostolozuz quod de se ipsi direrūt extit rit/quibusdā quidem odo: vite invitā: quibusdam odo: mortis in mortē. Sed quod adiunxit atqz ait. [Nunc autē excusationem non habēt de peccato suo] potest mouere querentes/ vtrū hi ad quos non venit christus nec locutus est eis: habeant excusationē de peccato suo. Si enim nō habēt/cur hic dictū est ꝓpterea istos nō habere/qz venit ⁊ locutus est eis? Si aūt habent: vtrū ad hoc habeant vt a penis alienētur: an vt mitiꝰ puniantur? Ad hec inquisita pro meo captu/dño donante respōdeo/ habere illos excusationē non de omni peccato suo/ sed de hoc peccato quo in christū non crediderunt: ad quos nō venit ⁊ quibus nō est locutus. Sed non in eo sunt numero hi ad quos in discipulis venit: ⁊ quibus p discipulos est locutus/quod ⁊ nūc facit. Nam per ecclesiam suā venit ad gentes: ⁊ per ecclesiam loquit gentibus. Ad hoc enim ptinet quod ait: qui vos recipit me recipit: et qui vos spernit me spernit. An vultis inquit apostolus paulus experimentū accipere eius qui i me loquit christus? Restat inquirere: vtrū hi qui ꝓius ꝗ christus veniret in ecclesiam ad gētes/⁊ ꝓiusqz euāgelium eius audirēt: vite huius fine ꝓuenti sunt seu ꝓueniūtur: possunt habere hāc excusationem? possunt plane: sed nō ideo possunt effugere dānationez. Quicūqz em sine lege peccauerūt: sine lege peribunt. et quicūqz in lege peccauerunt per legē iudicabūtur. Que quidē apostoli verba quoniam id qō ait: peribunt terribilius sonat ꝗ quod ait: iudicabūtur: non solum nihil adiuuare hanc excusationē vident ostendere: verūetiam plus grauare. Qui em se qz non audierūt excusabunt: sine lege peribunt. Sed vtrū hi qui cum audierūt contempserunt vel etiam restiterūt/nec tātuz contradicēdo sed ⁊ eos a quibus audierūt odijs persequēdo: in eis deputādi sunt de quibus aliquid leuius videt sonuisse: qō dictū est: per legem iudicabuntur: merito querit. Sed si aliud, est pire sine lege aliud iudicari per legē: ⁊ illud est grauiꝰ/hoc autem leuius: pculdubio non sunt isti in hac pena leniore ponēdi: qui neqz in lege peccauerūt: sed olno legē christi accipere noluerunt: ⁊ eam quātū ad ipsos attinet omnino nullā esse voluerunt. Illi autem peccant in lege qui sunt in lege: id est qui eam suscipiunt: eāqz sanctā ⁊ mandatū sanctū ⁊ iustum ⁊ bonuz fatentur sed infirmitate non implēt quod ab ea recrissime ꝓcipi dubitare non possunt. Hi sunt qui aliquo modo forsitan possunt ab eoz qui sine lege sunt perditiōe discerni: si tamē qō apostolus ait: per legē iudicabūtur sic accipiē dum est: tanqz direrit/nō peribunt: qō mirum est. Neqz em de infidelibus ⁊ fidelib⁹ erat sermo vt hoc diceret: sed de gentibus ⁊ iudeis: qui certe vtriqz nisi in eo saluatore saluētur qui venit querere quod perierat: ad perditionez sine dubio pertinebūt: ꝗuis dici possit: alios grauius: alios leuius perituros: id est alios grauiozes: alios leuiozes penas in sua perditiōe passuros. Ille em perire deo dicit quisqs ab illa beatitudine quā dat sanctis suis per supplicii separetur. Tanta autē est supplicium: quāta diuersitas peccatoū: que qūo sese habeat: altius iudicat sapientia diuina ꝗ cōiectura scrutat aut effatur humana. Isti certe ad quos venit ⁊ quibus locutus est christus: non habēt de magno infidelitatis peccato illam excusationem: qua possint dicere: nō vidimus non audiuim⁹. Siue non acceptaret ista excusatio ab illo cuius inscrutabilia sunt iudicia: siue acceptaretur: et si nō vt ab omni dānatione liberarētur: certe vt aliquāto leuius damnarētur. [Qui me odit] inquit [⁊ patrem meum odit]. Hic nobis fortasse dicatur. Qd⁹ potest odisse quē nescit. Et vtiqz anteqz diceret: si non venissem ⁊ locutus eis fuissem: peccatū non haberent direrat discipulis suis. Hec facient vobis: qz nesciūt eum qui misit me. Quomodo ergo nesciērunt ⁊ oderunt? Si enim nō quod est ipse sed nescio quid aliud de illo opinanē non vtiqz ipsum sed illud inueniuntur odisse quod fingūt: aut errando potius suspicantur. Et tamē nisi possent homines odisse quod nesciunt: non veritas vtriqz diriſſet quod eius patrem ⁊ nesciunt et oderunt. Sed quomodo id fieri possit si adiuuante domino per nos demonstrari potest: quia hec disputatio est iam clauenda nunc non potest.

Rom. j.

C

Wat. x. ij. corin. xij.

Ro. vij.

Et lxxxviij. c.

Tractatus. xc.

¶ Qui me odit ⁊ patrē meum odit.

A



Udistis dominū dicētez. [Qui me odit ⁊ patrem meū odit]: qui superius dixit. hec facient vobis: qz neſciūt eum qui miſit me. Non itaqz diſſimulāda naſcit queſtio: quō poſſunt odiſſe quē neſciunt. Si enim non qō ipſe eſt/ſed neſcio quid aliud. eū ſuſpicātur aut credunt ⁊ hoc oderūt: vtiqz non ipſum oderūt ſed quod ſua mendaci ſuſpitione vel vana credulitate cōcipiūt. Si autem qō eſt hoc de illo ſentiunt: qūo euz neſcire dicūtur? Et de hoibus quidē fieri poteſt: vt eos ſepe quos nunqz vidimus diligamus. Ac per hoc nec illud ecōtrario impoſſibile eſt: vt eos quos nunqz vidim⁹ oderimus. Fama quippe de aliquo ſermocināte ſeu bene ſeu male fit non immeritō vt amemus vel oderimus ignotū. Sed ſi fama ſit vera: quomō eſt de quo vera didicimus dicēdus ignotus? An qz eius faciē non vidimus? Quā cuz ⁊ ipſe non videat: nulli tamē poteſt notior eſſe qm ſibi. Non igitur in eius facie corporali nobis intima tur cuiuſqz notitia. Sed tūc nobis ad cognitionē patet: quando eius mores ⁊ vita non latēt. Alioqn nec ſeipſum noſſe quiſqz poteſt: qui videre faciez ſuam non poteſt. Sed vtiqz tāto certius qm notus eſt alijs ipſe ſe nouit: quāto certius interiore conſpectu poteſt videre qō ſapit/videre quod cupit/videre qō viuit. Que cū aperiuntur ⁊ nobis: tunc vere fit cognitus nobis. Hec itaqz quonā plerūqz ad nos de abſentib⁹ vel etiam mortuis ſiue fama ſiue litteris perferūtur. Hinc fit vt ſepe quos nunqz facie corporis vidimus/nō tamen quos omnino neſcimus vel oderimus homines vel amemus. Sed plerūqz in eis noſtra credulitas fallitur: qz nōnunqz ⁊ hyſtoria ⁊ multomagis fama mentitur. Pertinet ad nos ne pernicioſa opinione fallamur vt qz nō poſſumus hominū indagari cōſcientiam: de ipſis reb⁹ habeamus verā certāqz ſententiam: hoc eſt vt ſi ille vel ille homo vtrū ſit impudicus pudicuſve neſcimus/oderimus tamē impudicitiā/⁊ pudicitiam diligamus. Et ſi illum vel illū iniuſtum eſſe iuſtumve neſcimus/amemus tamē iuſtitiā/⁊ iniuſtitiā deteſtemur: nō quas nobis ipſis errando cōfingimus ſed quas fideliter hanc appetēdam illāqz vitandam in dei veritate conſpicimus: vt cum de ipſis rebus quod appetēdū eſt appetimus/quod deuitandū eſt deuitamus: ignoſcatur nobis quod de occultis hominū aliquando: immo aſſidue nō vera ſentimus. Hoc enim ad humanā tentationem pertinere arbitror ſine qua duci iſta nō poteſt vita itaq apoſtolus diceret. Tentatio nōvos appe- 1.Cor.x.
hendat niſi humana. Quid enim tam humanuz qm nō poſſe inſpicere cor humanū: ⁊ ideo nō eius latebras perſcrutari. Sed plerūqz aliud quam id quod ibi agitur ſuſpicari? Quāqz et in his rerum tenebris B
humanarū/hoc eſt cogitationum alienarum ⁊ ſi ſuſpitiones intelligere non poſſumus qz homines ſumus: iudicia tamē id eſt definitas firmaſqz ſentētias continere debemus: nec ante tempus quicqz iudicare de⁹ aduenīat domin⁹ ⁊ illuminet abſcondita tenebrarū ⁊ manifeſtet cogitationes cordis et tunc laus erit vnicuiqz a deo. Quādo ergo non erratur in rebus vt recta ſit improbatio vitiorum virtutūqz probatio: profecto ſi erratur in hominibus venialis eſt humana tentatio. Per has autē humanorum cordiuz tenebras res multū miranda ⁊ multū dolenda cōtingit: vt euz nonnunqz quē iniuſtum putamus ⁊ tamē iuſtus eſt/⁊ iuſtitiā in eo neſcientes quem diligimus deuitem⁹ / auerſemur: a noſtro prohibeamus acceſſu/cōmunem cum illo vitam victūqz habere nolimus. eūqz etiaz ſi diſcipline imponēde neceſſitas cogat: ſiue ne alijs noceat: ſiue vt fiat ipſe correctior aſperitate ſalubri perſequamur/et homine bonum tanqz malū affligamus quez neſcientes amamus. Hoc fit ſi quis/verbi gratia/cum ſit pudicus/a nobis creditur impudicus. Sine dubio enim ſi pudicum diligo: hoc eſt ipſe quod diligo. Ergo etiaz ipſum diligo ⁊ neſcio. Et ſi impudicuz odi non ipſum odi qz nō eſt quod odi. Et tamē dilecto meo cū quo ſemper in charitate pudicitie habitat anima mea/facio ignarus iniuriam: nō errans in diſcretione virtutū atqz vitiorū: ſed in cordiuz tenebris humanorum. Proinde ſicut fieri poteſt vt homo bonus hominē bonū oderit neſciens vel potius diligat neſciens: ipſuz enim diligit cum bonū diligit: quia id quod eſt ille hoc iſte diligit oderit autē neſciens non ipſuz: ſed qō putat eſſe ipſum. Ita fieri poteſt vt etiā homo iniuſtus oderit hominez iuſtū: ⁊ dum eſtimat ſe ſui ſimilē iniuſtum diligere neſciens diligat iuſtū. Et tamē dum cum credit iniuſtū diligit non ipſuz ſed qō putat eſſe ipſum. Quēadmodum autē hominē: ſic ⁊ deum. Deniqz ſi interrogarentur iudei vtrum diligerent deum: quid ſe aliud qm diligere rn̄derent: nec ex aio mentientes/ſed errādo potius opinātes. Quō enim diligerent patrē veritatis: qui habe rent odio veritatē? Nolūt enim ſua facta dānari/⁊ hoc habet veritas vt talis facta dānentur. Tantū igitur oderunt veritatē: quātum oderunt ſuas penas quas talib⁹ irrogat veritas. Neſciunt autē illam eſſe veritatē que tales quales ipſi ſunt dānat. Oderūt ergo quā neſciunt ⁊ cū illam oderunt, pfecto ⁊ eū de quo nata eſt niſi odiſſe non poſſunt. Ac per hoc qz veritatē qua in dicante dānantur de patre deo nataz neſciunt: vtiqz etiā ipſuz ⁊ neſciunt ⁊ oderūt. O miſeros hoiēs: qui cum eſſe volūt mali nolunt eſſe veritatez qua dānantur mali. Nolunt cñ eaz eſſe qō eſt. cum ipſi debeāt nullo modo eſſe quod ſunt vt ipſa manēte mutentur: ne ipſa iudicante damnentur.

Tractatus.xcj.

Si opera nō feciſſez in eis que nemo alius fecit: pcm̄ non haberent. Nunc aūt ⁊ vider̄unt ⁊ oderūt ⁊ me ⁊ patrē meuz: ſed vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt: qz odio habuerunt me gratis.

A



Ixerat domin⁹. Qui me odit ⁊ patrē meum odit. Utiqz cñ qui odit veritatem: neceſſe eſt oderit et a quo veritas nata eſt. Unde etiā quātū datum eſt locuti ſumus. Deinde addidit vnde nobis nūc loquendū eſt. [Si opera nō feciſſez in eis que nemo ali⁹ fecit: peccatū non haberent] peccatū illud ſcz magnū de quo ſuperius ait. Si non venīſſem ⁊ locut⁹ eis fuiſſem: peccatū non haberēt. Hoc eſt pcm̄: quod in cū loquentē ⁊ operantē non crediderūt: neqz cñ nullum habebant peccatū: anteqz loqueret eis et operaret in eis. Sed hoc peccatum qō in eū non crediderūt ideo ſic cōmemorat/qz ipſo peccato tenent ⁊ cetera. Hoc cñ ſi nō haberēt ⁊ in eum crederēt: dimitterētur ⁊ cetera. Sed quid ſit hoc q cū diſſiſſet. Si opera nō feciſſez in eis: mox addidit [que nemo alius fecit]: Nulla quippe in operibus chriſti videtur eſſe maiora qm ſuſcitatio mortuoꝝ/quod ſcimus etiā antiquos feciſſe pphetas. Fecit hoc etiā helias: fecit heliſeus ⁊ cū in hac carne viueret ⁊ cuz in ſuo monumēto ſepultus iaceret. Nam quidā portantes mortuū cuz irruentibus hoſtibus eo refugiſſent: eūqz ibi peſuiſſent cōtinuo reſurrexit. Fecit tamē aliquas chriſtus que nemo alius fecit: quod quinqz milia hominū de quinqz ⁊ quattuor milia de ſeptē panibus pauit: q ſuper aquas ambulauit/⁊ petro vt hoc faceret puſtitit: q aquā mutauit in vinū quod aperuit oculos ceci nati: ⁊ alia multa que cōmemorare lōguz eſt. Sed reſpōdetur nobis ⁊ alios feciſſe que ipſe nō fecit: ⁊ que nemo ali⁹ fecit. Quis cñ niſi moyſes egyptios plagis tot tantiſqz percuſſit: diuiſo mari populuz duxit. Māna de celo eſurientibus impetrauit: aquā de petra ſitientibus fudit. Quis niſi ieſu naue populo tranſituro iordanis fluenta diuiſit: ⁊ currentē ſolem emiſſa ad deū oratione frenauit ⁊ fixit. Quis preter ſanſon, ꝓpter ſuam ſitim maxilla mortui aſini exundāte ſatiatus eſt? Quis ꝓter heliaz curru igneo in alta ſubuect⁹ eſt? Quis preter heliſeū (quod pauloante cōmemoraui) ſepulto ſuo cadauere: cadauer alterius reddidit vite. Quis preter danielem inter ora inclinſorū ſecum leonū eſurientiū vixit innocuus? Quis preter tres viros ananiā azariam/miſaelē in flāmis ardentibus ⁊ non vtentibus de ambulauit illeſus? Preterea cetera: quoniā hec ſatis eſſe arbitror quib⁹ demonſtrē ⁊ alios ſanctos quedam opera miranda feciſſe que nemo alius fecit. Sed qui tā nīta vitia ⁊ malas valitudines vexatiōeſqz mortaliū tāta potestate ſanaret: nullus oīno legit antiquorum/vt cñ taceamus quos iubendo ſicut occurrebāt ſaluos ſingulos fecit: marcus euāgeliſta quodam loco ait. Ueſpere autē facto cū occidiſſet ſol afferebant ad eū omnes male habētes ⁊ demonia habētes: et erat omnis ciuitas ad ianuā congregata: ⁊ curauit multos qui vexabantur varijs languoribus: ⁊ demonia multa ejiciebat. Id aūt cum memoraſſet matthēus: etiam teſtimoniū pphetic̄ū addidit dicens: vt adimpleretur quod dictū eſt per eſaiā pphetam dicētē. Ipſe infirmitates noſtras accepit: ⁊ egritudines portauit. Item alio loco dicit marcus. Et quocūqz introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates: in plateis ponebāt infirmos: et deprecabantur eum vt vel fimbriā veſtimenti eius tangerent: ⁊ quotquot tangebant eum ſalui fiebant. Hec nemo alius fecit in eis. Sic cñ intelligēdum eſt quod ait in eis non inter eos vel coram eis: ſed prorſus in eis qui ſanauit eos. Hec quippe intelligi volunt que nō ſolum facerent admirationem. verūctiam manifeſtam conferrent ſalutem: pro quibus beneficijs vtiqz amorem non odium retribuere debuerūt. Ois quidem ceterox miracula ſuperat qō eſt natus ex virgine inviſqz integritatez ſolus potuit nec ꝓceptus violare nec nat⁹. Sed hoc ne cōz eis factū eſt: nec in eis. Ad cognoſcēdā qp pe hui⁹ miraculi veritatē: non cōi cum eis

ē.lxxx-ix.a.

iij.regū. xvij.
iij. regū xij.
iij.regū. xij.
Matth. xiij.
mar.xv.

Matth. xiiij.
Johā.ij.
Joh.ix.
Exo.vij
exo.xiij
x.xvj.
exo.xvij
iosue.iiij
Josue.x
Judi.xv
iiij.re.ij.
Dañ.vj
Dañ.iij
Mar.j.
mat.viij
esaie.liij
Mar.vj
B
Luce.ij.

aſpectu: ſz discreto ab eis discipnlatu apostoli peruenerūt. Jam vero illud qđ die tertia in carne in qua occisus fuerat de sepulchro se reddidit viuū: ꝛ nūc deinde moritur⁹ cū illa aſcēdit in celū: superat etiam cuncta que fecit. Sed neq; hoc factū est in iudeis neq; cora eis. Et nodū hoc fecerat qñ dicebat. Si opera nō fecissem in eis q̄ nemo alius fecit. Nimirū ergo sunt illa: q̄ in eoꝝ valitudinib⁹ tāta miracula salutis oñdit quāta in illis antea nemo donauit. Hec cm̄ viderūt: ꝛ hoc eis exptobrans adiungit et ait. [Nunc aūt viderūt et oderūt et me ꝛ pr̄z meū. Sed vt impleaꝫ sermo q̄ in lege eoꝝ scriptꝰ est: qz odio habuerūt me gratis.] Eoꝝ legē dicit: nō ab ipsis inuentā sed ipsis datam. Sicut dicimus panem nostrū quotidianū: quē tñ a deo petim⁹ addendo da nobis. Gratis aūt qđ nullū ex odio cōmodū querit vel incōmodū fugit Sic oderūt dñz impū sic diligūt iusti. Hoc est gratis vt alia pter illū non expectēt bona: qm̄ ipe erit in oib⁹ ola. Quisq; vero altus attēderit christū dicētem: si opera nō fecissem in eis q̄ nemo ali⁹ fecit: sed hec ꝛ si pater aut spirituſſanct⁹ fecit: nemo ali⁹ fecit: qz toti⁹ trinitatis vna ſ subſtātia est: inueniet ipm fecisse si quādo quispiā dei homo tale aliquid fecit. Pōt quippe in seipso cūcta p ipz: nemo aūt potest aliqđ sine ipo Christ⁹ nāq; cuz patre et spiritusancto nō sunt tres dij sed vn⁹ de⁹ de quo scriptū est Benedict⁹ dñs de⁹ israel qui fecit mirabilia solus. Nemo ergo alius fecit quecunq; opera in eis fecit: qm̄ ꝺquis ali⁹ hō aliqđ eoꝝ fecit: ipso faciēte fecit. Hec aūt ipse nō illis facientibus fecit.

Psalmo xxxiiij. Mat. v.

ps. lxxj.

Tractatus. xcij.

¶ Cum autem venerit paraclytus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis q̄ a patre procedit: ille testimoniū phibebit de me ꝛ vos testimoniū perhibebitis quia ab initio mecum estis.

P

Dominus iesus in sermone quem locutus est discipulis suis post censz proximus passioni: tanq; iturus et relicturus eos presentia corporali cum omnibus autem suis vsq; in consummationem seculi futurus presentia spirituali exhortat⁹ est eos ad perferēdas persecutiones impioꝝ quos mūdi noie nū cupauit. Ex quo tñ in mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit: vt scirēt dei grā esse quod sunt: suis aūt vitijs fuisse qđ fuerūt. Deinde persecutores ꝛ suos ꝛ ipoꝝ iudeos euidenter expressit vt oino appareret etiam ipsos mundi damnabilis appellatione conclusos: q̄ persequūtur sanctos Cūq; de illis diceret qđ ignorarent eū a q̄ missus est: ꝛ tñ odissent ꝛ patrē ꝛ filiū hoc est ꝛ eū q̄ missus est: ꝛ eū a quo missus est: de qb⁹ oib⁹ in alijs ſmonib⁹ tā disseruim⁹ ad hoc puenit vbi ait: vt adimpleaꝫ ſmo q̄ in lege eoꝝ scriptus est: qz odio habuerūt me gratis. Deinde tāq; cōsequēter adiunxit vnde mō disputare suscepim⁹. [Cū aūt venerit paraclyt⁹ quē ego mittā vobis a pat⁹ ꝛ spiritū veritatis q̄ a patre ꝓcedit ille testimoniū phibebit de me: ꝛ vos testimoniū phibebitis qz ab initio mecū estis Quid hoc prinet ad illud qđ dixerat: nunc aūt ꝛ viderī ꝛ oderū me ꝛ patrē meū: ſz vt impleaꝫ sermo q̄ scriptꝰ est in lege eoꝝ: qz odio habuerūt me gratis. An qz paraclyt⁹ qñ. venit ſpūs veritatis: eos q̄ viderūt ꝛ oderūt testimonio manifestatioꝛe conum cit: Jmmo vero etiā aliquos ex illis quiv derūt ꝛ adhuc oderāt: ad fidē que per dilectionē opaꝝ ſm manifestatione conuertit. Hoc vt ita intelligam⁹: ita factū esse recolimus. Venit em̄ die pentechostes ſpūſſctūs in centū viginti homines cōgregatos in q̄ bus ꝛ apostoli oēs erāt q̄ illo adimpleti cū linguis oim gētiū loquerenť: pluresex his q̄ aderant tanto miraculo stupefacti quādoq̄dem viderūt loquēte petro tā magnuz atq; diuinū testimoniū phiberi de xpo: vt ille q̄ occisus ab eis inter mortuos deputabat⁹ resurrexisse ꝛ viuere probaret ꝑpūcti corde conuersi sunt: ꝛ tanti sanguinis tam impie atq; immaniter fusi indulgētiā perceperunt: ipso redempti sanguine quē fuderunt. Christi em̄ sanguis sic in remissionem peccatoꝝ omniū fusus est: vt ipz etiam peccatuz posset delere quo fusus est. Hoc ergo intuens dñs dicebat: odio habuerūt me gratis. Cū aūt venerit paraclytus: ille testimoniū phibebit de me. Tāq; diceret. Odio me habuerūt: ꝛ occiderūt vi dētes. Sed tale de me paraclyt⁹ testimoniū phibebit vt eos faciat ī me credere nō videntes. [Et vos (inqt) testimoniū phibebitis: qz ab initio mecū estis. [Perhibebit ſpūſſctūs: phibebitis ꝛ vos. Qz em̄ ab initio mecū estis: potestis predicare qđ nostis qđ vt mō nō faciatis: illi⁹ ſpūs plenitudo nondū adest vobis. Ille ergo testimonium perhibebit de me: ꝛ vos testimoniū perhibebitis. Dabit em̄ vobis fiduciam testimoniū perhibēdi charitas dei diffusa in cordib⁹ vestris: ꝑ ſpiritūſctm̄ q̄ dabit vobis.

Act. ij.

Act. ij.

Act. ij.

Rom. v.

Que vtiq; petro adhuc defuit: qñ mulieris ancille interrogatione pterritus: nō potuit verū testimoniū phibere: sed cōtra suā pollicitationē timore magno cōpulsus est ter negare. Timor aūt iste nō est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorē. Deniq; ante passionē dñi seruilis timor ei⁹ interrogatus est a femina seruitutis: post resurrectionem domini liberalis ei⁹ amor ab ipo principe libertatis: ꝛ ideo ibi turbabatur: hic tranquillabaꝫ. Jbi quem dilexerat negabat: hic quē negauerat diligebat. Sz adhuc etiā tūc amor ipse infirmus fuerat ꝛ angustus: donec eum roboraret ꝛ dilataret spirituſſanct⁹. Qui postea q̄ illi est abundantia gratie largioris infusus: sic ad phibendū de christo testimoniuz quōdam eius frigidū pectus accendit: atq; illa pr̄ trepida que veritat⁹ suppresserant ora reseauit: vt cū oēs in quos venerat spirituſ sanctus linguis oim gentiū loquerētur indeoꝝ circūſtantibus turbis: solus ad testimoniū de xpo perhibendū pre ceteris ꝓptius emicaret: eiusq; interfectores de illi⁹ resurrectione cōfunderet. Si quē delectat tam suauiter sanctum tale spectaculum intueri: actus apostoloum legat: ibi beatum petrū quem negantē doluerat: stupeat predicantem. Jbi linguam illam videat ad fiduciam a diffidentia: ꝛ ad libertatē a seruitute translatam: tot linguas inimicoruz conuertere ad xpi confessionē: quarum non valendo vnā ferre: versa fuerat in negationem. Quid plura: Tātus in illo fulgor gratie: tanta spirituſſancti plenitudo apparebat: tante de ore predicantis preciosiſſime veritatis pondera ꝓcedebant: vt ingentis multitudinis aduersarios interfectores xpi iudeos faceret ꝑ illo paratos mori a ꝺb⁹ cuz illo formidabat occidi. Hoc fecit spirituſſanct⁹ tunc missus ante promissus. Jsta dñs magna atq; mirāda sua beneficia pr̄videbat quando dicebat. Et viderūt ꝛ oderunt ꝛ me ꝛ patrē meū: vt adimpleaꝫ sermo qui in lege eorum scriptꝰ est: qz odio habuerunt me gratis. Cuz autem venerit paraclytus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis: qui a patre ꝓcedit: ille testimonium perhibebit de me: ꝛ vos testimonium perhibebitis. Jlle quippe testimonium phibens ꝛ testes fortiſſimos faciēs: ablulit xpi amicis timorem: ꝛ inimicorum odium conuertit in amorem.

Joh. xiij.

Psalmo cxviij.

Rom. v.

Tractatus. xciij.

Cap. xvi

¶ Hec locutus sum vobis vt nō scādalisemini. Absq; synagogis facient vos: sed venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis qz non nouerunt patrem neq; me. Sed hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum reminiscamini: quia ego dixi vobis.

†Act. abs q̄ synagogis.

turi: etiam si eos nullus expelleret? Sz nimirum hoc voluit denunciare: quia iudei xp̄m non fuerant recepturi: a quo isti non fuerāt recepturi. Et ideo futurū erat vt foras mitterent cū illo ab eis qui esse nolent
Roñ.xj. in illo. hi qui esse non possent sine illo. Nam pfecto q̄ nō erat vllus alius populus dei q̄ illud semen abrae: si agnoscerent et reciperent xp̄m tanq̄ rami naturales in olius pmanerent: nec alie fierent ecclesie xp̄i: alie synagoge iudeoꝝ: cedes quippe essent: si in eodē esse voluissent. Q̄d q̄ noluerunt: q̄d restabat: nisi vt remanentes extra xp̄z: extra synagogas facerent eos qui non relinquerent xp̄z? Accepto quippe spiritu sancto testes eius effecti non vtiq̄ vt tales essent de
Joh.xvj. quibus dicitur: multi principes iudeorum crediderunt in eū: sed propter metū iudeorum ne repellerent de synagogis: nō audebant confiteri eum. Dilexerūt cñ gloriam hoim magis q̄ dei. Crediderūt ergo in eū sed non sic quō eos volebat credere q̄ dicebat. Quomodo potestis credere gloriaz ab
Joh̄ā.v. inuicem expectantes: et gloriam que a solo deo est non querentes? Discipulis ergo sic in eū credētibus vt impleti spūsancto: hoc est dono gratie dei non sint de numero eoꝝ
Roñ.x. qui ignorantes dei iusticiam: et suam volentes cōstituere: iusticie dei non sunt subiecti nec de illoꝝ de quibus dictuꝫ est: dilexerūt gloriam hoim magis q̄ dei: illa cōgruit p
Psalmo lxxxviij. phetia q̄ de ipsis inuenit impleta. Dñe in lumine vultus tui ambulabunt: et in nomine tuo exultabūt tota die et in tua iusticia exultabuntur q̄m gloria virtutis eorum tu es. Merito eis dicitur extra synagogas facient vos: illi scz qui zelum dei habent: sed
Roñ.x. non fm scientiā. Propter q̄ ignorātes dei iusticiam et suam volentes constituere eos expellunt q̄ non in sua sed in dei iusticia exaltabuntur: nec expulsi ab omnibus erubescūt: q̄m gloria virtutis eorū ipse est. De
B nīq̄ cuz hoc eis dixisset adiecit. [Sz venit hora vt oīs qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo: et hec facient vobis: quia nō cognouerūt patrem neq̄ me:] hoc est non cognouerūt deū nec eius filiuz cui se in vobis occidendis prestare et arbitrantur obsequium. Que verba dominus ita subiunxit: tanq̄ ex hoc consolaret suos qui de synagogis iudaicis expellerentur. Prenuncians cñ que mala essent pro eius testimonio perpessuri: extra synagogas inquit faciēt vos: nec ait: et venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiuz se prestare deo. Quid ergo ait? Sed venit hora quēadmodum diceret: si aliquid boni post ista mala predicaret. Quid sibi ergo vult extra synagogas facient vos. Sed venit hora. Tanq̄ hoc dictum fuisset. Separabunt quidem illi vos: col ligam. Aut separabunt quidem illi vos: sed venit hora leticie vestre. Quid ergo sibi facit hoc verbum quod ait: sed venit hora: quasi consolationez eis promittereret post tribulationem: cum magis dicere debuisse videatur indicatiuo modo: et venit hora? Sed non ait et venit: cum tribulationem super tribulationem: non consolationem post tribulationē venturā illis esse predicere ret. An forte sic eos illa de synagogis separatio terrebat turbatura: vt mori mallent q̄m in hac vita sine iudeorum cōgregationib⁹ immorari? Absit vt sic turbarētur qui dei non hominum gloriam requirebant. Quid est ergo extra synagogas facient vos sed venit hora: cum potius dicere debuisse videatur et venit hora: vt oīs qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Neq̄ enim saltem dictum est sed venit hora vt interficient vos: quasi vt eis mors p consolatione illius separationis accideret Sed venit hora inquit vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Prorsus non mihi videtur aliud significare voluisse: nisi vt intelligerent atq̄ gauderent tam multos se christo acquisitu ros cum de iudeorum congregationib⁹ pellerentur vt eos quidem nō sufficerent pellere sed non sinerēt viuere: ne omnes ad nomen christi sua predicatione conuerterent et ab obseruatiōe iudaismi tanq̄ diuine ve
C ritatis aduerterent. Hoc enim de iudeis dictum debemus accipere: de quibus dixerat: extra synagogas facient vos. Nam testes: id est martyres christi etiam si occisi sunt a gentilibus: non tamen illi arbitrati sunt deo: sed dijs suis falsis obsequium se prestare cum hec facerent. Judeorum autem omnis qui occidit predicatores christi deo se putauit prestare obsequium credēs q̄ desererent deum israel quicunq̄ conuerterentur ad deum christum: vt cū et ipsum christum occiderent: ista ratione commoti sunt. Nam eoꝝ de hac re etiam verba conscripta sunt. Videtis q̄ totus mūdus post Joh.xij.
eū abijt? Si dimiserimus eum viuere: venient romani et tollent nobis et locum et gentem. Et q̄d caiphas dixit. Expedit vt vn⁹ homo moriatur p populo et non tota gens pereat. Et in hoc ergo sermone suo discipulos suos erexit: exemplo quibus dixerat. Si me persecuti sunt: et vos persequentur: Joh. xiij
vt quemadmodum illum occidendo deo se prestitisse obsequium putauerunt: sic etiaz illos. Iste itaq̄ sensus est in his verbis ex-

tra synagogas facient vos. Sed nolite solitudinem formidare. Separati quippe a cōgregatione eorū tam multos in nomine meo cōgregabitis: vt illi metuētes ne tem plū q̄d erat apud eos et oīa legis veteris sacramenta deserant interficiēt vos: sic fundentes sanguinē vestrū vt deo se prestare arbitrent obsequiū. Ecce est illū q̄d de his
Roñ. x. dicit apls: zelū dei habēt sed nō fm scientiā: obsequiuz se putant p̄stare deo interficiēdo famulos dei. O error horrēdus. Ita ne vt placeas deo: percutis placentē deo Et templū dei viuū re feriēte p̄sternitur: ne dei tēplū la pideū deseratur? O execrabilis cecitas. Sed ex parte in israel facta
Roñ.xj. est vt plenitudo gentiū intraret: ex parte inq̄ facta est non ex toto. Nō eñ oēs sed aliqui ex ramis facti sunt: vt insereret oleaster. Nā spūsanct⁹ implēte discipulos xp̄i cum linguis omnium gentium loquerent cum per eos diuina miracula frequentarē tur et diuina eloquia spargerentur: etiam occisus ita dilectus est xp̄s: vt eius discipuli expulsi congregationibus iudeorum ex ipsis quoq̄ iudeis ingentem multitudinem congregarent: et nullam solitudinem formidarēt. Hinc ergo accensi ceteri reprobi et ceci zelum dei habentes sed non fm scientiam et obsequium se prestare deo credentes: occidebant eos. Sed p̄o illis occisus colligebat eos: qui de his futuris anteq̄ occideretur instruxerat eos: ne ignaros atq̄ imparatos animos mala inopinata et improuisa q̄uis cito trāsitura turbarent: sed precognita et patienter accepta: ad bona sempiterna perducerēt. Hāc eū fuisse causam vt hec eis prenunciaret: etiam ipse demonstrauit adiungens. [Sz hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi vo-
Jhs.xvj. bis.] Hora eoꝝ: hora tenebrosa: hora nocturna. Sed in die mandauit dominus misericordiam suam: et in nocte declarauit: quando nox inducitur cum separatum a se diē christianorum nulla confusione fuscauit: et quando carnem occidere potuit fidē tenebrare non potuit.

Tractatus. xciiij.

¶ Hec autē vobis ab initio non dixi q: vobiscum eraz et nunc vado ad eū qui misit me et nemo ex vobis interrogat me quo vadis: sed q: hec locutus sum vobis tristicia impleuit cor vestrū sed ego veritatē dico vobis. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero paraclytus nō veniet ad vos. Si aūt abiero mittā eū ad vos: et cum venerit: ille arguet mundum de peccato: et de iusticia et de iudicio. De peccato quidem q: nō crediderūt in me. De iusticia vero q: ad patrē vado: et iā non videbitis me. De iudicio aūt quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

A



Um dominus iesus predixisset discipulis suis persecutiones quas passuri fuerant post eius abscessuz subiūxit atq̄ ait. [Hec autem ab initio non dixi vobis quia vobiscū eram Nunc aūt vado ad euz qui misit me.] Ubi primum videndū est: vtrū eis futuras nō p̄ dixerit ante passiones. Sed alij tres euangeliste satis eum predixisse ista demōstrāt anteq̄ ventum esset ad cenā: qua peracta fm iohānē ista locutus est vbi ait. Hec autē vobis ab initio non dixi: q: vobiscū erā An forte hinc ista soluitur questio: quia et illi eum narrant passioni proximū fuisse cū hec diceret? Non ergo ab initio quādo cū illis erat: quia iam discessurus iāq̄ ad patrē perrecturus hec dixit. Et ideo etiā fm illos euangelistas verum est quod hic dictum est: hec autem vobis ab initio non dixi. Sed quid agimus de fide euangelij fm matthеum qui hec eis a domino non soluz cū iam pascha esset cū discipulis cenatur? imminente passione: verum et ab initio denunciata esse commemorat: vbi primum nominatim duodecim exprimuntur apostoli: et ad opera diuina mittuntur? Quid sibi ergo vult quod hic ait: hec autem vobis ab initio non dixi quia vobiscum eraz
¶ Si q: ea q̄ hic dicit de spiritu sancto q: sit venturus ad eos et testimoniū phibitur? q̄m mala illa passuri sunt. Hec ab initio eis nō dixit: q: cū ipsis erat. Consolator ergo ille vel aduocatus: vtrunq̄ eñ interpretatur q̄d est grece paraclytus: xpo abscedente fuerat necessarius et ideo de illo non direrat ab initio quando cū illis erat: q: eius presentia consolabantur. Abscessurus autem oportebat vt diceret illum esse venturum per quem futurum erat vt charitate diffusa in cordibus suis verdum dei cū fiducia
Roñ. v. predicarent: et illo intrinsecus apud eos testimonium perhibente de xpo: ipi q̄z testimoniū perhiberēt: neq̄ scādalizarenē eoz inimici iudei absq̄ synagogis facerēt eos
s. tract. et interficerent arbitrantes obsequiū se p̄- xciij.a. stare deo: q̄m charitas omnia tolerat q̄d

fundanda erat in cordibus eorum per spi
ritumſancti donū. Hinc ergo iſte totus dici
tur ſenſus: qz facturus eos erat martyres
ſuos id eſt teſtes ſuos per ſpūſctū: vt illo
in eis operante perſecutionū quecūq aſpe
ra tolerarent: nec frigeſcerent a charitate
predicandi: illo diuino igne ſuccēſi. Hec er
go inquit locutus ſum vobis: vt cum vene
rit hora eorum reminiſcamini quia ego di
xi vobis. Hec ſcilicet locutus ſum vobis:
non tantū qz paſſuri eſtis iſta: ſed qz cū ve
nerit paraclyt⁹ ille teſtimoniū phibebit de
me: ne iſta timendo taceatis. Unde fiet vt
etiam vos teſtimonium perhibeatis. Hec
autem vobis ab initio non dixi: quia vobi
ſcum eram. Et ego vos cōſolabar: mea cor
porali preſentia exhibita humanis ſenſi
bus veſtris quam paruuli capere poteratis. B
[Nunc autem vado ad eum qui me mi
ſit et nemo (inquit) ex vobis interrogat me
quo vadis.] Significat ſic ſe iturū vt null⁹ Joh. xiij
interrogaret: quod palam fieri viſu corpo
ris cernerent. Nam ſuperius interrogaue
rant eum quo eſſet iturus: et reſpōderat eis
ſe iturum quo ipſi tunc venire non poſſent
Nunc vero ita ſe promittit iturum: vt nul Act. j.
lus eorum quo vadit intereroget. Nubes
enim ſuſcepit eum quando aſcendit ab eis
et euntem in celum non verbis queſierunt
ſed oculis deduxerunt. [Sed quia hec lo
cutus ſum vobis (inquit) triſticia imple
bit cor veſtrum.] Uidebat vtiq quid illa
ſua verba in eorum cordibus agerent: ſpi
ritualem quippe nondum interius habentes
conſolationem: quam per ſpiritumſanctum fuerant habituri id qō exteri⁹ in xpo
videbant amittere metuebāt: et qz ſe amiſ
ſuros eſſe illum vera denunciantem dubi
tare non poterant: contriſtabatur huma
nus affectus: quia carnalis deſolabatur
aſpectus. Nouerat aūt ille quid eis po⁹
expediret: quia viſus interior ipe eſt vtiq
melior: quo eo conſolaturus fuerat ſpiri
tuſſanctus: non cernentium corporibus in
geſturus corpus humanum: ſed ſeipm cre
dentiū pectoribus infuſurus. Meniq adiun
git. [Sed ego veritatē dico vobis: expedit
vobis vt ego vadā. Si enim nō abiero pa
raclyt⁹ non veniet ad vos: ſi aūt abiero
mittā eū ad vos.] Tāq̄ diceret expedit vo
bis vt hec forma ſerui auferatur a vobis
caro quidē factū verbum habito in vobis
Sed nolo me carnaliter adhuc diligatis: et
iſto lacte contenti ſemper infantes eſſe cu
piatis: expedit vobis vt ego vadam: ſi em
non abiero: paraclytus non veniet ad vos
Si alimenta tenera quibus vos alui non
ſubtraxero: ſolidum cibū non eſurietis. Si
carni carnaliter heſeritis: capaces ſpirit⁹ C
non eritis. Nā qd eſt ſi nō abiero paraclyt⁹
tus nō veniet ad vos: ſi aūt abiero mittam
eū ad vos. Nunqd hic poſit⁹ eū non pote
rat mittere? Quis hoc dixerit? Neq enim
vbi ille erat iſte inde receſſerat: et ſic vene
rat a patre vt non maneret in patre. Po
ſtremo quo eū etiaq hic ꝓſtitut⁹ nō poterat
mittere quē ſcim⁹ ſup eū baptizatū veniſſe matt. iij.
atq manſiſſe: immo vero a quo ſcim⁹ eum
nūq̄ ſeparabilē fuiſſe? Quid eſt ergo ſi nō
abiero paraclyt⁹ nō veniet ad vos: niſi nō
poteſtis capere ſpiritum: q̄diu ſm carnez
perſiſtitis noſſe xp̄m? Unde ille inquit: qui ij. cor. v.
iam nouerat ſpm̄. Et ſi noueramus inquit
ſm carnē chriſtā ſed nunc iaz nō nouim⁹.
Etiā ipſaz quippe carnē chriſti nō ſm car
nem nouit: qui verbum carnem factum ſpi
ritualiter nouit. Hoc [illum ſignificare vo
luit: magiſter bonus dicendo ſi enim non
abiero paraclytus non veniet ad vos: ſi
autem abiero mittam eum ad vos. Chriſ
to autem diſcedente corporaliter: non ſo
lum ſpiritusſanctus: ſed pater et filius il
lis affuit ſpiritualiter. Nam ſi ab eis ſic
abſceſſit chriſt⁹ vt p illo non cū illo in eis Matth.
eſſet ſpiritusſanct⁹: vbi eſt ei⁹ ꝓmiſſio dicē xxviij
tis: ecce ego vobiſcū ſuz vſq ad cōſumma Joh. iiij.
tionē ſeculi: et veniem⁹ ad eū ego et pater et
manſionē apud eū faciemus: cū et ſpūſctū
ita ſe promiſerit eſſe miſſurū vt cū eis eſſet
in eternū. Ac per hoc cū ex carnalibus vel
animalib⁹ eſſent ſpirituales futuri, pfecto
et patrem et filiū et ſpiritumſanctum capa
cius fuerant habituri. In nullo ergo cre
dendus eſt eſſe pater ſine filio et ſpirituſan
cto: aut ſine patre et filio ſpūſſanctus: aut
pater et ſpiritusſanctus ſine filio: ſed vbi eo
rum q̄libet vn⁹: ibi trinitas de⁹ vn⁹. Opor
tebat aūt ita inſinuari trinitatem: vt ꝯnis
nulla eſſet diuerſitas ſubſtātia: ſigillatiz
tū cōmendaret diſtinctio perſonarum: vbi
eis q̄ recte intelligū: nūq̄ videri poteſt
ſeparatio naturarū. Qd aūt ſequit. [Et
cum venerit ille arguet mūdū de peccato.
et de iuſticia: et de iudicio. De peccato qui
dē quia non crediderunt in me. De iuſticia
vero quia ad patrem vado et iam non vi
debitis me. De iudicio autem qz princeps
huius mundi iudicatus eſt.] Tanq̄ ſoluz
ſit peccatum non credere in chriſtum: et tā
q̄ ipſa ſit iuſticia non videre chriſtum: et
tanq̄ ipſum ſit iudicium: quod princeps
huius mundi: hoc eſt diabolus iudicatus
eſt valde latebroſum eſt nec iſto ſermo
ne coartandum: ne fiat obſcurius breui
tate: ſed alio potius q̄ruz domin⁹ adiuua
rit explicandum.

Tractatus.xcv.

De eadem lectione.

B



Romittens dñs miſſuruz ſe ſpiritūſanctum: [cuz venerit (inquit) ille arguet mūdū de pctō et de iuſtitia et de iudicio.] Quid
ſ. tract. lxxxix. eſt hoc? Nunquid nā do minus chriſt⁹ non arguit mundum de peccato cū ait. Si nō veniſſez et locutus eis fuiſſem peccatum non habe rent. Nunc autem excuſationem nō habēt de peccato ſuo? Sed ne ds forte dicat hoc ad iudeos ꝓprie pertinere non ad mundū
Joh. xv. Nōne alio loco inquit. Si de mūdo eſſetis mundus quod ſuum erat diligeret? Nunquid nō arguit de iuſticia vbi ait: pater iu
Jo. xvij. mat. xxv ſte mundus te non cognouit? Nūquid nō arguit de iudicio vbi ſe ait ſiniſtris eſſe dicturum: ite in ignem eternum qui paratus eſt diabolo et angelis ei⁹? Et multa alia re periuntur in ſancto euangelio: vbi de his chriſtus arguit mūdum. Quid eſt ergo: qō tanq̄ ꝓprie tribuit hoc ſpiritui ſancto? An forte quia chriſtus in iudeorum gente tan tum locutus eſt mundum non videtur ar guiſſe: vt ille itelligatur argui qui audit ar guentem? Spiritus autem ſanctus in diſcipulis eius toto orbe diffuſis: non vnam
Act. j. gentem intelligitur arguiſſe ſed mundum. Nam hoc illis ait aſcenſurus in celū. Nō eſt veſtrum noſſe tempora vel momēta que pater poſuit in ſua poteſtate: ſz accipietis virtutem ſpiritus ſancti ſuperuenientis in vos: et eritis mihi teſtes in hieruſalem et in tota iudea: et in ſamaria, et vſq ad fines ter re. Hoc eſt arguere mundum. Si quis au deat dicere quod per diſcipulos chriſti ar
ij. co. xiij guet mundū ſpiritusſanctus: et non arguat ipſe chriſtus? Cum clamet apoſtolus. An
Rom. v. vultis accipere experimentum eius qui in
j. cor. xiij me loquitur chriſtus? Quos itaq arguit ſpiritusſanctus: arguit vtiq et chriſt⁹. Sz ꝯtum mihi videtur quia per ſpiritumſan ctum diffundenda erat charitas in cordi bus eorum que foras mittit timorem, quo impediri poſſint ne arguere mundum qui perſecutorib⁹ fremebat auderent: propter ea dixit: ille arguet mūdum tanq̄ diceret: ille diffundet in cordibus veſtris charita tem: ſic enim timore depulſo: arguendi ha bebitis libertatem. Sepe autem diximus inſeparabilia opera eſſe trinitatis: ſz ſigil latim commendandas fuiſſe perſonas: vt non ſolum ſine ſeparatione verumetiam ſi ne confuſione et vnitas intelligatur et trini
B tas. Exponit deinde quid dixerit de pecca to/et de iuſticia et de iudicio. [De peccato quidem (inquit) qz non crediderūt in me.] Hoc enim peccatum quaſi ſolum ſit pre ceteris poſuit: quia hoc manente cetera deti nentur: et hoc diſcedente cetera remittunt. [De iuſticia vero (inquit) qz ad patrez va do: et iam non videbitis me.] Hic primo vi dendum eſt: ſi recte quiſq arguitur de pec cato quomodo recte arguitur et de iuſticia Nūquid ſi arguēdus eſt peccator propter ea: qz peccator eſt: arguēdū putauit quiſq et iuſtum: propterea qz iuſt⁹ eſt? Abſit. Nā et ſi aliquando iuſtus arguitur: ideo recte arguitur: quia ſcriptuz eſt. Non eſt iuſtus Eccl. vij in terra: qui faciat bonū et nō peccet. Quo circa etiam cum iuſtus arguitur de pecca to arguitur non de iuſticia: qm̄ et in illo qō legimus diuinitus dictuz: noli eſſici iuſtus multum: nō eſt notata iuſticia ſapientis: ſz ſuperbia preſumentis. Qui ergo ſit multuz iuſtus: ipſo nimio fit iniuſtus. Multum em̄ ſe facit iuſtum: qui dicit ſe non habere pec catum aut qui ſe putat non graria dei ſed ſua voluntate ſufficiente effici iuſtum: nec recte viuendo iuſtus eſt: ſed potius iuſtat⁹ putando ſe eſſe quod nō eſt. Quo pacto igi tur mundus arguendus eſt de iuſticia: miſi de iuſticia credentium? Arguitur itaq de peccato qz chriſtū nō credit: et arguitur de iuſticia eorum qui credunt. Ipſa quippe fi delium comparatio: infidelium eſt vitupe ratio. Hoc et ipſa expoſitio ſatis idicat. Vo lens enim aperire quid dixerit de iuſticia vero inquit qz ad patrem vado et iam non videbitis me. Non ait: et iam non videbūt me de quibus dixerat: quia non credunt in me: ſed peccatum quid vocaret exponens: de illis locutus eſt dicens: quia non credūt in me. Exponens autem quam dixerit iuſti Ephe. v. ciam de qua vt dixit mundus arguitur: ad ipſos quibus loquebatur ſe conuertit at q ait. Quia ad patrem vado et iam non vi debitis me. Quapropter mūdus de pecca to quidem ſuo: de iuſticia ꝯo arguitur alie na: ſicut arguūtur de lumine tenebre. Om nia enim que arguūtur ait apoſtolus: a lu mine manifeſtantur. Quantum em̄ malu ſit eorum qui non credunt non ſolum per ſeipſum: verūetiam ex bono pōt eorū appa rere qui credunt. Et qm̄ iſta vox infideliuz eſſe cōſueuit: quomodo credimus quod nō vidimus. Ideo credentiū iuſticiā ſic opor tuit diffiniri: qz ad patrem vado et iam non Joh. xx. videbitis me. Beati em̄ q̄ non vident et cre dunt. Nam et qui viderunt chriſtum nō in eo laudata eſt fides eorum quia credebāt quod videbant: id eſt filium hominis: ſed quia credebant quod non videbant: id eſt

filiū dei. Cū vero ⁊ ipa forma serui subtracta eor esset aspectib⁹: tū vero ex omni parte implet⁹ est: iustus ex fide viuit. Est enim fides (sicut in epistola q̄ ad hebreos est diffinitur) sperandaꝝ substantia ⁊ conuictio rerū q̄ nō videnť. Sed q̄d est iā nō videbitis me? Non enim ait: ad patrem vado: ⁊ non videbitis me. Ut temporis interualli quo non videbať significasse intelligeret sine breue sine longū: tamen vtiq; terminatū. Sed dicendo iam non videbitis me: vel nunq̄ decetero visuros eos christū veritas pronūciauit. Hec ne iusticia est nūq̄ christū videre et in eū tamen credere: cum propteres laudeť fides ex qua iust⁹ viuit: quoniam credit quem modo nō videt christū: se aliquando esse visurū? Postremo ſm iusticiam nūq̄d dicturi sum⁹ paulū apostolū non fuisse iustū: confitentem se christū vidisse post ascensionem ei⁹ in celū: de quo vtiq; iam tempore dixerat: iam non videbitis me. Nūq̄d scōm hanc iusticiam iust⁹ non erat gloriosissim⁹ stephan⁹: q̄ cum lapidaretur ait: ecce video celum apertum: et filiū hominis stantem ad dexterā dei. Quid ergo est ad patrem vado: et iam non videbitis me: nisi quomodo sum vobiscū sum: Tūc enim adhuc erat mortalis in similitudine carnis peccati: q̄ sitire poterat atq; sitire, fatigari atq; domire. Hūc ergo christū: id est talem christum cum transisset de hoc mūdo ad patrē non erant iam visuri: et ipsa est iusticia fidei de qua dicit apostolus. Et si noueram⁹ christū scōm carnē: ſz nūc iam nō nouim⁹. Erit itaq; inq̄t vestra iusticia qua mūdus arguet: q: vado ad patrem et iam non videbitis me: quomodo in cū quem non videbitis crediti⁹ in me: ⁊ quando me videbitis quod tūc ero: non videbitis me quod sum vobiscū modo: nec videbitis me humilez sed excelsum: non videbitis mortalem: sed sempiternum: non videbitis iudicandum sed iudicaturum: ⁊ de hac fide vestra: id est iusticia vestra: arguet spiritussanctus incredulū mundum.

D Arguet etiā: [de iudicio: quia princeps huius mundi iudicatus est.] Quis est iste nisi de quo ait alio loco: ecce venit princeps mūdi ⁊ in me nihil inuenit: id ē nihil iuris sui: nihil q̄d ad eū ptineat: nullū ſz omnino peccati? Per hoc eīm est diabol⁹ princeps mūdi: non eīm celi ⁊ terre et omniū q̄ in eis sunt est diabol⁹ princeps q̄ significatiōe intelligiť mund⁹ vbi dictū est ⁊ mūdus per eū fact⁹ est. Sz mūdi est diabolus princeps: de quo mundo ibi continuo subiungit atq; ait: et mundus eū non cognouit: hoc est homines infideles: quibus totorbe terrarum mundus est plenus. Inter quos gemit fidelis mundus: quem de mūdo elegit per quē fact⁹ est mundus de quo ipse dicit. Non venit filius hois vt iudicet mūdum: sed vt saluetur mundus per ipm. Mundus eo iudicante dānať: mūdus eo subueniente saluať: quomā sicut arbor fructus et pomis: sicut area paleis et frumentis: ita infidelibus et fidelibus plenus est mūd⁹. Princeps est ergo mundi huius: hoc est princeps tenebrarū harū: hoc est infidelium de quibus eruitur mundus quibus dicit fuistis aliquando tenebre: nunc aūt lux in dño. Princeps mundi huius de quo adhuc dicit. Nunc princeps mundi huius missus est foras. vtiq; iudicatus est: qm̄ iudicio ignis eterni irreuocabiliter destinatus est. Et de hoc itaq; iudicio quo princeps iudicatus est mundi arguitur a spiritusancto mundus quoniam cum suo principe iudicatur: quem superbus atq; impius imitatur. Si cū deus sicut dicit apostol⁹ petrus: pecc antibus angelis non pepercit sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos seruari: quo modo non a spiritusancto de hoc iudicio mundus arguitur: quando in spiritusancto hec loquitur apostolus? Credāt itaq; homines in christum ne arguant de peccato infidelitatis sue: quo peccata omnia detinentur. Transeant in numerum fideliū ne arguantur de iusticia eorum: quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium, ne cū mundi principe damnenť quem iudicatū imitant. Etenim ne sibi exilimet parci superbia dura mortaliū de superborum supplicio terrenda est angelorum.

Ioh. iij.

Ephe. vj

Ephe. v.

Joh. xij.

ij. Pet. ij

Tractatus. xcvj.

C Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare mō. Cuz autem venerit ille spūs veritatis docebit vos oēm veritatem.

A



N isto sancti euangelij capitulo vbi dominus ait discīplis suis. [Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo.] Prius querendum illud occurrit quomodo superius dixerit omnia que audiui a patre meo nota feci vobis: et hic dicat: adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo. Uel illō quō dixerit: q̄ nō dū fecerat tanq̄ fecerit, sicut ea q̄ futura sunt: deum fecisse ꝓpheta testatur dicens: qui fecit que futura sunt: iam cū ipa: verba

tractarem⁹: vt potuim⁹ exposuimus. Nūc ergo que ista sint que apostoli tūc portare non poterant: vultis forsitan scire. Sed q̄s nostrum audeat eorum se dicere iam capacem: que illi capere non valebant? Ac per hoc nec a me expectanda sunt vt dicantur que forte non caperem si mihi ab alio dicerentur: nec vos ea portare possetis: etiaz si ego tantus essem vt a me ista que vobis altiora sunt audiretis. Et fieri quidez potest vt sint in vobis aliqui ad ea capienda iam idonei: que alij capere nondum valent: ⁊ si nō omnia de quibus magister ille deus dicebat adhuc multa habeo vobis dicere: ea men eorum forte nonnulla. Sed quemā sint ista que ipse non dixit: temerarium est velle presumere ⁊ dicere. Nam et moti pro christo nondum erāt idonei tunc apostoli quibus dicebat: nō potestis me sequi modo. Unde primus eoruz petrus: qui hoc iā se posse presumpserat: aliud expert⁹ est q̄m putabat. Et tamē postea et viri ⁊ mulieres pueri ⁊ puelle iuuenes ⁊ ꝝgines, senes cuz iuniorib⁹: innumerabiles martyrio coronati sunt et posse inuente sunt oues: quod tūc quando ista dominus loquebatur: nondum poterant portare pastores. Nunquid ergo debuit illis ouibus dici in illo tentationis articulo quod certare vsq; ad mortem pro veritate opotebat: ⁊ pro christi nomine vel doctrina sanguinez fundere? Nūquid inq̄t debuit eis dici: quis vestrum audeat idoneū martyrio se putare: cui petrus idoneus nōdum fuerat quando cum os ad os ipse dominus instruebat? Sic itaq; dixerit aliqs non debere dici populis christianis audire cupientib⁹: q̄ sint de quibus dns tunc dicebat: adhuc multa habeo vobis dicere: ſz non potestis portare modo: si apostoli nondum poterant: multo minus vos potestis: q: forte sic multi possunt audire: quod tunc nondum poterat petrus: sic multi possunt martyrio coronari, quod tunc nondum poterat petr⁹ presertim iam misso spiritusancto qui tūc nondum erat missus: de quo cōtinuo subiungit atq; ait. [Cū autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos oēm veritatem.] Sic vtiq; demonstrans illos ideo q̄ habebat dicere portare non posse: q: nondum ad eos venerat spiritussanct⁹. Ecce concedamus vt ita sit: multos ea modo portare posse iam misso spiritusancto: que tunc eo nondum misso non poterant portare discipuli. Nūquid ideo scimus que sint que dicere noluit: que tunc scirem⁹ si ab eo dicta legeremus vel audiremus? Aliud est enim scire vtrū a nobis vel a vobis portari possint: aliud autem scire que sint siue portari possint siue nō possint. Que cū ipse tacuerit: quis nostrū dicat ista vel illa sūt? Aut si dicere audeat: vnde probat? Quis enim est tam vanus aut temerari⁹: qui cuz dixerit etiam vera quibus voluerit que voluerit sine vllo testimonio diuino affirmet ea esse q̄ tunc dns dicere noluit? Quis hoc nostrum faciat ⁊ non maximaz culpam temeritatis incurrat: in quo nec prophetica nec apostolica excellit auctoritas? Naz ꝓfecto si eorum aliquid legissemus in libris canonica auctoritate firmatis, q̄ post ascēsionem domini scripti sunt: parum fuerat hoc legisse: nisi illic id etiam legeretur hoc ex eis esse que tūc dominus noluit discipulis dicere, qz nō poterant illa portare: tāḡ si verbi gratia, ego dicerem illud quod legimus in huius euangelij capite. In principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deū et deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum: ⁊ alia que sequuntur: quoniaz postea scripta sunt: nec ea dominum iesu dixisse narratum est: cum hic esset in carne sed hec vim⁹ ex apostolis eius ipso ac spiritu eius sibi reuelante conscripsit: ex his esse que nolnit tunc dominus dicere: quia ea discipuli portare nō poterant: quis me audiat tam temere ista dicentem? Si autē vbi hoc leginus ibi hoc etiam legeremus quis non tanto apostolo crederet. Sed id quoq; mihi videtur absurdissime dici, ea tunc non potuisse portare discipulos q̄ de inuisibilibus ⁊ altissimis reb⁹ inuenim⁹ in apostolicis litteris que postmoduz scripte sunt nec ea dīm quando cū illis visibiliter erat dixisse narratur: cur enim ea tunc forte non poterāt que nūc in eor libris: quis non legat: q̄s non ferat: etiam si non intelligat? Nōnulla quidem homines infideles in scripturis sanctis ⁊ non intellīgūt cū legunt vel audiūt: ⁊ lecta vel audita ferre nō possunt: sicut pagani q̄ō per eū qui crucifixus est fact⁹ est mūdus: sicut iudei q̄ filius dei sit: q̄ eo modo q̄ ipsi celebrant sabbatuz soluit. Sicut sabelliani: q: trinitas est pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus: sicut arriani: quia equalis est patri filius: ⁊ patri ac filio spiritussanct⁹: sicut fotiniani: q: non homotim similis nobis: sed etiā de⁹ deo pri equalis est. Sicut manichei q̄ xp̄s Jesus p quē liberati sumus nasci in carne ⁊ de carne dignat⁹ est. Et cereri oēs puersarū ac diuersarū sectarū homines, vtiq; ferre nō possunt: quicquid in scripturis sanctis ⁊ in fide catholica reperitur, quod contra eorum ꝓfanatur errores, sicut nos ferre non possum⁹ sacrilegas eorum vanitates et insanias mendaces? Quid est enim ferre non posse

Rom. j.

Hebr. xj.

Act. vij.

ij. Cor. v.

Joh. xvij.

Joh. j.

Joh. xvj

Joh. j.

nisi equo animo non haberet? Sed omnia que post ascẽsionẽ domini canonica veritate atq; auctoritate conscripta sunt: qs fidelis vel etiã cathecumin⁹ anteq; spiritũsanctum baptizat⁹ accipiat: non equo animo legit atq; audit: etiam si nondũ sicut oportet intelligit? Quomõ ergo aliqd eoꝝ que post ascensionem domini scripta sunt non possent ferre discipuli: etiam nondum sibi missio spiritusancto/cũ omnia nunc ferant cathecumini nondum accepto spiritusancto. Qz ꝛ si non eis fidelium sacramenta prodũtur nõ ideo fit q; ea ferre non possunt sed vt ab eis tanto ardentius concupiscãtur: quanto ei honorabilius occultantur. Quapropter charissimi non a nobis expectetis audire/que tunc noluit dñs discipulis dicere/quia nondum poterant illa portare: sed potius in charitate ꝓficite: q̃ diffunditur in cordibus vestris p spiritũ sc̃m q̃ dat⁹ est nobis: vt spiritu feruentes ꝛ spiritualia diligẽtes: spirituale lucẽ/spirituale ẽ voce quaz carnales hoies ferre nõ pñt/ nõ aliquo signo corporalib⁹ oculis apparẽte/nec aliquo sono corporalib⁹ auribus in strepẽte ſz interiore ꝛspectu ꝛ auditu nosse possitis. Non em̃ diligitur: qđ penit⁹ ignoratur: sed cũ diligitur qđ ex quantulacũq; parte cognoscit: ipa efficitur dilectione vt melius ꝛ plenius cognoscatur. Si ergo in charitate ꝓficatis quã diffundit in cordibus spiritussanct⁹: docebit vos omnem veritatem: vel sicut alij codices habent: deducet vos in omni veritate. Unde dictum est. Deduc me domine in via tua ꝛ ambulabo in veritate tua. Sic fiat vt nõ a doctorib⁹ exteriorib⁹ illa discatis que noluit dñs tunc dicere: sed sitis oẽs docibiles dei: vt eaipsa que p lectiones atq; sermões extrinsecus adhibitos didicistis ꝛ credidistis: ꝛ natura dei nõ corporea: nec loco aliquo inclusa: nec p finita spacia locoꝝ/quali molle distenta: sed vtiq; tota ꝛ pfecta: et infinita: sine nitoris⁹ coloꝝ: sine figuris liniamẽtorum: sine notis litterarũ: sine serie syllabaꝝ ipa mente conspicere valeatis. Ecce dixi aliquid quod forte inde sit/ꝛ tamẽ ac cepistis: ꝛ non solũ ferre nõ potuistis: verũ etiam libenter audistis. Sed si ille magister interior: qui cũ adhuc discipulis exterius loqueret ait. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo vellet nobis id quod de corporea dei natura dixi: intrinsecus ita dicere: sicut sanctis angelis dicit qui semper vident faciem patris: nondum ea portare possemus. Proinde quod ait. [Docebit vos omnem veritatem:] vel deducet vos in omni veritate: non arbitror in hac vita in cuiusq; mnete posse compleri. Quis enim viuens in hoc corpore quod corrũpit et aggrauat animã possit omnem cognoscere veritatem/ cum dicat apostolus: ex parte scimus. Sed qz per spiritum sanctum fit: vnde nunc pign⁹ accepimus: vt ad ipsam quoq; plenitudinem veniamus: de qua idem dicit apostolus. Tunc autẽ facie ad faciem: ꝛ nũc scio ex parte: tunc aũt cognoscã sicut ꝛ cognit⁹ sum: non quod in hac tantum vita sed totum quod vsq; ad illã perfectionem futurũ est/nobis dominus promisit per charitatẽ spiritũ dicens. Docebit vos omnem veritatem: vel deducet vos in omni veritate. Que cuz ita sint: dilectissimi moneo vos in charitate christi vt seductores caueatis: impuros: ꝛ obscene turpitudinis sectas. De quibus ait apostolus. Que autem occulte fiunt ab ipsis: turpe est et dicere: ne cũ horrẽdas immundicias docere ceperint: q̃s humane aures qualescũq; sint portare nõ possint: dicãt ipsa esse que dominꝰ ait: adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo: ꝛ per spiritũsanctũ esse rãt fieri: vt possint illa imunda ꝛ nefanda portari. Alia sunt mala q̃ portare non põt qualiscũq; pudor humanus: ꝛ alia sunt bona q̃ portare non põt parnus sensus humanus. Ista sunt in corporib⁹ impudicis/ista remota sunt a corporibus vniuersis hoc in pura carne cõmittitur: illud pura mente vir cernit. Renouamini ergo spiritu mẽtis vestre: ꝛ intelligite que sit voluntas dei quod bonũ ꝛ beneplacitum/et perfectum: vt in charitate radicati ꝛ fundati possitis cõprehẽdere cum oibus sanctis que sit lõgitudo/latitudo/altitudo/ꝛ profundum/cognoscere etiã supereminentẽ sciẽtie charitatẽ xpi: vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Isto em̃ modo vos docebit spiritussanctus omnem veritatem: cum magis magisq; diffundet i cordibus vestris charitatem.

Ephe.

Tractatus.xcvij.

De eadem lectione.



Spiritussanctus quem promisit dominus se discipulis suis esse missurum: qui eos doceret omnem veritatem: quam tunc quando cuz eis loquebatur portare non poterãt. De quo spiritusancto sicut dicit apostolus. Nunc pignus accepimus/quo verbo intelligere mus eius plenitudinem nobis in vita alia reseruari. Ipse ergo spiritussanctus ꝛ nũc

docet fideles quanta quisq; potest capere: et spiritualia eorum pectora desiderio maiore succendit: si quisq; in ea charitate proficiat: qua ꝛ diligat cognita ꝛ cognoscẽda desideret: ita vt ea quoq; ipa q̃ nũc quomodo docũq; cognoscit: nondũ se scire sciat: sicut scienda sunt in ea vita: quam nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec i cor hominis ascendit. Quo sciendi modo si nunc ea vel leter interior magister dicere: id est nostre mẽti aperire atq; monstrare: humana infirmitas portare non posset. Unde me vestra dilectio meminit iam locutũ: cum sancti euãgelij verba tractarem⁹: vbi dñs ait. [Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.] Non vt in his domini verbis nescio que secreta nimis abdita suspicemur: que cũ nici a docẽte nõ possint portari a discente non possint: sed ea ipsa que doctrina religionis in quorũlibet hominũ noticia legim⁹ et scribim⁹/audimus ꝛ dicimus: si vellet eo modo nobis christus dicere sicut dicit angelis sanctis in seipso vnigenito verbo/patri coeterno: quinam portare homines possent etiam si iaz eẽnt spirituales quales adhuc apostoli nõ fuerunt quando ista eis dominus dixit/qualesq; postea veniẽte sanctospiritu facti sũt Nam vtiq; quicquid de creatura sciri potest minus est ipso creatore: q̃ sumus ꝛ verus ꝛ immutabilis est deus. Et quis eum tacet: vbi non a legentibus/disputantibus querentibus/respondentibus/laudãtib⁹/ cantantibus / quoquomodo sermocinantibus/postremo ab ipsis etiam blaphemãtibus nominatur? Et cum eum nemo taceat: quis est qui eum sicut intelligendus est capiat: cum de ozibus et auribus hominũ non recedat. Quis est cuius acies ad eum mentis accedat? Quis est qui eũ trinitatez esse sciret nisi ipe sic innotescere voluisset? Et quis hominum iam istam sileat trinitatem? Et tamen quis hominum sicut angeli sapiat trinitatem? Ea ipsa ergo que de dei eternitate/veritate/sanctitate/ in promptu/et palam sine cessione dicũtur ab alijs bene/ab alijs male intelliguntur: immo ab alijs intelliguntur: ab alijs non intelliguntur. Qui enim male intelligit/nõ intelligit. Ab eis ipsis autem a quibus bene intelliguntur. Ab alijs minus: ab alijs amplius mentis vtuacitate cernuntur: ꝛ a nullo hominũ sicut ab angelis capiuntur. In ipsa ergo mente/hoc est in interiore homine quodammodo crescitur: non solum vt ad cibum a lacte transeatur. Uerũetiaz vt amplius atq; amplius cibus ipse sumatur. Non autem crescit speciosa molle sed intelligentia luminosa/quia ꝛ ipe cibus intelligibilis lux est: vt ergo crescatis eumq; capiatis: ꝛ quãtomagis crescitis: tãto magis magisq; capiatis: nõ ab eo doctore qui vestris auribus sonat/hoc est forinsec⁹ operando plantat et rigat: sed ab eo qui dat incrementum/ petere ac sperare debetis.

1.Cor.ij.

1.cor.iij

Proinde sicut preterito sermone cõmonui/cauete maxime qui paruuli estis: ꝛ ad huc alimentis lacteis indigetis: ne hominibus sub hac occasione deceptis ac deceptorib⁹ (qz dñs ait. Adhuc multa habeo vobis dicere/sed nõ potestis portare mõ) aurem curiosaz ꝓbeatis ad incognita sciẽda: cũ mẽtes inualidas habeatis ad vera ꝛ falsa dijudicãda: maxime ꝓpter obscenissimas turpitudines: quas docuit vanitas/animas instabiles atq; carnales: ad hoc deo sinente vt eius vbiq; sint tremenda iudicia/ꝛ in ꝓparatione impure nequtie dulcescat purissima disciplina: atq; illi det honorẽ: timorẽ aũt vel pudorẽ sibi: q̃ in illa mala vel illo regente nõ cecidit: vel illo inde leuãte surrexit. Cauete timẽdo ꝛ otiãdo ne irruatis in illud enigma salomonis: vbi mulier insipiẽs ꝛ audax inops panis effecta: puocat ptereũtes dicẽs. Panes occultos libenter attingite: ꝛ aq̃ furtiue dulcedinẽ. Hec em̃ mulier vanitas est impioz: cuz sint insipientissimi: aliqd se scire opinãtiz sicut de ista muliere dictũ est/inops panis efficit. Que cũ sit inops panis: ꝓmittit panes. i. cũ sit ignara veritatis: promittit scientiã veritatis occultos tamen panes ꝓmittit: quos tamen dicit libenter attingi: et aq̃ furtiue dulcedinẽ: vt ea scilicet libentius ꝛ dulcius audiantur ꝛ agantur que palam in ecclesia dici crediq; phibentur. Ipa qpe occultatione condũt quodãmodo nefarios doctores sua venena curiosis: vt ideo se existimẽt aliqd discere magnũ: qz merenẽ habere secretũ: ꝛ suaui? hauriãt insipiẽtiã quam putãt sciẽtiã/cui⁹ phibitã quodãmodo furantur audaciaz. Hinc ꝛ nefarios ritus sui hominibus sacrilega curiositate deceptis vel decipientis: magicarum artium doctrina cõmẽdat. Hinc ille illicite diuinationes inspectis pecudum visceribus occisorum aut vocibus ꝛ volatibus auiuz aut signis multiformibus demonioꝝ: insurrant auribus hominũ perituroꝝ: p colloquia perditorum. Propter hec illicita atq; puniẽda secreta: mulier illa non solum insipiens: verum audax etiam nuncupatur. Sed hec non solum a seipsa: verum et a nobis nre religionis aliena sint quando quidem mulier hec insipiens et audax sub christiano vocabulo tot scelestas her ẽ

condidit: tot nephandas fabulas finxit: vt iam tales quales in theatris: siue cantātur siue saltātur: siue inimica scurrilitate ridētur: et non quasdā tales quales aduersus deum fingere potuisse: sic illam dolearnus insipientiā: vt miremur audaciā. Omnes autē insipientissimi heretici qui se christianos vocari volūt: audacias figmē toū suoz quas maxime exhoiret sensus humanus hac occasione euāgelice sententie colorare conātur. Ubi dns ait. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo: quasi hec ipsa sint que tūc discipuli portare non poterāt: et ea docuerit spiritussanctus: que palam docere atq; predicare quātalibet feratur audacia spiritus erubescit imundus. Hos apostolus
ij. thi. iiij in spiritu sancto preuidēs ait. Erit enī tempus quo sanam doctrinā non sustinebunt ꝛ fm desideria sua magistros sibi coacervabunt prurientes auribus. Et a veritate quidē auditum auertētes: ad fabulas autem cōuertentur. Illa enī secreti furtiq; cō memoratio que dicit, panes occultos libēter attingite et aque furtiue dulcedinē: pruritum facit audientibus in auribus spiritualiter fornicātibus: sicut pruritu quodā libidinis etiā in carne corūpitur integritas castitatis. Audite itaq; apostoluz talia preuidētem: et ea vitāda salubriter admonētem. Prophanas inquit verboū no
j. thi. vj. uitates deuita. Multuz enim ꝓficiunt ad
ij. thi. ij. impietatē et sermo eoz sicut cancer serpit. Et non ait verboz nouitates: sed addidit prophanas. Sunt enī et doctrine religionis cōgruentes verboz nouitates: sicut ipsum nomen christianoū quādo dici ceperat sicut scriptū est. In antiochia enim priActu. xj mū post ascensionē domini appellati sunt discipuli christiani: sicut legit in actibus apostolorum, et xenodochia et monasteria postea sunt appellata nouis nominibus. Res tamē ipse et ante nomina sua erant: et religionis veritate firmātur: que etiā contra improbos defendūtur. Aduersus impietatē quoq; arrianoū hereticoū, nouū nomen patris homousyon condiderūt sed non rem nouaz tali nomine signauerunt.
Johā. x. Hoc enim vocat homousyon quod est ego et pater vnū sumus: vnius videlicet eiusdēq; substantie. Nā si omnis nouitas prophana esset: nec a dño diceretur: mādatuz
Jo. xiij. nouū do vobis. Nec testamentū appellaretur nouū: nec cantare vniuersa tibi can
Heb. ix. ticum nouū. Sed ꝓphane sunt verborum
ꝓuer. ix nouitates, vbi dicit mulier insipiēs et audax. Panes occultos libenter attingite: et aque furtiue dulcedinē. Ab hac pollicitatione falsē scientie: prohibet etiaz illo loco apostolus vbi dicit. O timothee depositum j. thi. vj. custodi: deuitans ꝓphanas vocū nouitates: et cōtradictiones falsi nominis scientie: quā quidez promittētes circa fidē exciderunt. Nihil enim sic amant isti q̄s scientiā promittere: et fidē rerum verarū quas credere paruuli precipiūtur velut imperitiaz deridere. Dicit aliquis. Nihil ne spūales viri habēt in doctrina: quod carnalibus taceant: et spūalibus eloquātur? Si respōdero non habēt: continuo mihi dicet: ex epistola ad corinthios apostoli pauli. Nō po- j. cor. iij. tui vobis loqui quasi spūalibus sed quasi carnalibus: quasi paruulis in christo lac vobis potū dedi non escam: nōdum enim poteratis: sed nec adhuc quidez potestis: adhuc enim estis carnales. Et illud. Sa- j. Cor. ij. pientiā loquimur inter perfectos. Et illud. Spiritalibus spiritalia comparātes: animalis autē homo nō percipit que sunt spiritus dei: stultitia enī est illi. Hoc totū quale sit: ne rursus ꝓpter hec verba apti prophanis vocū nouitatibus secreta queran tur: et ea que debet castoruz spūs cozpusq; vitare, dicatur carnalis sustinere nō posse sermone alio si dns donauerit disputāduz est: vt iam istū aliquando claudamus.

Tractatus. xcviij.

De eadem lectione.

A

Ex verbis dñi nostri vbi dicit. [Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo] Exortā difficilem qōnez me recolo distulisse vt in de ociosius tractaretur quia illū modus cōpetens compellebat finire sermonē. Nunc ergo quoniā tempus est promissa reddendi, pertractetur vt dominus ipse donauerit: qui corda nostra vt proponere ꝑ ingessit. Hec autez questio. Utz spirituales homines habeāt aliquid in doctrina: quod carnalibus taceāt et spiritualibus dicāt. Quia si dixerimus non habent: respōdebitur nobis. Quid est ergo quod dicebat apostolus scribēs ad Corinthios. Nō potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalib⁹: quasi paruulis in christo lac vobis potum dedi non escam? Nondum enim poteratis: sed nec adhuc quidem potestis: adhuc enim estis carnales. Si autem dixerimus habēt: timendum et canēdum est ne sub hac occasione in occultis nefaria doceantur: et spiritualium nomine velut ea que carnales capere non possunt: non solum excusatione dealbanda: verūetiam predicatiōe laudanda videantur. Primum ergo scire debet charitas vestra q̄ ipse christus crucifixus est: quo velut lacte paruulos aluisse se dicit apostolus. Ipsa vera caro eius in qua facta est vera mors eius et vulnera vera confixi sanguinisq; excussi: nō eo modo a carnalibus quo ab spiritualibus cogitatur: et illis est lac, istis cibus est: quia et si non audiūt amplius: intelligunt amplius. Non enim equaliter mente percipitur: etiam quod in fide pariter ab vtrisq; j. Cor. j. recipitur. Ita fit vt predicatus ab apostolis christus crucifixus et iudeis esset scandalum et gentibus stultitia: et ipsis vocatis iudeis et grecis dei virtus et dei sapientia. Sed carnalibus paruulis id tantum credendo tenētibus: spiritualibus autem capaciozibus id etiam intelligēdo cernentibus. Illis ergo tanq̄ lacteus potꝰ, istis tanq̄ solidus cibus nō quia hoc illi aliter in populis: isti aliter in cubiculis cognouerunt. Sed quod eodem modo vtriq; cuz palam diceretur audiebant: pro suo modo quiq; capiebant. Cum enim christus B propterea sit crucifixus: vt in remissione peccatoruz sanguinem funderet: qua eius vnigeniti passiōe diuina gratia cōmendatur: vt nemo in homine glorietur: quomodo intelligebant christum crucifixum qui j. cor. iij. adhuc dicebant. Ego sum pauli? Nunqd Gal. vj. quomodo ipse ꝑaulus qui dicebat. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi? De ipo itaq; christo crucifixo et ipse cibum pro sua capacitate sumebat: et illos lacte pro eorum infirmitate nutriebat. Denicq; illa que scripsit ad Corinthios aliter vtriq; ab ipsis paruulis: aliter a capaciozibus posse intelligi sciens j. Corin. xiij. ait. Si quis est inter vos propheta aut spiritualis agnoscat que scribo vobis: q̄ domini est mandatum. Si quis autem ignorat ignorabitur. Solidam profecto voluit esse scientiam spiritualiū: vbi non sola fides accōmodaretur sed certa cognitio teneretur. Ac per hoc illi ea ipsa ꝓcredebāt: que spirituales insuper agnoscebāt. Ignorabitur autem ait qui ignorat: q̄ nondum ei reuelatū est: vt quod credit sciat. Quod cum fit in hominis mente, ipse dicit agnosci a deo: quia deus illū agnoscentez facit: sicut alibi ait. Nunc autem cognoscentes ij. Pet. j. deū immo cogniti a deo. Nunq̄ enim tunc cognouerat eos deus: precognitos et electos ante mundi constitutionem: sed tunc eos seipsuz cognoscere fecerat. Hoc igitur primitus cognito q̄ ea ipsa que simul audiunt spūales atq; carnales ꝓ suo modulo quiq; capiūt: illi vt paruli, isti vt maiores: illi vt lactis alimentū: isti vt cibi solidamentū. Nulla videtur esse necessitas: vt aliqua secreta doctrine taceanꝫ et absondātur fidelibus paruulis, seorsum discenda maioribus: hoc est intelligētioribꝰ: et hoc ideo faciendū putetur: q̄ dixit apostolus. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus. Hoc ipsuz j. Cor. iij. enim quod nō iudicauit se scire in eis nisi iesum christū et hunc crucifixum: ipsis non potuit loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus: q̄ id sicut spirituales capere nonvalebant. Quicūq; aūt spirituales inter eos erant: id est quod illi tanq̄ carnales audiebant: spirituali ipsi intellecti capiebant: vt sic intelligatur q̄ō ait: non potui vobis loqui quasi spūalibus sed ōsi carnalibus: ac si diceret. Non potuistis quasi spūales: sed quasi carnales capere q̄ō loquebar. Animalis enī homo: id est qui fm j. Cor. ij. hominē sapit (animalis dictus ab anima carnalis a carne, q̄ ex anima et carne constat totus homo). Non percipit que sunt spūs dei id est: quid gratie credentibꝰ crux conferat christi: et putat hoc illa cruce actum esse tantūmodo vt nobis ysq; ad mortem proueritate certantibus, imitandum preberet exemplum. Nam si scirent hmōi homines qui nolūt esse nisi homines quē ad modū christus crucifixus factus sit nobis sapientia a deo: et iustitia et sanctificatio: et redemptio: vt quēadmodum scriptū est: qui gloriatur in domino glorietur: procul j. Cor. j. dubio non gloriarētur in homine nec carnaliter dicerent. Ego quidem sum pauli, ego autem apollo, ego vero cephe: sed spiritualiter ego sum christi. Uez illud adhuc C questionem facit: quod in epistola ad he- Hebr. v. bros legitur. Cum iam deberetis ipsi esse doctores: iterum doctrina indigetis que sint elementa sermonum dei: et facti estis opus habentes lacte, nō solido cibo. Omnis enim qui lactat inexpertus est verborū iustitie: infans est enim. Perfectoruz est autem solidus cibus eorū qui per habituz exercitatos habent sensus ad separandū bonum a malo. Hic enim videmus tanq̄ diffinitū esse quem perfectorū dicit solidum cibum: et hoc esse illud quod ad corinthios j. Cor. iij. scripsit est. Sapienziam loquimur inter perfectos. Quos autem perfectos voluerit hoc loco intelligi: subiecit atq; ait. Qui per habitum exercitatos habent sensus: ad separandum bonum a malo. Hoc ergo qui inualida et inexercitata mente non possunt: profecto nisi fidei quodā lacte teneantur: et vt inuisibilia que non vident:

Universidad de Sevilla Biblioteca

ꝛ intelligibilia que nōdum intelligunt credāt: facile ad vanas ꝛ sacrilegas fabulas promissiōe scientie ducūtur: vt ꝛ bonum ꝛ malum nō nisi corporalibus imaginib⁹ cogitent: ꝛ ipsum deū non nisi aliqō esse corpus existimēt: ꝛ malum nō nisi substātiaz putare nō possunt cū sit potius ab immutabili substantia mutabilium substantiaruz quidā defectus: quas fecit ex nihilo ipsa immutabilis ꝛ summa substātia qui est deꝰ. Quod profecto quisquis nō solum credit: verūetiam exercitatis interioribus animi sensibus intelligit/percipit/nouit/non est iaz metuendū ne seducatur ab eis qui malum putando esse substantiā quā non fecit deus: mutabilē substātiam faciunt ipsum deum sicut manichei: vel si que alie pestes ita decipiunt: sed mente adhuc parulos quos dicit apostolus carnales: lacte nutriendos. Dis de hac re sermo quo agitur vt non solū credatur verūetiam intelligatur: sciaturqꝫ quod dꝛ percipere talia nō valentibus onerosus est: faciliusqꝫ illos premit ꝫ pascit. Ex quo fit: vt spirituales ista carnalibus nō oīmodo taceant ꝓpter catholicam fidē que oībus prædicāda est: nec tamen sic disserāt/vt volentes ea perducere ad intelligētiam nō capacem: facilius fastidiri faciāt in veritate sermonē: quam in
Colo. ij. sermone percipi veritatē. Propterea dicit scribēs ad colossēses. Et si corpore absens sum: spiritu vobiscū sum: gaudens ꝛ videns ordinationē vestram: ꝛ id qō deest fidei vestre in christo. Et ad thessalonicēses. Nocte ac die inquit abundantius orantes vt videamus faciē vestram: ꝛ suppleamꝰ que desunt fidei vestre. Intelligendi sunt vtiqꝫ ita primū cathezizati vt lacte alerenꝫ non solido cibo: cuius lactis ad hebreos cōmemoratur vberras/eis quos volebat citra
Heb. vj. liditate iam pascere. Propter qō ait. Iōgz remittentes initij christi verbū: in cōsummationem respiciamus. Nō iteruz iacientes fundamentū penitētie ab operib⁹ mortuis: ꝛ fidei in deū: lauacri doctrine/impositionis manū: resurrectiōis etiam mortuorū ꝛ iudicij eterni. Hec est lactis vbertas siue quo nō viuunt qui iaz quidē rōne vtūtur vt possint credere: sed bonū a malo non credēdo tantū: verūetiam intelligēdo quod pertinet ad solidū cibum separe non possunt. Quod aūt in lactis cōmemoratione posuit ꝛ doctrinā: ipsa est que per symbolū traditur ꝛ orationē dominicaz. Sed huic lacti absit vt sit cōtrarius cibꝰ rerum spiritualiū firma intelligētia capiendus. Qui colossensib⁹ ꝛ thessalonicensib⁹ defuit ꝛ supplēdus fuit. Quādo enim suppletur quod defuit: nō imꝓbatur qō fuit. Nam ꝛ ipsis que sumimus alimentis: vsqꝫ adeo nō est lacti contrarius solidus cibꝰ: vt ipse lactescat: quo possit esse aptus infantibus ad quos per matris vel nutricis pue
nit carnē: sicut fecit etiā mater ipsa sapientia: que cuz sit in excellis angelorꝫ solidus cibus: dignata est quodammodo latescere parulos: cū verbuz caro factū est ꝛ habitauit in nobis. Sed ipse homo christꝰ qui Johā. j.
vera carne/vera cruce/vera morte/vera resurrectiōe/sincerū lac dicitur paruulorꝫ cum bene a spūalibus capitur: inueniꝫ domi
D minus angelorꝫ. Proinde nec sic parvuli sunt lactādi: vt semper nō intelligāt deuz christū: nec sic ablactandi/vt deserāt hominē christum. Qō alio modo idipsum itadici potest. Nec sic lactandi sunt/vt creatorem nunqꝫ intelligant christū: nec sic ablactādi/vt mediatorem vnqꝫ deserāt/christum. In hoc quippe non cōuenit huic rei similitudo materni lactis ꝛ solidi cibi: sed potius fundamēti: qz ꝛ puer quādo ablactaꝫ vt ab alimētis infantie iam recedat: inter solidos cibos non repetit vbera que suggebat: christus autem crucifixus/ꝛ lac suggētibus: ꝛ cibus est proficiētibus. Fundaměti vero est ideo est aptior similitudo: qz vt perficiaꝫ quod struitur/additur edificium: nō subtrahitur fundamētum. Que cuz ita sint: o quicūqꝫ estis/qui sine dubio multi estis parvuli in christo/ꝑficite ad solidum cibū: mentis nō ventris: ꝑficite ad separandū bonū a malo: ꝛ magis magisqꝫ inherete mediatori: per quē liberamini a malo: quod nō est a vobis loco separādū: sed in vobis potius est sanādū. Quisquis autē vobis dixerit: nolite credere vez hominē christum: aut non a vero deo corpus cuiuslibet hois vel cuiuslibet animantis creatū/aut non a vero deo vetus testamētum datū: ꝛ si quid hmōi: hec enim vobis prius iō non dicebam⁹ q̄ lacte nutriebamini: quo vera capiēda erat: nōdum habebatis idoneū: non vobis iste cibū ꝓparat sed venenū. Propter quod beatus apostolus eos alloquens qui iam videbātur esse
Phil. iij. ꝑfecti: cum quid sit imperfectū ipse dixisset. Quicūqꝫ ergo inquit perfecti sumꝰ hoc sapiamus: ꝛ si qd aliter sapitis: hoc quoqꝫ vobis deus reuelabit. Et ne forte incurrent in seductores q̄ eos vellēt a fide auertere ꝓmittēdo scientiam veritatis: ꝛ hoc putarēt esse qō dixit apostolus/id quoqꝫ vobis deus reuelabit: continuo subiunxit.
ij. cor. xij Verūtamen in qō pervenim⁹: in eo ambulem⁹. Si qd ergo intellexeris quod non sit cōtra regulaz catholice fidei ad quā velut

viam que te ducat ad patriā peruenisti: ꝛ sic itellexeris vt inde dubitare omnino ne debeas adde edificiū: noli tamē relinquere fundamentū. Sic debent maiores docere aliquid parulos: vt omniū dominuz christum: ꝛ scipsis longe maiores prophetas ꝛ apostolos non dicant aliquid fuisse mentitos. Non autē solum vaniloquos et mentis seductores fabulosa et falsa garrientes ꝛ in eis vanitatibus velut alteraz scientiā promittētes contra regulam fidei quam catholicam suscepistis cauere debetis: verūetiaz ipsos qui de ipsa diuine immutabilitate nature vel incoꝓrea creatura siue creatore veraciter disputāt ꝛ qō dicunt oīno documentis atqꝫ rationibus certissimis, pbant: ꝛ tamē abvno dei ꝛ hominū mediatore conantur auertere: tanqꝫ pestem insidiosiores ceteris fugite. Tales
Roñ. j. enim sunt de quib⁹ dicit apostolus quia cognoscētes deum nō sicut deum glorificaue runt. Quid enim ꝓdest habere intelligentiam verā de immutabili bono: ei qui nō tenet per quem liberet a malo? Propterea ammonitio beatissimi apostoli de vestris cordibus nō recedat. Si quis vobis euan
Gala. j. gelizauerit preter qō accepistis: anathema sit. Nen ait pluſqꝫ accepistis: sed ꝓter quod accepistis. Nā si illud diceret: sibi ꝗ si preiudicaret: q̄ cupiebat venire ad thessalonicēses: vt suppleret que illorum fidei
E defuerūt. Sed qui supplet: qō minus erat addit: nō quod inerat tollit. Qui autē prætergreditur regulā fidei: nō accedit in via: sed recedit de via. Quod itaqꝫ ait dominꝰ adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo: adiiciēda illis fuerant que nesciebāt: nō que didicerāt euertēda. Et ille quidē sicut in pristino ſmone iam expoſui: potuit hoc ita dicere: quia illa ipsa que docuerat si vellet eis sic aperire vt in illo concipiūtur ab angelis: hoc infirmitas humana in qua adhuc erāt ferre non posset. Spūalis aūt homo quilibet potest alterū hoiem docere quod nouit: si ꝑficiendo capaciorem faciat spūssanctum in quo ꝛ ipse doctor aliqd amplius addiscere potuit vt sint ābo docibiles deo: quā ꝗ ꝛ iter ipsos spūales sunt vtiqꝫ alijs alij capaciores atqꝫ meliores: itavt quidā illorum ad ea peruenirent que nō licet hoī loqui. Qua occasiōe vam quidam apocalyp
ij. cor. xij ſim pauli quā sana non recipit ecclesia/nescio quib⁹ fabulis plenā stultissima presumptiōe finxerūt: dicentes hanc esse vnde dixerat raptū se fuisse in tertiū celum/ꝛ illic audisse ineffabilia verba: que nō licet homini loq̄. Utcūqꝫ istorū tolerabilis esset audacia: si se audisse dixisset q̄ adhuc non licet homini loqui: cum dixerit que non licet homini loqui: istis qui hec audeāt impudenter ꝛ infeliciter loqui. Sed iā istum sermonem hoc fine concludam: per quem vos esse cupio sapientes quidem in bono: integros autem a malo.

Tractatus. xcix.

Non eni loquetur a semetipso sed quecūqz audiet loquetur. Et que vētura sunt annunciabit vobis ille me clarificabit: qz de meo accipiet ꝛ annūciabit vobis. Omnia quecūqz habet pater mea sunt: ꝓpterea dixi qz de meo accipiet ꝛ annūciabit vobis.



Uid est qō dñs ait de spi A
ritu sancto: cū eum vēturum esse, ꝓmitteret: ꝛ docturum discipulos eius omnē veritatem: vel eos deducturū in omni veritate. [Nō enim loquet a semetipso: sed quecūqꝫ audiet loquetur]: Simile est hoc ei quod de semetipso dixit. ſ. xl. tra
Nō possuz a meipso facere quicqꝫ: sicut audio iudico. Sed illud cū exponeremus/secundū hominē posse accipi dicim⁹: vt obedientiā suam qua factus est obediens vsqꝫ ad mortē crucis: prenūciasse filius videretur ꝛ iudicium futurū quo viuos ꝛ mortuos iudicabit: qz hoc per id facturus est qō filius hois est: ꝓpter qō dixit: pater non iudicat quemqꝫ: sed omne iudiciū dedit filio: qz in iudicio nō forma dei qua eqlis est patri nec ab impijs videri potest: sed forma hois apparebit: qua minor at⁹ est etiaz modico minus ab angelis: cuius iaz in claritate nō in pristina sit humilitate venturi. Hospicuus tamē futurus: ꝛ bonis ꝛ malis. Hinc ait ꝛ illud. Et potestatē dedit ei iudicium facere: quoniam filius hominis est. In quibus verbis eius manifestatur: nec eam formā presentādaz esse iudicio in qua cū esset: nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo: sed illam qua cum semetipsum exinaniſſet accepit. Semetipsum enī exinaniuit formam serui accipiens: in qua videtur etiā ad faciendum iudicium obedientiam suam commendasse: cum dixit.
Non possum facere a meipso quicqꝫ: sicut Roñ. ij.
audio iudico. Adam nāqꝫ per cuius vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi: nō sicut audiuit iudicauit: quis quod audiuit preuaricatus est: et a semetipso fecit malū quod fecit: qz non dei volūtatem: sed suam fecit. Iste autem per

cutus vnius hominis obedientiā iusti constituūtur multi: non solū obediens fuit vsq; ad mortē crucis in qua est viuus iudicatus a mortuis: sed obedientē se futurū p̄mittens in ipso quoq; iudicio quo est de viuis iudicaturus ⁊ mortuis: nō possum inquit a me ipso facere quicq̄: sicut audio iudico. Sed nūquid de ſpiritusancto q̄ dictum est: non enim loquetur a semetipso: sed quecūq; audiet loquetur: sc̄m hominem vel ſm assumptionem cuiusq; creature dictus esse audebimus opinari? Solus quippe in trinitate filius formā serui accepit: que forma illi ad vnitatē persone coaptata est: id est vt filius dei ⁊ filius hominis vnus sit iesus christus: ne nō trinitas sed quaternitas predicet: quod absit a nobis. Propter quā personam profecto vnus ex duabus substantijs diuina humanaq; constātem aliquando ſm id quod dīs est loquitur: vt est illud quod ait: ego ⁊ pater vnus sumus: aliquādo ſm id q̄ homo est sicuti est illud: quoniā pater maior me est: ſm quod accepimus esse ab eo dictum: et hoc vnde nūc disputo: non possum a meipso facere quicq̄: sicut audio iudico. In ꝑsona vero spiritusancti quomodo id accipiamus q̄ dīt. Non enim loquet a semetipso: sed quecūq; audiet loquetur: cum in eo non sit alia diuinitatis alia humanitatis: vel alterius creature cuiuscūq; substātia: magna exoritur difficultas. Illud enī q̄ sicut columba ſpūssanctus apparuit specie corporali: visio fuit ad horā facta atq; transacta: sicut etiā quando super discipulos venit: vise sunt illis lingue diuise velut ignis: qui etiā insedit super vnūquēq; eorum. Qui ergo dicit columbā ad vnitatē persone spiritusancto fuisse coniunctā: vt ex illa ⁊ deo q: ſpūssanctus deus est/ vna spiritussancti persona cōstaret: ⁊ hoc etiā de illo igne cōpellitur dicere: vt intelligat nihil horū debere se dicere. Ista enim que de substantia dei quoquo mō vt opus erat significāda corporeis hominū sensib⁹ sese intulerūt atq; trāslerunt: ad horam diuini tus facta sunt de creatura seruiente: non de ipsa dominātē natura: que in se manēs quod vult mouet: ⁊ quod vult immutabilis mutat. Sicut etiā vox illa de nube auresq; vtiq; attigit corporales: cūq; sensus corporis qui vocāt auditus: nec tamē illo modo credēdum est verbum dei quod est vnigenitus filius/ quomō verbum dicitur syllabis soniscq; finiri: q: nec oēs simul sonare possunt cui sermo fit: sed tanq; nascentes moriētibus ordine suo soni quicūq; succedūt: vt totū quod loquimur nouissima syllaba compleat. Absit vt sic loquat pater ad filiū: hoc est deus ad verbū suum deus. Sed hoc eoq; est capere quātum ab hoīe capi potest: ad quos nō hac pertinet sed solidus cibus. Cui igit spūssanctus nulla susceptione hois sit homo factus: nulla susceptione angeli sit angelus factus: nulla susceptiōe cuiusq; creature creatura sit factus q̄o de illo intelligendū est quod dominus ait: non em̄ loquet a semetipso: sed quecūq; audiet loquet? Ardua questio nimis ardua. Ipse assit spūs: vt saltem sicut eas cogitare possumus: sic eloq; possimus: sic ad intelligentiā vestrā p̄o mei moduli facultate ꝓueniat. Prius itaq; nosse debetis ⁊ intelligere potestis: credere autē qui intelligere nōdum potestis: in ea substantia que deus est: nō quasi per corpis molē sensus locis ꝓpijs distributos: sicut i carne mortali quorūcq; animalium alibi est visus: alibi auditus/ alibi gustus/ alibi olfactus: per totū autez tactus. Absit hoc credere in illa icorporea imutabilicq; natura. Audire ergo ibi ⁊ videre: idipm est. Dicit ⁊ olfactus in deo. vnde dicit apl̄us. Sicut ⁊ xp̄s dilexit nos: ⁊ tradidit semetipm pro nobis oblationē ⁊ hostiam deo in odorem suauitatis. Et gustus intelligi potest scōz quem deus ⁊ odit amaricātes ⁊ nec frigidos nec calidos sed tepidos euomit ex ore suo. Et iesus xp̄s. Meus cibus est vt faciā voluntatē eius qui me misit. Est etiam tactus ille diuinus. vnde dicit spōsa de sponso. Sinistra ei⁹ sub capite meo: et dextera eius cōplectitur me. Non sunt hec in deo per diuersa corporis loca. Cū enim dī scire: ibi sunt oia/ ⁊ videre/ ⁊ audire/ ⁊ olfacere/ ⁊ gustare/ ⁊ tāgere/ sine vlla eius mutatione substantie: sine vlla mole que in alia parte maior: in alia minor: etiā in senibus puerili pectore cogitat: quādo deus sic cogitatur. Nec mireris quod ineffabilis dei sciētia qua nouit oia/ per varios humane locutiōis modos omnes istos corporaliuz sensuū nominibus nūcupatur: cum ⁊ ipsa mens nostra: hoc est hō interior: cui vnifor miter scienti per hos quinq; veluti nūcios corporis diuersa nūciantur: quādo imutabilez veritatē intelligit: eligit: diligit. Et lumen videt de quo dī. Erat lumen verum. Et verbū audit de quo dicit. In principio erat verbū. Et odorem capit: de quo dicit. Post odorē vnguentorū tuorum currimus. Et fontem bibit: de quo dicit. Apud te est fons vite. Et tactu fruit: de quo dī. Mihi autē adherere deo bonum est. Nec aliud atq; aliud: sed vna intelligēcia tot sensuz nominibus nūcupatur. Cum ergo de spi-

ritusancto dicit non enim loquet a semetipso. sed quecūq; audiet loquet: multomagis ibi simplex natura vbi verissime simplex est: vel intelligenda est vel credenda: que longe late q; naturā nostre mētis excedit. Mutabilis quippe est mens nra que percipit discēdo quod nesciebat: ⁊ amittit discēdo q̄ sciebat: ⁊ veri similitudie falsitur: vt p̄o vero approbet falsuz: ⁊ obscuritate sua quasi quibusdā tenebris impeditur ne perueniat ad verū. Et ideo nō est ista substātia verissime simplex cui nō hoc est esse q̄ nosse potest em̄ esse nec nosse. At quid illa diuina nō potest: q: id q̄ ipa est: ac per hoc nō sic habet scientiā vt aliud il li sit sciētia qua scit: aliud essentia qua est: sed vtrūq; vnū est. Nec vtrūq; dicendum est: q̄ simpliciter vnum est: sicut habet pater vitā in semetipso nec aliud est ipse q̄ vita que in ipso est: ⁊ dedit filio habere vitam in semetipso: hoc est genuit filiū qui et ipse vita esset. Sic itaq; debem⁹ accipere quod de spūsancto dictuz est: non enim loquetur a semetipso: sed quecūq; audiet loquetur: vt intelligamus non eum esse a semetipso. Pater quippe solus de alio nō est nā ⁊ filius de patre natus est: ⁊ spūssanct⁹ de patre ꝓcedit. Pater autē nec natus est de alio: nec ꝓcedit. Nec ideo sane aliqua disparilitas in summa illa trinitate cogitationi occurrat humane. Nam ⁊ filius ei de quo natus est/ et spūssanctus ei/ de quo ꝓcedit equalis est. Quid autē illic interest inter ꝓcedere ⁊ nasci. ⁊ longuz est querēdo disserere: ⁊ remcrariū cū disseruerīs diffinire: q: hoc ⁊ menti vtcūq; cōprehendere: ⁊ si quid mēs forte inde cōprehenderit lingue difficillimū est explicare: quantuslibet ꝑsit doctor: quātuslibet adsit auditor. Nō ergo loquet a semetipso q: nō est a semetipso: sed quecūq; audiet loquetur. Ab illo audiet: a quo ꝓcedit. Audire illi scire est scire vero ee: sicut superius disputatū est. Quia ergo nō est a semetipso sed ab illo a quo ꝓcedit: a quo illi est essentia ab illo scientia: ab illo igit audientia: q̄ nihil est aliud q̄ scientia. Nec moueat q̄ verbū futuri tempus positū est: nō enim dictū est/ quecūq; audiuit/ aut quecūq; audit: sed quecunq; audiet loquet. Illa quippe audientia sempiterna est: q: sempiterna est sciētia. In eo autē quod sempiternū est sine initio ⁊ sine fine: cuiuslibet ꝑis verbum ponatur: sine preteriti: sine p̄sentis: sine futuri: nō mendaciter ponitur. Quāuis enim natura illa immutabilis ⁊ ineffabilis nō recipiat/ fuit et erit sed tantus est: ipsa em̄ veraciter est q: mutari nō potest: ⁊ ideo illi tm̄ cōueniebat dicere: ego sum qui sum. ⁊ dices filijs israel qui est misit me ad vos. Th. ꝓpter mutabilitatē tempor⁹ in quibus versat nra mortalitas ⁊ nra mutabilitas: non mēdaciter dicim⁹: ⁊ fuit ⁊ erit ⁊ est. Fuit in ꝑteritis seculis est in p̄sentibus: erit i futuris. Fuit q: nunq̄ defuit: erit q: nunq̄ deerit: est/ quia semp est. Neq; em̄ velut qui iaz nō sit cum ꝑteritis occidit: aut cuz p̄sentibus velut qui non maneat labitur: aut cū futuris velut qui nō fuerat orieť. Proinde cum ſm volumina tempor⁹ locutio humana variat: quia per nulla desse potuit: aut pōt: aut poterit: tpa vero de illo dicunt: cuiusl̄bet tpis verba. Semp itaq; audit spūssanctus: q: semp scit. Ergo ⁊ scimt ⁊ scit ⁊ sciet: ac per hoc ⁊ audiuit: ⁊ audit ⁊ audiet: q: sicut iaz dixim⁹ hoc est illi audire q̄ scire: ⁊ scire illi hoc est q̄ esse. Ab illo igitur audiuit: audit audiet a quo est: ab illo ē a quo ꝓcedit. Hic alios foliitan querat: vtrū ⁊ a filio ꝓcedat spūssanctus. Filius enim solius patris est filiꝰ ⁊ pater solius filij est p̄. Spūs tus aūt sanctus nō est vnius eorū spiritus sed amborū. Habes ipsum dīm dicentem. Nō enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquit in vobis. Habes ⁊ apostolū. Misit deus inquit spiritum filij sui in corda nostra. Numquid duo sunt aliꝰ patris alius filij: Absit. Unus em̄ corpus aūt cū significaret ecclesiaz mox q̄ addidit/ ⁊ vnꝰ spūs. Et vide quō illic impleat trinitatē. Sicut vocati estis inquit in vna spe vocatiōis vestre. Unus dīs. Hic vtiq; xp̄m intelligi volunt. Restat vt etiā patrez nominet. Sequit. Ergo vna fides: vnū baptisma: vnꝰ deus ⁊ pater oiuz: qui sup omnes ⁊ per oia ⁊ in oibus nobis. Cum ergo sicut vnus pater ⁊ vnus dīs: id est filius: ita sit ⁊ vnus spiritus: profecto amborum est: sicut ipe christus iesus dixit. Spiritus patris vestri qui loq̄tur in vobis. et dicit apostolus. Misit deus spm̄ filij sui in corda nostra. Habes ⁊ alio loco eūdem aplm dicentem. Si autē spiritus eius qui suscitauit iesum a mortuis habitat in nobis. Hic vtiq; spm̄ patris intelligi voluit: de quo tamē alio loco dicit. Quisquis autē spiritum christi nō habet: hic nō est ei⁹. Et multa alia sunt testimonia: quib⁹ hoc euidenter ostēditur: ⁊ patris ⁊ filij ipsum esse spiritū: qui in trinitate dicitur spūssanctus. Nec ob aliud existimo ipsuz vocari ꝓprie spiritū: cum etiaz si de singulis interrogemur: nō possimus nisi patrem ⁊ filium spiritum dicere: quoniā spiritus est deus: id est nō corpus est deus sed spiritus. Quod ergo communiter vocantur ⁊ singuli hoc

Exo. iij.

Wat. v.

Gal. iiij

Eph. iiij

Ro. viij.

Jo. iiij.

propie vocari oportuit eũ qui non est vn⁹ eox̃ ſed in quo communitas apparet amborum. Cur ergo nõ credamus quod etiã de filio procedat ſpiritusſanctus: cum filij quox̃ ipſe ſit ſpiritus. Si enim non ab eo procederet: non poſt reſurrectionem ſe repſentans diſcipulis ſuis inſufflans diceret

Joh.xx. accipite ſpiritumſanctuz. Quid enim aliõ ſignificauit illa inſufflatio: niſi quod procedat ſpiritusſanctus et de ipo. Ad hoc pertinet etiam illud quod de muliere que fluxum ſanguinis patiebatur ait. Tetigit me

Luc.viij aliquis: ego enim ſenſi de me virtutẽ exiſſe. Nam virtus nomine appellari etiam ſpiritumſanctum et eo loco clarum eſt: vbi angelus dicenti marie: quomodo fiet iſtud q̃

Luce.j. niam vir̃ non cognoſco: reſpondit. Spiritusſanctus ſuperueniet in te: et virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Et ipe dominus ꝓmittẽs eũ diſcipulis ait.

Iu.xxiiij. Uos ſedete in ciuitate: quoadusq̃ induamini virtute ex alto.

Act.j. Et itez. Accipietis inquit virtutẽ ſpiritus ſancti ſuperuenientẽ in vos: et eritis mihi teſtes. De hac virtute credẽdus eſt dicere euangeliſta. Uirtus de illo exibat et ſanabat omnes. Si ergo et de patre et de filio ꝓcedit ſpiritusſanctus: cur filius dixit de patre ꝓcedit? Cur putas: niſi quẽadmodũ ad eũ ſolet referre: et quod ipſius eſt de quo

Joh.vij. et ipe eſt: Unde illud eſt q̃ ait. Mea doctrina nõ eſt mea: ſed eius q̃ miſit me. Si igit intelligatur hic eius doctrina quaz tamen dixit non ſuam ſed patris: quantomagis illic intelligendus eſt et de ipo procedere ſpiritusſanctus: vbi ſic ait. De patre procedit: vt non diceret/de me non procedit? A quo aũt habet filiꝰ vt ſit deꝰ: eſt enim de deo deus: ab illo habet vtiq̃ vt etiaz de illo ꝓcedat ſpiritusſanctus: ac per hoc ſpiritusſanctus vt etiam de filio procedat ſicut ꝓcedit de patre: ab ipo habet patre. Hic vtiq̃ etiam illud intelligitur quantũ a talibus quales nos ſumus intelligi poteſt: cur non dicatur natus eſſe ſed potius procedere ſpiritusſanctus: quoniam ſi et ipe filiꝰ diceretur: amboz vtiq̃ filius diceretur: quod abſurdiſſimũ eſt. Filius quippe nullus eſt duoz: niſi patris et matris: amboz vtiq̃ filius diceretur. Abſit autem vt inter deum patrem et deũ filiũ tale aliquid ſuſpicemur quia nec filius hominum ſimul et ex patre et ex matre ꝓcedit: ſed cum in matre ꝓcedit ex patre/non tunc procedit et ex matre et cum in hac luce procedit ex matre: non tunc procedit ex patre. Spiritus autẽ ſanctus non de patre ꝓcedit in filiũ et de filio procedit ad ſanctificandã creaturã: ſed ſimul de vtroq̃ procedit: cuius hoc filio pater dederit: vt quẽadmodũ de ſeipo de illo quoq̃ procedat. Neq̃ enim poſſumus dicere q̃d nõ ſit vita ſpiritus: cũ vita ſit pater: vita ſit filius: ac per hoc ſicut pater cũ habeat vitã in ſemetipſo: dedit et filio habere vitam in ſemetipſo: ſic dedit vitũ procedere de illo: ſicut procedit et de ſeipo. Se quunt autem verba domini dicentis. [Et que ventura ſunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: q̃ de meo accipiet et annũciabit vobis. Omnia quecunq̃ habet pater mea ſunt: propterea dixi quia de meo accipiet: et annunciabit vobis.] Sed quia iſta iam prolixa ſunt: in alium ſunt differẽda ſermonem.

Tractatus.c.

De eadem lectione.



Uꝰ promitteret dominꝰ venturum ſpiritum ſanctum/docebit vos inquit omnem veritatem: vel q̃ in nonnullis codicibus legitur: deducet vos in omni veritate. Non enim loqueretur a ſemetipſo: ſed quecunq̃ audiet loquetur. De quibus euangelicis verbis iam quod donauit dominus diſputauimꝰ nunc ea que ſequuntur attendite. [Et que ventura ſunt inquit annunciabit vobis.] Neq̃ enim hic quoniam planum eſt immorandum. Nihil enim habet queſtionis cuius a nobis expoſitio flagitetur. Sed q̃ adiungit. [Ille me clarificabit qz de meo accipiet et annunciabit vobis.] Non negligenter eſt tranſeundũ. Quod enim ait/ille me clarificabit poteſt intelligi quia diffundendo in cordibus credentiũ charitatem ſpiritualeſq̃ faciendo: declarauit eis quomodo filius patri eſſet equalis quem ſm carnem ꝓius tantũmodo nouerant: et hominẽ ſicut homines cogitabant: vel certe quia per ipſam charitatem fiducia repleti/et timore depulſi annunciauerũt hominibus chriſtum: ac ſi fama eius diffuſa eſt in toto orbe terrarum: vt ſic dixerit: ille me clarificabit: tanq̃ diceret: ille vobis auferet timorẽ/et dabit amorem: quo me ardentius predicantes glorie mee per totum mundum dabitis odorem: commendabitis honorem. Quod enim facturi fuerant in ſpiritusſancto hoc eundem ſpiritum dixit eſſe facturum: quale eſt etiaz illud. Nõ Matt.x.
enim vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Uerbũ quippe grecum quod eſt Δοξαζει. Alius clarificabit: alius glorificabit: latini interpretes in ſua quiſq̃ tranſlatiõe poſuerũt: quoniam

qñ ipſa que grece dicitur: Δοξα: vnde dictum eſt verbũ Δοξαζει/z claritas interpretat̃ et gloria. Gloria nãq̃ fit quiſq̃ clar⁹ et claritate glorioſus: ac per hoc q̃ vtroq̃ verbo ſignificatur idipſum eſt. Sicut autez definierũt antiqui latine lingue clariſſimi auctores. Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. Quecunq̃ eſt in hoc mũdo facta de chriſto: nõ chriſto credẽda eſt magnus aliquid contuliſſe ſed mundo. Bonũ enim laudare: non laudato ſed laudantib⁹ prodeſt. Eſt autem etiam falſa gloria quãdo laudantes erroze falluntur: ſiue in reb⁹ ſiue in hominibus: ſiue in vtriſq̃. Nã in rebus falluntur: quando putant id bonũ eſſe quod malum eſt: in hominibus aũt̃ quando putant eum bonũ eſſe qui malus eſt. In vtriſq̃ vtrũq̃: quaz do et id quod eſt vitiuz virtus putatur: et ipſe q̃ propter hoc laudatur nõ habet quod putatur: ſiue ſit bonus: ſiue ſit malus. Donare quippe res ſuas hiſtrionibus: vitiũ eſt immane: nõ virtus. Et ſcitis de talib⁹ q̃ ſit frequens fama cũ laude: quia ſicut ſcriptum eſt. Laudatur pec-

ꝑs.ix. cator in deſideriꝫ anime ſue et qui iniqua gerit benedicitur. Hic laudatores non fallũtur in hominibus ſed in rebus: malũ eſt enim quod bonum eſſe credunt. Illi autez qui hoc malo largitionis vitioſiſſimi ſunt: tales vtiq̃ ſunt: quales eos hi qui laudant non ſuſpicanꝫ eſſe ſed cernũt. Porro ſi ſe quiſq̃ iuſtũ fingat et nõ ſit ſed totum quicquid coram hominib⁹ laudabiliter agere videtur non agat ꝓpter deũ/hoc eſt ꝓpter veraz

25 iuſticiaz: ſed ſolum querat et diligat ab hominibus gloriam. Illi autem apud quos frequens eſt eius fama cũ laude: non eum putent niſi propter deum laudabiliter vivere non falluntur in re: ſed fallũtur in homine. Quod enim bonũ eſſe credunt eſt bonum: ſed quem bonum eſſe credunt non eſt bonus. Quod ſi putetur (verbi gratia) bonum artium periſia magicarũ et dũ quiſq̃ patriam liberaſſe eiſdem quas omnino neſcit artib⁹ creditur: frequentẽ cũ laude famam que gloria definita eſt apõ homines impios conſequaꝫ: erant in vtroq̃ qui laudant: et in re ſcilicet/qz id q̃ malũ eſt bonũ putant: et in homine/qz non eſt quod putãt Quapropter falſa eſt in his tribus generibus gloria. Cum autem de aliquo per deũ et ꝓpter deũ iuſto: hoc eſt veraciter iuſto cauſa ipſi⁹ iuſticie/frequens eſt fama: cum laude vera quidem gloria eſt nõ tamen ea credendũ eſt beatificari iuſtũ ſed laudantibus gratulandũ eſt: qz recte iudicãt: et diligunt iuſtũ. Quãtomagis ergo dominꝰ chriſtus non ſibi ſed eis profuit gloria ſua quibus profuit morte ſua? Sz non eſt vera ei⁹ apud hereticos gloria: apud quos tamen frequentem famam videt habere cum laude. Non eſt hec vera gloria qz in vtroq̃ falluñt. Nam et bonũ putant eſſe q̃ bonum non eſt: et chriſtuz putant eſſe quod ꝑs nõ eſt. Unigenitum enim filium equalem non eſſe gignenti: non eſt bonum. Unigenitum dei filiũ hominem tantum eſſe non deũ: nõ eſt bonum. Ueritatis carnez non eſſe verã carnem non eſt bonum. Horum trium que dixi: primum ſentiũt arriani: ſecundum ſabelliani: tertium manichei. Sed quia et eorum nihil eſt bonũ: et chriſtus nihil eſt eox̃ in vtroq̃ falluntur: nec dant veram gloriã chriſto: cuius apud vos eſſe videatur cum laude freq̃ns fama de chriſto. Et oẽs proꝛſus hereticꝰ quos commemorare nimis lõgum eſt: qui de chriſto non recte ſentiunt: ideo errant: quia et de bonis rebus ac malis non verum ſentiunt. Pagani etiam quoniam ſunt chriſti plurimi laudatores: et ipſi in vtroq̃ falluntur: qui non ſcm veritatẽ dei ſed potius ſcm ſuam ſuſpitionem dicunt eum fuiſſe hominem magnum. Chriſtianos quippe velut imperitos vituperãt chriſtum autem velut magum laudant: ac ſi prodũ quod amant. Chriſtum vero non amant: quoniam q̃ non erat chriſtus hoc amant. Ideo in vtroq̃ fallũtur: quia et magum eſſe malum eſt: et magus non fuit chriſtus: qz bonꝰ eſt. Quapropter de his nihil hoc loco dicendum eſt qui chriſtum vituperant atq̃ blaſphemãt quia de gloria eius loquimur: qua eſt glorificatus in mundo: non enim glorificauit ſpiritusſanctus vera gloria niſi in eccleſia ſancta catholica. Alibi enim. i. vel apud hereticos: vel apud q̃ſdam paganos/vera eiꝰ in terris gloria nõ poteſt eſſe: et vbi videtur eſſe frequens de illo fama cuz laude. Uera ergo eius gloria in eccleſia catholica ſicut a prophęta cantatur. Exaltare ſuper celos deus: et ſuper ꝑs. cvij
omnem terram gloria tua. Quia itaq̃ poſt eius exaltationem venturus erat ſpiritusſanctus et eum glorificaturꝰ: hoc facer pſalmus hoc ipſe vnigenitus promiſit futurũ quod videmꝰ impletum. Q̃ aũt ait. [De meo accipiet et annunciabit vobis] catholicis audite auribus: catholicis percipite mentibus. Non enim propterea ſicut quidam hereticꝰ putauerũt minor eſt filio ſpiritusſanctꝰ: quaſi filiꝰ accipiat a patre: et ſpiritusſctũs a filio: q̃buſdã gradib⁹ naturaꝝ. Abſit hoc credere. Abſit hoc dicere: abſit a xpianis cordib⁹ cogitare. Deniq̃ continuo ſoluit ipſe queſtionẽ: et cur hoc dixerit explanauit. [Omnia inquit quecũq̃ habet

pater mea sunt: propterea dixi q̄ de meo accipiet & annūciabit vob[is.] Quid vultis amplius? Ergo a patre accepit spiritussanctus: vñ accepit filius: q̄ in hac trinitate de patre natus est filius: de patre procedit spūssanctus. Qui aūt de nullo natus sit de nullo procedit pater solus est. Quo aūt dixerit filius vnigenitus: ois q̄cūq̄ habet pater mea sunt: q̄ Luc.xv. vtiq̄ nō sic quēadmodū dictū ē illi filio nō vnigenito sed ex duob⁹ maiori: tu mecū es semper: & oia mea tua sunt: eo loco si dominus voluerit diligēti cōsideratione tractabit vbi dicit patri vnigenitus: & mea omnia tua sunt: & tua mea sunt: vt hic iste sermo claudatur: qñ q̄ sequunt aliud poscūt quo discernatur exordium.

Tractatus.cj.

¶ Modicū & iam non videbitis me: & iterū modicum & videbitis me q̄ vado ad patrē. Dixerūt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et nō videbitis me et iterū modicum et videbitis me q̄ vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur.] Hoc enim est quod eos mouebat: quia dixit modicum et non videbitis me. Nam in p̄cedentib⁹ quia non dixerat modicū: sed dixerat ad patrem vado et iam non videbitis me: tam q̄ aperte illis visus est locutus: nec inter se de hoc aliq̄d quesierunt. Nunc ergo q̄ illis tunc obscurum fuit: et mox manifestū est: iam nobis vtiq̄ manifestum est. Post paululum enim passus est et non viderunt eum: rursus post paululum resurrexit: & viderūt eum. Illud autem quod ait / et iam non videbitis me q̄: ipso verbo id iam intelligi voluit quod cum ulterius non viderent: ibi exposuim⁹ quomodo accipiendus sit vbi dixit. De iusticia arguet mundum spiritussanctus q̄ ad patrem vado et iam non videbitis me: q̄ scilicet mortalem christum vlterius non viderūt. [Cognouit autem iesus] sicut sequens euangelista dicit [quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos q̄ dixi modicū & non videbitis me: et iterū modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit: vos autem constristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium.] Et hoc sic accipi potest: quia contristati sunt discipuli de morte domini: et confestim de resurrectione letati. Mundus autem quo nomine significati sunt inimici a quibus christus occisus est: tunc vtiq̄ letati sunt occiso christo quando sunt discipuli contristati. Mūdi quippe nomine malicia potest mūdi huius intelligi: id est hominum mundi huius amicorum. Unde iacobus apostolus in epistola sua dicit. Qui cūq̄ voluerit amicus esse huius seculi inimicus dei constituit. Quibus inimicitijs dei factū est: vt nec eius vnigenito parceretur. Deinde subiungit et dicit. [Mulier cum† parturit: tristiciaq̄ habet: quia venit hora eius. Cū aūt peperit puerū iam non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis: iterum aūt venio ad vos et gaudebit cor vestrum & gaudiū vestrū nemo tollet a vobis.] Nec ista similitudo ad intelligēdū videt esse difficilis: qñ cōparatio ei⁹ in promptu est eodem ipo exponēre cur dicta sit. Parturitio q̄ppe tristicie: part⁹ aūt gaudio comparat Quod tunc magis esse consuevit: quando ago ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur.] Hoc enim est quod eos mouebat: quia dixit modicum et non videbitis me. Nam in p̄cedentib⁹ quia non dixerat modicū: sed dixerat ad patrem vado et iam non videbitis me: tam q̄ aperte illis visus est locutus: nec inter se de hoc aliq̄d quesierunt. Nunc ergo q̄ illis tunc obscurum fuit: et mox manifestū est: iam nobis vtiq̄ manifestum est. Post paululum enim passus est et non viderunt eum: rursus post paululum resurrexit: & viderūt eum. Illud autem quod ait / et iam non videbitis me q̄: ipso verbo id iam intelligi voluit quod cum ulterius non viderent: ibi exposuim⁹ quomodo accipiendus sit vbi dixit. De iusticia arguet mundum spiritussanctus q̄ ad patrem vado et iam non videbitis me: q̄ scilicet mortalem christum vlterius non viderūt. [Cognouit autem iesus] sicut sequens euangelista dicit [quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos q̄ dixi modicū & non videbitis me: et iterū modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit: vos autem constristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium.] Et hoc sic accipi potest: quia contristati sunt discipuli de morte domini: et confestim de resurrectione letati. Mundus autem quo nomine significati sunt inimici a quibus christus occisus est: tunc vtiq̄ letati sunt occiso christo quando sunt discipuli contristati. Mūdi quippe nomine malicia potest mūdi huius intelligi: id est hominum mundi huius amicorum. Unde iacobus apostolus in epistola sua dicit. Qui cūq̄ voluerit amicus esse huius seculi inimicus dei constituit. Quibus inimicitijs dei factū est: vt nec eius vnigenito parceretur. Deinde subiungit et dicit. [Mulier cum† parturit: tristiciaq̄ habet: quia venit hora eius. Cū aūt peperit puerū iam non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis: iterum aūt venio ad vos et gaudebit cor vestrum & gaudiū vestrū nemo tollet a vobis.] Nec ista similitudo ad intelligēdū videt esse difficilis: qñ cōparatio ei⁹ in promptu est eodem ipo exponēre cur dicta sit. Parturitio q̄ppe tristicie: part⁹ aūt gaudio comparat Quod tunc magis esse consuevit: quando

† Al. parit.

A



Non enim potest cognitione hominū clarificari pater: nisi ⁊ ille cognoscat per quē glorificetur: id est per quē populis innotescit. Hec est glorificatio patris que nō circa solos illos apostolos facta est: sed circa omnes hoies sit quibus in suis membris caput est christus. Neq; eñ de solis apostolis potest intelligi: sicut dedisti ei potestatez omnis carnis vt omne quod dedisti ei det eis vitam eternā: sed vtiq; de oibus quib⁹ in eum credentibus vita eterna datur. Jam nunc ergo videamus: quid de illis a quibus tunc audiebat discipulis suis dicat. Manifestaui inquit nomen tuum hoibus quos dedisti mihi. Non ergo nouerāt dei nomē cuz essent iudei: Et vbi est qđ legitur. Notus in iudea deus: in ysrael magnū nomen eius: Ergo manifestaui nomen tuū hominib⁹ illis quos dedisti mihi de mundo qui me audiunt hec dicentē: non illud nomen tuū quo vocaris deus: sed illud quo vocaris pater meus: qđ nomē manifestari sine ipsius filij manifestatiōe non posset. Naz qđ deus dicitur vniuerse creature: ⁊ oib⁹ gentibus anteq; in christū crederent/ non oimodo esse potuit hoc nomē ignotuz. Hec est eñ vis vere diuinitatis: vt creature rationali iam rōne vtenti/ non oino ac penitus possit abscōdi. Exceptis eñ paucis in quibus natura nimiū depranata est: vniuersum genus humanū deū mundi huius fatet auctorem. In hoc ergo qđ fecit hunc mundū celo terraq; conspicuum: ⁊ anteq; imbuerētur in fide christi: notus oib⁹ gentibus deus. In hoc aūt quod nō est in iniurijs suis ⁊ cū dūs falsis colendus: not⁹ in iudea deus. In hoc vero qđ pater est huius christi per quē tollit peccata mūdi: hoc nomen eius prius occultū oibus: nunc manifestauit eis quos dedit ei pater ipse de mūdo. Sed qūo manifestauit si nōdum vēnit hora: de qua superius dixerat qđ veniret hora cū iam nō in prouerbijs inq̄t loquar vobis: sed palā de patre meo annunciabo vobis. An vero annūciatio manifesta putabit in ꝓuerbijs: Cur ergo dictū est palam annūciabo vobis: nisi qz in ꝓuerbijs nō est palam. Quod aūt in ꝓuerbijs occultat sed verbis manifestat: proculdubio patet dicit. Quomodo ergo manifestauit: qđ nōdum palā dixit: Proinde sic intelligendum est pro tpe futuro preteritū positum: quēadmodū illud: oia que audiui a patre meo nota feci vobis. Quod nōduz fecerat sed loquebat quasi fecisset: qđ imobilit esse prefixū sciebat vt faceret. Quid est autem [quos dedisti mihi de mūdo: Dictum est eñ de illis qđ non essent de mūdo: sed hoc illis regeneratio prestitit non generatio. Quid est etiā quod sequit [tui erāt ⁊ mihi eos dedisti]: An aliqñ erant patris: quando non erant vnigeniti filij eius: ⁊ habuit aliqñ pater aliqđ sine filio: Absit. Uerūtamē habuit aliquid aliqñ deus filius: quod nōdum habuit idē ipse hō filius: qz nōduz erat hō factus ex matre: quando tñ habebat vniuersa cū patre. Quapropter qđ dixit tui erant: nō inde se separauit deus filius sine quo nihil vnq̄ pater habuit. Sed soleī ei tribuere omne qđ potest: a quo est ipse qui pōt. A quo enim habet vt sit/ ab illo habet vt possit: ⁊ simul vtrūq; semper habuit: ⁊ nunq̄ fuit ⁊ non potuit. Quocirca quicqđ potuit pater/ semper cuz illo filius potuit: quoniā ille qui nunq̄ fuit ⁊ nō potuit: nūq̄ sine patre fuit: nunq̄ sine illo pater fuit. Ac per hoc [ꝑ]at pater eternꝰ omnipotens: ita filius coeternus omnipotēs. Id enim potius verbum e verbo interpretamur: si proprie volumus dicere quod a grecis dicitur παντα χρος qđ nostri nō sic interpretarent: vt oipotens diceret: cū sit παντοχρατος omnitenēs: nisi tñdem valere sentirēt. Quid ergo vnq̄ habere potuit eternus omnitenēs qđ non simul habuerit coeternus omnitenēs/ Quod vtiq; ait: ⁊ mihi eos dedisti: homiez se accepisse hanc prātezyt eos haberet ostēdit: qm̄ qui semper oipotens fuit: non semper hō fuit. Quāobrem cū patri potꝰ tribuisse videat: vt ab illo eos acceperit: qm̄ ex ipso est ꝺc quid est de quo est: etiā ipse sibi eos dedit: hoc est cuz patre deus rps hoi christo: qđ cum patre nō est hoies dedit. Deniq; qui hoc loco dicit: tui erāt et mihi eos dedisti: iam superius eisdē discipulis dixerat: ego vos de mūdo elegi. Conterat hic carnalis cogitatio atq; dispereat. De mundo sibi a patre dicit filiꝰ datos hoies: quib⁹ alio loco dicit. Egovos de mūdo elegi. Quos deꝰ filius de mundo elegit cum patre: idē ipse homo filius de mūdo [ꝑ]s accepit a patre. Nō enim pater illos filio dedisset: nisi elegisset. Ac per hoc filius sicut nō inde separauit patrez quādo dixit: egovos de mundo elegi: quoniā simul eos elegit et pater: sic non inde separauit ⁊ se quādo dixit: tui erant: qz ⁊ ipsius filij pariter erant. Nunc autē homo idez ipse filius accepit eos qui non erāt ipsius: quia ⁊ formam serui accepit deus idem: que nō erat ipsius. Sequitur ac dicit. [Et sermonem tuū seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia que dedisti mihi abs te sunt]: id est cognouerunt quia abs te sunt. Simul enim pater dedit oia: cum genuit qui haberet omnia.

Ps. lxxv

Ꝺ. xv.

Ꝺ

Ꝺ. trac. ciij.

Matth. xxvj.

Ꝺ. ca. xv. et tract. lxxxij.

e

3. tract. cij. b.

[Quia verba (inquit) que dedisti mihi dedi eis: ⁊ ipsi acceperūt]: id est intellexerūt atq; tenuerunt. Tunc enim verbū accipitur: quando mente percipit. [Et cognouerūt (inquit) vere qz a te exiui: ⁊ crediderūt qz tu me misisti]: ⁊ hic subaudiendum est vere. Quod eñ dixit cognouerūt vere: exponere voluit adumgendo: ⁊ crediderunt. Hoc itaq; crediderūt vere: quod cognouerunt vere: idem est eñ a te exiui: qđ est tu me misisti. Cuz ergo dixisset cognouerunt vere: ne quisq̄ putaret istam cognitionem tanq̄ per speciē factam nō per fidez: exponendo addidit: ⁊ crediderūt: vt subaudiamus vere: ⁊ intelligamus hoc dictum esse cognouerūt vere: quod est crediderūt vere. Non eo modo quē significauit paulo ante cū dixit. Modo credimis. Uenit hora ⁊ iam venit: vt dispergamini vnusquisq; in propria: ⁊ me soluz relinquatis. Sed crediderunt vere: id est quomodo credendū est inconcusse: firme: stabiliter: fortiter: non iam in propria redituri ⁊ christū relicturi. Adhuc ergo discipuli non erant tales quales eos dicit verbis preteriti temporis quasi iam nō essent: prenuncias quales futuri essent: accepto scilicet spiritu sancto qui eos sicut promissum est doceret omnia: quem priusq̄ acciperent: quomodo seruauerunt eius sermonē: quod de illis quasi fecerint dixit: quādo primus eorum ter eum negauit: cum ex ore eius audisset quid futurum esset homini qui eū coram hominibus negasset? Dedit ergo eis verba sicut dixit: que dedit ei pater. Sed quādo illa non foris in auribus sed intus in cordibus spiritualiter acceperūt: tunc vere acceperūt: qz nunc vere cognouerūt: vere autē cognouerunt: qz vere crediderūt. Ipsi autez filio qūo pater ea verba dederit: quib⁹ verbis homo poterit explicare. Facilior sane questio videtur: si ꝺm id quod filius est hominis accepisse a patre illa verba credatur: q̄q̄ natus ex virgine: quādo et quomodo ea didicerit quis enarrabit: quādo etiam ipsam que de virgine facta est generatiōez eius quis enarrabit? Si vero ꝺm id quod est de patre genit⁹ patriq; coeternus accepisse a patre ista verba cogitatur: nihil ibi temporis cogitetur quasi ptꝰ fuerit q̄ ea non habuerit atq; vt haberet que non habebat acceperit: qm̄ quicquid deus pater deo filio dedit/ gignēdo dedit: ita enim dedit filio pater sine quibus filius esse non posset: sicut ei dedit vt esset. Nam quomodo aliter verbo verba daret aliqua: in quo ineffabiliter dixit omnia? Sed iam que sequuntur alio sunt expectanda sermone.

Tractatus. cvij.

Ego pro eis rogo non pro mundo rogo: sed ꝓ his quos dedisti mihi qz tui sunt. Et mea oia tua sunt et tua mea sunt: ⁊ clarificatus suz in eis. Et iam non sum in mūdo: ⁊ hi in mundo sunt ⁊ ego ad te venio. Pater sancte: serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnū sicut ⁊ nos. Cum essem cū eis ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui ⁊ nemo ex eis periit nisi filiꝰ perditionis: vt scriptura impleatur. Nunc autē ad te venio: ⁊ hec loquor in mundo vt habeant gaudiū meum impletum in semetipsis.

A

Cum de his quos iā discipulos habebat dñs loqueretur ad patrē inter alia etiā dixit hoc. [Ego pro eis rogo: non ꝓ mundo rogo: ſz pro his quos dedisti mihi]. Mundum vult modo intelligi qui viuunt ſm concupiscentiā mundi: ⁊ nō sunt in ea sorte gratie vt ab illo eligant ex mundo. Non itaq; pro mūdo sed ꝓ his quos ei pater dedit rogare se dicit. per hoc eñ quod eos illi pater iam dedit: factū est vt nō pertineāt ad eū mūdum pro quo nō rogat. Deide subiūgit: [qz tui sunt]. Neq; eñ qz pater eos filio dedit: amisit ipse quos dedit: cū adhuc filius sequat̄ ⁊ dicat. [Et mea oia tua sūt: ⁊ tua mea sunt]. Ubi sat̄ apparet quomō vnigeniti filij sint oia que sunt patris: per hoc vtiq; qꝺ etiā ipse deus est: ⁊ de pre patre est natus equalis: non quo dictū est vni ex duobus: filijs maiori ſz: tu mecū es semper ⁊ oia mea tua sunt. Jlinde enim dictuz est de his oib⁹ creaturis que infra creaturam rationalē sunt: que vtiq; subdūtur ecclesie: in qua vniuersa ecclesia ⁊ illi duo intelligūtur filij maior ⁊ minor: cū oibus angelis sanctis quib⁹ crimus equales in regno christi ⁊ dei. Hoc aūtē ita dictum est: ⁊ mea oia tua sūt: ⁊ tua mea: vt hic sit etiā ipsa creatura rōnalis: que nō nisi deo subdātur vt ei que infra illā sunt cincta subdātur. Hec ergo cū sit dei patris: non sit̄ esset ⁊ filij: nisi patri esset cōiūs. De ipsa quippe iebat cū diceret: non pro mūdo rogo sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt: ⁊ mea oia tua sunt ⁊ tua mea. Nec phas est vt sancti de quib⁹ hec locutus est cuiusq̄

Luc. xv.

ſint: niſi ei⁹ a quo creati ⁊ ſanctificati ſunt. Ac per hoc ⁊ omnia que ipſorum ſunt: neceſſe eſt vt eius ſint cuius ⁊ ipſi ſunt. Ergo cū ⁊ patris ⁊ filij ſint: equales eos eſſe demonſtrat quorū equaliter ſunt. Illud autē quod ait cū de ſpiritu ſancto loqueret: omnia que habet pater mea ſunt: ꝓpterea dixi q⁹ de meo accipiet ⁊ annūciabit vobis. De his dixit que adhipſaz patris ptinent diuinitatem: in quibus illi eſt equalis omnia que habet habēdo. Neq; enim ſpiritu ſanctus de creatura que patri eſt ſubdita ⁊ filio fuerat accepturus quod ait: de meo accipiet/ ſed vtiq; de patre de quo ꝓcedit ſpiritus: de quo eſt natus ⁊ filij⁹. [Et clarificatus ſum (inquit) in eis]. Nūc ſuā clarificationem tanq; facta ſit dicit: cum adhuc eſſet futura. Superius autē a patre poſcebat vt fieret. Sed vtrum ipſa ſit clarificatio de qua dixerat: ⁊ nūc clarifica me tu pater apud temetipz: claritate quaz habui priuſq; mūdus eſſet apud te: vtiq; requirendū eſt. Si enim apud te: quomodo in eis. An cū hoc ipſum innotelcit eis: ac per ipſos omnib⁹ qui credunt eis teſtibus ſuis: Poſſumus plane intelligere ſic dixiſſe dominū de apoſtolis quod clarificat⁹ ſit in eis. Dicēdo enim eſſe iam factū: oſtendit iam fuiſſe predeſtinatū ⁊ certum haberi voluit q⁹ eſſet futurum. [Etiā (inquit) nō ſuz in mūdo: ⁊ hi in mundo ſunt]. Si horā prorſus illā qua loquebatur attēdas: vtriq; adhuc in mūdo erant: ⁊ ipſe ſcz ⁊ illi de quibus hec dicebat. Nō enim ſm prouectuz cordis ⁊ vite id accipere poſſumus vel debemus: vt illi adhuc eſſe ꝓpterea dicātur in hoc mūdo quod mūdana adhuc ſapiant: ille autē iam nō eſſe in mundo ſapiēdo diuina. Poſitus eſt hic eñ verbū vnuz: q⁹ nos ita intelligere omnino non ſinat: q⁹ non ait/ ⁊ nō ſum in mūdo ſed iam nō ſum in mundo: per hoc oſtendens fuiſſe ſe in mūdo/ iam non eſſe. Nunquid ergo fas eſt vt eū credamus aliquādo mūdana ſapuiſſe: ⁊ ab hoc errore liberatū iaz non illa ſapere? Quis tam impio ſenſu ſe induerit. Reſtat igitur vt ſm id quod ipſe etiā in mundo priuus erat: in mūdo ſe dixerit iam nō eſſe: profecto preſentia corporali mūdo ſcz abſentiā ſuam iaz cito futurā: illoꝝ autem tarditas per hoc oſtēdens q⁹ ſe iam nō hic eſſe: illos autem hic eſſe dixit: cum ⁊ ipſe hic ⁊ illi adhuc eſſent. Sic enim eſt locutus homo congruēs hominibus: vt nos loquēdi ſeſe habet ⁊ human⁹ vſus. An nō quotidie dicimus/ iam nō eſt: de aliquo quātotius abituro? Et maxime hoc de mouturis ſolet dici: q̄ſq; ⁊ ipſe dominus tanq; preuidens quid lecturos moueri poſſit adiecit: [⁊ ego ad te venio]: ſic exponēs quodāmodo cur dixerit/ iam nō ſum in mundo. Cōmendat ergo eos patri quos corporali abſentia relicturus eſt dicens. [Pater ſancte: ſerua eos in noie tuo quos dediſti mihi]. Nēpe ſicut homo deū rogat ꝓ diſcipulis ſuis quos accepit a deo. Sed attēde quid ſeqtur. [Ut ſint (inquit) vnū ſicut ⁊ nos]. Non ait vt nobiſcū ſint vnū: aut minus vnum ipſi ⁊ nos: ſicut vnū ſumus nos: ſed ait: vt ſint vnū ſicut ⁊ nos. Ipſi vtiq; in natura ſua ſint vnum: ſicut ⁊ nos in noſtra vnū ſumus. Q̄ ꝓcul dubio ex non diceret: niſi ſm hoc diceret quod eiuſdez nature deus eſt cui⁹ ⁊ pater: ſm quod alibi dixit: ego ⁊ pater vnum ſumus: non ſm id quod etiā homo eſt: nam ſcōm hoc/ pr̄ maior eſt dixit. Sed quo: niāvna eadēq; perſona eſt deus ⁊ hō: intelligimus hoiez in eo q̄ rogat: intelligimus autē deum in eo q̄ vnum ſunt ⁊ ipſe ⁊ ille quē rogat. Sed eſt adhuc in cōſequētibus locus: vbi de hac re diligētius diſputādū eſt. Hic autē ſequitur. [Cum eſſem cū eis: ego ſeruabā eos in nomine tuo]. Me inqt veniēte ad te ſerua eos in noie tuo: in quo eos quādo cū eis eram ⁊ ipſe ſeruabā. In noie patris ſeruabat diſcipulos ſuos filius homo/ cuz eis humana preſentia ꝓſtitut⁹. Sed etiā pater in noie filij ſeruabat: quos in noie filij petētes exaudiebat. Vis q̄ppe idē filius dixerat. Amen amē dico vobis: ſi quid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Neq; hoc tam carnaliter debemus accipere velut viciſſim nos ſeruēt pater ⁊ filius: amboruz in nobis cuſtodiēdis alternante cuſtodia: quaſi ſuccedat alius quādo diſceſſerit alius. Simul eñ nos cuſtodiunt pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: quia vnus eſt verus beat⁹ deus. Sed ſcriptura nos non leuat niſi deſcendat ad nos: ſicut verbū caro factū deſcendit vt leuaret: non cecidit vt iaceret. Si ꝑ cēdentē cognouimus: cū leuante ſurgamus: ⁊ itelligamus cuz ita loqtur/ perſonas cū diſtinguere nō ſeparare naturas. Quando ergo ſeruabat diſcipulos ſuos filius preſentia corporali: nō expectabat pater ad cuſtodiendū ſuccedere filio diſcedēte/ ſed eos ambo ſeruabant potētia ſpirituali/ et quando ab eis abſtulit filius preſentiā corporalez: tenuit cū patre cuſtodiam ſpirituale/ q: ⁊ cuſtodiēdos quādo filius homo accepit: cuſtodie paterne nō eos abſtulit/ et cū pater filio cuſtodiēdos dedit/ non dedit ſine ipſo cui dedit: ꝟ dedit homini filio non ſine deo eodēq; ipſo vtiq; filio. Sequit ergo filius

ſ. tra. cta. c.

ſ. tra. cta. cv. B

J. tra. cta. cx. ſ.xv.

ſ. trac. x ſ. xiiij.


C ſ. tra. cta. cvj. ſ. xv. ſ. xv.

⁊ dicit. [Quos dediſti mihi cuſtodiui: ⁊ nemo ex his periit/ niſi filius perditionis/ vt ſcriptura impleat]. Filius perditionis dictus eſt traditor chriſti perditiōi predeſtinatus ſm ſcripturaz que de illo in pſalmo cētеſimo ⁊ octauo maxime prophetatur]. Nunc aūt (inqt) ad te venio: ⁊ hec loquor in mūdo vt habeant gaudiū meum impletum in ſemetipſis]. Ecce in mūdo ſe loqui dicit/ qui paulo ante dixerat/ iam nō ſum in mūdo. Quod cur dixerit ibi expoſuim⁹: immo ipſum id expoſuiſſe docuimus. Ergo ⁊ q: nōdum abierat hic adhuc erat: et q: mox fuerat abiturus/ hic quodāmō iaz non erat. Quod ſit aūt hoc gaudiū de quo ait/ vt habeāt gaudium meū impletum in ſemetipſis/ iam ſuperius expreſſius eſt vbi ait: vt ſint vnū ſicut ⁊ nos. Hoc gaudium ſuū: id eſt a ſe in eos dilatū in eis dicit impledū/ ꝓpter quod locutum ſe dixit in mundo. Hec eſt pax illa ⁊ beatitudo in futuro ſeculo/ ꝓpter quam conſequendam temperanter ⁊ iuſte ⁊ pie viuendum eſt in hoc ſeculo.

Tractatus. cviij.

EGo dedi eis ſermonē tuū: ⁊ mundus eos odio habuit: q: non ſunt de mūdo ſicut ⁊ ego non ſum de mūdo. Non rogo vt tollas eos de mūdo: ſed vt ſerues eos a malo de mundo: non ſunt ſicut ⁊ ego nō ſum de mūdo: ſanctifica eos in veritate ſermo tuus veritas eſt: ſicut tu me miſiſti in mundum: ⁊ ego miſi eos in mundū ⁊ pro eis ego ſanctifico metipſum: vt ſint ⁊ ipſi ſanctificati in veritate.

A



Oquēs adhuc dominus ad patrē ⁊ orans ꝓ diſcipulis ſuis dicit. [Ego dedi eis ſermonē tuum ⁊ mund⁹ eos odio habuit]. Nōdum id experti fuerant paſſiōibus ſuis que illos poſtea ſunt ſecute. Sed more ſuo dicit iſta: verbis preteriti temporis futura pronuncians. Deinde cauſam ſubijciens cur eos oderit mūdus: [quia non ſunt (inquit) de mundo: ſicut ⁊ ego nō ſuz de mundo]. Hoc eis regeneratione collatum eſt. Nam generatione de mūdo erant: ꝓpter quod iam eis dixerat/ ego vos de mundo elegi. Donatū eſt ergo eis/ vt ſicut ipſe nec ipſi eſſent de mundo: eos ipſo liberante de mundo. Ipſe autez de mundo nunq; fuit/ quia etiam ſcōm formam ſerui de ſpiritu ſancto ipſe natus eſt: de quo illi renati. Nam ſi ꝓpterea illi iam nō de mundo: quia renati ſunt de ſpiritu ſancto: ꝓpterea ille nunq; de mundo quia nat⁹ eſt de ſpiritu ſancto. [Nō rogo (inquit) vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos a malo]. Adhuc enim neceſſariū habebant ſ̄guis iam non eſſent de mundo: eſſe tamē in mundo. Repetit eandem ſententiam. [De mundo (inquit) nō ſunt/ ſicut ⁊ ego nō ſuz de mundo: ſanctifica eos in veritate]. Sic eñ ſeruantur ex malo/ quod ſuperius orauit vt fieret. Queri autē poteſt quomodo de mūdo iam non erāt ſi ſanctificati in veritate nōdum erant: aut ſi iam erant/ cur poſcat vt ſint. An quia ⁊ in veritate ſanctificati in eadem proficiunt ſanctitate fiuntq; ſanctiores? Neq; hoc ſine adiutorio gratie dei/ ſed illo eorum ſanctificāte profectum qui ſanctificauit inceptum. Unde ⁊ apoſtolus dicit. Qui in vobis opus bonuz cepit: perficiet vſq; in diē chriſti ieſu. Sanctificātur itaq; in veritate heredes teſtamēti noui: cuius veritatis vmbre fuerūt ſanctificationes veteris teſtamēti/ ⁊ cum ſanctificātur in veritate: vtiq; ſanctificātur in chriſto qui veraciter dixit. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Item quādo aūt/ veritas liberabit vos/ paulopoſt exponēs quid dixerit: ſi vos inquit filius liberauerit/ tunc vere liberi eritis: vt oſtenderet hoc ſe prius dixiſſe veritatem quod poſtmodum filium. Quid ergo aliud ⁊ hoc loco dixit: ſanctifica eos in veritate/ niſi ſanctifica eos i me. Deniq; ſequitur: ⁊ hoc apertius inſinuare non deſinit. [Sermo (inquit) tuus veritas eſt]. Quid aliud dixit/ q̄ ego veritas ſum. Grecum quippe euangelium: logos habet/ quod etiam ibi legitur/ vbi dictum eſt. In principio erat verbum/ et verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbū. Et vtiq; verbum ipſum nouimus vnigeniti dei filium: q̄ caro factū eſt ⁊ habitauit in nobis. Un ⁊ hic potuit poni: ⁊ in qui buſdā codicibus poſitū eſt/ verbum tuum veritas eſt: ſicut in quibuſdā codicib⁹ etiā ibi ſcriptum eſt: in pncipio erat ſermo. In greco aūt ſine vlla varietate: ⁊ ibi ⁊ hic logos eſt. Sanctificati itaq; pater in veritate: id in ꝟbo ſuo in vnigenito ſuo ſuos heredes eiuſq; coheredes. Sed nunc adhuc de aplis loquit. Naz ſecutus adiūgit. [Sicut me miſiſti in mūdum: ⁊ ego miſi eos in mundū. Quos miſit niſi apl̄os ſuos? Naz ⁊ ipſum nomē apoſtolorum qm̄ grecuz eſt: nihil niſi miſſus ſignificat in latino. Miſit ergo deus filium ſuū non in carne peccati: ſed in ſimilitudine carnis pcti. Et miſit filius

ſ. xvij. B Ro. viij. j. tim. ij.

eius eos quos natos in carne peccati/sanctificauit a labe peccati. Sed quoniaz per hoc quod mediator dei ⁊ hominum homo christ⁹ iesus fact⁹ est caput ecclesie/illi sunt mēbra eius:ideo ait quod sequitur:[⁊ ego pro eis sanctifico meipm.]Quid est enim ⁊ pro eis ego sanctifico meipsum:nisi eos in meipso sanctifica cum ⁊ ipsi sint ego:Quoniam de quibus hoc ait vt dixi membra sunt eius/et vnus est christus caput ⁊ corpus:docente apostolo atq; dicente de semine abrae. Si autez vos christi/ergo semen abrae estis. Gal. iij. Cum dixisset superius/non dicit et seminibus tanq̄ in multis:sed tanq̄ in vno et semini tuo quod est christus. Si ergo semen abrae hoc est christus:qd aliꝰ dictum est quibus dictum est:ergo semen abrae estis/nisi ergo christi estis:Inde est quod alio loco idem ipse apostolus ait. Nunc gaudeo in passionibus pro vobis: Col. j. et adimpleo ea que desunt pressurarum christi in carne mea. Non dixit pressurarum mearum sed christi quia membrum erat christi:et in persecutionibus suis quales christum in suo toto corpore pati oportebat:etiam ipse pressuras ei⁹ pro sua portione adimplebat.Quod vt etiam hoc loco certum sit: attende sequentia.Cū enim dixisset/et pro eis ego sanctifico meipsum: vt intelligeremus hoc eū dixisse quod eos sanctificaret i scripse mox addidit:[vt sint et ipsi sanctificati in veritate.]Quod quid est aliud q̄ in me:scīm id quod veritas est verbum illud in principio deus: in quo et ipse filius hominis sanctificatus est ab initio creationis sue:quando verbum factum est caro:quia vna persona facta est verbuz et homo / tunc ergo sanctificauit se in se: hoc est se hominem in se verbo. Sed quia vnus est christus verbum et homo sanctificans hominem in verbo:propter sua vero membra:⁊ pro eis inquit ego:id est quod prosit etiam ipsis quia et ipsi sunt ego:sicut profuit mihi in me quia homo sum sine ipsis. Et ego sanctifico meipsuz:hoc est ipsos in me: tanq̄ meipsum sanctifico ego quoniam in me etiam ipsi sunt ego: vt sint ipsi sanctificati in veritate.Quid est ⁊ ipsi nisi quēadmodū ego in veritate qō ipse sum ego:Deinde iam non solum de apostolis: sed etiam de suis ceteris mēbris incipit dicere:qō donante ipo alio sermone tractandum est.

Tractatus.cix.

¶Non pro his rogo tantum sed et pro eis qui crediturꝰ sunt perverbuz eorum in me.¶



Omin⁹ iesus iam sua pro pinquante passione cum orasset pro discipulis suis quos et apostolos nominauit/cum q̄b⁹ cenauerat vltimam cenam: de qua traditor eius per buccellam manifestat⁹ erat/⁊ cū q̄bus post ei⁹ egressum anteq̄ pro eis oraret / multa iaz fuerat locut⁹:adiūgit et ceteros q̄ in eū fuerant crediturꝰ/et ait ad patrē.[Nō p his aūt rogo tātū:]id est pro discipulis q̄ cū illo tūc erāt:[sed ⁊ pro eis(inqt) q̄ crediturꝰ sunt per verbū eoz in me.]Ubi omnes nō intelligi voluit:non solū q̄ tūc erant in carne:sed etiam q̄ futuri erant. Quotquot em̄ postea crediderūt in eū/per verbū apostoloz sine dubio crediderūt:⁊ donec veniat crediturꝰ sunt. Ipsis em̄ dixerat.Et vos testimoniū perhibebitis:q̄ ab initio mecum estis.Et per eos euangeliū ministratū est ⁊ anteq̄ scriberet.Et vtiq; q̄squis in xp̄m credit/euangelio credit. Non itaq; intantū intelligendi sunt quos ait crediturꝰ in se per verbū eoz qui ipos in carne viuerēt apostolos audierūt.Sed et post obitū eoz et nos longe post nati per verbū eoz credimus in christū:quoniam ipsi q̄ cū illo tunc fuerant:qō ab illo audierūt ceteris predicauerūt atq; ita verbū eoz vt etiā nos crederem⁹ad nos vsq; peruenit vbicūq; est ei⁹ ecclesia/⁊ peruentuz est ad posteros q̄cūq; vbicūq; in eū crediturꝰ sunt postea.Pōt itaq; videri iesus in hac oratione nō orasse pro q̄busdā suis:nisi diligenter scrutemur in eadē oratione verba ei⁹. Si em̄ pro eis pro⁹ orauit sicut iā ostendum⁹ q̄ cū illo tūc erant:postea vero etiā pro eis q̄ per verbū eoz in illū fuerāt crediturꝰ:potest dici non orasse pro illis qui neq; tunc erant cuz illo quando ista dicebat neq; per verbum eoz postea/sed in eū siue per ipz siue quomodo libet:tñ ante crediderant. Nūq̄d em̄ cū illo tūc erat nathanael:Nūq̄d ioseph ille ab arimathia qui corp⁹ ei⁹ a pilato petijt:quē iam discipulū ei⁹ fuisse iste ipe iohannes euāgelista testat. Nūq̄d maria mater ei⁹ ⁊ alie femine:quas ei⁹ discipulus in euangelio iam tunc fuisse didicim⁹:Nūq̄d cū illo tūc erant de quib⁹ sepe dicit idem euangelista:multi crediderūt in eū:Nā vnde erat multitudo illa eoz q̄ cū ramis partum precedebāt:partiz sequebanꝫ insidentē iumento dicētes:benedict⁹ q̄ venit in nomine domini:⁊ cū eis pueri de q̄b⁹ ipe ait fuisse predictū:ex ore infantiū ⁊ lactantiū perfecisti laudem:Unde quingenti fratres quib⁹ si mul post resurrectionē nō apparuisset/nisi in eum

B

B

B

j.xix.a.

ß.xij.g.

mat.xxj.

j.Cor.xv

Act.j.

Tractatus.cix. Capitulum.xvij. fo.CLXI

in eum ante credidissent:Unde illi centuz et nouem qui cum istis vndecim centum et viginti erant:quando simul 2gregati post eius ascensuz expectauerūt ⁊ acceperūt promissum spiritum sanctum. Unde erant isti omnes:nisi ex illis de quibus dictum est: multi crediderunt in eum:Non ergo pro eis tunc saluator orauit:quoniā p eis orauit qui cum illo tūc erant:⁊ p alijs qui per verbum eorum in eum non iaz crediderāt: sed fuerant crediturꝰ. Isti aūt nec cum illo tunc erant:⁊ in eum iam ante crediderant Omitto dicere de symeone sene q̄ infantulū credidit:de anna pphetissa/de zacharia ⁊ elisabeth qui eū prophetauerunt anteq̄ de virgine nasceret/de filio eorum iohāne precursore eius amico spōsi:qui eū ⁊ in spiritusancto agnouit⁹ absentē predicauit:⁊ alijs agnoscendū eum presens esset ostendit. Nos omitto quoniā responderi potest orandum p talibus mortuis non fuisse: qui cū magnis suis meritis hinc abierant:⁊ recepti dicebant.Hoc enim ⁊ de antiquis in istis similiter respōdeꝫ. Quis em̄ eorū a dānatione totius masse pditionis que p vnū hoīem facta est saluus esse potuisset/nisi in vnum mediatorem dei ⁊ hominū in carne venturū reuelāte spiritusancto credidisset:⁊ Sed nunqd ei pro apostolis orandū fuit:⁊ p tam multis qui in hac vita adhuc erāt nec cū illo tunc erāt:⁊ ante iam crediderāt orandū non fuit:Quis hoc dixerit:Intelligendum est igitur qō nondū in eum sic crediderāt quō in se credi volebat:quādoquidem ⁊ ipse petrus cui confitenti ⁊ dicenti: tu es xp̄s filius dei viui:tam magnum testimoniū phibuerat/magis eum meri nolebat quam mortuū resurrecturū esse credebat/vnde mox ab eo appellatus est sathanas. Fideliores itaq; reperiunt qui defuncti iam fuerāt ⁊ resurrecturū xp̄m reuelāte spū non vtiq; dubitabant/q̄b illi qui cū crediderunt ipsum redemptuz israel visa ei⁹ morte spem q̄ tūc habuerāt pderūt. Nihil itaq; mel⁹ edim⁹ q̄b post ei⁹ resurrectionē impartito spiritusancto edoctis ⁊ confirmatis apostolis eisq; in ecclesia primitus doctoribus constitutis/p eoz verbū sic alios credidisse quēadmodum in xp̄m credi oportebat.i.vt fidē resurrectionis eius tenerēt:ac per hoc ⁊ illos oēs qui iam in eum credidisse videbantur ad eorū numeruz pertinuisse pro quibus orabat dicens. Non pro his autem rogo tantum/sz ⁊ pro his qui crediturꝰ sunt per verbū eoz in me.Sed restat nobis ad istaz questionē adhuc soluendam beatus apls paulus:et latro ille crudelis in scelere, fidelis in cruce. paulus quippe apls nō ab hominibus neq; per hominē sed per ipsum xp̄m se dicit factum apl̄m ⁊ de ipo suo euāgelio loquēs ait. Neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici:sed per reuelationē iesu christi. Quomodo igitur erat in eis de quibus dictum est:crediturꝰ sunt per verbum eorum in me:Latro vero ille tunc credidit:quando in eis doctoribus fides qua fuerat quasi in eis defecit. Nec ipse itaq; per eorū vbū credidit in xp̄m iesuz:⁊ tamen sic credidit: vt quem videret crucifixū: confiteretur nō solum resurrecturum verumetiaz regnaturum dicendo. Memento mei cum veneris in regnum tuuz. Proinde relinquitur:vt sī dominus iesus hac oratiōe pro suis omnibus quicunq; in hac vita que tentatio est sup terrā:vel tūc erāt vel futuri erāt:orasse credendus est:sic intelligam⁹ q̄ dictū est per verbū eorū vt ipsum verbum eoruz verbum fidei q̄ predicauerunt in mundo hoc significatū esse credam⁹. Dictū aūt esse verbum eorum quoniaz ab ipsis est primit⁹ ac precipue predicatuz. Jam em̄ ab ipsis predicabatur in terra:quando p reuelationez iesu xp̄i ipsum verbū eorū paulus acccepit Unde ⁊ cōtulit cum eis euāgeliuz/ne forte in vacuum cucurrisset aut curreret/⁊ dextras ei dederunt/qz ⁊ in illo q̄uis nō per eos illi datū:tñ verbū suū q̄ iam predicabāt ⁊ in quo fundati fuerāt inuenerūt. De quo verbo resurrectionis christi idez dicit apostolus. Siue ego siue illi:sic predicamus/⁊ sic credidistis. Et itez. Hoc est inqt verbū fidei q̄ predicamus:qz si confessus fueris in ore tuo qz dom⁹ est iesus:⁊ credideris in corde tuo qz deus illum suscitauit a mortuis:saluus eris.Et in actib⁹ apostoloz hoc legim⁹ q̄ in xp̄o deus definierit eundem oibus/suscitans eū a mortuis. Hoc verbum fidei qui principaliter ac primit⁹ per apostolos qui ei cohereant predicatū est:ideo verbum eorū dictum est. Neq; em̄ propterea nō est verbū dei quia dictum est verbum eorum/cum dicet idem apostolus: thessalonicēses exci pisse a se non est verbū hominuz:sed sicut est inquit vere verbum dei. Jdeo ergo dei:qz deus id donauit. Eorum verbum vero dictum est:qz hoc predicandum illis deus primit⁹ ac precipue cōmēdauit. Ac per hoc etiam ille latro in sua fide verbuz eorū habebat qō eorū propter ea dictum erat/quoniaz predicandum ad eorum officium primitus ac precipue pertinebat. Deniq; cum murmur factum esset de ministerio mensarum a viduis grecorū anteq̄ paulus credidisset in christum responderunt apostoli qui domino ante eo-

Gal.j.

Luc.iij.

mat.xvj

Rom.x.

Act.xiij.

j. thes.ij.

lu.xxiij.

Act. vj. heterant. Non est bonum nos relinquere verbū dei: z ministrare mensis. Tunc ordinādos diaconos prouiderūt ne ipsi a p̄dicandi verbi apocarent officio: vñ merito dictum est verbum eorum, qđ est verbum fidei: per quod omnes in christum vndecunq; id audierint crediderunt/ vel auditurī et creditur sunt. Ergo illa oratione p̄ omnibus quos redemit: siue tunc in carne viuentes siue postea futuros redemptor noster orauit cum regans p̄ apostolis qui cum illo tunc erant adiunxit etiam illos q̄ per eorum verbum in eum fuerāt creditur. Qui sūt adiūct⁹ illis deinde dicat: alia est disputatione tractandum.

Tractatus. cx.

¶ Ut omnes vnuz sint sicut tu pater in me et ego in te vt et ipsi in nobis vnum sint: vt credat mūdus q; tu me misisti. Et ego claritatem quā tu dedisti mihi dedi eis: vt sint vnū sicut z nos vnū sum⁹. Ego in eis z tu in me vt sint ꝯsummati in vnū: z cognoscat mund⁹ q; tu me misisti z dilexisti eos sicut z me dileristi.

A Um dominus iesus orasset p̄ discipulis suis q̄s tunc secum habebat atq; adiunxisset suos alios dicens. Non p̄ his autez rogo tantum: sed z p̄ eis qui creditur sunt per verbum eoruz in me: velut quereremus/ quid vel quare p̄ illis rogaret/ continuo subintulit dicens. [Ut omnes vnum sint: sicut tu pater in me et ego in te: vt et ipsi in nobis vnum sint.] Et superius cum adhuc p̄ solis discipulis quos secum habebat oraret: pater sancte inquit serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnum sicut et nos. Vbi diligenter aduertendum est non; dixisse dominum vt omnes vnum sumus: sed vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me et ego in te: subintelligitur vnum sumus. Quod apertius dicitur postea: quia et prius dixerat de discipulis qui cum illo erāt: vt sint vnū sicut et nos. Quamobrem ita est pater in filio et filius in patre: vt vnum sint quia vni⁹ substantie sunt. Nos vero esse quidem in eis possumus/ vnum tamen cum eis esse non possumus: quia vnius substantie nos et ipsi non sumus: inquantum filius cū p̄fe deus est. Nam ingtum homo est: ciusdem substantie est cui⁹ z nos sumus. Sed nūc est Joh. x. lud potius voluit cōmendare quod alio loco ait: ego et pater vnū sumus. Vbi eādem patris z suā significauit esse naturā. Ac p hoc z cū in nobis sunt pater z filꝰ vel etiā spiritussanctus: nō debem⁹ eos putare nature vni⁹ esse nobiscū. Sic itaq; sunt in nobis vel nos in illis: vt illi vnū sint in natura sua: nos vnū in nostra. Sūt q̄ppe ipsi in nobis/ tanq̄ deꝰ in templo suo. Sum⁹ aūt nos in illis tanq̄ creatura in creatore suo. Deinde cū dixisset/ vt z ipsi in nobis vnuz sint adiunxit. [Ut mund⁹ credat: q; tu me misisti.] Quid est hoc? Nūq̄d nā tūc credit B turus Al mund⁹ quādo in patre z filio vnū omnes crimus? Nōne ista est pax illa perpetua z potius fidei merces q̄m fides? Unū cū crim⁹: nō vt credamus: sed quia credidimus. Sed z si in hac vita ꝓpter ipsam communem fidem/ omnes qui vnū credimus/ vnū sumus iuxta illud apostoli/ omnes eīs vos vnū estis in christo iesu: etiā si non credamus: sed quia credidimus vnū sumus. Quid est ergo oēs vnū sint vt mūdus credat? Ipsi quippe omnes mundus est credens. Neq; enim alij sunt qui vnum erunt: et alius est mundus propterea creditur⁹ q; illi vnum erunt: cuz proculdubio de his dicat: vt omnes vnū sint: de quibus z i erat/ non p̄ his tantū rogo: sed z p̄ eis qui creditur sunt per verbum eorum in me/ continuo subiungens: vt omnes vnū sint. Isti aūt omnes quid est: nisi mundus non hostilis vtiq; sed fidelis? Nā ecce qui dixerat/ non p̄ mundo rogo: p mūdo rogat vt credat: quoniam est mundus de quo scr̄ptū est: Ne cuz modo damnemur. p̄ isto mūdo non rogat neq; cū quo sit p̄destinatus ignorat. Et mundus/ de quo scriptū est. Nō eīm venit filius vt iudicet mundū sed vt saluetur mūdus per ipsum. Unde z apostolus. Deus inquit erat in christo: mūdū reconcilians sibi. P̄ isto mundo rogat dicēs: vt mundus credat: q; tu me misisti. Per hanc enim fidem mundus reconciliat deo cum credit in christum qui est missus a deo. Quomodo ergo intellecturi sum⁹ qđ ait: vt et ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus: quia tu me misisti: nisi quia non in eo causam posuit vt credat mundus q; illi vnum sunt: tanq̄ ideo credat mundus quod est esse vnum videt: cum ipse mund⁹ sint omnes qui credendo vnum fiunt. Sed orando dixit vt mundus credat: sicut ozā do dixit vt omnes vnum sint. Orando dixit: vt et ipsi in nobis vnum sint. Hoc est eīm oēs vnū sint: qđ est mūdus credat: q̄ uia in credendo vnum fiunt: p̄fecto vnum

qui cum natura dei essent vnum: dissentiē do ab vno nō erant vnum. Deniq; si verbū qđ ait rogo: tertio subaudiamus vel potiꝰ qđ plenius fiat vbiq; ponamus/ erit huius expositio sentētie manifestior. Rogo vt oēs vnum sint: sicut tu pater in me: z ego in te. Rogo vt z ipsi i nobis vnū sint: rogo vt mūdus credat q; tu me misisti. Ideo q̄ppe addidit qđ dixit in nobis: vt qđ vnū efficimur fidelissima charitate: gratie dei nouerim⁹ tribuendum esse nō nobis: sicut apostolus Ephe. v. cum dixisset: fuistis aliquādo tenebre: nūc autē lux inquit: z ne sibi hoc tribuerāt adiecit/ in dño. Deinde saluator noster rogādo patrem: se hominez demonstrabat/ nūc demonstrans z seipsum/ quoniam cum patre deus est facere qđ rogat [z ego (inquit) claritatem quam dedisti mihi dedi illis.] C Quam claritatē/ nisi immortalitatem: quā natura humana in illo fuerat acceptura? Nam nec ipse adhuc acceperat eam: ꝙ mortuo ꝓpter immobilitatē predestinationis: preteriti tēporis verbis futura significat: qđ nūc clarificandus/ hoc est suscitandus a patre/ z ipe sit nos ad eam claritatē suscitaturus in fine. Simile est hoc ei quod ē. v. alibi dicit. Sicut pater suscitat mortuos z viuificat: sic z filius quos vult viuificat. Et quos: nisi cosdē quos pater. Quecunq; eīm pater facit: nō alia sed hec z filius/ nec aliter sed similiter facit. Ac per hoc suscitauit ē. ij. d. z seipsum etiam ipse. Nam vnde est: soluite templum hoc inquit: z in triduo resuscitabo illud? Proinde immortalitatis claritatem quā sibi a patre datam dicit: etiam se sibi dedisse intelligendus est z si non dixit. Ideo quippe sepius soluz patrem facere dicit qđ et ipse facit cum patre: vt q̄dā est/ ei tribuat de quo est. Sed z aliquando etiam tacito patre se dicit facere qđ ipe facit cum patre: vt intelligamus ita filiuz nō esse a patris opere separandum quando se tacito patre dicit aliqđ operari: quādo dum nec pater ab opere filij separat: quando ipso tacito filius operari dicitur qđ nihilominus pariter operantur. Cuz ergo tacet filius in opere patris operationem suā humilitatē cōmendat vt sit nobis salubrior. Cū vero vicissim in ope suo tacet operationem patris/ paritatē suam cōmendat: ne credat inferior. Isto modo igit et hoc loco nec se facit alienuz a patris opere: cuius dixerit claritatē qua dedisti mihi q; z ipse dāt eam sibi/ nec patrez facit alienū ab opere suo: cuius dixerit: dedi eis: q; et pater illam dedit eis. Inseparabilia nāq; sūt opera non solū patris z filij: verūctiā spiritussancti. Sicut autē ex eo qđ patrem p̄ suis omnib⁹ rogauit: hoc fieri voluit vt oēs vnū sint: ita ex hoc etiaz suo beneficio qđ ait: claritatem quam dedisti mihi dedi eis id fieri nihilominus voluit. Nam continuo subiecit. [Ut sint vnum: sicut z nos vnuz sum⁹.] D Deide addidit: [ego i eis: z tu i me: vt sint consummati in vnum.] Ubi se mediatorez inter deum z homines breuiter intimauit. Neq; enim hoc ita dictum est tanq̄ pater non sit in nobis: aut nos in patre non sim⁹ cum z alio loco dixerit: veniemus ad eum s. xiiij. d. z mansionē apud eum faciemus: z hic pauloante nō dixerit: ego in eis et tu in me: qđ dicit modo aut ipsi in me z ego in te. Sed tu in me z ego in te/ et ipsi in nobis. Quod ergo nunc ait: ego in eis et tu in me/ ita dictū est ex persona mediatoris: sicut illō qđ apostolus ait: vos christi: christus vero dei. Quod vero addidit: vt sint consummati in vnū: ostendit eo perduci reconciliationē q̄ fit per mediatorez: vt perfecta beatitudine cui iā nihil possit adūci perfruamur. Ideo id qđ sequit: [vt cognoscat mundus q; tu me misisti: nō sic accipiendū puto tanq̄ dixerit iterum/ vt credat mundus. Aliqñ eīm z cognoscere p̄ eo quod est credere ponitur: vt est qđ ait aliquanto superius/ et cognouerūt vere: quia a te exiui: z crediderūt s. tract. cv. q; tu me misisti. Hoc dixit posteri⁹ credidere-runt/ quod' prius dixerat cognouerūt. Sed hic quandoquidē de cōsummatione loquit talis est intelligēda cognitio qualis erit p̄ speciem: non qualis nunc est per fidē. Naz videtur ordo esse seruatus in eo qđ paulo ante dixit: vt credat mūdus: hic autem vt cognoscat mundus. Ubi eīm ꝙis dixerit/ vt oēs vnū sint: z in nobis vnū/ non ait tñ/ sint cōsummati in vnuz: atq; ita subnexuit: vt credat mundus q; tu me misisti. Hic vero vt sint inquit cōsummati in vnuz: ac deinde nō addidit vt credat mundus: sed vt cognoscat mundus q; tu me misisti. Quādiu eīm credim⁹ qđ nō videm⁹/ nondū sum⁹ ita cōsummati quēadmodum erim⁹ cū meruerim⁹ videre qđ credim⁹. Rectissime igitur ibi ait vt credat mundus/ hic vo cognoscat mundus: tñ z ibi z hic: q; tu misisti: vt nouerimus ꝑtū ptinet ad patris z filij inseparabilem charitatē/ hoc nos modo credere quod rēdimus credendo cognoscere. Si aūt diceret vt cognoscant q; tu me misisti: tantūdē valeret quātū hoc qđ ait/ vt cognoscat mundus. Ipsi sunt eīm mūdus nō pmanēs inimicus: qualis est mūdus dānationi predestinat⁹: sed ex inimico amic⁹ effectus: ꝓpter quē deus erat in christo mundū reconciliās sibi. Ideo dixit ego in eis: z tu in me. Tanq̄ diceret. Ego in eis ad quos ij. Cor. v

misisti me:& tu in me:mūdū reconciliās tibi per me. Propterea sequit etiam illud qđ ait. [Et dilexisti eos:sicut & me dilexisti].

Ephe.i. In filio q̄ppe nos pater diligit: q: in ipso nos elegit ante constitutionem mūdi. Qui enim diligit vnigenitū: p̄fecto diligit & mēbra ei⁹ q̄ adoptauit in eū & per eū/nec iō pares sum⁹ vnigenito filio p quē creati et recōciliati sum⁹:q: dictū est dilexisti eos sicut et me. Nec enim semper equalitatem significat qui dicit:sicut illud ita & illud: ſz aliquando tantū q: est illud est & illud/aut quia est illud vt sit et illud. Quis eīn dixerit eo prorsus modo in mūdū a christo apostolos missos quō est ipse missus a patre? Ut eīn alias tacrā differentias quas commemorare longū est:missi sunt certe illi cū iam homines essent:missus est aūt ipse vt homo esset:& tamen superi⁹ a t:sicut me misit in mūdum:& ego misi eos in mūdū. Tā q̄ diceret. Q: misisti me misi eos ita & hoc loco:dilexisti eos inquit sicut & me dilexisti Quod nihil aliud est q̄ dilexisti eos quia et me dilexisti. Non eīn mēbra filij non diligeret q̄ diligit filiū:aut alia causa est diligendi membra eius:nisi q: diligit eū:sed diligit filiū: ſm diuinitatem:quia genuit illū equalem sibi. Diligit eū etiam ſm id quod homo est:q: ipsum vnigenitum verbū caro factū est:& propter verbū est ei caro verbi caro. Nos aūt diligit quomod⁹ sum⁹ eius membra quē diligit:& hoc vt essem⁹ p pter hoc nos dilexit anteq̄ essemus. Quapropter incōprehēsibilis est dilectio qua diligit deus:neq̄ mutabilis. Nō eīn ex quo ei reconciliati sumus p sanguinem filij ei⁹ nos cepit diligere ſz aīn mūdi cōstitutionez dilexit nos:vt cū ei⁹ vnigenito etiā nos filij ei⁹ essemus:priusq̄ oīno alioḋ essemus Quod ergo reconsiliati sumus deo p mortē filij ei⁹:nō sic audiatur:nō sic accipiat:q si ideo nos recōciliauerit ei filio⁹/vt iam inciperet amare quos oderat sicut recōciliatur inimic⁹ inimico vt deinde sint amici:& inuicem diligāt qui oderāt inuicē. Sed iā nos diligenti recōciliati sum⁹ ei:cū quo p pter peccatum inimicitias habebamus. Qđ vtrū ver⁹ dicaz/attestatur apostolus.

Roñ.v. Cōmendat inquit dilectionem suam deus in nobis:quoniam cū adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est. Hz bebat itaq̄ illā erga nos charitatem etiā cuz inimicitias aduersum eum exercentes operaremur iniquitatem et tamen ei verisſime dictū est:odisti domine oīes qui operantur iniquitatem. Proinde miro & diuino modo:et quando nos oderat diligebat

ꝑs.v. Oderat enim nos quales ipse non fecerat et quia iniquitas nostra opus eius non omni ex parte cōsumpserat/nouerat simul in vnoquoq̄ nostrū & odisse qđ feceramus et amare qđ fecerat. Et hoc quidē in oīb⁹ intelligi potest de illo cui veraciter dicit. Nihil odisti eoz q̄ fecisti. Sap.xi.
Nō eīn quodcunq̄ odisset esse voluisset:aut oīno esset qđ omnipotens esse noluisset: nisi & in eo qđ odit esset etiā q̄ amaret. Merito q̄ppe odit:& velut a regula sue artis alienū improbat vitium. Amat tamen suū etiā in vicijs:vel sanationis beneficiū/vel dānationis iudicium:ita et deus nihil odit eoz q̄ fecit:natura eīn non vitioz conditor mala q̄ odit ipē nō fecit:& de malis eisdē vel sanādo ea per misericordiā: vel ordinando per iudiciū bona sunt ipa q̄ fecit. Cū igit eoz q̄ fecit nihil oderit: q̄s digne eloqui possit quantū diligat mēbra vnigeniti sui & ꝯto ampli⁹ ipm vnigenitū in quo cōdita sunt omnia visibilia & inuisibilia:que in suis generib⁹ ordinata ordinatissime diligit? Mē bra quippe vnigeniti:ad angelos sanctos equalitatē gratie sue largitate pducit vnigenitus autem cum sit dominus omnium proculdubio est domin⁹ angelor. Natura qua deus est non angelis sed & patri potius equalis. Gratia vero qua hō est: quodammodo nō excedit excellētiam cuiuslibet angeli:cū sit vna persona carnis & verbi. Quāq̄ non desinit q̄ etiaz nos angelis preferant:quia p nobis inquiūt nō p angelis mortuus est christ⁹:id quod est aliud q̄ de impietate velle gloriari? Etem christ⁹ sicut ait apostol⁹:iuxta tps p impijs mortu⁹ est. Hic ergo non meritū nostrū: sed dei misericordia cōmēdat. Nam quale est iō se velle laudari:q: vitio suo tā detestabiḷr egrotauit: vt nō possit aliter q̄ medici morte sanari? Nō est hec nostrorum gloria meritorum:sed medicina morboruz. An ideo nos preferimus angelis: quia cum et angeli peccauerint: mihil eis tale vt sanarentur impensum est:quasi aliquid eis vel parum fuerit impensum est nobis amplius? Qđ si & hoc factū esset:adhuc queri posset vtz ideo fuisset factū qđ sfteteram⁹ excellētius:an qđ desperati⁹ iacebamus? Cū vero nouerimus bonoz oim creatorem repādis angelis malis nihil gratie contulisse/cur non potius intelligimus q̄ tanto damnabilior eoz iudicata sit culpa/ꝯto erat natura sublimior? Tanto enim minus q̄ nos peccare debuerunt: quanto meliores nobis fuerunt. Nunc autem in offendendo creatore/ tanto execrabilius beneficia eius ingrati extiterunt:quanto beneficentius sunt creati. Nec eis satis fuit deserto

re & esse illius:nisi & nostri fierent deceptores. Hoc itaq̄ nobis magnum bonum cōferet qui dilexit nos sicut dilexit christum:vt propter ipsum cuius membra nos esse voluit:equales angelis sanctis simus: quib⁹ & natura inferiores cōditi sumus:& peccato indigniores facti:qui eorum fieri qualescunq̄ foci deberemus.

Tractatus.cxj.

Pater q̄s dedisti mihi:volo vt vbi sum ego & illi sint mecum/vt videant claritatem meam quam dedisti mihi quia dilexisti me ante constitutionē mundi. Pater iuste mundus te nō cognouit/ego aūt te cognoui/& hi cognouerunt q: tu me misisti/& notum feci eis nomen tuum et notum faciā/ vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis.

A



N magnam spem dñs e suis suos erigit: qua maior omnino esse non possit Audite & estote i spe gaudentes ꝓpter qđ vita ista non amanda sed toleranda sit: vt eē possitis in ei⁹ tribulatione patientes. Audite inq̄ſ:& quo spes vestra leuet attendite. Christus iesus dicit:filius dei vnigenitus qui patri coeternus & equalis est dicit:qui ꝓpter nos homo factus est/sed sicut omnis homo mendax non factus est dicit/via/vita/veritas dicit:qui mundum vicit de his quibus vicit:dicit. Audite/credite/sperate/desidera te qđ dicit. [Pater (inquit) quos dedisti mihi:volo vt vbi ego sum & illi sint mecum.]

ſ.vi.c. Qui sunt isti quos ait a patre datos sibi? Nōne illi de quib⁹ alio loco dicit:nemo venit ad me nisi pater q̄ misit me traxerit eū. Jaz quomodo carne fieri dicit a patre:faciat & ipse cum patre:si quid in hoc euāgelio profecimus nouimus. Jpi sunt ergo qs a patre accepit:quos & ipse elegit de mundo atq̄ elegit vt iam non sint de mundo sicut non est:& ipse de mundo:vt sint tamen etiam ipsi mundus credens & cognoscens q̄ christus a deo patre sit missus:vt mundus ex mundo liberaretur:ne mūdus deo reconciliandus cuz mūdo inimicissimo dānaretur. Sic enim ait in hui⁹ orationis exordio:dedit ei potestatem omnis carnis: ſ.xvij.a. id est omnis hominis:vt omne quod dedisti ei det eis vitaz eternam:vbi ostendit potestatem se quidem omnis hominis accepisse⁹ liberet quos voluerit:damnet quos voluerit:qui viuos & mortuos iudicabit:ſz eos sibi esse datos quibus omnibus det vitam eternam. Sic eīn ait:vt omne qđ dedisti ei det eis vitaz eternam. Proinde non ei dati sunt quibus vitam nō dabit eternam q̄uis & ipsorum potestas data sit cui potestas data est oīnis carnis:id est omnis hominis. Jta mundus reconcilatus ex inimi co liberabitur mundo:cū in illum exerit potestatē suam vt eum in mortem mittat eternam. Hunc autem facit suuz:cui vitam donat eternā. Quapropter oibus prorsus ouibus suis bonus pastor:oibus mēbris suis magnū caput ꝓmisit hoc ꝓmium/vt vbi ipse est & nos cū illo simus. Nec poterit nisi fieri qđ omnipotenti patri se velle dixit oipotens filius. Jbi est eīn & spiritussanct⁹ pariter eternus pariter deus:spiritus vn⁹ duorū & substantia voluntatis amborum. Nā illud qđ dixisse legit ꝓpinquāte passione:verū nō qđ ego volo sed qđ tu vis pater quasi alia patris alia filij sit voluntas aut fuerit:sonus est nostre infirmitatis q̄uis fidelis quā in se caput nostrum transfigurauit:quando etiaz peccata nostra portauit. Unam ho esse patris & filij voluntatē: quorum etiam spiritus vnus est:quo adiuncto cognoscimus trinitatē:& si intelligere nondum permittit infirmitas: credat pietas. Sed qm̄ quibus promiserat:& ꝯ firma sit ipsa promissio:pto sermonis brcuitate iam diximus/hoc ipsum quantū valem⁹ quid sit qđ dignatur ꝓmittere videam⁹. Quos dedisti mihi inquit:volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum. Quātum attinet ad creaturam in qua fact⁹ est ex semine dauid ſm carnē:nec ipse adhuc erat vbi futur⁹ erat. Matth. xxvj. B Roñ.ſ.

Sed eo modo dicere potuit vbi ego sum:q̄ intelligeremus q̄ cito fuerat ascensurus in celum:vt iam ibi esse se diceret vbi fuerat mox futurus. Potuit & illo modo quo ante iam dixerat loquens ad nichodemū:nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo:filius hominis qui est in celo. Nam et ibi nō dixit erit sed est propter vnitatem ꝑsone:in qua & deus homo est:& homo deus. In celo ergo nos futuros esse ꝓmisit. Illa enim forma serui leuata est quā sumpsit ex virgine et ad patris dexteram collata propter spem tāti hui⁹ boni. Et apostolus ait. De⁹ autē qui dīues est in misericordia propter multaz charitatē qua dilexit nos:& cū essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos in christo:cui⁹ gra sumus salui facti et simul excitauit & simul sedere fecit in celestib⁹ in xpo iesu. Hoc ergo potest intelligi dixisse dominum:vt vbi ego sum & illi sint mecuz. Et ipse quidem de se dixit quod ibi sam esset. ſ.iij. Ephe.ij.

De nobis autem velle se dixit vt essemus ibi cū illo/nō q̄ iam essem⁹ ostendit. Apostolus autem q̄ dominus velle se dixit vt fieret/tanq̄ factum fuerit est locutus. Nō enim ait excitatur⁹ est nos et in celestibus sedere facturus: sed excitauit et sedere in celestibus fecit: quia non inaniter sed fideliter iam deputat factū: q̄ futurū esse nō dubitat. Q̄ vero attinet ad formaz dei in qua equalis est patri: si sc̄m eam velim⁹ intelligere quod dictū est: volo vt vbi ego sum et illi sint mecū: abscedat ab animo oīs imaginū corporaliū cogitatio ac quid mēti occurrerit/longū/latū/crassuz/ qualibet luce corporea coloratū: per quelibet locorum spacia vel finita vel infinita diffusum. Ab his omnibus quantū potest aciē lue cōtēplationis vel intentionis auertat: et non inḡrat cōtis patri filius vbi sit: quoniam nemo inuenit vbi nō sit. Sed qui vult ḡrere/ḡrat potius vt cū illo sit: nō vbi q̄ sicut ille sed vbicūq̄ esse potuerit. Qui eīm homini penaliter pendēti: et salubriter cōfitenti ait: hodie mecū eris in paradiso: ſm id q̄ homo erat: anima eius in ipo die futura fuerat in inferno: caro in sepulchro Scōm aūt id q̄ de⁹ erat/vtiq̄ et in paradiso erat: et ideo latronis anima a pristinis facinoribus absoluta/z illius munere iam beata: cuius vbiq̄ sicut ille esse non poterat: tñ etiam ipso die cū illo in paradiso poterat: vnde ille qui vbiq̄ semper est nō recesserat. Propterea nimirū nō ei sat⁹ fuit dicere: volo vt vbi ego sum et illi sim: sed addidit mecū. Esse cū illo enim magnū bonum est. Nam et miseri esse possunt vbi est ille: quoniaz q̄cūq̄ vbicūq̄ fuerint est: z ille. Sed beati soli sunt cū illo q̄ beati esse non poterunt nisi ex illo. An non deo vera citer dictū est: si ascendero in celū tu ibi es et si descendero ad infernū ades? Aut vero christ⁹ non est dei sapientia/que attingit vbiq̄ ꝓpter suā mūdiciam? Sed lux lucet in tenebris: nec eam tenebre comprehendunt. Ac per hoc vt de visibili cuius longe dissimile qualecūq̄ sumamus exemplum: sicut secus etiā si ibi sit vbi lux est/ non est tamen ipe cum luce: sed absens est a presentia: ita infidelis atq̄ impi⁹ aut etiā si fidelis et pius/nondū tamen ad intuendum lumen sapientie idoneus/etiā si esse nusq̄ possit vbi non sit et christus: non est tamen ipse cum christo dūtaxat per speciē Nam hominem pie fidelem non est dubitandum cum christo esse per fidem. Propter quod dicit. Qui non est mecum aduersum me est. Sed cum patri deo dicebat: quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum: de specie illa omnino dicebat in qua videbim⁹ eū sicuti est. Ne modo serenissimū sensum nubilosa ꝺdictione perturbet: consequentia perhibeant testimoniū precedentibus verbis. Nempe cuz dixisset/volo vt vbi ego sum z ipsi sint mecum/continuo secut⁹ adiunxit. [Ut videāt claritatem meā quā dedisti mihi q̄ dilexisti me ante constitutionem mundi.] Ut videant dixi non vt credant. Fidei merces est ista nō fides. Si enim fides ad hebreos in epistola recte diffinita est: conuictio rerum que nō videnť/cur nō merces fidei definitur visa rerum que credite sperabantur? Cum videri⁹ enim claritatem quā dedit pater filio: etiam si eam dici hoc loco intelligamus/nō quā pater equali filio gignēs cuz dedit: sed quā facta homini filio dedit ei post mortē crucis: quando ergo videbimus illam filij claritatem: profecto tūc fiet iudiciū viuoz atq̄ mortuorum. Tunc tolletur impius vt nō videat claritatem dei. Quā nisi illā qua de⁹ est: Beati enim mundo corde: quoniam ipsi deū videbunt. Nec mundi corde sunt impij propterea non videbunt. Tūc ibūt ipsi in suppliciū eternū. Sic enim tolletur impius ne videat claritatem dei: iusti autem ibunt in vitam eternam. Et q̄ est vita eterna? Ut cognoscant inḡt te solūverū deū et quem misisti iesum christum. Non vtiq̄ sicut cū cognouerūt/ qui licet non mundi corde tamen in forma serui clarificata iudicantem videre potuerunt. Sed sicut cognoscendus est a mundis corde solus verus deus: cum patre et spiritusancto filij⁹: q̄ ipsa trinitas est solus ver⁹ deus. Si ergo ſm id quod filius dei de⁹ est patri equalis atq̄ coeternus: accipiam⁹ hoc dictum/volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum: in patre cū xp̄o erim⁹. Sz ille/sicut ille/nō nos sicut nos vbicūq̄ corpote fuerim⁹. Si eīm loca dicēda sūt et quibus non corpora contineantur: et locus est cuiq̄ rei vbi est: locus christi eternus vbi semp est/ipse pater est: z locus patris filius est: quia ego inquit in patre/z pater in me est. Et in hac oratione/sicut tu pater inḡt in me et ego in te. Et locus interea noster ipsi sunt/quia sequitur: vt et ipsi in nobis vnum sint. Et nos locus dei sumus/quoniam templum eius sumus/sicut orat pro nobis q̄ mortuus est ꝓ nobis: viuitq̄ pro nobis vt in ipsis vnū sim⁹: quia factus est in pace locus eius/et habitatio ei⁹ in syō: que nos sumus. Sed quis idoneus loca ista vel que sunt in locis istis sine spacios capacitatibus et sine corporeis molibus cogitari? Non parum tamen profici

tur/si: saltez quicq̄d tale oculo cordis occurrit/negať/respuitur/improbať. Et lux quedam in qua ista negāda respuenda/improbanda cernuntur/sicut potuerit cogitatur z q̄ sit certa cognoscitur z amatur: vt inde surgať atq̄ ad interiora tendať. Que cū penetrare mens inualida z minus q̄ illa sūt pura nequiuerit/non sine amoris gemitu z desiderij lachrymis inde pellatur: z patienter ferat q̄diu fide mundeť: atq̄ vt illic habitare valeat sanctis moribus preparatur. Quō ergo non erimus cum christo vbi est: q̄n in patre cum illo erimus in quo est. Neq̄ hinc apostolus nobis q̄uis nonduz rem tenentibus: sed tamen spez gerentib⁹ tacuit. Ait enim. Si resurrexistis cuz christo q̄ sursum sunt querite vbi xp̄s est in dextera dei sedens/que sursum sunt sapite nō que super terrā. Mortui enim estis inquit: z vita vestra abscondita est cum christo in deo. Ecce interim fide ac spe vita nr̄a vbi xp̄s est cum illo est: q̄z cū christo in deo est. Ecce velut iam factum est q̄ orauit vt fieret dicēs: volo vt vbi ego sum z ipsi sint mecum. Sed nūc per fidē: quando aūt fiet per speciem: Cum xp̄s inquit apparuerit vita vestra: tunc z vos apparebitis cum ipso in gloria. Tunc apparebimus q̄ tunc erim⁹ q̄ tunc apparebit non inaniter nos id credidisse ac sperasse anteq̄ essemus. Faciat hoc filius q̄ cum dixisset vt videāt claritatez meā quā dedisti mihi/continuo subiunxit: [q̄z dilexisti me ante cōstitutionē mundi.] In illo eīm dilexit z nos ante cōstitutionez mundi: z tūc predestinauit q̄ in fine factus est mūdi. [Pater (inquit) iuste mūdus te non cognouit: q̄z iustus es: ideo te nō cognouit. Mundus ꝺppe ille dānationi ꝑdestinatus merito nō cognouit/mundus vero quem christus recōciliauit sibi/nō meritō sed gratia cognouit. Quid est eīm euz cognoscere: nisi vitā eternā: quā mūdo dānato vtiq̄ non dedit/recōciliato dedit? Propteres vtiq̄ mūdus te nō cognouit q̄ iust⁹ es. Nec et meritis ei⁹ vt te nō cognosceret tribuisti z ꝓpterea mūdus reconciliat⁹ cognouit q̄z mificoꝝ es et vt cognosceret nō eius merito sed gratia subuenisti. Deniq̄ sequitur. [Ego autē te cognoui.] Ipe fons gratie est deus natura/homo autez de spiritusancto et virgine ineffabili gratia. Deniq̄ propter ipsum quia gratia dei ꝑ iesuz christum dominum nostrum: [z hi cognouerunt (inquit) quia tu me misisti.] Ipe est mundus recōciliatus. Sed quia tu me misisti: ideo cognouerunt. Ergo gratia cognouerunt. [Et notum feci eis (inquit) nomen tuum: z notum faciam.] Notum feci per fidem/notum faciam per speciem. Notuz feci cum fine peregrinantibus notum faciaz sine fine regnantibus. [Ut dilectio (inquit) qua dilexisti me in ipsis sit: z ego in ipsis.] Non est vsitata locutio: dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis: vsitate quippe diceretur dilectio qua dilexisti me. De greco quidem ista translata sunt. Sed sunt similes z latine sicut dicimus/fidelem seruitutē seruisti: strennuaz militiam militauit: cū dici debuisse videatur/fideli seruitute fuisti: strēnua milicia militauit. Qualis autez ista locutio est: dilectio qua dilexisti me: tali z apostolus vsus est. Bonuz certamen certaui: nō ait: bono certamine: q̄ vsitatius et iaz rectiusq̄ diceretur. Quomodo autē dilectio qua dilexit pater filiū est z in nobis: nisi quis membra eius sumus/et in illo diligimur cuz ipse diligitur totus: id est caput z corpus? Ideo subiūxit z ego in ipsis/tanq̄ diceret: quoniā ego suz in ipsis. Aliter enim est in nobis tanq̄ in tēplo suo aliter autem quia et nos ipse sumus: cum ſm id quod vt caput nostruz esset homo factus est: corpus eius sumus. Finita est salutaris oratio: icipit passio. Ergo z iste sermo finiatur: vt de passione q̄ ipse donaueret alijs sermonibus disputetur.

Tractatus.cxij.

Hec cū dixisset iesus. Egressus est cū discipulis suis trās torrētē cedroī vbi erat ort⁹ in quē introiuit ipse z discipuli ei⁹. Sciebat aūt z iudas q̄ tradebat eū locū: q̄ frequēter iesus ꝓnerat illuc cū discipulis suis. Judas ḡ cū accepisset cohortē a pontificib⁹ z pharisei⁹ ministros venit illuc cū laternis et facib⁹ et armis. Jesus itaq̄ sciens oia q̄ ventura erāt sup eum: ꝓcessit z dixit eis. Quē q̄ritis: Responderunt ei. Jesuz nazarenū. Dicit eis iesus. Ego sum. Stabat aūt et iudas qui tradebat eū cū ipsis. Ut ergo dixit eis iesus ego sum: abierūt retrorsuz z ceciderūt i terrā. Iterū ergo interrogauit eos. Quē q̄ritis? Illi aūt dixerūt. Jesū nazarenū. Rñdit iesus Dixi vobis q̄z ego sum. Si ergo me q̄ritis: sinite hos abire. Ut impleretur sermo quē dixit/q̄z quos dedisti mihi nō perdidi ex eis quēq̄. Symō ergo petrus habens gladium eduxit euz/ z percussit pontificis seruuz: z abscī-

dit eius auriculam dextraz. Erat autez nomẽ seruo malchus. Dicit ergo iesus petro. Mitte gladiũ tuuz in vaginam. Calicem quez dedit mihi pater non vis vt bibam illuz: Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorum cõprehenderunt: iesum et ligauerunt eum.

A



Erminato magno prolixoq; sermone quem post cenam dominus fundendo pro nobis proximo sanguine ad discipulos habuit qui cũ illo tunc erãt: adiuncta oratione quam direxit ad patrem: deinceps eius passionẽ iohannes euangelista sic exorsus est. [Hec cum dixisset iesus: egressus est cum discipulis suis trans torrentẽ cedron/ vbi erat ortus: in quem introiuit ipe et discipuli eiº Sciebat autẽ et iudas qui tradebat eum locum: qz freq̃nter iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.] Hoc qõ narrat ingressum dominũ cum discipulis suis in hortum/ non continuo factum est cum eius illa sumta esset oratio de cuius verbis ait: hec cum dixisset iesus. Sed alia quedam sunt interposita/ que ab isto pretermissa: apud alios euangelistas leguntur: sicut apud hũc inueniuntur multa que illi similiter in sua narratione tacuerunt. Quomõ autem inter se omnes conueniant: nec veritati q̃ per aliũ ꝓmiſ ab alio repugnet/ qſ qs nosse desiderat/ non in his sermonibus sed in alijs laboriosis litteris querat/ nec stando et audiendo: sed potiº sedendo et legendo: vel legenti aurez mentẽq; intentissimã prebendo illa condiscat. Credat tamẽ anteq; sciat: siue id etiã scire in hac vita possit: siue ꝑ aliqua impedimenta non possit nihil: ab aliquo euangelista esse scriptum: quantũ ad hos attinet qs in auctoritatẽ canonicã recepit ecclesia: qõ vel ipsius vel alterius non minº veraci narrationi possit esse cõtrariũ. Nũc itaq; huiº beati iohannis narrationem quã suscepimus tractandam: sine alioz comparatione videamus: in ꝯeis q̃ manifesta sunt nõ immorantes: vt hoc vbi opus est causa poscente faciamus. Non ergo sic accipiamº qõ ait hec cum dixisset iesus: egressus est cũ discipulis suis trans torrentẽ cedron: vbi erat ortº: in quẽ introyit ipse et discipuli eiº: statim ꝓtinuo post illa ꝓba in illũ horruz fuerit ingressus: sed ad hoc valeat qõ dictum est hec cum dixisset iesus: vt nõ cũ ante opinemur ingressum qs illa verba finiret. [Sciebat autem(inqt)et iudas qui tradebat eũ locũ.] Ordo verboz est. Sciebat locũ qui tradebat eũ: [qz frequenter(inqt)iesus cõnenerat illuc cum discipulis suis.] Ibi ergo lupus anima pelle cõtectus: inter oues alto patrisfamilias consilio toleratus didicit: vbi ad tempus exiguum dispergeret gregem: insidijs appetendo pastorem. [Iudas ergo(inquit)cum accepisset cohortez: et a principibus et phariseis ministros venit illuc cum laternis et facibus et armis.] Cohors non iudeorum sed militum fuit. A ꝓside itaq; intelligatur accepta tanqꝫ tenendum reum. Seruato ordine legitime potestatis: vt nullus tenentibº auderet obsistere: qꝫ tanº tanta fuerit cõgregata: sic armata veniebat vt vel terreret vel etiam repugnaret: si qſq; christũ defendere auderet. Ita quippe eiº abscondebat potestas et obtũdebat infirmitas vt hec inimicis necessaria viderentur aduersus eũ in quẽ nihil valuisset nisi qõ ipe voluisset: bene vtẽs bonus malis et faciẽs bona de malis ad faciendos bonos ex malis et discernendo a malis. [Jesus itaq; (sicut euangelista secutus adiungit:) sciens

B

oia q̃ ventura erãt super eũ: ꝓcessit et dixit eis. †Quid queritis: Responderunt ei. Jesum nazarenũ. Dixit eis iesus. Ego sum Stabat autem et iudas qui †tradidit eum cũ ipsis. Ut ergo dixit eis. Ego sum: abierũt retrorsum et ceciderũt in terram. [Ubi nũc militum cohors et ministri principũ et phariseorum: Ubi terror et munumen armatorum: Nempe vna vox dicentis ego sum tantam turbam odijs ferocez/ armisq; terribilem sine telo vllo percussit: repulit: stravit. Deus enim latebat in carne et sempiternus dies ita membris occultabat hũanis: vt laternis et facibus quereretur occidẽdus a tenebris. Ego sum dicit: et impios deiecit. Quid iudicaturus faciet: q̃ iudicãdus hoc fecit: Quid regnaturº poterit: qui morituº hoc potuit: Et nũc vbiq; ꝑ euangeliũ/ ego sum dicit christº: et a iudeis exspectat antichristus/ vt retro redeant et in terram cadant: quoniam deserentes celestia/ terrena desiderant. Certe ad comprehendendũ iesum persecutores cum traditore venerũt: quem q̃rebant inuenerũt. Audierunt ego sum quare non comprehenderunt sed abierunt retro et ceciderũt: nisi qz hoc voluit qui potuit quicquid voluit: Uerum ii nunqꝫ se ab eis permitterent apprehendi: non quidem illi facerent propter quod venerant: sed nec ipse faceret propter quod venerat. Eum quippe illi occidẽ

†al. quẽ

†al. tradebat.

dum querebãt seuiendo: sed querebat nos et ipse moriendo. Proinde quia tenere volentibus nec valentibus ostendit potestatem suam: iam teneant eũ vt faciat de nescientibº volũtatẽ suã. [Iterum ergo eos interrogauit. †Quid queritis: Illi autem dixerunt. Jesum nazarenũ. Respondit iesus. Dixi vobis: qz ego sum. Si ergo me q̃ritis: sinite hos abire/ vt adimpleretur sermo quẽ dixit. Qz quos dedisti mihi: nõ perdidi ex eis quẽq;.] Si me inqt q̃ritis sinite hos abire. Inimicos videt: et hoc faciunt qõ iubet. Sinũt hos abire: quos non vult perire. Nũqd aũt non erant postea moriturj: Cur ergo si tunc moterentur perderet eos: nisi qz nondum sic in eum credebat: q̃ modo credunt quicũq; non pereunt: [Simon ergo petrº hẽns gladium eduxit cum et percussit seruum †principis/ et abscidit eiº auriculã dextrã. Erat autem nomen seruo malchº.] Solus hic euangelista etiam nomen huiº serui expressit: sicut Lucas solus quod eius auriculam dominus tetigerit et sanauerit eam. Malchus interpretatur regnaturus. Quid ergo auris pro domino amputata et a domino sanata significat: nisi auditum amputata vetustate renouatũ/ vt sit in nouitate spiritº et non in vetustate littere. Qõ cui prestitũ fuerit a christo/ quis dubitet regnaturum esse cum christo: Quod autem seruus dictus est: et hoc ad illam pertinet vetustatem/ q̃ in seruitutem generat qõ est agar. Sed cum accessit sanitas figurata est et libertas. Factum tamen petri dominº improbauit: et progredi vltra ꝓhibuit dicẽs [Mitte gladiũ tuum in vaginam. Calicez quem dedit mihi pater non vis vt bibam illũ:] In quo q̃ppe facto ille discipulº magistrũ defendere voluit: non qõ faciẽdũ est cogitauit. Et ille igitur ad patientiam cõmonendus fuit et hoc ad intelligentiam conscribendũ. Quid aũt a patre sibi dicit datũ calicem passionis: profecto illud est qõ ait apostolus. Si deº ꝓ nobis: qs contra nos. Qui filio proprio non pepercit: sz pro nobis omnibus tradidit eum: Uerum auctor calicis huiº est etiam ipse qui bibit vnde idem apostolus iterum dicit: christº dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis: oblationem et ostiam deo in odorem suauitatis. [Cohors autem et tribunus et ministri iudeorum: comprehenderunt iesum et ligauerũt eũ.] Comprehenderunt ad quem non accesserunt: quoniaz dies ille: illi vero tenebre permanserunt/ nec audierũt/ accedite ad eũ et illuminamini. Si enim sic accederẽt/ nõ cũ manibº occidẽdũ sed recipiendũ corde comprehẽderẽt. Nũc autem qñ cũ illo modo cõprehenderũt: tũc ab illo longius recesserũt/ et ligauerũt eũ a quo solui potius velle debuerunt: et erant fortassis in eis qui nunc imposuerunt christo vincula sua: atq; ab eo postea liberati dixerũt. Dirupisti vincula mea. Hec hodie satis sint: tractabunt deo volente sermone alio q̃ sequuntur.

ꝑs.cxv.

Tractatus.cxiij.

¶ Et adduxerũt eũ ad annã primuz Erat esi socer cayphe q̃ erat põtifex anni illiº. Erat aũt cayphas q̃ consiliũ dederat iudeis: qz expeditum hoiez mori pro populo. Sequebatur autez iesum symon petrus et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici/ et introiuit cum iesu in atrium pontificis/ petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici et dixit ostiarie et introduxit petrũ Dicit ergo petro ãcilla ostiaria. Nũqd et tu ex discipulis es hois istiº: Dicit ille. Nõ sum. Stabãt aũt serui et ministri ad prunas qz frigº erat et calefaciebãt se. Erat aũt cũ eis et petrº stãs et calefaciẽs se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis et de doctrina eiº. Rñdit ei iesus. Ego palã locutº sum mũdo/ ego semp docui in synagoga et in tẽplo quo oẽs iudei cõueniũt: et in occulto locutº sum nihil. Quid me interogas: interroga eos qui audierũt qd locutº sim ipsis Ecce hic sciũt que dixerim ego. Hec aũt cũ dixisset: vnº astãtiũ ministoz dedit alapã iesu dicẽs. Sic rñdes põtifici: Rñdit ei iesus. Si male locutº sum: testimoniũ phibe de malo: si aũt bene: qd me cedis: Et misit euz annas ligatũ ad cayphã põtificẽ. Erat aũ et symon petrº stãs et calefaciẽs se. Dixerũt ergo ei. Nũqd et tu ex discipulis eiº es: Negauit ille et dixit. Nõ sum. Dicit ei vnus ex suis põtificis cognatº eiº cuiº abscidit petrº auriculã. Nõne ego te vidi in horto cum illo: Iterum ergo negauit petrus.

†al. quẽ

§.tractatu.xvij.

C

†Al. põtificis.

Lu.xxij.

Ro.vij.

Gal.iiij.

Tertullus dixit ergo iesus petro.

Ro.viij.

Ephe.ij.

Psalmo xxxiij.

Et statim gallus cantauit.

A Osteaq̄ psecutores tradente iuda comprehēsuz dominū ligauerūt qui dixit nos et tradidit semetipsum pro nobis et cui pater non pepcit: sed pro nobis omnibus tradidit eum: vt intelligat iudas non laudabilis vtilitate traditionis huius: sed sceleris voluntate dānabilis [addurerūt euz] sicut iohānes euangelista narrat [ad annam primū] nec tacet causam cur ita factuz sit. [Erat enim (inquit) socer cayphe: qui erat pontifex anni illius. Erat autem (inquit) cayphas qui cōsilium dedit iudeis: quia expedit vnum hominē mori pro populo]. Merito et matheus cum id breuius narrare voluisset: euz ad cayphā ductum fuisse cōmemorat: quia et ad annam prius ideo ductus est q̄ socer eius fuerit. Vbi intelligēduz est hoc eūdem cayphan fieri voluisse. [Sequebatur autez (inquit) iesum simon petrus et alius discipulus].

Quisnā iste sit discipulus nō temere affirmandū est q: tacetur. Solet autem se idez iohānes significare ita et addere: quem diligebat iesus. Fortassis ergo et hic ipse est: quisquis tamen sit: sequentia videamus. [Discipulus autē ille (inquit) erat notus pontifici: et introiuit cum iesu in atriū pontificis. Petrus autē stabat ad ostium foris. Exijt ergo alius discipulus qui erat notus pontifici: et dixit hostiarie: et introduxit petrum. Dicit ergo petro ancilla ostiaria. Nunq̄d et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille. Non sum]. Ecce colūna firmissima ad vnius aure impulsum tota cōtremuit. Vbi est illa promittētis audacia? et de se plurimū presumentis. Vbi sunt verba illa quādo ait: quare nō possum te sequi modo: animā meam pro te ponam? Hoccine est sequi magistrū se negare discipulum? Siccine pro dño anima ponit? vt hoc ne fiat vox ancillule formidetur? Sed quid mirū si deus vera predixit: homo autem falsa presumpsit? Sane in ista que iaz cepta est negatōe apostoli petri: debemus aduertere non solū ab eo negari christum qui dicit euz nō esse christū: sed ab illo etiā qui cū sit negat se esse christianū. Dominus enim nō ait petro/discipulū meum te negabis: sed me negabis. Negauit ergo ipsuz: cū se negauit eius esse discipulū. Quid aūt aliud isto modo q̄ se negauit esse christianū? Quāuis enim discipuli christi nōdum appellarētur hoc nomine: post ascensionem quippe eius in antiochia primū ceperunt appellari discipuli christiani. Jaz tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nūcupanda. Jaz erant discipuli qui post: ea appellati sunt christiani: et hoc cōmune nomen sicut cōmunem etiā fidem ad posteros transmiserūt. Qui ergo se christi negauit esse discipulū: ipsam rez negauit: cuius nomen est vocari christianum. Quā multi postea nō dico senes et anus in quibus huius vite societas facilius potuit mortem pro christi cōfessione contēnere: nec solum iuuentus vtriusq̄ sexus: de qua etate cōuenienter videtur exigi fortitudo: sed etiā pueri puellęq̄ potuerūt et innumerabilis societas sanctorū martyrum in regnuz celorum fortiter et violēter intrare: quod tūc iste nō potuit qui clauem regni eius accepit. Ecce vnde dictuz est/simite hos abire: quādo se pro nobis tradidit qui suo sanguine nos redemit: vt impleretur sermo quem dixit. Quia quos dedisti mihi: non perdidi ex eis quemq̄. Vtiq̄ enim petrus si negato christo hinc iret: quid aliud quā periret. [Stabant aūt serui et ministri ad prunas quia frigus erat: et calefaciebant se]. Non hyems erat: et tamē frigus erat: q: solet etiā equinoctio verno aliquando cōtingere. [Erat autem cum eis et petrus stans et calefaciēs se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis eius/et de doctrina eius. Respōdit ei iesus. Ego palam locutus sum mūdo: ego semper docui in synagogis et in templo quo omnes iudei cōueniunt: et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt que dixerim ego]. Non pretercūda nascitur questio quomō dixerit dominus iesus/ego palam locutus sum mundo: et maxime illud quod ait: in occulto locutus sum nihil. Nōne in hoc ipso recentiore sermone quem post cenā discipulis est locutus ait illis: hec in prouerbijs locutus sum vobis: venit hora cum iam nō in prouerbijs loquar vobis: sed palaz de patre meo annūciabo vobis? Si ergo ipsis conuictionibus discipulis suis nō loquebat palam: sed horā promittebat quādo palam fuerat locuturus: quo palam locutus est mūdo? Deinde illisipsis sicut aliorū quoq̄ euāgelistarum testatur auctoritas: in eorū cōparatione qui discipuli eius non erant: multo vtiq̄ manifestius loquebat: quando cum solis erat remotus a turbis. Tūc sensum eis et parabolas aperiebat: quas clausas pferebat ad alios. Quid est ergo / n occulto locutus sum nihil. Sed intelligendum est ita eum dixisse palam locutus sum mundo: ac si dixisset: multi me audierūt. Ipsum autē palam modo quodā erat palam: modo autem quodā non erat palam. Palā quippe erat: quia multi audiebant: et rursum nō erat palam: q: nō intelligebant. Et quod seorsuz discipulis loquebatur: non in occulto vtiq̄ loquebat. Quis nāq̄ in occulto loquitur qui cōtra tot hominibus loquitur: cū scriptum sit. In ore duorum vel trium testiū stabit omne verbum: presertim si hoc loquit paucis: quod p eos vult innotescere et multis: sicut ipse dominus ait illis quos adhuc pauco habebat. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: et quod in aure auditis: predicate super tecta. Ergo et hoc ipsum q̄ ab eo dici videbatur occulte: quodāmodo non dicebatur in occulto: q: nō ita dicebatur vt ab eis quibus dictū fuerat taceretur: sed ita potius vt vsq̄quaq̄ predicaretur. Sic ergo dici potest aliquid et palā simul et nō palam: vel in occulto simul et non in occulto: quomodo dictū est: vt videntes videāt: et non videant. Quomodo em̄ videant: nisi q: palam non in occulto? Et q̄ūo idem ipsi rursus non videāt: nisi q: non palā sed in occulto? Ea tamē ipsa que audierāt et non intellexerāt: talia erant vt nō possent iuste ac veraciter criminari. Et quotiens cūq̄z interrogando tentarūt vt inuenirent vnde et accusarēt eum sic eis respondit: vt omnes eorū retunderētur doli: et calūnie frustrarētur. Jdeo dicebat/quid me interrogas: interroga eos qui audierunt quid locut⁹ sim ipsis: ecce hi sciūt quid dixerim ego. [Hec autem cū dixisset vnus assistens ministrorum dedit alapam iesu dicēs. Sic respondes pontifici? Respōdit ei iesus. Si male locutus sum testimoniū perhibe de malo: si autē bene quid me cedis]? Quid ista respōsiōe verius: mansuetius: iustius? Eius est enim de quo prophetica vox precesserat. Intēde prospere procede et regna, propter veritatem et mansuetudinē et iustitiaz. Si cogitemus quis acceperit alapam: nōne vel lemus eū qui percussit aut celesti igne ptermi: aut terra dehiscente sorberi: aut corpuz demonio volutari: aut aliqua huiusmodi qualibet pena: vel etiā grauiore puniri? Quid enim horū per potētiam iubere non potuisset per quem factus est mundus: nisi patientiam nos docere maluisset qua vincitur mūdus? Forte hic dicit aliquis. Cur nō fecit quod ipse precepit? Percutienti enim nō sic respondere: sed maxillam debuit alterā prebere. Quid quod et veraciter mānsuete iusteq̄ rndit: et nō soluz alteram maxillā itez percussuro: sed totū corpus figendū prepauit in ligno. Et hinc poti⁹ demōstrauit: q̄ demonstrandū fuit: sua sez magna illa precepta patientie: non ostētatione corpis sed cordis prepatiōe faciendā. Fieri em̄ potest vt alterā maxillaz visibiliter prebeat hō: et iratus. Quāto ergo melius et rndet vera placat⁹: et ad perferenda grauioza/trāquillo aio sit paratus. Beatus est em̄ qui in oibus que iniusta p iustitia patitur: pōt veraciter dicere. Paratū cor meū deus paratuz cor meū. Hinc fit quippe q̄ sequitur. Cātabo et psalmuz dicaz dño. Quod paulus et barnabas: etiā in vinculis durissimis facere potuerunt. Sed ad narratōis euāgelice sequentia redeamus. [Et misit eū annas ligatum ad cayphan pontificē]. Ad illum enim sicut matheus dicit ab initio ducebat: qm̄ ipse erat illius āi princeps sacerdotū. Alteros āppe intelligēdi sunt agere solere annos ambo pontifices: id est pncipes sacerdotu qui erāt illo tpe annas et cayphas. Quos et lucas euāgelista cōmemorat: narrans quo tpe ceperit dns a precursore iohāne predicare regnuz celoz et cōgregare discipulos. Sic em̄ dicit. Sub pncipibus sacerdotū anna et cayphā: factū est verbuz dñi super iohānem zacharie filiū in deserto/et cetera. Proinde isti ambo pontifices vicissim suos annos agebāt. Et erat tunc annus cayphe q̄n passus est xp̄s. Jdeo secundū mattheuz cū comprehēsus esset/ad eū ductus est: sed pri⁹ ad annā fm iohannem venerūt cuz illo: non q: collega sed q: socer eius erat. Et credendū est fm voluntatem cayphe id esse factū: vel etiaz dom⁹ eoz ita fuisse positas vt nō deberet annas a transeuntibus pretereri. Sed cū diuisset euangelista quod eum ligatū miserit annas ad cayphā reuersus est ad locū narratiōis vbi reliquerat petrū: vt explicaret q̄ in domo anne de trina eius negatōe contigerat. [Erat aūt inquit simō petr⁹ stans et calefaciēs se]. Hoc recapitulat q̄ ante iā dixerat. Deinde q̄ secuta sunt tūgit. [Dixerūt ergo ei. Nunq̄d et tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit. Nō sum]. Jam se mel negauerat ad ancille vocē: et ecce iterū eodē timore pterrit⁹ negauit. Deide vt tertia negatio pficeretur et verbū dñi predicētis impleret. [Dicit ei vn⁹ ex seruis pōtificis cognat⁹ eius cuius abscidit petrus auriculā. Nōne ego te vidi in horto cuz illo? Iteruz ergo negauit petrus: et statī gallus cāauit]. Ecce medici cōpleta est pdictio: egroti iuicta psumptio. Non em̄ factū est q̄ iste dixerat: aliam meā p te ponā: sed fa

Universidad de Deusto Biblioteca

ctū est qđ ille predixerat ter me negabis. Sed trina petri negatiōe completa. iam ꝛ iste sermo compleatur: vt deinceps que de domino apud pontium pilatū prefidē gesta sunt/ab alio consideremus exordio.

Tractatus.cxliij.

¶ Adducunt ergo iesum ad cayphā in pretoriū. Erat autem mane ꝛ ipsi non introierūt in pretoriū vt nō contaminarent sed māducarēt pascha. Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras ꝛ dixit. Quā accusationem affertis aduersus hoiem hunc: Respōderunt ꝛ dixerūt ei. Si non esset hic malefactor nō tibi tradidissemus eū. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eū vos ꝛ scōm legem vestrā iudicate eū. Dixerunt ergo iudei. Nobis nō licet interficere quemq̄ vt sermo iesu impleretur quem dixit: significans qua morte esset moriturus.

A



Ue cū domino vel de domino nostro iesu christo apud pontiū p latuz ꝓsidem gesta sunt. quātum iohānes euangelista indicat/ deide videamus. Redit enim ad locū narratiōis sue vbi eā reliquerat vt explicaret petri negationem. Jam quippe dixerat/et miſit eū annas ligatum ad cayphā pontificem atq̄ inde regressus euāgelista vbi dimiserat petrū calefacientē se ad ignem in atrio: postq̄ totā ei⁹ negationē que ter facta est terminauit: iterū ꝓcurrit ad ordinē hystorie. [Adducūt ergo iesuz inqt a cayphā in pretoriū]. Ad cayphā quippe ab anna collega ꝛ socero eius dixerat missuz. Sed si ad cayphā. cur in pretoriuz. Quod nihil aliud vult intelligi: q̄ vbi ꝓses pilatus habitabat. Aut igit aliqua vigente cā de domo anne quo ad audiendū iesuz ambo cōuenerant: cayphas perrexerat ad ꝓtoriū ꝓsidis ꝛ socero suo iesuz reliquerat audiēdum: aut in domo cayphe pretoriuz pilatus acceperat: ꝛ tāta domus erat: vt seorsum habitantē dñm suū: seorsum iudicem ferret. [Erat aūt mane. ꝛ ipsi]id est. q̄ ducebāt iesum [nō introierūt in ꝓtorium] hoc est in eā partē domus quā pilat⁹ tenebat. si ipsa erat dom⁹ cayphe. Cur autem nō introierunt in pretoriū/exponens causam: [vt nō contaminarētur inquit sed vt māducarent pascha]. Dies agi ceperant azymoꝝ: quibus diebus cōtaminatio illis erat in alienigene habitaculuz introire. O impia ꝛ stulta cecitas. Habitaculo videlz cōtaminarētur alieno: ꝛ non cōtaminarentur scelere ꝓprio: Alienigene iudicis pretorio cōtaminari timebāt. ꝛ fratris innocētis sanguinē fundere nō timebant: vt hoc solū interim dicā vbi sena maloꝝ cōscientia tenebātur. Nam q̄ etiaz dñs erat qui eoꝝ impietate ducebat ad mortem/ ꝛ vite dator occidebatur non eoꝝ cōscientie sed ignoratie deputeſ. [Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras ꝛ dixit. Quā accusationem affertis aduersus hoiem hūc: Respōderunt et dixerūt ei. Si nō esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eū]. Interrogētur atq̄ respōdeant ab immūdis spiritib⁹ liberati/ sanati lāguidi/leprosi/mundati/surdi audientes/muti loquētes/ceci vidētes/mortui resurgētes. ꝛ qō omnia superat/ stulti sapientes: vtruz sit malefactor iesus. Sed ista dicebāt de quib⁹ per prophetā iam ipse predixerat. Retribuebāt mihi mala pro bonis. [Dixit ergo eis pilat⁹. Accipite euz vos: ꝛ scōm legem vestrā iudicate eū. Dixerūt ergo ei iudei. Nobis nō licet interficere quēq̄]. Quid est qō loquit insana credulitas. An nō interficiebāt quem interficiendū offerebāt. An forte cruz nō interficit: Sic desipiūt qui nō sectātur: sed insectantur sapientiam: Quid est autē. Nobis non licet interficere quēq̄: Si malefactor est: cur nō licet: Nōne lex eis precepit: ne malefactoribus ꝓfertim qualē iſtum putabāt a suo deo seductorib⁹ parcant. Sed intelligendū est eos dixisse nō sibi licere interficere quemq̄: ꝓpter festi diei sanctitatem quē celebrare iam ceperāt: ꝓpter quē de ingressu pretoriū etiā contaminari metuebāt. Ita ne obduruistis falli israclite: Ita ne omnē sensum nimia malitia perdidistis: vt ideo vos a sanguine innocentis impollutos esse credatis: q: eū fundenduz alteri tradidistis: Nūquid ꝛ pilatus illuz qui potestati eius a vobis ingerit occidendus: suis est manibus occisurus: Si non eum voluistis occidi: si nō insidiati estis: si nōvobis tradendū pecunia comparastis: si non comprehēdistis/vinxistis/ adduxistis/odistis: si non occidēdum manib⁹ obtulistis: vocibus poposcitis: nō eum a vobis interfectū esse iactate. Si autem illis omnibus vestris precedētibus factis etiā crucifige crucifige clamastis: audite quid cōtra vos ꝓpheta clamat. Filij hoiuz dentes eoꝝ arma ꝛ sagitte: ꝛ lingua eoꝝ machera acuta. Ecce q̄b⁹ armis: quibus sagittis: qua machera iustū interfecistis: qñ vobis interficere quemq̄ non licere dixistis. Hinc est qō ad comprehendēdum iesuz cū sacerdotum nō venissent principes sed missent: lucas tamē euāgelista in eodē narratiōis sue loco ait. Dixit aūt ad eos q̄ venerant ad se principes sacerdotuz ꝛ magistratus tēpli ꝛ seniores. Quasi ad latronē existis: ꝛ cetera. Sicut ergo principes sacerdotū non per seipsos sed per eos quos miserant ad cōprehendēdum iesum: quid aliud q̄ ipsi in sue iussionis potestate venerunt: sic oēs qui crucifigendū iesuz impijs vocibus clamauerūt: non quidez per seipsos eū: sed tamē ipsi per illum qui eoꝝ clamore ad hoc nephas impulsus est occiderunt. Qō vero iohānes euāgelista subiungit [vt sermo iesu impleret quē dixit: significans qua morte esset moriturus] si mortem crucis hic velim⁹ accipere: tanq̄ iō dixerint iudei. Nobis non licet interficere quēq̄: q: interfici aliud est: aliud crucifigi. nō video quomō id possit consequēter intelligi: cum hoc ad pilati verba respōderint quib⁹ eis dixerat. Accipite eum vos: ꝛ fm legē vestram iudicate eum. Nunqd ergo eū non poterāt accipere: ꝛ ipsi eum crucifigere. Si per tale genus supplicij iterfectionem cuiusq̄ vitare cupiebāt: Quis autem non videat q̄ sit absurdum eis licere quēq̄ crucifige: e: quibus nō licet quemq̄ interficere: Quid qō ipse dñs eādem mortem suā: id est mortē crucis: etiam interfectionem vocat: sicut legimus apud marcū vbi ait. Ecce ascēdimus hierosolymam: ꝛ filius hominis tradet principibus sacerdotū ꝛ scribis ꝛ dānabunt eū morte: ꝛ tradent eū gentibus ꝛ illudēt ei: ꝛ conspuent eū: ꝛ flagellabūt eum: ꝛ interficient eum: et tertia die resurget. Nimirū ergo ista dicendo significauit dñs qua esset morte moriturus: non qō hic mortē crucis vellet intelligi: sed quod eū iudei fuissent gētibus tradituri: hoc est romanis. Nam pilatus romanus erat: eūq̄ iudeam romani ꝓsidem miserant. Ut ergo iste sermo iesu impleretur: id est vt eum sibi traditum gentes interficerent: quod iesus futurum esse predixerat ideo pilatus qui iudex romanus erat: cum vellet eum reddere iudeis vt scōm legem suam iudicarēt eum: noluerunt eum accipere dicentes. Nobis non licet interficere quemq̄. Ac si impleꝛ est sermo iesu quem de sua morte predixit vt cum a iudeis traditum interficerēt gentes: mnore scelere q̄ iudei qui se isto modo ab eius interfectione velut alienos facere voluerunt: nō vt eorum innocētia sed vt dementia monstraretur.

Lu. xxij

C

De pe. di. j. peri culose.

B


Mar. x.

p sal. lvi

Tractatus.cxv.

¶ Introiuit ergo iterū in pretoriuz pilatus ꝛ vocauit iesum/et dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ: Ñndit iesus: a temetipo hoc dicis an alij tibi dixerū t de me: Ñndit pilatus: nūquid ego iudeus sum: gens tua ꝛ pōtifices tradiderūt te mihi. Quid feciſti: Ñndit iesus. Regnū meū non est de hoc mundo. Si ex hoc mūdo esset regnū meū ministri mei vtiq̄ decertarent vt nō traderer iudeis: nūc aūt regnū meū non est hinc. Dixit itaq̄ pilatus. Ergo rex es tu: Respondit iesus: tu dicis: q: rex suz ego. Ego in hoc natus sum ꝛ ad hoc veni in mundū: vt testimoniū perhibeam veritati. Omis qui est ex veritate audit vocē meam. Dicit ei pilatus: qd est veritas: Et cum hoc dixisset iterū exiuit ad iudeos: ꝛ dixit eis. Ego nullam inuenio in eo causam: est autē consuetudo vobis vt vnuz dimittā vobis in pascha: vultis ergo dimittā vobis regem iudeoruz. Clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc: sed barrabam. Erat autem barrabas latro.

A



Uid pilatus dixerit christo: quidve pilato ille respōderit: isto sermone cōsiderādum atq̄ tractandum est. Cū enim dictuz esset iudeis. Accipite euz vos ꝛ fm legem vestrā iudicate eū: atq̄ cū illi ñdissent. Nobis non licet occidere quēq̄. [Introiuit ergo iterū in pretoriū pilatus: ꝛ vocauit iesuz: ꝛ dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ: Et ñdit iesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me]: Sciebat vtiq̄ dñs: ꝛ quod ipse interroganit: ꝛ quid illi responsurus fuit. Sed tamē dici voluit: nō vt ipse nesciret: sed vt scriberetur qō nos voluit vt scirem⁹. [Respōdit ei pilatus. Nūquid ego iudeꝰ sum. Gens tua ꝛ pōtifices tradiderūt te mihi. Quid feciſti: Respōdit iesus. Regnū meuz nō est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnū meum: ministri mei† decertarēt vt nō traderer iudeis. Nunc aūt regnum meū non est hinc. Hoc est qō bonus magister voluit. Sed prius nobis demonstrāda fuerat vana hoiuz de regno ei⁹ opi

†Alias vtiq̄.

nō: finē gēcium / siue iudeoꝝ: a quib⁹ id pilatus audierat: quasi ꝓpteres morte fuisset plectēdus quod illicitū affectauerit regnū vel quoniā solent regnaturis inuidere regnātes: ⁊ videlz cauendū erat: ne eius rēgnū sine romanis sine iudeis cēt aduersum. ꝓterat autem dominus qō ait. Regnū meū non est de mūdo hoc ⁊ cetera. ad primā interrogationē presidis rn̄dere: vbi ei dixit. Tu es rex iudeorū: sed eum vicissim interrogās vtrum hoc a semetipso diceret: an audisset ab aliis: illo rn̄dēte ostendere voluit hoc sibi apud illum fuisse a iudeis velut crimē obiectum: patefaciēs nobis cogitationes hominū quas ipse nouerat qꝝ vane sunt: eisq; post responsionē pilati etiaz iudeis ⁊ gentibus oportuisse aptiusq; respōdens. Regnū meum non est de hoc mūdo. Quod si interrogāri pilato cōtinuo respondisset: non etiā iudeis sed solis gētibus hoc de se opinātibus rn̄disse videret. Nunc ergo qm̄ respōdit pilat⁹. Nunquid ego iudeus sum: Gens tua ⁊ pontifices tradiderūt te mihi: abstulit a se suspitionē qua posset putari a semetipo dixisse: q⁹ iesum regē dixerat esse iudeoꝝ: id se a iudeis audisse demonstrās. Deinde dicendo: quid fecisti: satis ostēdit illud ei ꝓ crimine obiectū. Tanq̄ diceret. Si regem te negas qđ fecisti vt tradereris mihi: Quasi mirū non esset si puniēdus iudici traderet: qui se diceret regem. Si aūt hoc nō diceret: querēdū ab illo esset: quid aliud forte fecisset vnde tradi iudici dignus esset:

25 ¶ Audite ergo iudei ⁊ gētes. Audi circūcisio: audi p̄putiū: audite oia regna terrena. Nō impedio dominationē vestrā in
Mat. ij. hoc mūdo: regnū meū non est de hoc mundo. Nolite metuere metu vanissimo quo herodes ille maior cū christus natus nūciaretur expauit: ⁊ tot infantes vt ad eum mors peueniret occidit: timēdo magis q̄ irascēdo crudelior. Regnū (inquit) meū nō est de hoc mundo. Quid vultis amplius? Venite ad regnū quod nō est de hoc mundo: venite credēdo: ⁊ nolite scuire metuendo. Dicit quidez i prophetia de deo patre.
Psal. ij. Ego aūt constitutus sum rex ab eo: super syon montē sanctum eius. Sed syon illa: ⁊ mons ille nō est de hoc mūdo. Quod est eñ eius regnum nisi credētes in eū: quib⁹
S. viij. c. dicit. De mūdo nō estis: sicut ⁊ ego nō sum de mūdo: q̄nus eos esse velit in mūdo: propter qō de illis dixit ad patrē. Nō rogo vt tollas eos de mūdo: sz vt serues eos a malo. Unde ⁊ hic nō ait. Regnū meum non est in hoc mundo: sed nō est de hoc mūdo. Et cū hoc pbaret dicēs. Si ex hoc mūdo esset regnum meū: ministri vtiq; mei decertarēt vt nō traderer iudeis: nō ait. Nunc aūt regnū meum nō est hic: sed nō est hinc. Hic est enim regnū eius vsq; in finē seculi: habēs inter se cōmixta zizania vsq; ad messem.
mat. xiij Messis eñ finis est seculi: quādo messores veniēt: id est angeli: ⁊ colligēt de regno eius oia scandala: qō vtiq; nō fieret si regnum eius nō esset hic. Sed tñ non est hinc: quia peregrinat in mundo. Regno suo ꝙppe dicit. De mūdo nō estis: sed ego vos elegi de
S. xv. c. mūdo. Erant ergo de mūdo: qñ regnū eius non erāt sed ad mundi principē ptinebāt. De mundo est ergo quicqd hominū a vero quidē deo creatū: sed ex adam viciata. atq; dānata stirpe generatū est. Factū est aūt regnū: non iam de mundo: quicqd inde in christo regeneratum est. Sic eñ nos deus Col. j. eruit de potestate tenebraꝝ: ⁊ transtulit in regnū filij claritatis sue. De quo regno dicit. Regnū meum nō est de hoc mūdo: vel regnum meū non est hinc. [Dixit itaq; ei pilatus. Ergo rex es tu: Rn̄dit iesus, Tu dicis: qz rex sum ego]. Nō qz regem se timuit cōfiteri: sed tu dicis: ita libratū est vt neq; se regē neget. Rex est eñ cuius regnū nō est de hoc mūdo: neq; regē talem se esse fatet: cuius regnū puteꝝ esse de hoc mundo. Talē quippe ille sentiebat qui dixerat. Ergo rex es tu: cui responsum est: tu dicis qz rex sum ego. Dictū est enim tu dicis: ac si dictū esset: carnal' carnaliꝝ dicis. ¶ Deinde ait. [Ego in hoc nat⁹ sum ⁊ ad hoc veni in mundū: vt testimoniū perhibeā veritati]. Nō est pducēda huius ꝓnois syllaba qō ait in hoc nat⁹ suz: tanq̄ dixerit in hac re natus sum: sed corripiēda tanq̄ dixerit ad hāc rem natus sum: vel ad hoc natus sum: sicut ait: ad hoc veni in mūdū. In greco nāq; euāgelio nihil est huius locutiōis ambiguū: vnde manifestū est euz tpalē natiuitatē suaz hic cōmemorasse: qua incarnatus venit in mundū. non illā sine initio qua deus erat: per quē pater cōdidit mundū. In hoc ergo se dixit natuz: id est ꝓpter hoc natuz ⁊ ad hoc venisse in mūdū: vtiq; nascēdo de virgine: vt testimoniū phibeat veritati. Sed qz nō oium est fides. adiūxit atq; ait. [Ois q̄ est ex veritate: audit vocē meā]. Audit vtiq; interioꝝ aurib⁹: id est obaudit me vocī: qō tñ dez valeret: si diceret/credit mihi. Cū itaq; xp̄s testimonium phibeat veritati: pfecto testimoniū phibet sibi. Eius q̄ppe vox est. Ego suz veritas. Et supra x. alio loco. Ego testimoniū perhibeo de me. S. viij. c. Qō vero ait. Ois qui est ex veritate audit vocez meā: gratiā cōmendauit: qua scōz ꝓpositū vocat. De quo ꝓposito dicit apls. Sci Ro. vij

mus: qñ diligētibus deum oia cooperant in bonū his qui scōm ꝓpositum dei vocati sunt: ꝓpositum sez vocātis non vocatoꝝ. Qō alibi apertius ita posituz est. Cōlaboro euāgelio scōm virtutem dei saluos nos faciētis ⁊ vocātis vocatione sua sancta nō ſm opera nr̄a sed ſm suū ꝓpositum ⁊ gratiā. Nam si naturā cogitem⁹ in qua creati sumus: cum oēs veritas creauerit: ds non est ex veritate. Sed nō oēs sunt q̄b⁹ vt audiant veritatē: hoc est vt obediāt veritati ⁊ credāt in veritatē: ex ipsa veritate p̄tāt nullis ꝓcūlāubio precedētibus meritis: ne gratia nō sit gratia. Si eñ dixisset: ois qui audit meā voluntatē ex veritate est: nō dictus ex veritate putaret qz obtēperat veritati. Non aūt hoc ait sed ait: ois qui est ex veritate/audit meā vocē. Ac per hoc non iō est ex veritate qz ē⁹ audit vocē: sed iō audit: qz ex veritate est: id est qz hoc illi donū ex veritate collatuz est. Qō quid est aliud q̄ donāte xp̄o credit in christuz: [Dixit ei pilatus. Quid est ueritas]: Nec expectauit audire respōsum: [sed cū hoc dixisset iterū exiuit ad iudeos ⁊ dixit eis. Ego nullā inuenio in eo cām. Est aūt ꝓsuetudo vobis: vt vnū dimittā vobis in pascha. Vult' ergo dimittā vobis regē iudeoꝝ]: Credo cū dixisset pilatus qđ est veritas: in mentē illi venisse cōtinuo ꝓsuetudinē iudeoꝝ. qua solebat eis dimitti vn⁹ in pascha: ⁊ iō non expectauit vt rn̄deret ei iesus qđ esset veritas: ne mora fieret cū recoluisset morē quo posset eis ꝓ pascha dimitti: qō eum valde voluisse manifestū est. Auelli tamē ex eius corde nō potuit iesum regē esse iudeoꝝ: tanq̄ hoc ibi sicut in titulo ipsa veritas fixerit de qua qđ esset interrogauit. Sz hoc audito/clamauerūt rursum oēs dicentes. Nō hūc sed barrabā. Erat aūt barrabas latro. Nō reprehēdimus o iudei qō per pascha liberatis nocētez: sed qō occidistis innocentē. Quod tz̄ nisi fieret/verꝝ pascha nō fieret. Sz vmbrā veritatis a iudeis errātibus tenebat: ⁊ mirabili dispēsatiōe diuine sapientie per homines fallaces eiusdem vmbre veritas implebatur: qz vt verum pascha fieret christus velut ouis immolabatur. Hinc ea sequūtur que iniuriosa christo pilatus et cohors eius ingessit: sed alia disputatione tractanda sunt.

Tractatus. cxvj.

Ca. xix. ¶ Tunc ergo apprehēdit pilatus ie
sum ⁊ flagellauit: ⁊ milites plectentes coroñā de spinis imposuerunt capiti ei⁹: ⁊ veste purpurea circūdederunt eū: ⁊ veniebant ad eum/⁊ dicebāt. Aue rex iudeoꝝ. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pilat⁹ foras: ⁊ dicit eis. Ecce adduco vobis eū foras vt cognoscatis qz in eo nullā inuenio cām. Exiuit ergo ie
sus portans spineā coroñā: ⁊ purpureum vestimētū: ⁊ dixit eis. Ecce homo. Cum ergo vidissent eū pontifices ⁊ ministri: clamabāt dicētes. Crucifige crucifige eum. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos ⁊ crucifigite. Ego eñ non inuenio in eo cām. Respōderunt ei iudei. Nos legē habemus: ⁊ scōm legē debet mori: qz filiū dei se fecit. Cū ergo audisset pilatus hunc sermonē: magis timuit. Et ingressus est in ꝓtoriū iterū: ⁊ dixit ad iesū. Unde es tu: Jesus aūt rn̄siū nō dedit ei. Dixit ergo ei pilat⁹. Mihi nō loqueris. Nescis qz potestatē habeo crucifigere te/⁊ ptātez habeo dimittere te: Rn̄dit iesus. Nō haberes ptātez aduersuz me vllam: nisi tibi esset datuz desup: ꝓpterea q̄ me tradidit tibi maiꝝ pctū habz. Et ex inde q̄rebat pilat⁹ dimittere eū. Iudei aūt clamabāt dicētes. Si hūc dimittis: nō es amic⁹ cesaris. Omis eñ qui se regē facit/contradicit cesari. Pilat⁹ ergo cuz audisset hos sermones adduxit foras iesum: ⁊ sedit ꝓ tribunali i loco qui dr lycostratos: hebraice aūt gabatha. Erat aūt parasceue pasche hora q̄si sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi autē clamabāt. Tolle tolle: crucifige euz. Dixit eis pilatus. Regem vestrum crucifigam. Respōderunt pōtifices. Nō habemus regē nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur.



Um iudei clamassent nō iesuz sibi a pilato dimitti velle ꝓ pascha: sed barrabā latronem: nō saluatorē sed interfectorē: nonA datorē vite sz ademptorez. [Tūc apprehēdit pilatus iesuz ⁊ flagellauit]. Hoc pilat⁹ nō ob aliud fecisse credēdus ē: nisi vt eis iniurijs iudei satiati sufficeꝝ sibi existimarēt: ⁊ vsq

ad eū mortē seuire desisterēt. Ad hoc pertinet qđ idem ꝑses cohortē suā etiā pmisit facere q̄ sequuntur: aut fortassis ꝛ iussit: ꝙ uis hoc euāgelista tacuerit. Dixit eīn ād deinde fecerint milites pilatū tn id iussisse nō dixit. ¶Et milites (inqt) plectētes coronā de spinis imposuerūt capiti ei⁹: et veste purpurea circūdederūt eū: ꝛ veniebāt ad eū ꝛ dicebāt. Aue rex iudeoꝝ. Et dabāt ei alaphas.] Sic implebāt q̄ de se ꝑdixerat christ⁹. Sic martyres informabant ad ofa q̄ ꝑsecutores libuisset facere ꝓferēda. Sic paulisper occultata tremēda potentia: cōmēdabāt: ꝓnus imitanda patiētia. Sic regnū qđ de hoc mūdo nō erat: simplū mūdū nō atrocitate pugnādi: sed patiendi hūilitate vincebat. Sic illud granū multiplicā dū semmabāt horribili cōtumelia: vt mirabli pullularet in gloria. [Exīt iterū pilat⁹ foras: ꝛ dicit eis. Ecce adduco eū foras: vt cognoscatis qz in eo nullā causam inuenio Exīt ergo iesus portās spineā coronam ꝛ purpureū vestimētū. Et dicit eis. Ecce hō] Hic apparet nō ignoāte pilato hec a militibus facta: siue iusserit ea siue pmiserit: illa sez causa quā supra dixim⁹: vt hec ei⁹ lubria inimici libētissime biberēt ꝛ ulteri⁹ sanguine nō sitirēt. Egredit ad eos iesus portās spineā coronā ꝛ purpureū vestimētū: nō clarus imperio ſz plenus opprobrio. Et dicit eis. Ecce homo. Si regi inuidetis iam parcite qz deiectū videtis. Flagellat⁹ est: spinis coronatus est: ludibriosa veste amictus est: amaris⁹ quicūs illusus est: alapis cesus est: feruet ignominia: frigescat in uidia: sed nō frigescit: inardescit potius et increscit. [Cū ergo vidissent eū pontifices ꝛ ministri clamabāt dicētes. Crucifige crucifige eū. Dicit eis pilat⁹. Accipite eū vos ꝛ crucifigite. Ego eīn nō inuenio in eo ꝙ¹ sam. Respōderūt ei iudei. Nos legē habemus: ꝛ ſm legē dz mori: qz filiū dei se fecit Ecce altera maior inuidia. Parua ꝙppe illa videbāt velut affectate illicito ausu regie potestatis: ꝛ tamē neutrū sibi iesus mē
Psal.ij. dacuer vsurpauit: sed vtrunqz, vez est. Et vnigenitus dei fili⁹: et rex ab eo ꝓstitutus sup syō mōtē sanctum eius: ꝛ vtrūqz nunc demōstraret: nisi quāto erat potētior tāto
B mallet esse patiētior. [Cū ergo audisset pilatus hoc † verbū magis timuit: et ingres
† Text⁹ hz hunc sus est pretoriū iterū ꝛ dicit ad iesū. Unde sermonē es tu: Jesus aūt rnsum non dedit ei.] Hoc silentiū dñi nostri iesu christi nō semel facti collatis oim euāgelistaꝝ narrationib⁹ reperit: ꝛ apud princeps sacerdotū ꝛ apō
Insufflando significauit spm̄sanctum non patris solius esse spiritū: sed et suū. [Quorum remiseritis (inquit) peccata remittuntur eis: et quor. retinueritis retenta sunt]. Ecclesie charitas que per spiritū sanctum diffunditur in cordibus nostris participū suorum peccata dimittit. Eorum autē qui non sunt eis participes tenet. Jdeo postea ꝯ dixit/accipite spiritū sanctū: hoc continuo de peccatorum remissione ac detentione subiecit. [Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quādo venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominū. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manib⁹ eius fixuram clauorum: et mittam digitū meuz in locum clauorum: et mittam manū meaz in latus eius non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: et thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis: et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thome. Jnfer digitum tuum huc et vide manus meas: et affer manū tuā et mitte in latus meum: et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas et dixit. Dominus meus et deus meus]. Videbat tangebatqz hominē et confitebatur deum quem nō videbat neqz tangebat: sed p hoc qd videbat atqz tangebat: illud iam remota dubitatione credebat. [Dicit ei iesus. Quia vidisti me credidisti]. Non ait tetigisti me sed vidisti me: quoniam generalis quodāmodo sensus est visus. Nam et per alios quattuor sensus nominari solet: velut cuz dicimus audi et vide ꝯ bene sonet: olfac et vide ꝯ bene oleat: gusta et vide ꝯ bene sapiat: tange et vide ꝯ bene caleat. Ubiqz sonuit vide: cum visus proprie non negetur ad oculos pertinere. Unde et hic ipse dominus. Jnfer inquit digitum tuuz huc: et vide manus meas. Quid aliud ait ꝯ tange et vide? Nec tamē oculos ille habebat in digito. Ergo siue intuendo siue etiam tangendo: qz vidisti me inquit credidisti: ꝯ uis dici possit non ausum fuisse discipulum tangere: cuz se offerret ille tangendum. Non enim scriptum est: et tetigit thomas. Sed sine aspiciendo tantum siue etiam tangendo viderit et crediderit: illud quod sequitur/ magis gentium fidem predicat atqz cōmendat. [Beati qui non viderunt et crediderunt]. Preteriti temporis vsus est verbis: tanqz ille q̄ quod erat futurū in sua nouerat predestinatione iaz factum. Sed iam sermo iste a prolixitate cohibendus est. Donabit dominus: vt de his que restant alias disputemus.

Tractatus.cxxij.

Iſti. sen. di. xviij. nec iō. ꝺ pe. di. iij. eccle sie charitas. Rom. v.

Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum que nō sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis quia iesus est christus filius dei. Et vt credentes vitam habeatis in nomine ei⁹. Postea manifestauit se iterum iesus ad mare tyberiadis manifestauit autem sic. Erant simul. Simon petrus et thomas qui dicitur didimus: et Nathanael qui erat a cana galilee: et filij zebedei et alij ex discipulis eius duo. Dixit eis Simon petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecū. Et exierunt et ascenderūt in nauim et illa nocte nihil prēdiderunt. Mane autem facto stetit Jesus in littore non tamen cognouerunt discipuli quia iesus est. Dixit ergo eis iesus. Pueri nūquid pulmentarium habetis? Respōderunt ei: non. Dixit eis. Mittite in dextraz nauigij rethe et inuenietis. Miserunt ergo: et iam non valebant illud trahere pre multitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille quem diligebat Jesus petro. Dominus est. Simō petrus cum audisset quia dominus est tunica succinxit se. Erat em nudus et misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerūt non em̄ lōge erant a terra sed quasi cubitis ducētis trahentes rethe piscium. Ut ergo descenderunt in terrā viderunt prunas positas et piscem superpositum et panē. Dixit eis iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit simon petrus et traxit rethe in terram plenum magnis piscibus. Centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent non est scissum rethe.

Ca. xxj.

Ost narrationem rei geste in qua thomas discipulus oblatis sibi tāgendis i christi carne vulnerum locis vidit et credere nolebat et credidit: interponit hec euangelista iohānes et dicit. [Multa qdez et alia signa

fecit iesus in conspectu discipulorum suorum que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia iesus †Al.lit. est † christus filius dei: ⁊ vt credētes vitam non habeatis in nomine eius]. Hoc capitulum habēr xps. velut liber huius indicat finem. Sed narratur hic deinde quēadmodum se manifestauerit dominus ad mare tyberiadis: et in captura piscium cōmendauerit ecclesie sacramētū: qualis futura est vltima resurrectio mortuorū. Ad hoc itaq; cōmendandum valere arbitror quod tanq; finis interpositus est libri quod esset etiā secuture narratiōis quasi premium: quod ei quodāmodo faceret eminentiorē locū. Que narCa. xxi. ratio incipit ita. [Postea manifestauit se iterum iesus ad mare tyberiadis: manifestauit autē sic. Erant simul simon petrus ⁊ thomas qui dicit didimus ⁊ nathanael qui erat a galilea ⁊ filij zebedei: ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dixit eis. Simon petrus. Vado piscari. Dicūt ei. Venimus et B nos tecum]. Queri solet de hac piscatione discipulorū: cur redierint petrus et filij zebedei ad id quod fuerunt priusq; a dño vocarētur erant enim piscatores quando mat. iiij eis dixit. Venite post me: ⁊ faciam vos fieri piscatores hominū. Tūc eum quippe illi secuti sunt vt magisterio ei⁹ relictis omnibus adherēt: intātū vt cum ab eo diues mat. xix ille tristis abscederet cui ipse dixerat. Vade vēde que habes ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis thesaurū in celo: ⁊ veni sequere me diceret ei petrus. Ecce nos dimisimus omnia ⁊ secuti sumus te. Quid ergo est quod nūc quasi apostolatū relicto fiūt quod fuerunt: ⁊ quod dimiserāt repetunt: tanq; ob Lu.ix. liti quod audierāt. Nemo mittens manū super aratrum ⁊ respiciēs retro aptus est regno celorum: Quod si fecissent defunctо iesu priusq; resurrexisset a mortuis. Quod quidem nō poterant quoniā dies quo crucifixus est totus eos tenebat attonitos vsq; ad eius sepulturā que ante vesperū facta est. Sequens autē dies erat sabbati: quādo eis morem patriū seruātibus operari vtiq; nō licebat. Tertio vero die dñs resurrexit: eosq; reuocauit ad spem quam de illo nō habere iam ceperant. Tamen si tunc fecissent putaremus eos illa que animos eorū occupauerat desperatiōe fecisse. Nunc vero post eū sibi de sepulchro redditum viuū. Post oblatas suis oculis ⁊ manibus nō solum videndā verūetiam tāgendam atq; palpādam rediuiue carnis euidentissimā veritatem post inspectа vulnerum loca: vsq; ad apostoli thome cōfessionem qui se aliter crediturum non esse predixerat. Post acceptum eius insufflatione spiritū sanctum. Post verba in suas aures eius ore prolata. Sicut misit me pater et ego mitto vos. Quorum remiseritis peccata remittūtur eis: ⁊ quorum retinueritis retenta sunt: subito sunt sicut fuerunt: non hominū sed piscium piscatores. His ergo quos mouet respōdendū est: non eos fuisse prohibitos arte sua licita scilicet atq; concessa victum necessariū querere sui apostolatus integritate seruata: si quando vnde viuerent aliud nō haberent. Nisi forte quispiam putare audebit aut dicere apostolū Paulum non pertinuisse ad eorum perfectionē qui relictis omnib⁹ christum secuti sunt: quoniā ne quemq; eorum grauaret quibus euangelium predicabat: Watth. suum victū suis manib⁹ trāsigebat. Ubi Ubi.ē. magis impletū est quod ait: plus omnib⁹ illis laborauī. Et adiunxit/ non autē ego: j.cor.iij sed gratia dei mecum: vt hoc quoq; appa- j.cor.xv. reat dei gratie deputādum: quod ⁊ animo ⁊ corpore poterat vsq; adeo plus illis omnibus laborare: vt neq; cessaret ab euangelio predicando: neq; tamē ex euangelio sicut illi sustentaret hāc vitam: cum id per tot gentes in quibus christi nomē non fuerat prophetatum multo latius atq; fertilius seminaret. Ubi ostendit ex euangelio C viuendi: hoc est victū habendi/ non necessitatem apostolis impositā: sed potestatez datam. Quam potestatē cōmemorat idez j. Cor.ix apostolus dicens. Si nos vobis spūalia seminauimus: magnū est si vestra carnalia metam⁹? Si alij potestatis vestre participes sunt nō magis nos? Sed non sumus inq̄t visi hac potestate. Et paulopost. Qui altario seruiunt inquit altario cōparticipes sunt. Sic ⁊ dominus ordinauit his qui euāgelium annūciant de euangelio viuere. Ego autē nullius horum vsus sum. Scribo autē hec non vt ita fiat in me. Bonum enim mihi magis est mori quā vt gloriam meam quis euacuet. Si enim euangelizauero non est mihi gloria. Necessitas enim mihi incumbit. Vę enim mihi est si non euangelizauero. Si enim volens hoc faciam mercedem habeo. Si autem nolens dispensationem credita mihi est. Quod ergo est meum premium. Vt euangelizans sine sumptu ponam euangelium meum. Non abutar potestate mea que mihi in euangelio data est. Cum enim liber essem ex omnibus omnium me seruum feci. Ut plures lucrifacerem. Et factus sum iudeis tanq; iudeus vt iudeos lucrifacerem. His qui sub lege sunt tanq; sub lege essem cum ipse non essem sub lege vt eos qui sub lege erant lucrifacerem. Cum essem sine lege tanq; sine lege essem non cum sine lege sim dei sed in lege sim christi vt lucrifacerem eos qui sine lege sunt. Factus sum infirmis infirmus vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum vt omnes facerem saluos. Omnia autem facio propter euangelium vt particeps eius efficiar. Nescitis quod hi qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed vnus accipit brauium. Sic currite vt comprehendatis. Ego igitur sic curro tanq; non in incertum. Sic pugno tanq; non aerem verberans. Sed castigo corpus meum et in seruitutem redigo. Ne forte cum aliis predicauerim ipse reprobus efficiar. Hec ille. Quis militat suis stipendijs Ubi.ē. vnq̄? Quod tamē ipse faciebat: quia plus illis omnibus laborauit. Si ergo beatus paulus vt ea potestate quā profecto cū ceteris euāgelij predicatoribus habebat: non cuz ceteris vteret: sed suo stipendio militaret: ne gētes a noie xpi penitus alienas doctrina ei⁹ si venalis offenderet: alr educatus

dixisset dominus. Nō veni soluere legem sed implere: daturus vtiq; spiritum per quem lex posset impleri tanq; septem additurus ad decem paucissimis verbis interpositis ait. Qui ergo soluerit vnum de Ubi.ē. mandatis istis minimis ⁊ docuerit sic homines minimus vocabitur in regno celorum. Qui autē fecerit ⁊ docuerit: magnus vocabitur in regno celorum. Iste ergo poterit pertinere ad numerum piscium magnorum. Minimus autē ille qui soluit factis quod docet verbis: in tali ecclesia potest esse qualem significat piscium prima il mat.xiij la captura habētem bonos ⁊ malos: quia ⁊ ipsa dicitur regnū celorum. Propter quod ait. Simile est regnum celorū sagene misse in mare: ⁊ ex omni genere piscium cōgreganti. Ubi vult intelligi etiā bonos ⁊ malos: quos dicit in litore: id est in fine seculi separandos. Deniq; vt ostenderet istos minimos reprobos esse qui docent bona loquendo: que soluunt male viuendo: nec quasi minimos in vita eterna futuros sed oino ibi non futuros: cū dixisset minimus vocabitur in regno celorū: continuo subiecit. Dico enim vobis: quia nisi abundauerit iustitia vestra plus q̄ scribarum ⁊ phariseorum: nō intrabitis in regnum celorum. Watth. Illi sunt certe scribe ⁊ pharisei qui cathe- xxiij. dram moysi sedent: ⁊ de quibus ait. Que dicunt facite: que autē faciunt facere nolite. Dicunt enim ⁊ nō faciunt. Docent sermonibus quod soluunt moribus. Consequēs est ergo: vt qui minimus est in regno celorum qualis nunc est ecclesia/ nō intret in regnum celorum: qualis tunc erit ecclesia: quoniā docendo quod soluit ad eorum societatem quisq; faciūt quod docent nō pertinebit. Et ideo non erit in numero piscium magnorum: quoniā qui fecerit ⁊ docuerit: magnus vocabitur in regno celorum. Et quia hic magnus erat: ideo ibi erit vbi minimus ille non erit. vsq; adeo quippe ibi magni erunt: vt qui maior ibi est/ maior sit eo quo hic nemo maior est. Sed tamē qui hic magni sunt: id est qui in regno celorum vbi sagena congregat bonos ⁊ malos: faciunt bona que docēt: ipsi erunt in illa regni celorum eternitate maiores: quos isti ad dexteram ⁊ ad resurrectionē vite pertinentes indicant pisces. Sequit de prandio domini cum istis septē discipulis: ⁊ de his que post prandium locutus est: ac de ipsius euangelij termino videus quod donauerit differamus: sed hoc nō est isto sermone coartandum.

Tractatus.cxxiij.

¶Dixit eis iesus. Venite prandete. Et nemo audebat discūbētiū interrogare eum: tu quis es? Scientes q; dominus est. Et venit iesus et accepit panem ⁊ dabat eis: ⁊ piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandissent: dixit Simoni petro iesus. Simon iohānis diligis me plus his. Dixit ei. Etiam domine tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce agnos meos. Dixit ei iterum. Simon iohānis. Diligis me? Ait illi. Etiam domine tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce agnos meos. Dixit ei tertio. Simon iohannis amas me: contristatus est petr⁹: quia dixit ei tertio: amas me. ⁊ dixit ei. Domine tu omnia scis: tu scis q; amo te. Dixit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te. Et ambulabas vbi volebas. Cum autē senueris extendes manus tuas ⁊ alius te cinget ⁊ ducet quo tu non vis: hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum.



A Neq; tertio dominus post resurrectionem manifestauit se discipulis suis: beati iohānis apostoli euangelium terminatur. In quo iam pertractauimus vt valuimus partem priorem: vsq; ad eum locum vbi narratum est captos fuisse pisces centumquinquagintatres a discipulis quibus se demonstrauit: et cum magni essent rethia non esse rupta. Deinde que sequuntur considerāda sunt: ⁊ quātum adiuuat dominus sicut res postulare videbit discerenda. Peracta quippe illa piscatiōe [dicit eis iesus. Venite prandete. Et nemo audebat discūbentium interrogare eum tu quis es: scientes q; dñs est]. Si ergo sciebant: quid opus erat vt interrogarēt? Si autem non opus erat: quare dicū est: non audebant/ quasi opus esset sed timore alioquo non auderent? Sensus ergo hic est. Tanta erat euidentia veritatis qua iesus illis discipulis apparebat: vt eorum non solum negare sed nec dubitare quidem

Universidad de Deusto Biblioteca

†Al. dabat.

5. tract. cxxij. c.

25

ret. Sed sicut dictū est fm dies numerā de sint manifestationes eius vt ista sit tertia. Prima quippe habēda est eadēq; vna propter vnū diem: quotiensc̄unq; se ꝛ ꝓbuit cū die illo quo resurrexit ostendit. Secū da post dies octo: ꝛ hec tertia: ꝛ deinde q̄dragesimum quo ascendit in celū: q̄uis nō scripta sint ola. [Cū ergo prandissent: dicit symoni petro. Symon iohannis diligit me plus his Dicit ei. Etiā domine: tu scis q; amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Symon iohannis diligis me. Ait illi. Etiā dñe tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio†. Symon iohannis amas me. Contristat⁹ est petrus q; dixit ei tertio amas me: ꝛ dicit ei. Dñe tu ois†scis: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amē dico tibi: cū esses iunio: cingebas te ꝛ ambulabas vbi volebas cū autem senueris extendes manus tuas: ꝛ ali⁹ te cinget ꝛ ducet quo tu nō vis. Hoc aūt dixit: significās qua morte clarificaturus esset deū.] Hunc inuenit ergo ille negator ꝛ amator: presumendo elatus negando prostratus: flendo purgatus: cōfitendo probatus: patiendo coronat⁹: hūc inuenit exitum: vt pro eius nomine perfecta dilectione moreretur: cū quo se moriturum peruersa festinatione promiserat: faciat eius resurrectiōe firmatus: q̄ immature pollicebatur infirmus. Hoc esse oportebat vt pri⁹ christus pro petri salute: deinde petrus pro christi predicatione moreretur. Prepostere fuit quod audere cepe rat humana temeritas cum istum dispo suisset ordinem veritas. Animā suā se ponendo. xiij. siturum pro christo petrus putabat: p libe ratore liberandus: cum christ⁹ venisset animā suam positurus p suis oib⁹ in quibus erat et petrus. Quod ecce iam factum est.

Nūc iam firmitas cordis ad suscipiendā mortem pro nomine domini vera ipso dominante sumatur: non falsa nobis erroribꝰ presumatur. Nunc est vt vite huiꝰ non me tuamus interitum: quia resurgente dño vite alterius precessit exemplū. Nūc est petre vt mortem non timeas: quia viuit quez mortuū dolebas: et quem pro nobis mortuū carnali amore prohibebas. Ausus es prevenire doctorem: formidasti eius persecutorem: iam precio pro te fuso/nunc est vt se quaris redemptorem: et sequaris omnino vsq; ad mortem crucis. Verba eius audisti: quē iā veracē ꝓbasti. Passurū te ipse ꝑdixerat qui te ꝑdixerat negaturꝝ. Sed pri⁹ domin⁹ q̄ sciebat interrogat nec semel sed iterum ac tertio vtrum petrus cū diligat: nec alī⁹

artem quā non nouerat didicit: vt dū suis manibus trāligitur doctor nullus grauaret auditor: quātomagis beatus petrus qui iam piscator fuerat q̄ nouerat fecit: si ad presens illud tēpus aliud vndeviueret nō inuenit? Sed respōdebit quispiam. Et cur nō inuenit: cum dñs promiserit dicēs. Querite primū regnū dei ꝛ iusticiā eius: ꝛ hec omnia apponētur vobis. Prorsus etiā sic dñs quod ꝓmisit impleuit. Nam quis alius pisces qui caperētur apposuit: q̄ nō ob aliud credēdus est eis ingessisse penuriam qua compellerētur ire piscatum: nisi dispositū volens exhibere miraculū: vt simul ꝛ predicatores euāgelij sui pasceret: ꝛ ipsum euangeliū tanto sacramēto q̄ erat de numero piscium cōmendaturus auge ret? De qua re etiaz nos quod ipse opposuerit dicere iam dīcemus. Dicit ergo simon petrus. Vado piscari. Dicūt ei qui cū illo erant. Veniimus ꝛ nos tecū. [Et exierunt ꝛ ascenderūt in nauim ꝛ illa nocte nihil prēdiderūt. Mane aūt iam facto: stetit iesus in littore: non tamē cognouerunt discipuli quia iesus est. Dicit ergo eis iesus. Pueri. Nūquid pulmentariū habetis. Respōderūt. Non: dicit eis. Mittite in dexterā nauigij rethe: ꝛ inuenietis. Miserunt ergo: ꝛ iam nō valebant illud trahere† a multitudine piscū. Dicit ergo discipulus ille quē diligebat iesus petro. Dominꝰ est. Simon petrus cū audisset: q; dñs est tunica succinxit se: erat enim nudus: ꝛ misit se in mare. Alij aūt discipuli nauigio venerūt. Non enim longe erant a terra: sed quasi cubitis ducētis trahentes rethe piscium. Ut ergo descēderunt in terrā: viderunt prunas positas ꝛ piscē superpositum ꝛ panez. Dicit eis iesus. Afferte de piscib⁹ quos prēdidistis nunc. Ascēdit simon petrus ꝛ traxit rethe in terrā plenū magnis piscibus: cērūquinquagintatribus. Et cuz tanti essent: non est scissum rethe]. Hoc est magnū sacramētū. In magno iohānis euāgelio: ꝛ vt vehemēcius cōmendaretur loco vltimo scriptū. Quod ergo septem discipuli fuerūt in ista piscatione. Petrus ꝛ iohannes ꝛ nathanael ꝛ duo filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo quorū nomina tacētur: isti duo septenario numero finem significāt temporis. Vniersum quippe spē diebus voluit tempus. Ad hoc primet q; mane facto iesus stetit in littore. Quia etiam littus finis est maris: ꝛ ideo finē significat seculi. Eundē finem sec̄ū ostēdit ꝛ quod petrus rethe traxit in terraz: hoc est in littus. Quod ipse dominus aperuit: vbi alio quodam loco de sagena in mare missa similitudinē dedit: ꝛ eam trahūt inquit ad littus. Quod littus quid esset exponens ait. Sic erit in cōsummatione seculi. Sed illa verbi est: nō rei geste parabola. Re aūt gesta sicut hoc loco qualiter in seculi fine futura sit: ita domin⁹ alia piscatione significauit ecclesiā: qualiter nūc sit. Quod aūt illud fecit in initio predicationis sue: hoc vero post resurrectionē suā hinc ostēdit illam capturā piscium: bonos ꝛ malos significare quos nūc habet ecclesia. Istaz vero tantūmodo bonos quos habebit in eternū: completa in fine huius seculi resurrectione mortuorum. Deniq; ibi iesus nō sicut hic in littore stabat quando iussit pisces capi. Sed ascēdens in vnam nauim que erat simonis: rogauit eum vt a terra reduceret pusillū: ꝛ in ea sedens docebat turbas. Ut cessauit aūt loqui: dixit ad simonē. Duc in altum: ꝛ laxate rethia vestra in capturā. Et illic quod captuz est piscium in nauiculis fuit: non sicut hic rethe extrahi erūt in terram. His signis et si qua alia poterūt reperiri: ibi ecclesia i hoc seculo: hic vero in fine seculi figurata est. Ideo illud ante: hoc aūt post resurrectionem domini factū est: q; ibi nos christus significauit vocatos: hic resuscitatos. Ibi rethia nō mittūtur in dexteram: ne solos significēt bonos: nec in sinistram ne solos malos: sed indifferenter laxate inquit rethia vestra in capturā: vt permixtos intelligamus bonos et malos: hic aūt inquit mittite in dexterā nauigij rethe: vt significaret eos qui stabūt ad dexterā solos bonos. Ibi rethe ꝓpter significanda scismata rumpebāt: hic vero quoniā tunc iam in illa summa pace sanctorū nulla erunt scismata: pertinuit ad euāgelistam dicere: et cum tanti essent: id est tam magni/non est sc̄z rethe: tanq̄ illud respiceret vbi scissum est: ꝛ in illius mali cōparatione commēdaret hoc bonum. Ibi capta est multitudo piscū tanta vt impleta duo nauigia mergerētur: id est in submersionē premerētur. Nō enim mersa sunt: sed tamē periclitata. Unde eīm existūt in ecclesia tanta que gemimus: nisi cū tante multitudini obsisti nō potest: que ad submergendā ꝓpemodū disciplinā intrat cū moribus suis a sanctorum itinere penitus alienis. Hic aūt non erunt rethe in dexterā partē: ꝛ iam nō valebant illud trahere pte ꝓ multitudine piscium. Quid est iam non valebāt illud trahere: nisi quia illi qui pertinēt ad resurrectionem vite: id est ad dexterā ꝛ intra christiam nominis rethia defungūtur. Non nisi in littore: id est in fine seculi cuz resur-

†Alias pte.

ifra tracta. cxxiij. a.

D

mar. xiij

C

reperint apparebūt: Ideo nō valuerūt sic trahere rethia vt in nauem refunderent quos ceperant pisces: sicut de illis olim factum est: quibus rethe disruptū z naviculę prę se sunt. Habet autē istos dextros ecclesia post finē vite huius in somno pacis velut in profundo latētes: donec ad littus rethe perueniat quo trahebāt: quasi a cubitis ducentis. Quod autē illic duabus nauiculis ꝓpter circūcisiones z ꝓputiū: hoc isto loco ducentis cubitis existimo figuratū: propter vtriusq; generis electos z circūcisionis z ꝓputij: tanq; centum ad centū: quia in summa cētenarij numerus ad dexteram transit. Postremo in illa piscatione numerus piscium non exprimitur: tanq; illud ibi fiat quod predictū est ꝑ prophetam. Annūciauī z locutus sum: multiplicati sunt super numerū. Hic vero non sunt aliqui super numerū: sed certus est numerus: cētūquinquagintatres. Cuius numeri ratio domino adiuuāte reddenda est Si enim numerū constituamus qui legez significet: quid erūt nisi decem? Decalogū quippe legis: id est decē notissima illa precepta digito dei duabus lapideis tabulis primū fuisse conscripta: certissimuz nobis est. Sed lex quando non adiuuat gratia prevaricatores facit: z tantūmodo in littera est. Propter hoc enī maxime ait apostolus. Littera occidit: spiritus autem viuificat. Accedat ergo ad litteraz spiritus: ne occidat littera quē viuificat spirit⁹: sed ꝓperemur precepta legis nō viribus nostris sed munere saluatoris. Cum autē accedit ad legem gratia: id est ad litterā spiritus: quodāmodo denario numero additur septenarius. Isto quippe numero: id est septenario significari spiritū sanctum: aduertenda litterarū sacrarum documenta tesātur. Nēpe enim sanctitas vel ſanctificatio ad sanctū ꝓpie pertinet spiritum. Unde cū z pater spiritus sit: z filius spiritus sit quoniā deus spiritus est: z pater sanctus z filius sanctus sit: proꝓio tamē nomine amborum spiritus vocatur spiritussanctus. Ubi ergo primū in lege sonuit sanctificatio: nisi in die septimo? Nō enim sanctificauit deus diem primū in quo fecit lucem: aut scōm in quo firmamentum: aut tertiū in quo discreuit mare a terra z terra herbā lignūq; produxit: aut quartuz in quo sydera sunt creata: aut quintū in quo animalia que in aquis viuūt z in aere volitant: aut sextū in quo terrestris aia viua z ipse hō: sed sanctificauit die septimuz: in quo requieuit ab operib⁹ suis. Cōuenienter igitur septenario numero significat spiritussanctus. Esaias etiam propheta: requiescet inquit in eo spiritus dei: eūq; deinceps cōmendans opere vel numero septenario: spiritus inquit sapientie z intellectus spiritus cōsilij z fortitudinis: spiritus scientie z pietatis z implebit illū spiritus timoris dei. Quid in apocalypsi? Nōne septē spiritus dei dicūtur: cum sit vnus atq; idem spūs: diuidens propria vnicuiq; ꝓut vult. Sed operatio septenaria vni⁹ spiritus sic appellata est ab eodez spū qui scribenti affuit: vt septē spiritus diceren̄t. Cuz itaq; legis denario spiritussanct⁹ per septenarium numerū accedit: fiunt decē z septez: qui numerus ab vno vsq; ad seipsum cōputatis oibus crescens: ad centūquinquagintatres peruenit ad vnū enim si adūcias duo: fiunt vtiq; tres. His si adūcias tres z quattuor: fiunt decē. Deinde si adūcias omnes numeros qui sequunt vsq; ad decem z septē ad supradictuz numerum summa perducit. id est: si ad decē quo ab vno vsq; ad quattuor peruenerat addas quinq; fiunt quindeci. His addas sex z fiunt viginti vnum his addas septem z fiunt viginti octo: his addas octo z nouē z decē: z fiunt quinquagintaquinq;. His addas vndeci z duodecim z tredecim: z fiunt nonaginta vnū: his rursum quattuordeci z quindecim z sedeci: et fiunt centūrigintasex. Huic numero adde illū qui restat de quo agitur: id est decem z septē z piscū numerus ille cōplebitur. Non ergo tūmodo centūquinquagintatres sancti ad vitā resurrecturi significātur eternam: sed milia sanctorū ad gratiaz spūs pertinentiū qua gratia cū lege dei tanq; cū aduersario conflictat vt viuificante spū littera non occidat. Sed qō per lram iubetur spū adiuuā te cōpleatur: z si quid minus fit remittat.

Oēs ergo ad istam gratiā pertinētes hoc numero figurātur: hoc est figurati significātur. Qui numerus ter habet etiā quinquagenariū numerum: vt insuper ipsa tria ꝓpter mysterium trinitatis. Quinq̄genarius autē multiplicatis septem per septez z vnius adiectiōe complet. Nam septies septē fiunt quadragintanouē. Unus autē additur: vt eo significetur vnū esse qui per septem ꝓpter operationē septenariam demonstratur: z nouimus spm̄sanctum post ascēsionē domini quinquagesimo die missum: quem discipuli iussi sunt expectare, p̄missum. Non igit frustra dicti sunt hi pisces z tot z tanti: id est z cētūquinquagintatres: z magni. Sic enim scriptuz est. Et traxit rethe in terram plenū magnis piscibus: centūquinquagintatribus. Cū enim

Esa.xj.

Apo.iij. 1. cor.xij

Psalmo xxxix.

ū. corin. iiij.

S.iiij.c.

Wat.v.

nec alius totiens audit a petro ſm̄ se diligi nec alius totiens cōmendat petro: ſm̄ suas oues pasci. Red dit negationi trine trina cōfessio: ne minus amori lingua seruiat ſm̄ timori: z plus vocis elicuisse videatur mors imminēs ſm̄ vita p̄sens. Sit amoris officiū pascere dominicū gregez: si fuit timoris indicium negare pastorē. Qui hoc animo pascūt oues christi: vt suas velint esse nō christi: se cōiungunt amare non xp̄m: vel gloriā di vel dominandi vel acquirendi cupidita te: non obediendi z subueniendi z deo placendi charitate. Cōtra hos ergo vigilat totiens inculcata ista vox christi: qu⁹ ꝙ apostolus gemit sua querere non que iesu christi. Nam quid est aliud diligis me pasce oues meas: ſm̄ si diceretur/si me diligis nō te pascere cogita oues meas: et sicut meas pasce non sicut tuas: gloriam meam in eis quere non tuam. Dominū meum nō tuum. Lucra mea non tua: ne sis in eorum societate qui pertinent ad tempora periculosa seipsos amātes: z cetera que huic malorum initio cōnectunt. Cum enim dixisset apostolus: erunt enī homies seipsos amantes: secutus adiunxit. Amatores pecunie/elati/superbi/blasphemi/parentibus non obedientes/ingrati/scelesti/irreligiosi/sine affectione/detractores/incontinentes/immites/sine benignitate/proditores/procaces/cecati/voluptatum amatores magis ſm̄ dei habentes speciem pietatis: virtutez autem eius abnegantes. Hec omnia mala ab eo veluti fonte manantia: quod primuz posuit seipsos amantes. Merito dicitur petro diligis me: et respondit amo te: eiq; refertur pasce agnos meos: z hoc iteruz: hoc tertio. Ubi etiaz demonstratur vnum atq; idem esse amorem z dilectionez. Nam etiā dns nouissime nō ait diligis me: sed amas me. Non ergo nos sed ipsum amemus et in pascēdis oibus eius ea que sunt eius: nō ea que sunt nostra quamus. Nescio enī quo inexplicabili modo quisquis seipsum non deū amat: nō se amat z quisquis deuz non seipm̄ amat: ipse se amat. Qui enī non potest viuere de se moritur vtiq; amādo se Nō ergo se amat qui ne viuat se amat. Cū vero ille diligitur de quo viuitur: non se diligendo magis diligit: qui propterea se non diligit vt eū diligat de quo viuit. Non sint ergo seipsos amātes qui pascūt oues christi nec tanq; suas sed tanq; ipsius eas pascant: z velint ex illis sua lucra conquirere sicut amatores pecunie: vel eis dominari sicut elati: vel gloriari de honoribus quos ab eis sumunt sicut superbi: vel in tantum progredi vt etiā hereses faciant sicut blasphemi: nec cedant sanctis patrib⁹ sicut parentibus non obedientes: z eis qui illos corrigere volunt qz perire nolunt: mala ꝓ bonis reddant sicut ingrati interficient alias z suas z alienas sicut scelesti: materna ecclesie viscera dissipent sicut irreligiosi: non compatiant infirmis sicut sine affectione: famam sanctor⁹ maculare conantur sicut detractores: cupiditates pessimas non refrenent sicut incōtinētes exerceant lites sicut immites: nesciant subuenire sicut sine benignitate: indicent inimicis priorum que occultanda cognouerant sicut proditores: humanam verecundiā inuerecunda exagitatione perturbent sicut procaces: nō intelligant nec̄ que loquuntur nec̄ de quibus affirmant sicut cecati: leticias carnales spiritualibus gaudijs anteponent sicut voluptatū amatores magis ſm̄ dei. Hec enī atq; hmōi vitia siue vni homini accedāt omnia siue his alia illis alia dominētur ex illa radice quodāmodo pullulāt: cum sunt homines seipsos amantes. Quod vitium maxime cauendum est eis qui pascūt oues christi: ne sua querant sed que iesu christi: et in vsus cupiditatū suaz conferant ꝓ quibus sanguis fusus est christi. Cuius amor in eo qui pascit oues eius in tam magnum debet spiritualem crescere ardorez: vt vincat etiam mortis naturalē timorem quo mori nolumus: z quando cum christo viuere volumus. Nam et apostolus paulus dicitur se habere concupiscentiam dissolui et esse cum christo: ingemiscit tamen granatus z nō vult spoliari sed superueniri: vt absorbeatur mortalis vita. Et huic domin⁹ dilectori suo. [Cum senueris (inquit) extēdes manus tuas: z alius te cinget z ducet quo tu non vis. Hoc autē ci dixit: significans qua morte clarificatur⁹ esset deum.] Extendes inquit man⁹ tuas: hoc est crucifigeris. Ad hoc autē vt venias alius te cinget: z ducet quo non vis sed quo nō vis: prius dixit qō fieret: z deinde quomodo fieret. Non enim crucifixus: sed vtiq; crucifigendus quo nolet est ductus. Nam crucifixus non quo nolebat abijt sed potius quo volebat. Solut⁹ quippe a corpore: volebat esse cū xp̄o: sed si fieri posset ꝑ mortis molestiam vitā cupiscebat eternam. Ad quam molestiam nolens ductus est: sed ab ea volens educt⁹ est. Nolens ad eam venit sed volens eam vicit: z reliquit hunc infirmitatis affectum quo nemo vult mori vsq; adeo naturalem vt cuz beato petro nec senectus auferre potuerit: cui dictum est/cuz senueris. duceris quo non vis. Propter nos cōsolandos etiā in se figurauit ipse saluator dicens: pater si

ph̄l.ij.

ij.Ti.iij.

Ubi.s.

D

Ubi.s.

F

Ubi.s.

Phil.j.

E

Watth: xxvj.

fieri poteſt tranſeat a me calix iſte. Quiritq; mori venerat nec habebat mortis neceſſitatem ſed voluntatem: poteſtate poſiturus animam ſuam et rurſus eam poteſtate ſumptus. Sed moleſtia quantacunq; ſi mortis debet ſeam vincere vis amoris: quo amatur ille qui cum ſit vita noſtra: etiam mortem voluit perferre pro nobis. Nam ſi nulla eſſet mortis vel parua moleſtia nō eſſet tam magna martyrum gloria. Sed ſi ybi.ē.f. paſtor bonus qui poſuit animam ſuam p ouibus ſuis ex ipſis ouibus tam multos ſibi martyres fecit quantomagis debēt vſq; ad mortem pro veritate certare: et vſq; ad ſanguinē aduerſus peccatū: dū oues ipſas paſcendas: hoc eſt docendas regendaſq; cōmittit. Ac p hūc precedente paſſionis ci⁹ exemplo: q̄s nō videat magis de bere imitādo paſtori herere paſtores: ſi eī multe etiam imitate ſunt oues: ſub q̄ paſtore vno in gregeyno t paſtores ipſ fūt oues Oēs q̄ppe fecit ſuas oues p q̄b⁹ eſt oibus paſſus: quia et ipe vt pro oibus pateretur: ouis eſt factus.

Tractatus.cxxiij.

Et cū hoc dixiſſet dicit ei ſequere me. Conuerſus petrus vidit illuz diſcipuluz quē diligebat ieſus ſequētē q̄ t recubuit in cena ſup pect⁹ eius t dixit. Dñe q̄s eſt qui tradet te. Hunc ergo cū vidiſſet petr⁹ dicit ieſu. Dñe hic aūt quid: dixit ei ieſus. Sic eum volo manere donec veniā tibi quid ad te. Tu me ſequere. Exiit ergo ſermo iſte inter fratres quia diſcipulus ille non moritur: t non dixit ei ieſus non moritur: ſed ſic eum volo manere donec veniaz quid ad te. Ecce quouſq; in hoc euāgelio extenditur queſtio: que ſua profunditate non mediocriter mentem ſcrutantis exercet. Cur enz dicit petro ſequere me nec dicitur ceteris qui ſimul aderant. Et profecto eum ſicut magiſtrum diſcipuli ſequebantur. Sed ſi ad paſſionem intelligendū eſt: nunquid ſolus pro chriſtiana veritate paſſus eſt petrus: Nonne ibi erat in illis Act.xij. ſeptem aliis filius zebedei frater iohannis: qui poſt eius aſcenſionem ab herode manifeſtatur occiſus: Uerūz aliquis dixerit quoniaz iacobus non eſt crucifixus: merito dictuz eſt petro ſequere me: qui non ſolum mortem ſed etiam mortez crucis ſicut chriſtus expertus eſt. Sit hoc ſi nihil aliū quod ſit conuenientius poterit inueniri. Cur ergo de iohanne dictuz eſt: ſic eum volo manere donec veniā quid ad te. Et repetituz eſt: tu me ſequere: Tanq̄ ille ideo nō ſequeretur: quoniam eum manere voluit donec veniat. Quis facile aliud dictuz eſſe credat q̄ quod fratres crediderāt qui tūc aderant: eo quod ſcilicet non eſſet diſcipulus ille moriturus: ſed donec ieſus veniret iſte maneret in vita: Sed hanc opinionem iohannes ipſe abſtulit: non hoc dixiſſe dominum aperta cōtradictione declarans. Cur enim ſubiungeret: non dixit ieſus non moritur: niſi ne hominum cordib⁹ quod falſum fuerat inhereret: Sed cui placet adhuc reſiſtat et dicat verum eſſe quod ait iohannes non dixiſſe dominū q̄ diſcipulus ille non moritur ſed hoc tamen ſignificatum eſſe talibus verbis qualia eū dixiſſe narrauit: et aſſerat apoſtolum iohannem viuere: atq; in illo ſepulchro eius quod eſt apud epheſum dormire eum potius q̄ mortuū iacere contēdat. Aſſumat in argumentum quod illic terra ſenſim ſcatere t quaſi ebullire perhibeē: atq; hoc ei⁹ anhelitu fieri ſiue ꝑſtanter ſiue ꝑtinaciter aſſeueret. Nō enim poſſunt deeſſe qui cre-

B



On parua queſtio eſt/cur apoſtolo petro quando ſe tertio manifeſtauit diſcipulis dixerit ieſus ſequere me: de apoſtolo autem iohanne: ſic eum volo manere donec veniam quid ad te. Huic queſtioni ꝙtum dñs ipſe donauerit: ſiue pertractande ſiue ſoluende: ſermonem nouiſſimum huius operis impendimus. Cum ergo prenunciaſſet dominus petro qua morte clarificaturus eſſet deuz. dixit ei. Sequere me. Conuerſus petrus Ꝟ.xiij. vidit illum diſcipulum quem diligebat ieſus ſequentez: qui t recubuit in cena ſuper pectus ei⁹: t dixit: domine quis eſt qui tradet te. Hunc ergo cum vidiſſet petrus: dicit ieſu. Domine hic autem quid: Dicit ei ieſus. Sic eum volo manere donec veniam quid ad te: Tu me ſequere. Exiit ergo ſermo iſte inter fratres quia diſcipulus ille non moritur: t non dixit ei ieſus non moritur: ſed ſic eum volo manere donec veniaz quid ad te. Ecce quouſq; in hoc euāgelio extenditur queſtio: que ſua profunditate non mediocriter mentem ſcrutantis exercet. Cur enz dicit petro ſequere me nec dicitur ceteris qui ſimul aderant. Et profecto eum ſicut magiſtrum diſcipuli ſequebantur. Sed ſi ad paſſionem intelligendū eſt: nunquid ſolus pro chriſtiana veritate paſſus eſt petrus: Nonne ibi erat in illis Act.xij. ſeptem aliis filius zebedei frater iohannis: qui poſt eius aſcenſionem ab herode manifeſtatur occiſus: Uerūz aliquis dixerit quoniaz iacobus non eſt crucifixus: merito dictuz eſt petro ſequere me: qui non ſolum mortem ſed etiam mortez crucis ſicut chriſtus expertus eſt. Sit hoc ſi nihil aliū quod ſit conuenientius poterit inueniri. Cur ergo de iohanne dictuz eſt: ſic eum volo manere donec veniā quid ad te. Et repetituz eſt: tu me ſequere: Tanq̄ ille ideo nō ſequeretur: quoniam eum manere voluit donec veniat. Quis facile aliud dictuz eſſe credat q̄ quod fratres crediderāt qui tūc aderant: eo quod ſcilicet non eſſet diſcipulus ille moriturus: ſed donec ieſus veniret iſte maneret in vita: Sed hanc opinionem iohannes ipſe abſtulit: non hoc dixiſſe dominum aperta cōtradictione declarans. Cur enim ſubiungeret: non dixit ieſus non moritur: niſi ne hominum cordib⁹ quod falſum fuerat inhereret: Sed cui placet adhuc reſiſtat et dicat verum eſſe quod ait iohannes non dixiſſe dominū q̄ diſcipulus ille non moritur ſed hoc tamen ſignificatum eſſe talibus verbis qualia eū dixiſſe narrauit: et aſſerat apoſtolum iohannem viuere: atq; in illo ſepulchro eius quod eſt apud epheſum dormire eum potius q̄ mortuū iacere contēdat. Aſſumat in argumentum quod illic terra ſenſim ſcatere t quaſi ebullire perhibeē: atq; hoc ei⁹ anhelitu fieri ſiue ꝑſtanter ſiue ꝑtinaciter aſſeueret. Nō enim poſſunt deeſſe qui cre-

Deuter. xxxiij. dant: ſi non deſunt qui etiā moyſen aſſerāt viuere: q; ſcriptū eſt ei⁹ ſepulchrū non inueniri: t apparuit cū dño in monte vbi et helias fuit: quē mortuū legim⁹ non eſſe ſed Watth. xvij. raptuz. Quaſi moyſi corp⁹ nō potuerit alicubi ſic abſcondi: vt ꝑtſus homies lateret iiij.re. ij. vbi eſſet: atq; inde ad horam diuinit⁹ exciWatth xxvij. tari quando cū chriſto helias t ipe ſunt viſi: ſicut ad horam multa ſanctoz corpora ſurrexerūt qñ paſſus eſt xp̄s t poſt ei⁹ reſurrectionez apparuerūt multis in ſancta (ſicut ſcriptū eſt) ciuitate. Sed tamen vt dicere ceperā ſi quidā moyſen mortuū negāt quē ſcriptura ipſa licet ſepulchrū ei⁹ nuſq; inuenīri legim⁹: mortuū tñ eſſe ſine vlla ambiguitate teſtat: q̄tomagis iohannes ex iſtoz occaſione verboz vbi dñs ait: ſic eum volo manere donec veniō/credit⁹ viu⁹ dormire ſub terra: Quē tradūt etiā quod in q̄ buſdā ſcripturis q̄ruis apocriphis reperitur qñ ſibi fieri iuſſit ſepulchruz/ incolumē fuiſſe preſentē: eoq; effoſſo t diligentiſſime ꝑparato: ibi eū ſe tanq̄ in lectulo collocaſſe: ſtatimq; eū eē defūctū. Ut aūt iſti putāt qui hec verba dñi ſic intelligūt nō defunctū ſed defuncto ſimilez cubaſſe: et cū mortuus putaretur ſepultum fuiſſe dormientē et donec chriſtus veniat ſic manere: ſuam q̄ vitaz ſcaturigine puluueris iudicare: qui puluis creditur vt ab imo ad ſuperficiem tumuli aſcendat/ſtatu quieſcentis impelli huic opinioni ſupernacaneū exiſtimo reluctari. Uiderint eī qui locū ſciūt vtrū hoc ibi faciat vel patiat terra q̄ dicitur q; et reuera non a leuibus hominib⁹ id audiuimus. Interim cedamus opinioni quā certis documētis refellere non valem⁹ ne rurſus aliud q̄ a nobis queratur exurgat. Cur ſup humatū mortuū ipa hum⁹ quodā modo viuere ac ſpirare videatur. Sed nūquid hinc tanta ſoluit queſtio: ſi magno miraculo qualia poteſt facere oipotēs tādiu viuū corp⁹ in ſo[illegible]e ſub terra eſt donec veniat terminus ſeculi. Quinimo fit ampliot t difficilio: cur diſcipulo ieſus quē diligebat pre ceteris in tantū vt ſup pect⁹ ei⁹ diſcūbere mereret pro magno munere longū in corpore donauerit ſomnuz: cum beatum petrum per ingentem martyrū gloriaz ab onere ipſius corporis ſoluerit: eiq; conceſſerit: q; apoſtolus paulus ſe concupiſſe dixit et ſcripſiſſe: diſſolu et eſſe cum chriſto. Phil.j. Si autem quod magis creditur: ideo ſanctus iohannes ait: non dixiſſe dominū nō moritur ne illis verbis que dixit hoc voluiſſe intelligi putaretur: corpuſq; eius in ſepulchro eius exanime ſicut aliorum mortuorum iacet: reſtat vt ſi vere ibi ſit quod ſparſit fama de terra: que ſubinde ablata ſuccreſcit aut ideo fiat vt eo modo commēdetur preciosa mors eius quam nequaq; commendat martyrium: non enim eum p fide chriſti perſecutor occidit: aut propter aliquid aliud quod nos later. Manet tamē queſtio cur dixerit dominus de homine morituro: ſic eum volo manere donec veniam. Illud etiam in his duobus apoſtolis petro et iohanne quem non moueat ad querendum: cur iohannem plus dilexerit dominus: cum ipſum dominum plus dilexerit petrus: Ubicūq; eīn ſe commemorat iohannes vt noie ſuo tacito ipſe poſſet intelligi: hoc addit quod eum diligebat ieſus q̄ſi ſoluz diligeret: vt hoc ſigno diſcerneret a ceteris quos vtiq; omes diligebat. Quid ergo niſi amplius ſe dilectū cū hoc diceret volebat intelligi: quod ablit vt mendaciter diceret: Quod autem maius dare potuit ieſus maioris erga eum ſue dilectionis indicium: quam vt homo cum ceteris condiſcipulis ſuis ſocius tante ſalutis: ſolus tamen diſcubuerit ſuper pectus ſaluatoris Potro quod apoſtolus petrus plus alijs dilexerit chriſtum: poſſunt quidem documenta multa proferri: ſed vt longe in alia S.tract. non eamus in ipſius tertie manifeſtatio- cxxiij. nis dñi: paulo ſuperiore lectione que iſtam ōcidit: ſatis euidenter apparet: vbi interrogans eū dixit. Diligis me plus his: Qō vtiq; ſciebat et tamē interrogabat: vt enā nos qui legim⁹ euangeliū amorē petri erga dñm t illo interrogante et iſto rndente noſſem⁹. Quod aūt in eo q̄ reſpondit petrus amo te: non addidit/ plus his: hoc rñdit q̄ de ſeipſo ſciebat. Non eī ꝙtum ab alio quolibet diligeret ſcire poterat qui cor alterius videre non poterat. Sed tamen ſuperioribus verbis dicendo: etiam dñe tu ſcis q; amo te: ſatis t ipſe declarauit ſciētez dñm interrogaſſe q̄ interrogauit. Sciebat igit dñs nō ſolū q̄ diligeret: C verūetiā q̄ plus illis eū diligeret petrus. Et tñ ſi ꝓponamus querētes q̄s duoꝝ ſit melior: vtrū q̄ plus an q̄ min⁹ diligit xp̄m: q̄s dubitabit rndere: eū q̄ plus diligit eſſe meliorē: Item ſi proponamus quis duoꝝ ſit melior vtrum quem min⁹ aut quē plus diligit chriſtus. Eū qui plus diligit a chriſto meliorem proculdubio reſpondebim⁹. In illa ergo comparatione quā prius poſui petrus iohanni: in hac vero altera iohānes anteponitur petro. Proinde tertiaz ſic ꝓponim⁹. Quis eſt duoꝝ diſcipulorum melior qui minus q̄ condiſcipulus eius diligit chriſtum et plus q̄ condiſcipul⁹ ei⁹ diligit a xp̄o: an ille quē min⁹ q̄ cō

discipulū eī⁹ diligit xp̄s: cū plus ipe q̄s su⁹ condiscipulus diligat xp̄m: Hic plane cuerat responsio: r augetur questio. Quantū aūt ipe sapio meliorem qui plus diligit xp̄m: felicioꝛē vero quē plus diligit xp̄s: facile rīderem: si iusticiaz liberatoꝛis nostri minus eum diligentis a quo pl⁹ diligitur et eū plus a quo minus diligitur quemadmodū defenderem preuiderem. Agrediar igitur in eius manifesta misericordia cui⁹ est occulta iustitia: de soluenda questione tam ingenti pro viribus quas ipse donauerit disputare. Huiusq; cuiz proposita est non exposita. Exponende vero eius hoc sit exordium: vt meminerimus in hoc corruptibili corpore quod aggrauat animā vita nos misera viuere. Sed q; iam redēpti p mediatorem sum⁹ r spūscū pign⁹ accepimus: beatam vitam in spe habemus: r si re ipsa nōdū tenem⁹. Spes aūt q̄ videt nō est spes. Quod eī videt quis q̄d sperat? Si aūt q̄ nō videmus speram⁹: per patiē tiā expectamus. In malis aūt que quisq; patitur: nō in bonis q̄b⁹ fruit: op⁹ est patientia. Hanc itaq; vitam de qua scriptuz est: mundū non tentatio est vita humana super terrā: in qua quotidie clamam⁹ ad dominū: libera nos a malo: cogit homo tolerare etiaz remissis peccatis: cuius vt in eā veniret miseriam: primū fuerit eā peccatū. Productio: est eī pena q̄culpa: ne para putaretur culpa: si cuz illa finiret et pena. Ac per hoc vel ad demonstrationē debite miseric: vel ad emendationem labilis vite: vel ad exercitationem necessarie patientie: temporaliter hominem detinet pena etiam quez iam ad dānationem sempiternā reū non detinet culpa. Hec est istoꝛ dieꝛ quos in hac mortalitate agim⁹ malos q̄uis in ea diligamus videre dies b̄ nos. Flenda quidē sed nō reprehendenda cōditio. Venit eī de ira dei iusta: de q̄ scriptura loquens. Homo inꝺt nat⁹ ex muliere breuis vite et plen⁹ ire: cū ira dei non sit vt hoīs: id est ptubatio concitati animi: sz tranqlla iusti suppliciū ꝓstituto. In hac ira sua de⁹ non continēs: sicut scriptū est miserationes suas preter alia solatia miseroꝛ que generi humano prebere non cessat: in plenitudinē temporis quo ipe sciebat hoc esse faciendū: misit filium suum vnigenitu; per quē creauit vniuersa vt manens deus fieret homo: r esset mediatoꝛ dei r hominū homo xp̄s ihesus in quē credentes per lauacrū regenerationis: soluto reatu omnium peccatoꝛum: et originalis videlicet quod generatio trahit: contra quā maxime regeneratio est instituta: r ceteroꝛum que male agendo contracta sunt liberarentur a dānatione perpetua: et viuerent in fide et spe et charitate: peregrinantes in hoc seculo atq; in eius tentationibus laboziosis r periculosis: consolationibus autem dei r coꝛporalibus et spiritualibus ambularēt ad conspectum eius viam tenentes quod eis factus est christus. Et quia in ipsa quoq; via ambulantes non sunt sine peccatis q̄ de huius vite infirmitate surrepunt: dedit elemosynarum remedia salutaria: quibus eoꝛ adiuuaretur oratio: vbi eos dicere docuit. Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoꝛibus nostris. Hoc agit ecclesia spe beata in hac vita erumnosa: cuius ecclesie petrus apostolus ꝓpter apostolatus sui primatum: gerebat figura ta ſalitate personā. Ideō eī ad ipm ꝓpue pertinet: natura vnus homo erat: gra vn⁹ christianus: abundantioꝛe gra vn⁹ idēq; primus apl's. Sed q̄n ei dictum est: tibi dabo claues regni celoꝝ. Et quodcūq; ligueris sup terrā erit ligatū r i celis: et quodcūq; solueris super terrā erit solutū r in celis: vniuersam significabat ecclesiam: q̄ in hoc seculo diuersis tentationibus velut imbribus fluminib⁹ tēpestatibusq; q̄titur et non cadit: q̄n fundata est sup petrā: vñ et petrus nomen accipit. Non enim a petro petra: sed petrus a petra: sicut non christ⁹ a christiano sed christian⁹ a christo vocat. Ideo ꝺppe ait dñs: sup hanc petrā edificabo ecclesiam meā: q; dixerat petrus tu es xp̄s filī⁹ dei viui. Sup hanc ergo inꝺt petram quā confessus es: edificabo ecclesiaz meā. Petra eī erat xp̄s: sup q̄ fundamentū ꝺppe aliꝰ nemo pōt ponere ꝓter id q̄ positū est: q̄ est christ⁹ iesus. Ecclia ꝝ q̄ fundat in xp̄o: claues ab eo regni celoꝝ accepit in petro id est: potestatē ligandi solueudiq; peccata. Q̄ eī est p ꝓprietatē in xp̄o ecclesia: hoc est p ꝓficationez petr⁹ in petra. Qua significatione intelligit xp̄s petra: petr⁹ ecclia. Hec igit ecclesia quā significabat petr⁹ q̄diu degit in malis amādo r sequendo christum liberatur a malis. Magis autem sequitur in eis qui certant pro veritate vsq; ad mortem. Sed vniuersitati dicitur: sequere me: pro qua vniuersitate passus est christus. De quo dicit idem petrus. Christus pro nobis passus est relinquens nobis exemplum vt sequamur vestigia eī⁹. Ecce propter quod et dictum est. Sequere me. Est autem alia vita immortalis que non est in malis: ibi facie ad faciem videbimus quod hic per speculū et in enigmate videtur: q̄n multum in

Ro. viij.

Job. vij.

Wat. v.

Wat. xvij.

Ubi. ſ.

j. Cor. x.

j. Cor. iij

Job. xiij

ps. lxxvj

ſ. pe. ij.

re: aut certe aliq̄s lectiones lōgiores legūtur: q̄ stare nō pñt hūiliter & cū silentio sedentes: attentis auribꝰ audiant q̄ legunt. Nūc vero aliq̄ de filiabus nr̄is putant: q̄ hoc aut oēs: aut certe plures q̄ sane sunt corpore: frequenter debeāt facere. Nā vbi ꝟbuz dei ceperit recitari: quasi in lectulis suis ita iacere volunt: atq̄ vtinā vel iacerent tm̄mō: & tacentes verbū dei sitiēti corde susciperent: non etiā se ita ociosis fabulis occuparent: vt q̄ dicaē nec ipe audiāt nec alios audire pmittāt. Uñ rogo vos venerabiles filie et sollicitudine paterna cōmoneo: vt quando aut lectiones leguntur aut ꝟbū dei p̄dicat: nulla se i terrā pjciat nisi forte quā nimiū grauis infirmitas cogit. Sic tñ non iaceat: sed magis sedeat: et attētis auribꝰ q̄ p̄dicanē auido corde sꝙiciat. Interrogo vos fratres vel sorores dicite mihi. Quid vobis plus esse videtur verbū dei an corpꝰ xp̄i: Si veruz vultis respondere: hoc vtiq̄ dicere debetis q̄ nō sit minus verbū dei q̄ corpus xp̄i. Et iō quāta sollicitudine obseruamꝰ: q̄n corpus xp̄i ministratur: vt nihil ex ipso de nostris manibus in terraz cadat: tanta sollicitudine obseruemus ne verbum dei quod nobis erogatur: dum aliud aut cogitamus aut loquimur de corde nr̄o pereat. Quia nō minus reus erit qui verbum dei negligenter audierit: q̄ ille qui corpus christi in terrā cadere negligentia sua permiserit. Uellez tamen scire si ab illa hora qua verbuz dei predicari cepit semp pretiosissimas gemmas & iaures vel anulos aureos erogare vellemus: vtrum stet aut accipere vellet filie nostre. Sine vlla dubitatione cū grandi ambitione que illis offerrentur acciperent. Nos vero quia ornamenta corporalia offerre nec possumus: nec debemus: ideo libenter audimꝰ. Sed non est iustum vt spiritalia ministrantes: superflui iudicemur. Qui enim verbum dei libenter audit inaures anime de patria padisi trāsmissas se suscepisse non dubitet. Qui admonetur vt pauperi tribuat aliquid: dum manus ad elemosinas expendit: de xtralia a christo transmissa percipiet. Quomodo enim terrenis ornamentis caro luxurio sa paruo tpe ornatur: vt carnalibus oculis aut ad suam aut aliorum male concupiscentium ruinam placere possit: sic anima sancta diuinis sermonibus tanq̄ spiritalibus et eternis bonorum operuz margaritis componitur: vt ad illiꝰ celestis spōsi consortium et nuptiale conuiuium feliciter ornata perueniat: vt nō ei dicaē illō q̄ scriptū est in euāgelio. Amice quō huc intrasti non habens vestem nuptialem: Ne bonorum ornamentis expoliatus ac nudꝰ audire mereatur. Ligate illuz manꝰ & pedes: & proijcite in tenebras exteriores: vbi est fletus et stridor dentiū. Sed magis ꝓ ornamentis bonorum operum: illa vox ad eum desiderabilis dirigatur. Euge serue bone et fidelis intra in gaudium domini Rogovos filie diligenter ea que a nobis dicuntur audite. Si aliqua mater propꝛijs manibus ornare velit filiam suā: & illa despiciens ornamenta q̄ accipit frequentius se inclinet ad terrā: & huc atq̄ illuc ita per inquietudinē moueatur: vt illā mater sua fm suam voluntatē ornare non possit: nunquid non inuste aut obiurgatur aut cedit Me ergo putate matrē vestrarū aiarū esse & ita vos velle componere vt in vobis nec macula: nec ruga possit ante tribunal eterni iudicis apparere. Aiabꝰ em̄ vestris nō solum ornamenta sed etiam medicamenta desiderans prouidere: studeo disputa cōsuere: consciſſa sartire vulnerata curare: abluere sordida: reparare perdita: et ea que sunt integra: spiritalibus margaritis ornare. Si me nō piget: quare aliquis fastidiose velit accipere. Cum enim terrena et temporalia ornamenta corporis si non inuenitur qui donare velit charissimo precio comparantur: quanto magis eterna animarum ornamenta que absq̄ vllo precio a nobis non cum paruo labore quārta: vestris spiritalibus offeruntur: iustum est vt a vobis cum perfecta charitate suscipiantur. Nos enim margaritas vobis de paradisi patria prouidentes: nullam aliam in hoc seculo mercedē optamus accipere nisi vt vos patienter et libenter que vobis insinuantur videamus audire: et cum dei adiutorio secundum vires vestras operibus adimplere. Fratres charissimi et venerabiles filie: non ideo dicimus quod vos agnouerimus verbum dei non libenter accipere. Prospicio enim deo plusquam cogitari vel dici potest: de vestra obedientia gaudet et exultat anima nostra. Sed dum vos volumus ad meliora semper ascendere: etiam ea que vos perfecte cognoscimus agere paterna sollicitudine presumimus admonere. Et q̄

ad vigilias cōueniri: roso vos filij vel fi-
lie: vt eā que vobis dicta sunt: illis q̄ ab-
sentes fuerunt fideliſſime referatis: vt nō
ſolum de veſtra ſed ⁊ de alioꝝ correctio-
ne mercedem habere poſſitis.

Pſal.l. ¶ De eo quod ꝓpheta dicit in pſal-
mo. Auerte faciem tuam a peccatis
meis: ⁊ facinora mea dele. Ac de vti
litate penitentie. Homelia xxvij.

A



Or igitur in his verbis
penitentis agnoſcit. A-
uerte faciē tuā a peccat⁹
meis ⁊ facinora mea de-
le. Proinde aliq̄d de pe-
nitētia dicere diuinit⁹ in-
bemur. Dicam⁹ aliq̄d de
vtilitate penitētie: preſerti q: et dies ieiu-
nioꝝ iam inūnet: quo ꝓpinquāte hūiliari
alias ⁊ domari corpora ſtudioſius docet.
Triplex aūt conſideratio agēde penitētie
in ſancta ſcriptura inuenīt. Naz neq; ad
baptiſmū chriſti: in quo oīa peccata delē-
tur quiſq; bene accedit: niſi agēdo penitē-
tiaz de vita pſtina. Nemo em̄ eligit vitam
nouā niſi quē veteris penitet. Hoc autem
etiā auctoritate diuinoꝝ librorum ꝓbare
debemus: vtrū baptizādi egerint peniten
tiā. Quādo ſpūſſanctus miſſus eſt: añ p-
miſſus: ⁊ ipleunt dñs fideꝝ pollicitationis
ſue: accepto diſcipli ſpūſancto (vt noſtis)
ceperūt loqui oīb⁹ linguis: vt in illis q̄ ado
rāt linguā ſuā quiſq; cognoſceret. Hoc au
tē miraculo territi: conſiliuꝝ vite ab aplis
quesierūt. Tunc petr⁹ annūciauit eis: cuz
colendū quē crucifixerunt: vt ei⁹ ſanguinē
biberent credētes: quē effuderant ſeuien-
tes. Ait illis petrus. Penitētiā agite: ⁊ ba
ptizet vnuſquiſq; veſtrū in noīe dñi noſtri
ieſu chriſti ⁊ remittētur vobis pecca-
ſtra. Quicq̄d de vita ꝑterita remordebat:
quicq̄d angebat cōſcientiam: quicq̄d oīno
vel magnū vel parū: vel dicendū: vel non
dicendū: non dubitēt poſſe dimitti: ne for-
te q̄d vult dei miſeratio dimittere: ⁊ ſe te-
neat humana tētatio. Ait apoſtolus. Om
nia hec figure noſtre fuerūt: cuz de rebus
talibus loquere[illegible]ens. Nolo em̄ ignora
re fratres vos: q[illegible]atres noſtri oēs ſub
nube fuerūt: ⁊ om[illegible]s in moyſe baptizati
ſunt. Et itē. Petra aūt erat xp̄s. Has fi-
guras nr̄as fuiſſe ille dixit: cui nemo fide-
lis vnq̄ cōtradixit. Et cū multa enumera
ret: vnam ſolā ſoluit dicens. Petra autem
erat chriſtus. Quid ſibi velit mare: nubes
māna: hoc nō expoſuit: ſed petra quid eēt
oſtendit. Per mare: trāſitus eſt baptiſm⁹.
Sed q: baptiſmus: id eſt ſalutis aqua: nō
eſt ſalutis niſi in chriſti noīe ꝓſecrata: qui
pro nobis ſanguinē fudit: cruce ipſi⁹ aqua
ſignet. Hoc vt ſignificaret ille baptiſmus:
mare rubrū fuit. Māna de celo aperte ab
ipſo dño exponitur. Patres veſtri mādu- Joh.vj.
cauerunt māna in heremo ⁊ mortui ſunt:
id eſt māna quod māducauerunt: non po
tuit eos a morte liberare. Non q: ipſum
māna mors eis fuit: ſed q: a morte eos nō
liberauit. De celo veniebat māna: ſignifi-
cans eū qui dixit. Ego ſum panis viu⁹ qui
de celo deſcēdi. Patres veſtri: dicit dñs
mus: manducauerūt manna in heremo: et
mortui ſunt. Quid eſt patres veſtri: niſi ḡs
infidelitate imitamini quoꝝ vias nō cre-
dendo ⁊ deo reſiſtēdo ſectamini. Et ſcīm
hoc dñ. Vos ex patre diabolo eſtis. Neq; Jo. viij.
enim diabolus aliq[illegible] hominē aut poten-
tia creauit: vel generādo procreauit: ⁊ ta-
men dñ pater impioꝝ: nō ꝓpter generatio
nē ſed ꝓpter imitationez. De bonis quoq; C
dñ. Ergo abrahe ſemē eſtis. Patres noſtri j. Cor.x.
inquit eūdem cibū ſpiritalem māducaue-
runt: ⁊ eūdē potū ſpiritalē biberūt. Erant
em̄ ibi qui q̄ manducabāt intelligebant.
Erāt ibi quib⁹ plus xp̄s in corde: q̄z man-
na ſapiebat in ore. Quid de alijs loq̄mur. Heb.iij.
Inde erat ꝑmitus moyſes famulus dñi fi
delis in tota domo eius. De dubitatione
moyſi famuli dei volo dicere. Figura em̄
erat veterū etiam iſta ſanctoꝝ. Dubitat
ad aquā moyſes: quādo petrā virga per- Nūe.xx
cuſſit: vt aqua flueret dubitauit. Dubita-
tionē autem eius leges quiſq; nec intelli-
gens: forte nec intelligeret q: nec querere
auderet. Dño deo diſplicuit illa dubita-
tio: ⁊ eam notauit: nō ſoluz arguendo: ſed
etiā vindicando. Nam ꝓpter hāc dubita
tionem dñ moyſi. Non introduces tu po-
pulū in terrā repromiſſionis. Aſcende in
montē ⁊ morere. Deus hic vtiq; apparet
iratus. Quid ergo de moyſe fratres cha-
riſſimi? Omnis labꝰ eius: oſs pro popu- Exodi
loq̄ſtus eius: ⁊ illa charitas dicens. Si di xxxij.
mittis illis peccatū iſtud dimitte: ſinaūtē
dele me de libro tuo: hec dubitata ⁊ repen
tina dubitatiōe dānata eſt: q̄n dicitur: di
ctū eſt moyſi. Hoc enim placuit deo certe
diſpēſationiſq; myſterij gratia: q̄ ipſe in
terrā promiſſiōis non introduceret popu
luz. Eligit alius ieſus naue. Et iſte homo
nō hoc noīe vocabatur. Vocabāt auſeſ: et
eū et introducendū populū moyſes cōmē-
daret: vocauit eū ⁊ mutauit ei nomē ieſuz:
vt nō per moyſen ſed per ieſuz: id eſt nō p
legē: ſed per graz populus dei in terrā pro
miſſiōis intraret. Sicut aūt ieſus ille non
verus ſed figurat⁹: ita etiā terra ꝓmiſſio-

Joh.vj.

B

j. Cor.x.

nis illa nō vera: ſed figurata. Illa em̄ po-
pulo ꝑmo tpalis fuit: nobis que promiſſa
eſt eterna erit: ſed figuris tpalib⁹ ꝑmitte-
bātur: ⁊ pronūciabātur eterna. Sicut er-
go ille nō verus ieſus nec illa terra ꝓmiſ-
ſionis vera ſed figurata: ita māna non ci-
bus vere celeſtis: ſed figurat⁹. Poſt illam
dubitatiōnē ⁊ poſt iram dei ⁊ poſt minas
mortis: ⁊ poſt alia multa dixiſſe deum ad
moyſen quaſi ad amicū quoꝝ antea loque
bat vſq; adeo vt ⁊ ipſi ieſu naue obedien-
tie exemplū de moyſe ꝓponatur: ⁊ hoc mo
neat cū deus vt ſic ei ſeruiat: quō ſeruiunt
moyſes: ⁊ ſic ſe polliceꝝ eſſe futurū cum eo
quō fuit cū moyſe. dubitauit moyſes quā-
do lignū acceſſit ad petrā: dubitauerūt di
ſcipuli quādo viderūt dñm crucifixū. hoz
figurā gerebat moyſes. Ecce q: lignuz ac-
ceſſit ad petrā: facta eſt dubitatio ⁊ ipleta
Dente. eſt dubitatio moyſi. Et dñs ad cū: Aſcēde
xxxij. in montē ⁊ morere. Per corporalē mortez
moyſi figurata eſt mors ipſius dubitatio-
nis. Sed in monte. O mira myſteria. Ad
petrā nata eſt dubitatio: ⁊ in monte mor-
tua eſt. Quādiu humilis fuit xp̄s i paſſiōe
quaſi petra iacebat ante oculos: merito in
illo dubitabaꝝ. Mare rubrū baptiſm⁹ eſt:
populus trāſiens baptizabaꝝ. Trāſit⁹ iſte
baptiſmus erat: ſed in nube adhuc nubi-
labaꝝ q̄ prenūciabaꝝ. Jaz mō ꝓceſſit nu-
bes manifeſte veritatis ſerenitas facta ē:
q: ꝓceſſit ⁊ velū per q̄ loquebaꝝ moyſes.
Exodi Hoc velū in tēplo pendebat: ne tēpli ſecre
xxxiij. ta panderenꝝ. Sed in cruce dñi velū con-
Watth. ſciſſuz eſt: vt paterēt. Veni ergo ad baptiſ-
xxvij. mū: ingredere itrepidus viā per mare ru-
brū. Noli eſſe de peccato ꝑterito tanq̄ de
egypto ſollicit⁹. Premebāt te pctā tua du
ro onere ſuitutis: ſed hoc in egypto: ſcz in
amore hui⁹ ſeculi: in pegrinatiōe longinq̄.
Cogebāt te ſectari opa terrena tanq̄ la-
teres facere. Opera lutea opabaris. Pre-
mūt te peccata. Ue[illegible]ſecur⁹ ad baptiſmuz
vſq; ad aquā hoſtis ſeq̄ poterit: ibiq; me-
ricꝝ. Tunc aliq̄d de vita ꝑterita: crede ali-
quid remāſurū tuoꝝ peccatoruz. Si aliqs
remāſit egyptioꝝ audi vocē pignoꝝ. Ego
inq̄t de ꝑteritis peccatis nō timeo. oīa mi-
hi in aq̄ ſancta p eccleſie etiā charitatem
dimitti nō dubito. Sed timeo futura pec-
cata. Placet ergo remane in egypto. Inte
rim hoſtē preſentē euade qui iā te ꝑmit: ⁊
iam ſubiugauit: de futuris q̄d tibi hoſtes
meditaris? Quod iam feciſti etiā ſi nolue
ris erit. Idē facturuz te putas: ſi voluerис
non erit. Sed periculoſa vita erit. Neq;
enim cū mare rubrū tranſiero: iam ero in
terra repromiſſiōis. Ducrus eſt ille popu
lus per deſertū: per lōga deſerta. Interim
ab egypto liberare. Quid ergo putas tibi
futurū auxiliatorē invia eū qui te eruit de
vetuſta captiuitate? Nouos tuos inimi-
cos? Nō quieſcit qui te a vetuſtis hoſtib⁹
liberauit. Trāſi tm̄ intrepidus: itrepidus
ābula: obediēs eſto. Noli amaricare moy
ſi illi: cuius typū ille portabat in hac obe-
dictia. Fateoꝝ nō deſūt hoſtes. Sicut enim
non deerāt qui ſequerenꝝ fugiētes: ita nō
deerant qui impedirēt ambulātes. Pro-
ſus chariſſimi figure nr̄e fuerūt. Interim
Exo.xv. in te nō ſit qō contriſtet moyſen. Noli eſſe
aq̄ amara quā poſt mare rubrū nō potuit
ille populus bibere. Erat em̄ ⁊ ibi tētatio.
Et tm̄ quādo iſta eueniūt: qm̄ amaricat po
pulus: oſtēdim⁹ eis xp̄m: que ꝑ illis pertu
lerit: quādo pro eis ſanguinem fuderit: et
miteſcunt tanq̄ nobis lignū in aquā mit-
tētibus. Plane hoſtē itineri tuo habebis
amalech. Populus ille habuit hoſtē ama
lech. Tunc orabat moyſes: tunc extende-
bat manus ⁊ deficiebat amalech. Et tue Exo.xvij
manus extēſe ſint vt deficiat amalech tē-
tator: ⁊ huius itineris unpeditor. Eſtoyt-
gil ⁊ ſobrius in oratiōibus/in operib⁹ bo-
nis/non tamē preter chriſtū: q: extenſio il
la manuū chriſti crux fuit. In illa extēdit Gal.vj.
apl's cum dicit. Mihi mundus crucifixus
eſt: ⁊ ego mūdo. Ergo ōficiat amalech: vin
catur: nō impediat trāſeuntē populū dei.
Sed ſi dimittit manus a bono ope a cru-
ce chriſti: ꝓualebit amalech. Tñ noli om-
ni mō aut cōtinuo te fortē futuruz putare:
aut penit⁹ deſperādo deficere. Alternatio
enim illa defect⁹ eſt fortitudinis. Jn man⁹
moyſi ſerui dei forte alternatio tua fuit.
Aliq̄n enim in tētationib⁹ deficis ſed non
ſuccūbis. Deponebat ille paululuz man⁹: ps.xciij.
nec oino rucbat ſed dicebat. Mor⁹ eſt pec
mē⁹: ecce mia tua dñe adiuuabat me. No
li ergo timere: adeſt in itinere auxiliator:
qui in egypto fuit liberator. Noli timere:
aggredere viā: preſume ſecurus. Aliq̄n il-
le deponebat manus: aliq̄n erigebat: tñ vi
ctus eſt amalech. Debellare potuit: ſupe- F
rare nō potuit. Itaq; admonemur iam de
altera loqui penitētia. Triplicem quippe
eius conſiderationē in ſancta ſcriptura eſſe
ꝓpoſui. Illa ꝓma cōpetentiū eſt ⁊ ad bap-
tiſmū venire ſitientiū. Hāc de ſcripturis
ſanctis oſtendi: ⁊ alia ꝓpe quotidiana. Et
vbi illā oſtēdimus penitētiā quotidianā:
Nō habeo vbi melius oſtēdā q̄z in oratione
dñica: vbi orare nos docuit: ⁊ quid ad pa-
trē dicamus oſtēdit: ⁊ in his ſ̄bis poſuit.
Dimitte nobis debita nr̄a: ſicut ⁊ nos di- Mat.vj
mittim⁹ debitoꝝ nr̄is. Que debita frēs.

Quãdoquidem debita hic intelligi nõ ꝓt
nisi peccata: que debita dimisit ⁊ i baptis-
mo: itez vt dimittat oramus: Certe mor-
tuus est ois egyptius qui sequebaꝝ. Si ni
hil de sequẽtibus hostib⁹ residuũ factũ est:
quid oramus vt dimittaꝝ: nisi ꝓpter ma-
nus deficientes ꝛ amalech: Dimitte no-
bis sicut ⁊ nos dimittimus. Cõstituit me-
dicinã: firmauit pactũ. Hic preces ꝓstituit
ibi precãti rñdit. Nouit quo iure res aga
tur in celo: quo impetrari possint deside-
G rata. Dimitti vis. Dimitte ait. Quid eñ
habes qđ deo prestes: a quo tibi vis cũcta
prestari. Nũquid iaz xps ipse saluator in
terra ambulat: Nũquid suscipit illũ mo-
Lu. xix. do in domũ zacheus gaudẽs: Nũquid ei
⁊.r. hospitium ⁊ epulas ꝓcpat maria. Nihil
Matth. horũ indiget: ad patris sedet dexterã. Sz
xxv. qñ vni ex minimis meis fecisti: mihi feci-
sti. Hec est extẽsio manuz sub qua defecit
amalech. Et erogas quidẽ pauperi. Quã
do aliquid das pauperi esurienti: forte id
qđ dederis minus habebis: sed in domo
nõ in celo. Sed hic quoqz in terra quo iu-
bẽte prestitisti: ipse supplet qđ dedisti. De
ij. cor. ix. hac re cuz loqueret apls ait. Qui mĩstrat
semẽ seminãti ⁊ panẽ in escã submĩstra
bit. Operari⁹ eñ dei es: qñ das egẽti: semi
nas hyeme qđ metas estate. Quid ergo
metuis ifidelis ne in hac magna domo tã
tus ꝑfamilias nõ pascat operariũ suum.
Erit ⁊ ibi qđ sufficiat tibi. Dabit de⁹ totũ
necessitati: nõ cupiditati. Opare ergo in-
trepidus: extẽde manus vt deficiat ama-
lech. Dic mihi cũ ignoscis ei q̃ peccat in te
quid min⁹ habebis in corde tuo: vñ dñz di
mittis: sed nihil amittis. Immo ꝛo vnda
charitatis ibat in corde tuo: inde tanꝫ ve
na interiore manabat. Tenes odiũ ꝛ fra-
trẽ: obturasti fontẽ. Non solum ergo n
pdis cũ ignoscis: sed abũdãtius irrigabe
H ris. Charitas non angustaꝝ. Sed ecce qđ
acturus es: Oraturus es. Quid dicã. Qñ
oratarus es: Hodie. An nõ es oratur⁹ ira
⁊ odio plenus: Vindictã ministrãs: nõ di-
mittis ex corde. Ecce oras: venit hora ozã
di: incipis ꝛba illa vel audire vel dicere:
dictis ⁊ auditis supioꝛib⁹ venturus es ad
hũc versum: atsi nõ vẽturus: quo iturus:
Ne ignoscas inimico deuiabis a christo.
Mat. vj plane si in oratiõe deuiabis vt nolis dice
re. Dimitte nobis debita nr̃a: sicut ⁊ nos
dimittim⁹ debitoꝛibus nr̃is. Ne tibi cito
rñdeaꝝ. Sic dimitto gño ⁊ tu dimittis. Er
go qz hoc nõ potes dicere: ⁊ nõ vis dimit-
tere: deuiabis ab hoc versu: ꝓtermittes
⁊ dices qđ sequit. Ne nos patiaris iduci
in tentationẽ. Ibi te capiet creatoꝛ tu⁹: cu
ins faciẽ quasi deuiabas. Qũo quisqz inui
co⁹ cũ occurrit ei cui aliqđ dz: si ad manum
est diuerticulũ dimittit quo ibat et ijt per
aliã partẽ ne faciẽ videat creditoꝛis. Hoc
tu in isto ꝛsu te feciste arbitrat⁹: denita
sti dicere. Dimitte sicut ego dimisi: nec sic
dimitteret: qz nõ dimitt⁹: ⁊ noluisti dicere:
deuitãs faciẽ creditoꝛis. Quem deuitas:
Quis deuitas: Quo ibis: Ubi tu esse pos-
sis: ⁊ ille nõ esse. Dicturus es. Quo ibo a
spũ tuo: ⁊ quo a facie tua fugiã: Si ascen-
dero in celũ: tu illic es: si descẽdero in iferi
nũ ades. Quãtum põt a xpo debitoꝛ fuge-
re: ſ̃z eat in infernũ: Adest iste creditoꝛ. Psalmo cxxxviij
Et quid ibi facturus es: nisi qđ sequit. Si
sumpsero pẽnas meas in directuz ⁊ vola-
uero i extremis maris: id est spe mea finez
seculi meditabo⁹: in ceptis tuis viuam:
duab⁹ alis charitatis attollar. Imple ergo
duas alas charitatis. Diligas ꝓmũ Matth.
tuũ sicut teipm: ⁊ nõ teneas odiũ vnde fu- xxij.
gias creditoꝛẽ. Restat ergo penitẽtie ter- 3
tiũ genus vnde aliqđ breuiter dicã: vt ad-
iuuãte dño ꝓposita ⁊ promissa persoluaz.
Est penitẽtia grauioꝛ atqz luctuosioꝛ: in q̃
ꝓuocant in ecclesia penitẽtes: remoti
etiã a sacramẽtis altaris participãdi: ne
accipiẽdo indigne iudiciũ sibi mãducẽt et
bibãt. Illa vero penitẽtia luctuosa ẽ. Gra i. cor. xi.
ue vuln⁹ adulteriũ forte cõmissuz est: forte
homicidiũ: forte aliqđ sacrileguz. Grauis
res: graue vuln⁹: letale mortifer. Sed ol-
potẽs medic⁹: iam post suggestionẽ facti ⁊
delectationẽ ⁊ cõfessionẽ ⁊ perpetrationẽ:
quasi quatriduan⁹ mortu⁹ putet. Sed nec
ipm dñs deseruit: ſ̃z clamauit. Lazare ve- Joh. xj.
ni foras. Cessit voci mie: moles sepulture.
Cessit mors vite: cessit infern⁹ supno. Ele-
uat⁹ est lazarus: processit tumulo ⁊ ligat⁹
erat. Sic sunt hoies in cõfessione peccati
agẽtes penitẽtiam. Jam ꝓfessũt a moꝛ-
te. Nã nõ confiterent: nisi ꝓcederẽt. Ipm
ꝓfiteri: ab occulto ⁊ ꝓcedere est.
Sed qđ dñs ecclesie sue inqt. Que solueri
tis in terra: soluta erũt in celo. Proinde la Matth.
zaro procedẽte: qz ipleuit dñs mie sue bo- xviij.
nũ: perducere ad confessionẽ mortuoꝛ la-
tentẽ: putẽtez: nã cetera iplet ecclie mys- Joh. xj.
teria. Soluite illũ: ⁊ sinite abire. Sz chari-
simi hoc gen⁹ penitẽtie nemo sibi ꝓponat:
ad hoc gen⁹ penitẽtie nemo se ꝓparet. Tñ
si forte ꝓrigerit: nemo desperet. Judã tra-
ditoꝛẽ: non tã scelus qđ cõmisit ꝙ idulgẽ-
tie despatio fecit penit⁹ interire. Nõ erat
dign⁹ mia: ideo nõ fulsit ei lumẽ in corde:
vt ad eius indulgentiã ꝛcurreret quẽ tra
diderat: sicut illi qui eum crucifixerũt sed
desperãdo occidit: ⁊ laqueo se suspendit.

Quod fecit in corpoze suo: hoc factũ est in
sia eius. Jpsius enim spũs dr̃: etiam iste
vẽtus aeris huius. Quomõ ergo qui sibi
collũ ligant: inde se occidũt: qz non ad eos
intrat spũs aeris huius: sic illi qui despe-
rant de indulgẽtia dei: ipsa desperatione
R intus se suffocãt: vt eos spũs sanctus visi-
tare nõ possit. Solebãt ide christianis in-
sultare pagani: de penitẽtia que instituta
est in ecclesia. Et contra nõnullas hereses
tenuit ecclesia catholica ista veritatem de
penitẽtia agenda. Fuerũt qui dicerẽt qui
busdã peccatis nõ esse dandã penitẽtiaz:
⁊ exclusi sunt de ecclesia ⁊ heretici sunt fa
cti. Jn quibuscũqz peccatis nõ perdit vi-
scera pia mater ecclesia. Ergo solent inde
pagani insultare nobis nescientes quid lo-
quãtur: qz ad verbũ dei qđ linguas infan
tiũ facit disertas: nondũz peruenerũt. Vos
inquit facitis vt peccent hoies: cum illis
ꝓmittitis veniã si egerint penitentiã. De
solatio est hoc: nõ admonitio. Jn hanc sen
tentiã exaggerãt verba. Quãta quisqz po
test lingua vel sonãti vel titubãti: non ta-
cent. Non tñ quãdo eis loquimur ⁊ si vin
cãtur: non cõsentiũt: tamẽ qũo vincantur
breuiter accipiat charitas vestra: qz totũ
dñi misericordia optime cõstituit in eccle
sia sua. Dicũt nos dare peccatis licẽtiam:
qz portum penitẽtie pollicemur. Si clau-
derẽt aditus penitẽtie: nõne ille peccato-
tãtomagis adderet peccata petis: quãto-
magꝫ sibi desperaret ignosci: Diceret enim
sibi. Ecce peccaui: ecce scelus admisi: iam
mihi venie nullus est locus: penitẽtia in-
fructuosa est: dãnatus suz quare iam non
viuo vt volo: Quia ibi nõ inuenio charita
tem: hic saltẽ pascam cupiditatez meam.
Quare eñ abstineam: Ibi eñ mihi locus
clausus est: hic qđ non fecero perdo: quia
que post hãc futura est vita mihi nõ dabi
tur: quare ergo non seruio libidinib⁹ meis
L vt eas impleã ⁊ satiẽ: ⁊ faciaz quicqđ nõ
licet sed libet: Dicerẽt ⁊ forta ſ̃sis. Sz mi-
ser capieris accusaberis: torqueberis: pu-
nieris. Sciunt ista hoies mali ab hoibus
dici: z inter hoies seruare attẽdũt multos
male ⁊ scelerate viuẽtes ipunita peccata
habere: occultare possunt: redimere q̃ oc-
cultare non possunt. Redimere vsqz in se-
nectutẽ vite: lasciuia: blasphemia: sacrile-
gia: pdita enumerãt sibi: cur ille q̃ tãta fe-
cit nõ senex mortu⁹ est: Nũquid attendis
Rom. ij. ideo sceleratũ ⁊ peccatoꝛẽ senẽ moꝛtuũ: vt
ostẽderet in illo patiẽtiaz deus. Expectãs
penitẽtiã. Qñ apls. Jgnoras qz patientia
dei ad penitẽtiã te adducit: Jlle ergo ꝑm
duritiã cordis sui: ⁊ coz ipenitens: thesau-
rizat sibi irã in die ire ⁊ reuelationis iusti
iudicij dei: qui reddet vnicuiqz ꝓm opus
suũ. Opus est ergo vt hic timoꝛ mẽtes ob-
sideat: op⁹ est vt ille qui peccare non vult:
pñt sibi nõ cogitet: nõ in publico solũ sed
etiã in domo: nõ in domo solũ: sed ⁊ in cu-
biculo: in nocte: in lectulo: in corde suo. Er
go si tuleris portũ penitẽtie: augebũt pec-
cata. Ecce nihil dicũt illi q̃ putant augeri
peccata: qz portũ penitẽtie in xpiana ꝓpo
nit fide. Quid ergo: Deus ne per illã spez
indulgẽtie augerẽtur peccata: rursus non
debuit pdire: Qũo enim, pdeunt: ne despe
rãdo augeantur. Qũo enim reuera auget
peccata: qui veniã sperauerit: vt dicat si-
bi: faciã: deus bon⁹ est: qñ me conuertero:
ignoscet mihi. Ita plane dicis: sed crasti-
na dies incerta est tibi. Nonne ad hoc te
admonet scriptura dicẽs. Ne tardes cõ- Eccle. v
uerti ad dñm: neqz differas de die in diez:
Subito enim veniet ira eius: et in tẽpoze
vindicte disperdet te. Ecce ad vtrũqz vigi
lauit pro nobis ꝓuidentia dei: ne desperã
do augeamus peccata: ꝓpositus est peni
tentie portus. Rursus: ne sperãdo augea-
mus: datus est dies mortis incertus.

¶ De eo quod ꝓpheta dicit in psal- ps. xlix.
mo. Deus manifestus veniet: de⁹ no
ster ⁊ non silebit. Homelia. xxvij. Jn
q̃ dicit saluatoꝛẽ nõ siluisse ꝑ patriar
chas ⁊ ꝓphetas ⁊ ceteros: etiam in
die iudicij cũ manifestus apparebit.




A Antauimus. De⁹ mani-
festus veniet: de⁹ noster ⁊
nõ silebit. Dñm xpm scri
ptura pdixit vẽturuz ad
iudiciũ viuoꝝ ⁊ mortuo-
ruz. Qñ eñ prius venit iu
dicari occult⁹ fuit: qñ ve-
niet iudicare manifestus erit. Quã fuerit
tũc occultus hinc itelligite qđ ait apostо-
lus. Si eñ cognouissent nunqz dñm glorie j. Cor. ij.
crucifixissent. Tunc aũt siluit interrogat⁹
sicut euangeliũ loqtur ⁊ implẽt i eo. Esaie Esa. liij.
ꝓphetia dicẽtis. Sicut ouis ad imolãdũ
ductus est: ⁊ sicut agnus coꝛã tondente se
fugit sine voce: sic nõ aperuit os suum. Ue
niet ergo manifestus ⁊ nõ silebit. Ad hoc
dictũ est. Non silebit iudicaturus: quia si
luit iudicatus. Nam quãtum attinet ad
voces ipsius nobis necessarias qñ siluit:
Non siluit per patriarchas: nõ siluit per
os carnis sue. Et modo si sileret: scriptura
non loqueret. Lector ascendit sed ipe non
silet. Tractatoꝛ loquit si vera loqtur: chri-
stus loquit. Si sileret xps: ego vobis ista

non dicerē. Nec per os vestrū siluit. Naz quādo cantabatis: ipse loquebaē. Non silet: opus est vt audiamus: sed aure cordis Nam rīderi facile est aure carnis. Illis auribus audire debemus: quas querebat magister ipse cū diceret. Qui habet aures
mat.xiij audiēdi audiat. Quis cīn ante illū qñ ista dicebat: sine auribus carnis stabat: Oēs aures habebāt: et pauci habebāt. Nō omnes habebāt aures audiendi: hoc est obediēdi. Quā terribiliter locut⁹ est p̄pheta
Eze.iij. Ezechielē: credo adhibuistis aures: credo audistis quēadmodū dixerit. Ad domum israel mittā te: nō ad populuz altioris linguę te mittā. Populus aūt ille nō vult audire te: qz nō vult audire me. Quid ostēdit nisi qz ipse deus p̄ pphetaz loq̄bat: Oz̄o ipsius ꝓbis ꝓphetiis nos maxime territi sumus: id est ꝓpositi quos posuit loqui ad populū suū: prius in illis verbis videam⁹ faciē nostrā. Demonstratū est cīn nobis sonāte lectore quasi speculū vbi nos inspicerem⁹: et inspeximus nos: ispicite vos. Ecce
Ubi.s. ego facio qđ ibi audiui. Si nō discreueris inquit iustū: si nō diueris peccatori morte morieris: et ostēderis illi vt recedat ab iniquitatib⁹ suis: ipse quidez in peccatis suis morietur: sanguinem aūt eius de manu tua exquirā. Si aut diueris et ille ꝑnitēserit et non obedierit: ille in scelerib⁹ suis morietur: tu aūt aiaz tuā liberabis. Dico vobis: libero animā meā. In magno cīn suz nō periculo: sed exitio cōstitutus si tacuero. Sz cū ego dixero et ipleuero offīm meū: vos iaz attendite periculū vestrum. Quid aūt volo: quid desidero: qđ cupio: quare loquor ꝛre hic sedeo: quare viuo: nisi hac intētiōe cuz xp̄o simul viuamus: Cupiditas mea ista est: honor meus iste est: gloria mea ista est:
B gaudiū meuz hoc est: possessio mea ista est. Sed si me nō audieritis et tñ ego non tacuero aiam meā liberabo. Sed nolo eē salvus sine vobis. Nolite ergo contēnere fratres mei peccata: in qb⁹ forte cōsuetudinez iam fecistis. Omne cīn peccatū ꝙsuetudine vilescit et vt hoi ꝙsi nullum sit: obdurauit iam: dolorē perdidit: qđ valde putre ē nec dolet. Quod nō dolet: nō pro sano habendū: sed ꝓ mortuo cōputandū est. Attēdite quę dicat scriptura: et ibi videte quēadmodum viuere debeatis. Quis nō contēnat ebriositatis peccatū: Abundat tale peccatū et contēnit. Iaz cor ebriosum pdidit sensū: non habet dolorē: qz nec salutem. Quādo aliquid pūgitur et dolet: aut sanuz est: aut est in illo spes aliqua sanitatis. Cīn aut tangitur: pungitur: vellicaē nec dolet: pro mortuo habēdum est aut de corpore ꝓrecidendū. Sed aliquādo nos ꝓcimus: et non nouimus nisi loqui. Excōicare: de ecclesia proicere pigri sumus. Aliquādo enim timemus: ne ipso flagello peior fiat qui ceditur. Quānis qui tales sunt iam in anima mortui sunt: tamē qz medicus noster oipotens est nō est desperādum de his: sed totis viribus supplicādum: vt aures cordis quas clausas habere ꝓbātur: dīs aperire digneē. Sed nunqđ ille parcet: nūquid silebit quē timere debemus: Audistis in
Ps. xlix. psalmo ipso fratres mei: cū enūeraret peccata peccatoris ait. Hec fecisti et tacui. Cōtra hęc dictū est. Veniet et nō silebit: pñtia sua nō silebit. Excepto cīn q̄ xp̄s significat: qz siluit i iudicio vt ipleret in illo etiaz ea ꝓphetia quaz pauloante cōmemoraui. Hoc excepto modo deus ipse per scipsum dñs christus tacet. Ascēdit cīn in celum et sedet ad dexterā patris: inde vēturus est iudicare vivos et mortuos. Quādiu ibi est donec veniat tacet. Voces ei⁹ in libris audiuimus. De ore ipsius nō audiuim⁹. Audistis vocē ipsius de sanctis scriptur⁹ isto loco. Audistis cū vos ipsi cōmemoratis: et forte his rebus inter vos sermocinamini. Qui vult audiri a deo fratres charissimi: ꝓius audiat deū. Nunqđ audis illū quā
do facis adulterium: et latere te putas: qz homo te nō videt: Ille te videt: sed tacet. Quādo furtum facis captas oculos eius cui furaris: et si eum latet facis: si ꝓptera nō facis: qz times ne videaris: intus fecisti: in corde fecisti: fur teneris et nil tulisti: sed et tu si opportunitas deē ad implendū malū factū tuū: furaris et letaris qz tacet. Audi ergo psalmuz: te admonuit: te q̄cūq; es: qui forte hic hodie stas et nocte aliq̄d fecisti te admonuit: tibi dixit. Hec fecisti et tacui. Suspicatus es inique q̄ ero tibi si
C milis. O hoies qui hec verba que dictu⁹ sum nec habetis in ore: nec i corde: felices estis. Nonne quotidie homines mala faciēies: aut quos bene feciſſe peniteat: et penitentiā fecisse: peruerse fundūt qđ mulserunt: Nōne quotidie dicūt: et ista murmura inter se rodūt: Vere si deo displiceret ista: non permitteret illa fieri: vt illi qui ea faciunt felices essent in terra: Videm⁹ rapt̄ores: videmus infirmoz̄ opp̄ssores: videmus vicinoz̄ expulsores: videm⁹ violētos limitū imuasores: videmus calūniatores: et tñ potentes: diuites: felices in hac vita. Si ꝙe deus ista videret: si ista curaret: parceret eis: Addūt et hoc qđ pei⁹ est: non placēt nisi mala. Cōtingat aūt ꝓt faciat bene aliq̄s et sequaē forte aliq̄ tentatio: cōtinuo ad manū hz: nō expedit facere

ꝓs.xlix. bene. Parū est qđ male vis facere et bñfacientibus maledicis: Hec fecisti inq̄t et tacui: suspicat⁹ es inique qđ ero tibi similis. Quid est qđ ero tibi silis: Oz̄ sic mihi placet malum: qđo tibi. Hoc es suspicat⁹: hoc diristi in corde tuo. Qđ peius est in hec ba ꝓgrediūtur vt nec audire timeāt: Ergo suspicat⁹ es iniq̄ ꝙ ero tibi silis. Arguā te qđo nō putas et qñ non putaz arguam te. Sileo cū facis: sed nō silebo cū iudico. Arguā te. Quid tibi faciaz qñ arguā te. Statuā te ante faciē tuaz. Modo cīn qñ male facis putas qz bon⁹es: qz non vis te videre. Alios rēhendis: te nō respicis. Alios accusas: de te nō cogitas. Alios ponis ante oculos tuos: te ponis post dorsum tuū. Ego qñ te arguā: ꝑ facio. Tollo te a dorso tuo: et pono te ante oculos tuos. Videbis te: et plāges te: et nō erit iam tūc qđo corrigas. Contēnis ergo tp̄s mie: veniet tēpus iudicij: qz tu in ecclesia mihi cātasti. Misericordiā et iudiciuz cātabo tibi dñe. Ex ore nostro exiet: vbiq̄ ecclesie cōcrepant xp̄o. Misericordiā et iudiciū cantabo tibi dñe. Tp̄s est mie vt corrigamur: nōdum venit tp̄s iudicij. Locus est: spaciū est. Peccauimus: corrigamur. Nōdū finita est via: nōdum clausus est dies: nondū expiratū est: non desperet: qđ peius est. Qm̄ ꝓpter ipsa peccata humana et tolerabilia: et tāto crebriora: q̄to minora cōstituit de⁹ in ecclesia
Mat. vj tpa mificordie p̄rogāde quotidianā medicinaz vt dicam⁹. Dimitte nobis debita nſa sicut et nos dimittimus debitoribꝰ nostris: vt his verbis lota facie ad altare accedam⁹: et his verbis lota facie corpe xp̄i et sanguine cōicem⁹. Sed qđ est grauis ipsaz medicinā sic hoies contēnūt: vt non solum nō dentyeniā qñ in illis peccaē: ꝫ nec velint petere qñ ipsi peccāt. Intrauit tentatio: subrepsit ira: tm̄ dñata est iracūdię tū potuit: vt nō soluz tumultuaret cor: ꝫ z quitia crimina ꝓferret lingua. Nō vides quo te ipulit: Nō vides quo te ꝓcipitauit: Tandē corrige: dic: male feci: pec
ij.re.xij. cavi. Non cīn moreris si dixeris. Crede nō mihi: sed deo. Quid sum ego: Nō sum: par vestrū sum: caro est porro infirm⁹. Oēs
Matth. xviij. credamus deo. Attēdite vobis. Si peccauerit frater tu⁹ corripe eū inter te et ipsum. Si te audierit: lucrat⁹ es fratrē tuū. Si te nō audierit: adhibe tecum duos aut tres. In ore duoz̄ aut triū testium stabit omne verbū. Si nec ipsos audierit: refer ad ecclesiā. Si nec ipsam audierit: sit tibi tanq̄ ethnicus et publican⁹. Ethnicus gentilis est. Gētilis ille est qui in xp̄o nō credit. Si nec ecclesiā audierit mortuū puta. Sz ecce viuit: ecce intrat: ecce signat: ecce genu figit: ecce orat: ecce ad altare accedit. Sit tibi tanq̄ ethnic⁹ et publicanus. Noli illo attēdere falsa signa. Viuens mortuus est. Vñ viuit: Quo viuit: Si dicā alicui in cō spectu vro: tu hoc feciſti: rīdebit postea: quātum errat. Intus me moneret: intus mihi diceret: qz male feci: tus videret peccatū meū. Quare in populo arguit: Quid si feci: et nō correxisti: Quid si feci et adhuc perseueras: Quid si feci: adhuc tibi bene feciſſe videris in corde tuo: Quia tacet ille: iustus es: Quia modo ille nō vindicat: nihil male feciſti: Non times. Arguā te: non times. Constituā te ante faciē tuam:
ꝑs. xlix. E nō times. Sed longe est inq̄s iudiciū. Primo quis tibi dixerit: qz longe est dies iudicij: Nūquid si longe est dies iudicij: longe est dies tuus: Unde scis quādo est: Nōne multi sani dormierūt et obdurmierunt: Nōne casus nostros nobiscuz in hac carne portamus: Nōne fragiliores sumus: ꝙ si vitrei essemus: Utrū enim et si fragile est tamē seruatū diu durat: et inuenis calices ab auis et proauis in qbus bibunt nepotes et ꝓnepotes. Tāta fragilitas custodita est per annos. Annos aūt hominis et sub tātis casibus quotidianis fragiles ambulamus: et si casus ipsi repentini non accederēt: diu tamē viuere non valeremus. Uita humana tota breuis est: ab infantia vsq̄ ad decrepitam senectutē tota breuis est. Adam si adhuc vixeret: et hodie moreret: quid illi vite lōgitudo profuisset: Huc accedit: qz ipse dies qui quasi naturaliter ferut morbo illecto icertus est. Quotidie moriunt hoies et q̄ viuūt deducūt illos: ereq̄as celebāt et vitā sibi ꝓmittunt. Nemo dicit corrigā me: ne cras hoc
Luc. vj. sit. Qđ ille quē deduxi. Placēt vobis verba ego quero facta. Nolite me contristari prauis moribus vestris: qz delectatio mea non est in hac vita: nisi vestra bona vita.

De eo qđ dñs ait in euāgelio. Remittite et remittēē vobis: date et dabiē vobis. Homelia. xxix. In q̄ ꝑncipaliter istat declarare duo illa gña ele mosynaz. s. erogare et remittere alijs.



A So frēs vires paruas habeo: sed ꝓbū dei magnas hz valere in cordibus vestris. Ergo et qđ lēte dicimus: valde audite: si obedieritis. Tanq̄ ꝓ nubem suā: ꝓ esaiaz ꝓphetā dñs tonuit: si sensū habet: expaauitis. Manifeste cīn dixit nec expositorē hñt ista necessa

Eta.j. rium sed factores. Quo mihi inquit multitudinem sacrificiorum vestrorū. Quis eñ exquisiuit ista de manibus vestris? Deus nos querit: nos nostra. Sed sacrificiū xp̃iani est elemosina in pauperem. Hinc eñ fit deus peccatis propicius. Nisi aūt peccatis propicius fiat de⁹: quis remanebit nisi reus? Ab eis peccatis et delictis sine q̃b⁹ vita ista non ducitur: mundant homines per elemosinas. Que sunt duorum generū erogādo ⁊ remittēdo. Erogādo qđ habes bonū: remittēdo qđ pater⁹ malū. Hec duo genera elemosinaꝝ dñs⁹ magister bon⁹ q̃ verbū breuiauit sup terrā: vt esset fructuosum ⁊ nō onerosum: q̃s breuiter fuerit compl⁹ audite. Remittite inq̃t ⁊ remittet vobis pertinet ad ignoscendū. Date et dabitur vobis: pertinet ad erogandum. Ex illa elemosina qua ignoscitis homini nihil perdis. Ecce statim veniam petit ignouisti: nihil amisisti. Charitate amplior domū rediisti aliud genus elemosinarum vbi inbemur erogare indigentibus graue videtur: q̃ quod quisq̃ dederit: hoc ip̃m quod dabit non habebit. Equidem et hinc securos nos facit apostolus qui dixit. Prout q̃s q̃ habet: non vt alijs sit refectio vobis angustia. Metiatur q̃ vnusquisq̃ vires suas non thesaurizare attendat in terra: det: nō perit quod dat. Non dico hoc non perit: sed dico hoc solum non perit. Alia vero q̃ non dederis et abundāt tibi: aut cum vitis amittis: aut cum mozieris dimittis.

Luc.vj. Deinde fratres mei tanta promissio q̃ non hortatur: Dimittite inquit ⁊ dimittet⁹ vobis. Quando dicit date et dabitur vobis: attendite cui dicat. Homini dicit de⁹: mortali dicit immortalis mendico dicit tant⁹ paterfamilias. Neq̃ eñ hoc reuocatur⁹ est quod dicimus: inuenimus quem fallere mur. Demus in vsuram: sed deo nō homini. Ei damus qui abundat: ei damus q̃ dedit quod demus: et pro modicis rebus profert nobis: pro mortalibus: pro putribilibus: pro terrenis que eterna sunt ⁊ incorruptibilia: ⁊ sine fine manentia. Quid multa dicturus sum? Se promittit qui p̃mittit. Si amas illum: eme illum ab illo.


mat.xxv Et vt noueris te ipsi dare: audi illum dicentem. Esuriui et dedistis mihi manducare. Sitiui et dedistis mihi potum hospes fui et suscepistis me. Nud⁹ fui et vestistis me. Eger: visitastis me. Inclusus: venistis ad me. Et dicent illi. Quando te vidimus in his necessitatibus constitutuꝝ ⁊ ministrauimus tibi? Et ille. Quando vni ex minimis meis fecistis. Dat de celo: accepit in terra. Ipse dat: ipse accepit: quasi fen⁹ traiecticiū facis. Hic das: ibi recipis. Hic das res pituras: ibi recipis res sine fine mānsuras: ⁊ q̃ficiq̃s dicis deo. Libera me dñe ab hoie malo: hoc eñ modo cantauim⁹. Scio eñ quo gemitu dicas. Libera me dñe ab homine malo. Quis eñ in isto seculo non patitur aliquem hominem malum? Quādo ergo dicis deo hec. Libera me dñe ab homine malo: sicut totis precordijs dicis: sic intentis oculis te pri⁹ attēde. Libera me domine ab homine malo. Fac tibi rñdisse deum. A quo? Dicturus es a gayo a lucio: a nescio quo quem pateris. Et respōdet tibi. De te mihi nihil dicis. Si ab homine malo libero te: prius es liberandus a teipo. Pateris malum: noli teipsum pati malum. Videamus si inuenit te: quid tibi faciat alter malus. Tu noli esse malus. Non tibi dominetur auaricia: non te calcet concupiscentia tua: non te trituret ira tua. Isti hostes interiores tui qui sunt. Tu ipse: non tibi aliquid facias. Videam⁹ qđ tibi faciat vicinus malus: patronus mal⁹ potens malus: videamus quid tibi faciat Justus te inueniat: fidelē te inueniat: p̃ia nus te inueniat. Quid tibi factur⁹ est? Qđ Act.vij. stephano iudei fecerunt. Faciendo malus miserunt ad bonum. Ergo quando oras vt liberet te deus ab homine malo: attende te: noli tibi parcere a te: te liberat. Quomodo te a te liberat. Dimittendo petā: donādo merita dando tibi vires pugnandi aduersus concupiscentias tuas: inspirando virtutem: dando menti tue celestem delectationem: qua omnis terrena delectatio superetur. Hec tibi cum prestat deus liberat te a te. ⁊ securus expectas in huius seculi malis transitorijs cum eis bonis venturum dominum qui transire non possunt Sat⁊ sint vobis. Videt⁊ certe q̃ nescio quō ego inualid⁹ accedo ⁊ loq̃ndo fortis fio. Tāntus est aimus mihi: tāta intētio in p̃fectu vō. Opari⁹ ei in agro fructū sperās min⁹ sentit laborē. Scitis fructu⁹ mei q̃ sint: ⁊ vobiscū sim: ⁊ oēs sim⁹ fructus dei.

Psalmo cxxxix.

Aggei.ij

¶ De eo q̃ in Aggeo scriptū ē. Meū est aurū ⁊ meū est argētū. Homelia xxx. In qua dicit q̃ ea q̃ dam⁹ alijs non: ex nostris dam⁹ ⁊ ex alieno cum oīa a deo habeam⁹.

A



Ubi.ſ.

IN scripturis diuinis fratres lumi legim⁹ deū dicētem. Meū est aur⁊: ⁊ meū est argentuꝝ. Hoc ideo dictū est: vt ille qui nō vult cum indigentibus cōicare quod habet: cuz audit precepta

precepta faciende misericordie intelligat deuz nō de re illius cui inbet: sed de re sua debere donare: et ille qui aliquid porrigit pauperi: non se arbitret de suo facere. Ne forte non taz confirmetur misericordie nomine q̃s inflet⁊ superbie vanitate. Meum est inquit aurum: ⁊ meū est argentū: nō est vestrū o diuites terre. Quid ergo dubitatis pauperi dare de meo? Aut quid extollimini dum datis de meo? Et vis videre q̃s iusti iudicis res est aurum et argentum auarus vnde torquetur: inde misericors adiuuatur: rem suam diuina distribuēte iustitia: ⁊ recte facta inde manifestantur: et peccata inde puniuntur. Nunquid non auruꝝ ⁊ argentū atq̃ ois terrena possessio ⁊ exercitatio humanitatis est ⁊ suppliciuꝝ cupiditatis? Cum terra de⁹ nobis hoibus tribuit: ostendit in eis q̃sta cōtēnat anim⁹ cui⁹ diuitie sunt ipse deus q̃ tribuit. Non enim pōt quisq̃ apparere cōtēptor: nisi eī rei cuius possessor effect⁹ est. Nam et q̃ nō hñt possunt ista cōtēnere: sed vtrū fingant an vere contēnāt: deus videt qui cordis inspector est. Ab hoib⁹ aūt vt imitari possint cogitationez contēptis: nō nisi in manib⁹ erogantis inspicit. Cuz aūt malis hoibus deus ista concedit: ostendit in eis quō ⁊ in ipsis bonis q̃ de⁹ largit⁊ cruciet⁊ anim⁹ cui voluit qm tanta largit⁊. Bonis aūt subministrat occasiōes beneficiorum: malos aūt torquet timore damnoruꝝ. Et ideo si amittant vtriq̃ aurum et argentuꝝ: isti celestes diuitias leto corde retinebunt: illis autem et bonis tpalibus inanis domus: ⁊ bonis eternis inanior conscientia remanebit. Illius est ergo aurum et argentuꝝ q̃ nonit vti auro ⁊ argento. Nā etiaz inter ipos holes tūc q̃sq̃ habere aliquid dicēdus est: q̃n bene vtitur. Nam quod iuste non tractat: iure non tenet. Si suū esse dixerit: nō erit vox iusti possessoris: sed impudentis incubatoris imptobitas. Quapropter si homo non importune dicit aliquid suum: non q̃ iniqua ⁊ stulta cupiditate occupauerit: sed q̃ prudentissima ptāte ⁊ iustissima moderatione tractauerit: quātomagis de⁹ vere ac proprie suum esse dicit aurum et argentū: quod et largissima bonitate condidit ⁊ iustissimo administrat imperio: vt sine ipsi⁹ nutu atq̃ dominatu: nec mali nisi ad auaricie supplicium: nec boni nisi ad vsum misericordie possint habere aurū ⁊ argentuꝝ. Qđ tamen⁊ instituere vt sit ⁊ vt alteri de sit: distribuere atq̃ ordinare non p̃sit. Si aūt solis malis in potestate dare⁊ aurum ⁊ argētum: recte putaretur magnū aliq̃d bonū. Rursus si solis malis deesset: videretur magna pena pauperas. Si aūt solis bonis deesset: videret⁊ summa beatitudo pauperas. Nunc ho si scire vis aur̄ posse bñ haberi: habent et boni: non eos per auruꝝ bonos esse: habent et mali. Jteꝝ si scire vis q̃s non sit miseria paupertas: sunt quidā pauperes beati: sunt quidā pauperes miseri. Si scire vis q̃s non sit beatitudo pauperas. Jta ergo aurum ⁊ argētuꝝ distribuit hominibus conditor rez et administrator deus: vt ipsius p̃ se natura ⁊ genere suo bonum sit: q̃uis non summum ⁊ magnū bonum: ⁊ pro gradu sui ordinis laudabilem conditorem vniuersitatis ostendat. Copia vero eius nō extollat bonos: nec ledat inopia. Malos autez ⁊ cū offert excecet: et cum aufertur excruciet. Res ergo conditas et ad cōditoris laudē: ⁊ bonoruꝝ probationem maloruq̃ suppliciū recte vituperari nullo modo potest: et eā verissime de⁹ dicit suā quā non solū cōdit affluētissima bonitate: sed etiaz prouidentissima moderatiōe dispēsat. Cū aūt hoc gen⁹ rez dñs in euangelio mammona iniquitatis appellat: significat esse alterum māmona: id est alias diuitias: quas nisi iusti et boni possidere non possunt: vt ideo māmona iniquitatis vocetur: q̃ iniquitas eas vocat diuitias. In iusticia vero nouit esse alias diuitias quibus homo adornatur interior: sicut beatus petrus dicit: qui est ante deum diues. Ille iuste dicuntur diuitie: quia bonis meritis iustisq̃ tribuuntur. Ille vere dicūtur diuitie: q̃ quisq̃ eas habuerit nō egebit. Jste vero iniuste diuitie: non quia iniustum est aurum et argentum: sed q̃ iniustū est eas putare diuitias: que non auferent egestatē. Tanto eñ magis ardebit quisq̃ egestate auaricie: q̃ tomagis eas diligas maiores habuerit. Quō g̃ sunt diuitie quibus crescentib⁹ crescit inopia? Que amatoribus sunt: quanto fuerint ampliores: non auferūt satietatē: sed inflāmāt cupiditatem. Diuitem tu putas qui minus egeret: si minus haberet. Nam videmus quosdam cum haberent pecuniam paruā parua lucris fuisse leratos: sed postea cuz cepit abundare verum quidē copijs auri argenti: sed tamē falsē diuitie cum parua obtuleris iam recusant: credas eos iā esse satiatos: sed falsum est. Nam' malos pecunia fauces auaricie non claudit sed extendit: non irrigat sed accendit. Poculum respuunt: quia fluuiuꝝ sitiunt. Utrum g̃ ditior aut egentior dicendus est: qui cū ideo voluit habere aliquid ne indigeret: ideo plus habet ne minus indigeret. Sed nō est hec auri culpa ⁊ argenti. Fac enim miseri

B

C

cordem aliquem inuenisse thesaurum: nō ne operame misericordia prebetur hospitalis peregrinis: alumtur famelici: nudi vestiuntur: inopes adiumantur: captiui redimuntur: construuntur ecclesie: reficiuntur lassi: pacantur litigiosi: reparātur naufragi: curātur egroti: corporales opes dispertiuntur in terra: spiritales recōdumtur in celo. Quis hec facit? Misericors ⁊ bonus Ūs facit? De auro ⁊ argento. Cui seruiēs hec facit? Et qui dixit. Meuz est aurum et meum est argentum. Uidetis iam vt arbitror fratres: cū magno errore: magnaq; demētia in res ipsas quibus male homines vtuntur: crimen male vtentium transferatur. Nam si propterea vituperar̄ aurum ⁊ argentum: q; homines auaricia deprauant: neglectis preceptis omnipotētissimi creatoris in ea que condidit detestabili cupiditate rapiunt: vituperet etiam omnis dei creatura. Qz sicut apl's dixit. Peruersi quidē hoies coluerūt ⁊ fuerūt creature potius cū creatori qui est benedictus in secula. Uituperetur etiā iste sol quē certe idē manichei qui nō intelligūt esse creaturā: tāq; ipm creatorem: vel tanq; eī aliquā partē colere atq; adorare nō desinūt. Cur g̃ ipsum non vituperāt: cum plerūq; homies de vsu solis ⁊ luminis in edificijs suis lites iniustissimas concitāt: ⁊ vt fenestris suis radū liberiores aliquāto largi' infundat: domos alienas deijcere sepe mouūt: ⁊ eos qui cōtradixerint: etiaz si iure certissimo ⁊ iudicant: inimicitijs acerbissimis infectant? Si quē igit infirmoz potētior aliquis iniuste ac nefarie ꝓpter vsuz solis oppresserit: diripuerit: in exilium etiā mortē ve cōpulerit: solis est crimen quo ille abūdantius vti desiderat: an potius male vtentis iniquitas? Qui duz cupit q̄ vo reis oculis tpale lumen largi' acquirere: cubiculum cordis luci nō aperit equitatis Ex quo isti si possunt intelligant: aut aurū ⁊ argentū se accusare non debere q̄uis de auro ⁊ argento sepe homines cupidissimi dimicent: aut accusationes suas de terra in celum: ⁊ de metallis fulgētibus in sydera: atq; ipm solē se debere trāsferre q̄n iniqui homines inexpiabili sepe discordia de possidenda solis luce conflīgūt. Similiter etiam discant quid interstit inter hanc lucem visibilē lucemq; iusticie. Siquidē fieri potest vt ꝯto maiore auditate frui quisq; hac luce, voluerit tāto maiori cecitate a iusticie luce deficiat.

Aggei.ij

Rom.i.

De monomachia golie et Dauid. Homelia.xxxj.



Golias vnus fuit ex allophilis. i. ex alienigenis: q̄ bellum gerebant illo tempore aduersus filios isr̄l. Eo tēpore dauid sanctus cuius est hoc psalterium: immo per quem ministrauit hoc psalterium spūssanctus: puer erat pascens oues patris sui tenera etate: vix dū adolescentulus: fratres eius iam iuuenes militabant: ⁊ in exercitu regis erant: attulit eis missus a parētibus aliquid de domo vsibus ipsorum. Iraq; illo tempore quo pugnabatur in exercitu: iuuentus est non... miles: sed militū minister ⁊ frater. Exrtitit tunc golias iste de quo mentio facta est: ingens statura corporis armis instructus: viribus etiam exercitatus: elatus iactantia: qui superbie prouocaret ad monomachiam ꝑplm aduersariuz: hoc est vt vnus inde electus ab ipsis procederet ad uersus eum: vt duobus pugnantibus examen totius belli in medio versaretur: pacto ⁊ placito addicto vt si quis illoz duorum vicisset: vniuerse parti vī iste steterat tribueretur victoria. Rex ergo ille populi indeorum filioz israel: saul erat. Angebatur eūabat: q̄rebat in vniuerso exercitu patrē illi viro. Non inueniebat: nec forma corporis: nec audacia prouocatiōis. Cū estuaret: ausus est puer iste dauid nō ꝓsumēs de viribus suis: sed in nomine dei sui procedere aduersus eum. Nunciatuz est regi non audacis puericie: sed fiducis pietatis Nec rex abnuit: non recusauit. Intellexit cum videret audentem pueruz: aliquid in eo diuinitatis esse: nec illum tenera etate sine diuino instinctu talia posse ꝓsumere Libenter accepit: processit aduersus golia In omnibus ergo qui erant in ea parte vincebat dauid non erat ꝓsumptio nisi de deo. In illis autez tota spes in vnius hominis viribus. Sed quid est homo: nisi quod in isto psalmo decinit. Homo vanitati assimulatus est: dies eius velut umbra ꝓtereunt? Ergo spes illoruz inanis: que collocata est in vmbra transeunte. Armatus est autem dauid: vt q̄n etate ⁊ viribus impar erat: quasi armis par esset. Sed arma vetera non adiumabant: potius q̄ onerabant nouam etatez. Et ad hoc pertinet quod etiaz aplica lectio ante psalmi canti cum ꝓsignauit dicens. Exuite vos veterem hoiem: ⁊ induite nouū. Noluit dauid vetustatem armorum: abiecit: onera dixit esse q̄ implicabant eum: expeditissim' ille ad ꝓlium procedere cupiebat: fortis non in se sed in dño: armat' nō tā ferro q̄ fide.

A

1.re.xvij.

ibi.s.

ps.xxxij

Col.iij.

1.re.xvij

